BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III.
RACCOLTA
VILLAROSA
E
NA 7/15

A
V-2

Raccolta Vill.
E 7 15

BULLARUM
PRIVILEGIORUM AC DIPLOMATUM
Romanorum Pontificum
AMPLISSIMA COLLECTIO

Cui acceſſere Pontificum omnium Vitæ, Notæ, & Indices opportuni.

OPERA ET STUDIO

CAROLI COCQUELINES

TOMUS SEXTUS
PARS PRIMA

Ab Anno IV. URBANI VIII. uſque ad Annum XI. ſcilicet ab Anno 1626. uſque ad Annum 1634.



ROMÆ MDCCLVIII.
TYPIS, ET SUMPTIBUS HIERONYMI MAINARDI.

SUPERIORUM FACULTATE, ET PRIVILEGIO SANCTISSIMI.

Digitized by Google

Digitized by Google

JOSEPHO
EPISCOPO PRÆNESTINO
S. R. E. CARDINALI
SPINELLO.

HIERONYMUS MAINARDI

PERPETUAM FELICITATEM.

SOLENT plerumque Typographi, quum aliquod Volumen publici juris faciunt, illud ſub alicujus Principis viri tutela ponere, ea potiſſimum ſpe ducti, fore, ut a ſplendidiſſimo patroni ſui nomine voluminis ipſius pretium ii arguant, qui ſola rerum ſpecie (nec pauci ii ſunt) res ipſas ponderandas eſſe arbitrantur. Quod verò dolendum magis eſt, occaſionem hinc nanciſcuntur ſuis blandiendi patronis,

Digitized by Google

ac viliſſimè aſſentandi, eximium ingenium, præclaraſque dotes, ac virtutes prædicantes: ex quo non rarò accidit, ut vilior aſſentator aliquis, vel ſanæ critices apprimè ignarus ex hujuſmodi nuncupatoriis epiſtolis ſui hiſtoriam herois ducere, ſeu potiùs fingere non dubitaverit.

Me vero Partem Primam Tomi Sexti Magni Bullarii Romani in lucem daturum longè alia rationum momenta non moverunt modo, ſed etiam impulere, ut eam Tibi potiſſimum, Princeps Eminentissime, nuncuparem. Etenim ſive me, ſive ipſam Voluminis hujuſce materiam inſpicerem, nemo ullus ſe offerebat, cui ſatius conveniret. Ego quidem quidquid ſum; ſi quid nitoris mei habent typi, ſi plurima edidi eruditiſſimorum Virorum Opera, quos inter recenſere libet Urſium, Blanchinium, Falconerium, Molinium, Conſtantinum, a Te quodammodo acceptum referre debeo. Bene memini, nec oblivìſci umquam poſſum, Tuque optimè recordaris, quæ & quanta in me beneficia contulerit Renatus Cardinalis Imperiali avunculus tuus: qui me ſumma, quæ familiaris illi erat, humanitate ſemper excepit, rebus in omnibus juvit, ſuſceptumque in clientelam potentiſſimo fovit patrocinio. Ego verò quum nihil honeſtius inter mortales, æquius nihil putem, quam gratum animum & ſervare, & oſtendere erga eos, a quibus beneficia accepimus, ea in Te potiſſimùm derivanda eſſe optimo jure exiſtimo, qui & probabas, & peculiaria tua in me ſtudia conferebas.

Quod ſi ipſam Voluminis hujus materiam velimus inſpicere; nemini aptius quam Tibi convenire agnoſcemus. Quamplurimæ in eo leguntur Apoſtolicæ Conſtitutiones, quibus vel alienæ ab Eccleſiæ Catholicæ dogmatibus opiniones proſcribuntur; vel vaferrimi iique impii novatorum coercentur conatus. Neminem autem latet, quo ſtudio, qua conſtantia, quum difficillimis temporibus apoſtolica in Belgio legatione fungereris, afflictas catholicorum res non illis tantum in Provinciis, ſed etiam in Anglia, in Hibernia, in Scotia ſuſtentaveris, atque promoveris, vel Eccleſiarum jura tuendo, iiſque probos, doctoſque paſtores præficiendo, vel etherodoxorum evertendo molimina, vel praviſſima eorum conſilia, inſidiaſque patefaciendo, qui cum Eccleſia Ca-

thol ca

tholica ſentire quidem renuunt, at ſimulata antiquarum legum obſervantia irreprehenſibiles non eſſe, ſed videri volunt, eòque graviorem perniciem afferunt, quod a catholicorum cœtu ſejungi nolint.

Collabentem nonnullis in Cœnobiis, atque etiam in Eccleſiis ſacram diſciplinam ut reſtitueret Urbanus Pontifex, nonnullas ſanxit ſanctiſſimas leges, quæ hoc in volumine exhibentur; plurimaſque Diœceſes ſacra viſitatione luſtrari voluit. Collegia quoque nonnulla a Gregorio XIII. erecta, in quibus adoleſcentes alantur, ac bonis artibus inſtruantur, vel collapſa, ac penitus extincta reſtituit; cujus generis ſunt Lauretanum Illyricorum, Romanum S. Athanaſii Græcorum, Pragenſe, Viennenſe, & Fuldenſe Germanorum; vel erexit ipſe, quale eſt Urbanum, quod de Propaganda Fide ſolet appellari. Quis autem ignorat, Tibi, quum Sacro Cardinalium Magiſtratui, qui Epiſcoporum, & Regularium rebus præeſt, eſſes a ſecretis, nihil antiquius fuiſſe, quam Epiſcoporum tueri jura, ac religioſæ diſciplinæ ſanctitatem acerrime exigere, & cuſtodire? Quod quidem poſtea in Neapolitana præſtitiſti metropoli, nunc verò in Præneſtina, quæ Romanæ ſuburbicaria eſt, adniteris Diœceſi. Quum autem propagandæ per univerſum terrarum orbem chriſtianæ, catholicæque fidei cura a Pontifice verè optimo BENEDICTO XIV. Tibi concredita eſt; auctor fuiſti, ut ſingulæ Maris Ægæi Inſulæ luſtrarentur, earumque conditione perſpecta aptæ ferrentur leges, quibus Cleri mores componantur, & catholica res, Deique cultus augeatur. Sed cum quamplurimæ Eccleſiæ, ac Provinciæ propter locorum difficultates luſtrari non poſſent; certæ Miſſionum omnium præſidibus quæſtiones propoſitæ ſunt, ut earum ſtatus dignoſcatur, aptioraque malis, ſi quæ ſunt, remedia adhiberi queant.

Quod verò ad ea, quæ ſupra memoravimus, adoleſcentum Collegia pertinet; laudarunt profectò boni omnes, ac ſummo jure laudant, ſedulam quam impendiſti curam, ut Præneſtini, Urbanique Collegii alumnis tuta quædam, ſaniorque ſtudiorum methodus præfiniretur: illis quidem, ut populos aliquando ſibi credendos recta incedere edoceant; his autem, ut poſtquam in patriam ſe receperint inter barbaros populos,

qui

qui verum Deum non colunt, inter mendaciſſimi Muhamedis aſſeclas, inter Neſtorianos, Eutychianos, ac Monotelitas, aliaſque non abſimilis furfuris gentes, earum figmenta, mendacia, erroreſque non agnoſcant tantùm, ſed aliis etiam palam faciant.

Et quoniam de Sacro illo Cardinalium cœtu, cujus ſtudium in eo maxime ponitur, ut Chriſti fides per orbem diffundatur, ſermo nobis occurrit; nemo eſt, qui ignoret, maximam eam Urbani fuiſſe curam, tuamque nunc eſſe, qui tanto cœtui præes. Poſtquam ille latiſſimam in Indicas Provincias viam omnibus his ſtraverat, qui ſacris ſodalitiis nomen dare ſolent; Japonenſi Præſuli poteſtatem fecit in eos animadvertendi, qui latas pro feliciori earumdem Miſſionum regimine leges violarent; ac Franciſco Cardinali Barberino catholicorum res in Angliæ, Scotiæque Regnis commendavit. Firmatam quoque Clementis Octavi temporibus Romanam, Ruthenamque Eccleſias inter unionem ardentiſſimè promovit. Tu clariſſimis hiſce permotus exemplis pro eo, quo ferves chriſtianæ, catholicæque fidei propagandæ zelo, quamplurimos jam religioſos viros, eoſque morum probitate, ac ſumma præditos doctrina in Macedoniam, Albaniam, Maris Ægæi inſulas, Syriam, Ægyptum, ac totam, qua latet patet, Aſiam mittendos curaſti, qui Chriſti evangelium prædicent gentibus, erranteſque oves ad ejus caulam reducant. Quamplurima hinc compoſita diſſidia novimus, pravas conſuetudines e medio ſublatas, populorum mores antiquæ virtutis ſplendori redditos: quà demum conſtabilitam, quà invectam, quæ una ſalvifica eſt, chriſtianam religionem. Peculiaria hæc Tibi ſunt, apprimèque convenientia cum hujus materia Voluminis, quod tuo nomini inſcribo. Etenim ſi generis ſplendorem, ſi præclariſſimas majorum virtutes, ſi tuam graviſſimis in rebus perſpicaciam, atque ſagacitatem, conſtantiam denique, ſcientiam, atque humanitatem recenſere vellem, nec peculiaria eſſent, nec tua id modeſtia pateretur.

Excipe itaque, quod publicæ privatæque rationes velut tuum æquiſſimo jure repetunt, & pro chriſtianæ reipublicæ bono in ſeros annos vale.

Romæ IV. Kalendas Martias An. R. S. MDCCLVIII.

IN-

INDEX
RUBRICARUM BULLARUM,
ET PRIVILEGIORUM OMNIUM
Quæ in hac Tomi Sexti Parte Prima continentur,

Quæ hoc Indice ☞ deſignantur, erant in Editione Cherubini.

URBANUS OCTAVUS

ANN. IV.

CLXXXIV.

Tribonalium Urbis Judicibos facultatem elargitur reus, qui aliquod confeſſi fuerint furtum, de aliis etiam, de quibus accuſati non ſunt, in genere interrogandi. pag. 2

CLXXXV.

Confirmatio Concordiæ inter Clerum, & Civitatem Cremonen. initæ circa ſolutionem Livellorum Eccleſiaſticorum. Ibid.

CLXXXVI.

Deputatio Pœnitentiarii in Baſilica Principis Apoſtolurum pro Lingua Græca. 3

CLXXXVII.

Facultas Deputatis ad regimen Domus Cathecumenorum, & Eccleſiæ S. Mariæ in Montibus de Urbe cogendi Notarios ad aperienda, & oſtendenda Teſtamenta juxta privilegium Fabricæ Sancti Petri. Ibid.

CLXXXVIII.

Declarat Literas Pauli V. ſuper erectione, ſeu Renovatione Congregationis Anglicæ Ordinis Nigrorum S. Benedicti, loqui de vera Congregatione. 4

CLXXXIX.

Dividit Congregationem Fratrum Eremi- ☞ tarum Diſcalceatorum Italiæ Ordinis S. Augoſtini in quatuor Provincias, videlicet Romanam, Neapolitanam, Genuenſem, Siculam, & inſtituit quatunr Provinciales pro earum gubernio uſque ad celebrationem futuri Capituli generalis ipſius Congregationis. 5

Sequitur Declaratio Sacræ Congregationis Apoſtolicæ Viſitationis ſuper facultate quam habere dobitabatur Vicarius Generalis iſtorum Fratrum eo abſente ſubrogandi alium ſuo loco cum omnimoda poteſtate, & juriſdictione, quas ipſe Vicarius Generalis præſens habet. Ibid.

Subſequontur Decreta generalia pro tota Congregatione Fratrum Diſcalceatorum S. Auguſtini Italiæ, facta in Viſitatione, die 21. Junii anni 1627. 6

CXC.

Confirmantor nonnulla Statuta pro Congregatione non Anglica, & Hiſpanica Ordinis S. Benedicti edita. Ib.

CXCI.

Mandatum Torquato de Comitibus, ut eveniente traditione Fortalitiorum, Propugnaculorum, & aliorum locorum Vallis Tellinæ, illa recipiat nomine Sedis Apoſtolicæ. 7

CXCII.

Confirmatio erectionis Seminarii in Civitate Colonienſi pro Monachis S. Benedicti Congregationis Burſfeldenſis, & illius Conſtitutionum. 8

CXCIII.

Declaratio, quod Capitula Eccleſiarum ☞ Cathedralium, quibus S. R. E. Card. præſunt, ex indultis conferendi Beneficia Eccleſiaſtica reſervata, vel affecta eiſdem Cardinalibus conceſſis, nullum jus prætendere poſſint. 12

CXCIV.

Declaratio, quod S. R. E. Cardinales Ec- ☞ cleſiarum Præſules Indulto conferendi Beneficia Eccleſiaſtica ratione Eccleſiarum, quibus præſunt, vel quarum regimini ultimo loco ceſſerunt, dumtaxat uti poſſint. 13

CXCV.

Commiſsio Epiſcopo Wratiſlavienſi apoſtolica confirmandi auctoritate fundationem, & erectiooem Collegii Soc. Jesu io Oppido Niſſæ cum Univerſitate Studii generalis. 14

CXCVI.

Indultum Eccleſiaſtici Regni Sardiniæ, ut poſſint ſubſidium quadringenta millium ſcut. una cum ſubditis ejuſdem Regni, Regi Catholico perſolvere. 15

CXCVII.

Confirmatio, & Innovatio Conſtitutionis Clementis VIII., qua vult dignitates Linguę Angliæ obtinentes, votum in Electione Magni Magiſtri Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani non habere, niſi fuerint ex Anglia oriundi 16

CXCVIII.

Indultum Eccleſiaſticis Regni Valentiæ, ut cum Laicis ſubſidium Regi tribuere queant

queant in ſumma unius milionis, & octuaginta millium ſcutorum. 17

CXCIX.

Declarat Confeſſarios quoſcumque per Archiepiſcopum Liman. approbatos, per Archiepiſcopum ſucceſſorem iterum examinari poſſe; Populum vero in Paſcate præcepto Eccleſiæ non ſatisfacere, niſi ſacram Communionem in propriis Parochiis ſumat. 18

CC.

Facultas Cardinali S. Honuphri capiendi poſſeſſionem Ducatus Urbini in caſu devolutionis ejuſdem, 19

CCI.

Nuncius Apoſtolicus in Regno Neapolis pro tempore exiſtens deputatur Conſervator Præceptoriæ S. Antonii de Sancto Antonio extra Portam Capuanam. 21

CCII.

Revocatio omnium gratiarum, exemptio- ☞ num, Indultorum, ac Privilegiorum quomodolibet conceſſorum Aſſiſtentibus Ultramontanis Prioris Generalis Ordinis Eremitarum S. Auguſtini abſolutis ab eorum officio, quo peracto ad ſuas Provincias redire tenentur. 22

CCIII.

Confirmatio cujuſdam Decreti Magni Magiſtri, & Conſilii Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani ſuper receptione Helvetiorum ad habitum Militiæ. 23

CCIV.

Nonnullæ ordinationes pro Miſſis in Eccleſia Sancti Gregorii de Urbe celebrandis, & recipiendis elemoſynis. 24

CCV.

Prior prædicti Monaſterii S. Gregorii Con- ☞ gregationis Camaldulenſium cenſetur etiam Procurator Generalis ipſius Congregationis. 52

CCVI.

Confirmantur duo Decreta ſuper validitate profeſſionum a Fratribus, & Monialibus Tertii Ordinis Sancti Franciſci de Pœnitentia Congregationis Galliæ emiſſarum lata a Præſide, & Aſſiſtentibus Capituli Generalis ejuſdem Congregationis a Franciſco Cardinali Barberino Apoſtolicæ Sedis in Galliam Legato deputatis. Ibid.

CCVII.

Quod Perſonæ per Regem Catholicum ad Beneficia ejus Juriſpatronatus præſentandæ, teneantur in actu præſentationis cavere de ſolvendo fructus unius menſis eidem Regi conceſſos. 28

CCVIII.

Declarat Monachos Monaſterii Ripolenſis, ☞ Ordinis S. Benedicti, teneri ad recitandum Officium B. M. Virginis, & Defunctorum quotidie, juxta veterem conſuetudinem. Ibid.

CCIX.

De modo conferendi Gradus Doctoratus per Archiepiſcopos, & Epiſcopos Indiarum Occidentalium. 29

CCX.

Statuitur, quod ditiora Monaſteria Ordinis Cartuſien. pauperioribus Monaſteriis pecunias ad cenſum concedere, & ad id per Capitulum, & Priorem Generalem cogi poſſint. Ibid.

CCXI.

Statuit tollendum eſſe abuſum immittendi ferocem Taurum in Eccleſiam S. Marci Paeen in Vigilia, & feſto ipſius Sancti, ac mandat Epiſcopo, ut curet hujuſmodi abuſum radicitus aboleri. 31

CCXII.

Confraternitas ſub titulo *Communionis Hierarchiæ plenitudinis ætatis Jeſu Chriſti* erigitur in Archiconfraternitatem, & Confratribus nonnullæ conceduntur Indulgentiæ. Ibid.

CCXIII.

Mandatur Archiepiſcopis, & Epiſcopis Indiarum, ut prohibeant recipi mulieres in Monaſteriis Monialium niſi monaſticum habitum induere velint. 32

CCXIV.

Diviſio Congregationis Clericorum Regularium Minorum nuncupat. in duas Provincias cum nonnullis Statutis. 33

CCXV.

Commiſſio Archiepiſcopo Tarſen. Provinciæ Romandiolæ Præſidi cognoſcendi cauſas ſuper devolutione nonnullorum Caſtrorum ad menſam Epiſcopalem Brittinorienſem ſpectantium. 34

CCXVI.

Facultas Epiſcopo Japonenſi procedendi contra Regulares non parentes nonnullis Decretis Sacræ Congregationis de Propaganda Fide. 35

CCXVII.

Suppreſſio unius Canonicatus, & Præbendæ in qualibet, tam ex Metropolitanis, quam aliis Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſiis Indiarum, qui primo vacaverint, & applicatio fructuum Officio Inquiſitionis. Ibid.

CCXVIII.

Suppreſſio Officii perpetui Præfecti Computorum Datariæ Apoſtolicæ, & reductio ad officium amovibile Receptoris pecuniarum. 36

CCXIX.

Literæ, quæ in die Cœnæ Domini ſingulis annis ſolent publicari. 38

CCXX.

Confirmatio Decreti Congregationis Concilii, quo declaratur, Regulares exercentes curam Animarum in Diœceſi Manilenſi ſubeſſe Juriſdictioni Archiepiſcopi in his, quæ ad dictam curam pertinent. 43

CCXXI.

Declaratio, quod Beata Maria Magdalena ☞ de Pazzis Florentina, dum vixit, Ordinis

dinis B. Mariæ de Monte Carmelo Monialis extitit. Ac extenſio Indulti recitandi Officium, & celebrandi Miſſam de ea ad omnes Eccleſias ejuſdem Ordinis. 44

CCXXII.

Extinctio aſſertæ cujuſdam Congregationis Sancti Pauli primi Eremitæ in Regno Galliæ. 45

CCXXIII.

Nova Erectio Collegii Illyrici in Civitate ☞ Lauretana pro Adoleſcentibus ex Illyricis Provinciis ſumptibus Domus Lauretanæ educandis cum Privilegiorum, & Indultorum elargitione. 46

CCXXIV.

Confirmatio, & innovatio Conſtitutionum ☞ Sixti V. Clem. VIII., & Pauli V. ſuper prohibitione alienandi Fortalitia, & Caſtra, aliaque bona juriſdictionalia in Statu Eccleſiaſtico exiſtentia, abſque Sedis Apoſtolicæ licentia. 50

CCXXV.

Nova erectio Collegii in Civitate Pragenſi ☞ Regni Boemiæ pro Adoleſcentibus Germanicæ Nationis. Ac reddituum attributio; Indultorumque conceſſio, & communicatio. 52

CCXXVI.

Nova Inſtitutio Collegii in Civitate Viennæ Auſtriæ pro Scholaribus Germanicæ Nanionis cum proventuum aſſignatione, & communicatione privilegiorum. 56

CCXXVII.

Declaratio, quod Fratres Cappuccini ſunt ☞ vere Fratres Minores Ordinis S. Franciſci, ac ex illius vera, & nunquam interrupta linea deſcendunt, ſub illius Regula militant, & militarunt. 59

CCXXVIII.

Facultas Antonio Cardinali Barberino in caſu devolutionis Status Urbini inſpiciendi, & retinendi ſcripturas ad Sedem Apoſtolicam pertinentes, ac declarandi infra duos menſes, quam Tormentorum bellicorum, & aliorum quorumvis armorum, nec non ſalis quantitatem pro eadem Sede voluerit. 61

CCXXIX.

Confirmatio nonnullorum Capitulorum, ☞ quæ inita ſunt inter FF. Ord. B.M. de Mercede Redempt. Captiv., occaſione ſeparationis Diſcalceatorum a Calceatis. 62

CCXXX.

Committitur Collectori Spoliorum in Regno Portugalliæ, ut Officiales Cameræ Ulyſipponenſis abſolvat a cenſuris, in quas incurrerant ob exacta ab Eccleſiaſticis nonnulla vectigalia ad derivandam aquam in Urbem, in alios vero uſus impenſa. 64

CCXXXI.

Commiſſio eidem Collectori permittendi impoſitionem vectigalis etiam Eccleſiaſticis ſuper aqua dulci Ulyſſiponem inducenda. 65

CCXXXII.

Revocatio reſervationum penſionum per☞petuarum ſuper beneficiis Eccleſiaſticis ad Collegiorum, & Piorum Locorum ſavorem factarum, & Indultorum imponendi penſiones etiam temporales quibuſvis conceſſorum. 67

CCXXXIII.

Erectio Collegii Urbani de Propaganda Fide. 68

CCXXXIV.

Inſtructio Particularis circa conficiendos ☞ Proceſſus Inquiſitionis in qualitates eorum, qui promovendi ſunt ad regimina Cathedralium, aut aliarum Superiorum Eccleſiarum, vel Monaſteriorum, ut in dictis Proceſſibus conficiendis ſerventur Sacri Canones, Concilium Tridentinum, & Conſtitutio Gregorii Papæ XIV. ſuper forma hujuſmodi Proceſſuum conficiendorum. 73

CCXXXV.

Facultas Epiſcopo Cæſenaten. Status Urbini Gubernatori, auctoritate, & nomine Sanctæ Sedis prohibendi quibuſvis ſubditis Sedis Apoſtolicæ Eccleſiaſticis, & ſecularibus, etiam Principibus, ne eveniente obitu Ducis Urbini Populos ad arma convocare, militū copias cogere &c. audeant. 78

CCXXXVI.

Confirmat Decretum Congregationis Concilii ſuper matrimoniis, quæ inter transferentes domicilium contrahuntur. 79

CCXXVII.

Jubilæum Chriſtifidelibus in Æthiopiæ Imperio commorantibus. 80

CCXXXVIII.

Indultum celebrandi Miſſam, & recitandi ☞ Officium die quinta Februarii de Viginti tribus Martyribus ex Ord. FF. Min Sancti Franciſci de Obſervantia Provinciæ Diſcalceatorum Sancti Gregorii, Philippinarum, & Japoniæ pro Fratribus d. Ordinis ubique exiſtentibus, & pro aliis quibuſcumque Manilen. Diœceſis tantum. 81

CCXXXIX.

Indultum celebrandi Miſſam, & recitandi ☞ Officium de tribus Martyribus Paulo Michi, Joanne de Goto, & Didaco Quizai e Societate Jeſu quotannis die quinta Februarii pro omnibus d. Societatis Religioſis. 82

Sequitur Decretum Sacræ Rituum Congre☞gationis, quo prædictum indultum extenditur ad omnes Sacerdotes tam Seculares, quam Regulares ad Eccleſias d. Societatis confluentes. ibid.

CCXL.

Præfigitur terminus trium menſium ab ☞ iſtius Conſtitutionis publicatione partibus ad retractandum omnia contra Conſtitutiones Sisti V. Clementis VIII. & Pauli V. ſuper prohibitione alienandi Fortalitia, & Caſtra, aliaque bona Juriſdictionalia in Statu Eccleſiaſtico

Digitized by Google

exiſtentia abſque Sedis Apoſtolicæ licentia, & contra illarum declarationem, & extenſionem reſpective quoad Caſtra diruta, & alia in eis expreſſa a Sanctitate Sua emanatas, geſta, & Notariis, etiam Sedis Apoſtolicæ, etiam de numero participantium ad inſtrumenta, de quibus ſunt Rogati, exhibendum, & in eorum margine caſſationes adnotandum. Et inſuper mandatur teſtibus, quatenus contractus omnes, quibus interfuerint, intra ſimilem terminum a die contractus revelare, & de eis notam dare debeant. 82

CCXLI.

Erectio Congregationis ſuper Confinibus ☞ Status Sedi Apoſt. mediate, vel immediate ſubjecti, cum deputatione illius Præfecti, & Conſultorum, & facultatibus eiſdem conceſſis. 85

CCXLII.

Indultum recitandi Officium, & celebrandi ☞ di Miſſam de Beata Rita de Caſſia Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini pro univerſi Ordinis prædicti Fratribus, & Monialibus, & pro aliis in tota Spoletana Diœceſi. 87

Sequitur extenſio ſupradictæ Conceſſionis pro confluentibus ubique terrarum ad Eccleſias prædicti Ordinis, & in tota Spoletana Diœceſi ad omnes Eccleſias. 88

CCXLIII.

Facultas erigendi Hoſpitium in partibus ☞ Africæ pro ſex Religioſis Congregationis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum Diſcalceatorum, ſeu Recollectorum nuncupatorum. ibid.

CCXLIV.

Eccleſiaſticis Regni Galliarum facultas concedit ſubſidium Regi præſtandi pro Hæreticorum profligatione. 89

CCXLV.

Societas Monachorum Sancti Benedicti Reformatorum Provinciæ Britannicæ Congregationi Sancti Mauri ejuſdem Ordinis in Gallia erectæ unitur. 91

CCXLVI.

Ratificatio Actorum per Torquatum de Comitibus in reſtitutione Tormentorum Bellicorum, & aliarum rerum in Fortalitiis Vallis Tellinæ exiſtentium Comiti Aloyſio Trotto Procuratori a Gubernatore Mediolanenſi nomine Regis Catholici deputato. 92

CCXLVII.

Nonnullæ Indulgentiæ pro Exercitu Regis Poloniæ contra Hæreticos Pruſſiæ profecturo. Ibid.

CCXLVIII.

Subſidium decies Centenorum millium ſcutorum Clero Galliarum imponitur Regi perſolvendum. 93

CCXLIX.

Confirmatio, & Innovatio Conſtitutionis ☞ Pii Papæ V. contra Monetarios, ejuſdemque ad quaſcumque perſonas Eccleſiaſticas, ſeculares, ac cujuſque Ordinis, necnon etiam Militiarum Regulares. 95

CCL.

Confirmatio Decreti Congregationis Sa☞ crorum rituum ſuper præcedentia Confratrum Ordinis Joannis Dei, ac Fratrum Ordinum Mendicantium: & quarumcumque controverſiarum ſuper præmiſſis pendentium extinctio. 96

CCLI.

Liparenſem Eccleſiam a jure Metropolitico Meſſanenſis eximit, & Sedi Apoſtolicæ immediate ſubjicit. 98

CCLII.

Nuntius Hiſpaniarum Commiſſarius deputatur ad exigendam ſummam 1500. ſcut. ſeu ejus reſiduum pro fabrica Eccleſiæ S. Joannis Lateranenſis ratione ampliationis facultatum Cruciatæ impoſitam. 99

CCLIII.

Prohibitio tranſeundi ab ordine Fratrum ☞ Reformatorum B. M. de Mercede Redemptionis Captivorum, ad Fratres Calceatos ejuſdem Ordinis, abſque Romani Pontificis expreſſa licentia. 100

CCLIV.

Statuta nonnulla pro Reformatione Monachorum Ordinis S. Benedicti Congregationis Sancti Mauri. 101

CCLV.

Confirmatio Privilegiorum, ac Jurium ☞ Eccleſiæ, & Capituli Sanctæ Mariæ ad Martyres ſuper Platea ante dictam Eccleſiam. 105

CCLVI.

Deputatio Exequutorum alternativæ circa ☞ electionem Provincialium, Dignitatum, ac Officiorum, & pro Fratribus Ordinis Eremitarum S. Auguſtini Provinciæ Mechoacanæ. 110

CCLVII.

Confirmatio Decreti Sacræ Congregatio☞ nis Concilii, quo declaratur, Conſtitutionem Gregor. XV. de Conſervatoribus editam non afficere Religionem Hieroſolymitanam, niſi quoad Judices Conſervatores, eidemque Militiæ adhuc jus ejuſmodi Judices Conſervatores eligendi competere. 111

CCLVIII.

Indultum Clero Regni Poloniæ elargiendi Regi ſubſidium. 112

CCLIX.

Ampliatio Conſtit. Clem. VIII. contra non ☞ promotos ad Sac. Presbyteratus ordinem ſacramentales confeſſiones audientes, aut Miſſam celebrantes, Curiæ ſeculari prævia degradatione tradendos editæ, nec ætate minori 25. annis excuſentur, dummodo 20. ætatis annum compleverint. 113

CCLX.

Confirmatio, & innovatio Regolæ Can☞ cellariæ, Decreti Cameræ Apoſtolicæ,

cæ, & Conſtitutionum Julii quoad fructus Beneficiorum Eccleſiaſticorum inexactos. 114

CCLXI.

De electione Priorum Provincialium, ac ☞ celebratione Capitulorum Provincialium, necnon de modo regendi, & gubernandi Provincias Fratrum Diſcalceatorum Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini Congregationis Italiæ. 117

CCLXII.

Indictio univerſalis Jubilæi ad agendas gratias, & divinam opem in imminentibus Eccleſiæ neceſſitatibus implorandam. 118

Sequitur conceſſio Indulgentiæ plenariæ, pro iiſdem neceſſitatibus validius ingruentibus avertendis. ibid.

CCLXIII.

Erectio unius Cathedræ Eloquentiæ, ſive ☞ Rethoricæ in publico Urbis Gymnaſio, pro uno ipſius Rethoricæ Lectore, & Profeſſore, cum annuæ proviſionis aſſignatione, necnon privilegiorum, & Indultorum, quibus alii dicti Gymnaſii Cathedratici gaudent, communicatione: Ejuſdemque conceſſio Auguſtino Maſcardo. 121

CCLXIV.

Revocatio Decreti editi in Capitulo Fratrum Joannis Dei, quo conceditur ☞ cuilibet Sacerdoti dicti Ordinis, ut duas Miſſas ſingulis hebdomadis celebrare, & de earum eleemoſynis ad ſui libitum diſponere poſſent: Ac prohibitio, ne dicti Sacerdotes exerceant officia, & dignitates, quæ in eisdem exerceri ſolent: Cum declaratione, quæ ſint officia, & dignitates hujuſmodi, ac inflictione pœnarum contrafacientibus. 122

Sequitur declaratio, quæ nominibus officiorum, & dignitatum intelligenda ſint, ac pœnarum inflictio eligentibus, ac electis contra formam hujus Conſtitutionis. 123

CCLXV.

De electione Præfecti Generalis, Conſultorum, ☞ & Arbitri Congregationis Clericorum Regularium Miniſtrantium Infirmis. 124

CCLXVI.

Extenſio Indulti recitandi Officium, & ☞ celebrandi Miſſam de beato Felice de Cantalicio Ordinis Cappuccinorum in ejus feſto ad omnes Sacerdotes ad Eccleſias ejuſdem Ordinis confluentes. 125

CCLXVII.

De electione Definitorum Congregationis ☞ Caſſinenſis, aliàs Sanctæ Juſtinæ de Padua, Ordininis S. Benedicti, ac de eorumdem vacatione ab Officio: Necnon de auctoritate Dietæ circa diſpoſitiones Abbatum, eorumque mutationes, ac eorum, qui Decanatus munere digni ſunt, electionem. 126

CCLXVIII.

Confirmatio Conſtitutionum Urbanarum ☞ Fratrum Minorum Conventualium Ordinis S. Franciſci in Capitulo generali dicti Ordinis Anno 1625. celebrato pro feliciori ipſius Ordinis progreſſu editarum, ac de mandato Urbani VIII. examinatarum cum annullatione quarumcumque aliarum Conſtitutionũ prædictis repugnantiũ. 127

Sequitur Deputatio Miniſtri generalis hujus Ordinis in Exequutorem obſervantiæ dd. Conſtitutionum Urbanarum. 128

CCLXIX.

Ordinationes, & Leges ſervandæ in electione ☞ Magni Magiſtri Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani. 129

CCLXX.

Nova Erectio Seminarii Apoſtolici Cariatenſis cum aſſignatione ædificiorum, & Poſſeſſionum. 130

CCLXXI.

Approbatio, & Confirmatio nonnullarum ☞ Conſtitutionum pro tutiori Fratrum Diſcalceatorum Reformatorum Ordinis S. Auguſtini Congregationis Galliæ gubernio editarum. 133

CCLXXII.

Confirmatio unionis Congregationis Presbyterorum Oratorii bon. mem Gratiarum in provincia Provinciæ, Congregationi Oratorii Domini N. Jeſu Chriſti. 135

CCLXXIII.

Quod Fratres Cappuccini Ordinis S. Fran☞ciſci ad laxiorem Ordinem ſine Sedis Apoſtolicæ, ad Cartuſienſem vero, ſine Miniſtri generalis licentia de cætero non tranſeant. 136

CCLXXIV.

Commiſſio Cardinalibus Millino, & Cremonenſi ad procedendum contra Cyrillum Pſeudo-Patriarcam Conſtantinopolitanum. 137

CCLXXV.

Subſidium ab Eccleſiaſticis Siciliæ Regi pecuniarũ permittit ſubminiſtrari. 138

CCLXXVI.

Concedit Domum, & Eccleſiam Sanctæ ☞ Mariæ in Sancto Joannino in Capite de Urbe Fratribus Reformatis Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum. 139

CCLXXVII.

Deputatio Cardinalis S. Honophrii in Præſidem viſitationis Eccleſiarum, & Piorum Locorum Urbis. 140

CCLXXVIII.

Extenſio Indulti recitandi Officium, & ce☞lebrandi Miſſam de vigintitribus Martyribus ex Ordine Minorum S. Franciſci Diſcalceatorum ad alias eccleſiaſticas, & ſeculares perſonas. 141

CCLXXVIX.

Revocatio Indultorum, ac Privilegiorum ☞ omnium, etiam per modum communicationis concefforum Militiis, Hoſpitalibus, Collegiis, Capitulis, Reli-

Religionibus, Societatibus, Congregationibus, & Ordioibus quibuſvis, tam Mendicantium, quam non Mendicaotium, cæteriſque locis piis, & eorum, ſive eatum reſpective perſonis, audiendi ſecularium confeſſiones, abſque Ordinarii examioe, & approbatiooe. 142

CCLXXX.

Quod in toto Ordine Fratrum Eremitarum S. Auguſtini nulli præter eos, quibus de jure, juxta dicti Ordinis Conſtitntiones de jure competit, liceat vocem in Capitolis Provincialibus habere, 143

CCLXXXI.

Facultas Viſitatoribus pro viſitatione Ecclesiarum, Monaſteriorum &c. Urbis deputatis conceſſæ. 144

CCLXXXII.

Quod Indulta conceſſa diverſis Urbis Tribunalibus, & Judicibus cognoſcendi cauſas criminales ſuper delictis quarumcumque perſonarum privative quoad alios, non privative quoad Gubernatorem Urbis pro tempore exiſtentem, ſed cumulative cum eo conceſſa, intelligantur. 145

CCLXXXIII.

Facultas Julio Buratto Fortalitium *Forte Urbano* vulgo nuncupatum conceditur extruendi. 146

CCLXXXIV.

Confirmatio declarationum circa facultates Collectoris Portugalliæ, & Commiſſarii Cruciatæ. 147

CCLXXXV.

Facultas Nicolao Guidobagno Marchioni Montisbelli, Caroli Barberini in Provincia Romandiolæ Locumtenenti, eveniente obitu Ducis Urbini eam Provinciam tuendi, & per ſe, vel ſuos Miniſtros mano armata Ducatum, & Civitates hujuſmodi cuſtodiendi. 149

CCLXXXVI.

Confirmatio Decreti Congregationis Concilii Tridentini, quo declaratur, Epiſcopos poſſe uti opera duorum Canonicorum, ſive Cathedralis, ſive Collegiatæ Eccleſiæ, eoſque interim præcipere poſſe, dum vacant Epiſcopi ſervitio, fructus Præbendæ, amiſſis diſtributionibus quotidianis. Ibid.

CCLXXXVII.

Confirmatio Privilegiorum, & Indultorum Ordini Fratrum Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum conceſſorum. 150

CCLXXXVIII.

Excommunicatio contra extrahentes Sacras Reliquias, aut Libros ex Eccleſia, & Bibliotheca Collegii S. Franciſci de Paula ad Montes Urbis Fratrum Minimorum Nationis citerioris Calabriæ. 152

CCLXXXIX.

Facultas Provinciæ Romandiolæ Præſidi removendi Flumen Rheoum a ſuo curſo illudque derivandi ad loca Bondeni, & Gambaroni. 153

CCXC.

Confirmatio Literarum Pauli PP. V. quibus Indultum Hiſpaniæ Regi fuit conceſſum quaſdam pecunias ab Eccleſiaſticis Regni Siciliæ exigendi. 155

CCXCI.

Facultas Clero Regni Sardiniæ parandi octo Triremes ad ejuſdem Regni defenſionem. 156

CCXCII.

Nova inſtitutio Collegii Fuldenſis ad Scholares Germanicæ Nationis Latinis Literis, aliiſque liberalibus diſciplinis inſtruendos, una cum congruæ dotis aſſignatione, ac gratiarum, privilegiorumque conceſſione, & extenſione. 157

CCXCIII.

Confirmatio Decreti Congregationis de Propaganda Fide, quo ſtatuit Lectores, & Studentes Ordinis Fratrum Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia linguarum, non eſſe exemptos a juriſdictione Miniſtri Generalis, & aliorum Superiorum quoad diſciplinam Regularem, quo vero ad remotionem a Lectura, & ſtudiis Lectores non poſſe amoveri inconſulta Sacra Congregatione: Studentes vero a ſolo Generali, & Commiſſario etiam Generali mutari, & ſtudiis removeri poſſe. 161

CCXCIV.

Confirmat Decretum Sacræ Rit. Congregationis, quod in Eccleſia Calaritana ſervetur ad unguem Cœremoniale Epiſcoporum. Ibid.

CCXCV.

Facultas Apoſtolico apud Catholicum Regem Nuncio conceditur permittendi, ut vectigal ſuper Carne, & Vino in Portugalliæ Regno pro ſumma quatuorcentum mille ſcutorum imponi poſſit, etiam ab Eccleſiaſticis perſolvendum. 162

CCXCVI.

Declaratio, quod opus remotionis Fluminis Rheni a loco Mirabelli, illiuſque derivatio in Flumen Padi, perpetuo fiat. 164

CCXCVII.

Confirmatio Decreti Congregationis Rituum, quo declaratur, Domino cujuſdam Terræ Diœceſis Cephaluden. non licere juxta Chorum in Eccleſia majori uti Throno, ſeu Sede in loco eminentiori cum gradibus, & Baldacchino ad inſtar Sedis Epiſcopalis. 165

CCXCVIII.

Facultas Epiſcopo Naulenſi, a cenſuris abſolvendi Ducem, & Gubernatores Reipublicæ Genuen., quod ipſi pro munitione unius propugnaculi oſſi ſunt glebis ad menſas Saonenſem, & Naulenſem ſpectantibus abſque Sedis Apoſtolicæ licentia. 166

CCXCIX.

Confirmatio Privilegiorum Religionis Hieroſolymitanæ circa alienationes, & præſcriptiones ſuorum bonorũ. 166

CCC.

Religioſi Soc. Jeſu non poſſunt uti facultate literarum Sanctæ Cruciatæ, nec eligere alium Confeſſarium, quam aſſignatum a ſui Superioribus. 168

CCCI.

Confirmatio Decreti Congregationis Rituum ſuper uſus Baldachini, & aſſiſtentium, & aliorum Miniſtrorum pro Abbatibus Congregationis Olivetanæ Ordinis S. Benedicti. 169

CCCII.

Epiſcopus Maceratenſis abſente Principe Maſſerani deputatur Gubernator ad Sedis Apoſtolicæ beneplacitum cum facultate quamcumque in eodem Principatu Juriſdictionem exercendi. 170

CCCIII.

Cardinali de Richelieu abſolvendi hæreticos Regni Franciæ facultas conceditur. 171

CCCIV.

Prohibitio, ne Eccleſiaſtici, tam ſæculares, quam regulares Neapolitan., nec in ædibus ſuis, nec in Eccleſiis, vel earum ambitu, lectiones legum, Medicinæ, vel aliarum artium liberalium Eccleſiaſticis prohibitarum legant. Ib.

CCCV.

Quod Priores Generales Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini utentes aliqua facultate, ſeu conceſſione a Sede Apoſtolica per literas obtenta, in patentium literarum expeditionibus, earum tenores de verbo ad verbum inſerant; Neque ullo pacto quibuſdam clauſulis Oraculum ſapientibus in hujuſmodi expeditionibus poſt hac uti audeant. 172

CCCVI.

Prohibitio impoſterum concedendi exemptiones Officiorum, & præſertim ea, quibus Fratres Provinciales, Definitores, aut Viſitatores, vel Prædicatores Majores nuncupati Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini gaudent, Fratribus ejuſdem Ordinis, qui ea unquam exercuerunt, abſque Sedis Apoſtolicæ expreſſa licentia. 173

CCCVII.

Facultatibus Cruciatæ eligendi Confeſſarium, & obtinendi abſolutionem a caſibus reſervatis uti non poſſunt Monachi Ordinis Sancti Benedicti Congregationis Portugalliæ. 174

CCCVIII.

Exemptio conceſſa Clericis Regularibus Pauperum Matris DEI Scholarum Piarum a proceſſionibus, & aliis actibus publicis. Ib.

CCCIX.

Abſolvit Regem Catholicum, ejuſque Miniſtros a cenſuris, in quas incurrerant ob exactum ante obtentum beneplacitum apoſtolicum ab Eccleſiis, & Eccleſiaſticis Regnorum Caſtellæ, & Legionis ſubſidium octodecim millionum. 175

CCCX.

Confirmatio quarumdam Conſtitutionum in Capitulo Generali Fratrum Diſcalceatorum Recollectorum nuncupatorum Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum. 176

CCCXI.

Confirmatio Decreti a Sacra Rituum Congregatione editi ſuper uſu Baldachini, & Miniſtrorum, ac aliarum Cæremoniarum pro Abbatibus Congregationis Caſſinenſis, aliàs S. Juſtinæ de Padua. 177

CCCXII.

Confirmatio Reſtitutionis Provincię Saxoniæ Fratrum Minorum de Obſervantia mediante recuperatione Conventuum e manibus hæreticorũ, &c. 179

CCCXIII.

Facultas Cardinali ab Harach, & Apoſtolico apud Imperatorem Nuntio, cum eodem Imperatore ſuper Bonis, Decimis, Primitiis, Rebus, Juribus, & actionibus quibuſcumque ad Eccleſiaſticos Regni Bohemiæ, non tamen ad Hoſpitale S. Joannis Hieroſolymitani ſpectantibus, conveniendi, & tranſigendi. 179

CCCXIV.

Unio quarumdam Domorum Regularium Provinciarum novi Regni Granaten., ſeu Quiten. in Indiis Occidentalibus Fratrum Diſcalceatorum Ordinis Eremitarum S. Auguſtini ſub gubernio Fratrum Calceatorum ejuſdem Ordinis exiſtentium, Fratribus Diſcalceatis dicti Ordinis, Congregationis Hiſpaniarum. 181

CCCXV.

Epiſcopo Oſnaburgenſi facultas conceditur erigendi Academiam in ipſa Civitate Oſnaburgenſi; cui quidem Academiæ cæterarum Academiarum privilegia conceduntur. 182

CCCXVI.

Taxa reddituum exigendorum pro Clericis alendis in Seminario Romano deprælcripta. 184

CCCXVII.

Suppreſſio Monaſterii Sancti Salvatoris Majoris, & Prioratuum ab eo dependentium. 187

CCCXVIII.

Erectio Reformationis Provinciæ S. Salvatoris Hungariæ Ordinis Fratrum Minorum Strictioris Obſervantiæ S. Franciſci. 194

CCCXVIX.

Quod Regens, & Collegiales Collegii Sancti Bonaventuræ in Domo SS. Duodecim Apoſtolorum de Urbe ſubjaceant obedientiæ Guardiani dictæ Domus, aliorumque dicti Ordinis Superiorum. 195

Con-

Digitized by Google

Index Rubricarum.

CCCXX.

Confirmatio Decreti Sac. Rituum Congreg. ☞ ſuper uſu Baldachini, Miniſtrorum, ac aliarum cęremoniarum pro Abbatibus Congregationis Cœleſtinæ, Ordinis S. P. Benedicti. 196

CCCXXI.

Epiſcopo Paphienſi Eccleſiæ omnes latinæ Regni Cypri admiuiſtrandæ demandantur. 197

CCCXXII.

Impoſitio nonnullarum Decimarum ſuper Beneficiis Eccleſiaſticis in Dominio Reipublicæ Venetæ exiſtentibus in ſubſidium belli contra Turcas. ibid.

CCCXXIII.

Beatificatio Cajetani Thienæi Clericorum ☞ Regularium Fundatoris, ac Indultum celebrandi Miſſam, & Officium de eodem recitandi. 200

CCCXXIV.

Extenſio facultatum Cruciatæ, quoad licentiam veſcendi ovis, & lacticiniis ad Patriarchas, Archiepiſcopos, & alios inferiores Prælatos, ac Presbyteros, & clericos ſeculares, tantum escepta majori hebdomada. 201

CCCXXV.

Jubilæi univerſalis conceſſio ad divinam opem pro imminentibus in diverſis ☞ Chriſtiani Orbis partibus periculis poſtulandam. 202

CCCXXVI.

Pro Ordine S. Baſilii Congregationis Refor- ☞ matæ del Tardon, & S. Antonii de Valle del Gallegillos. 204

CCCXXVII.

Vectigal ſuper carne, & vino, quod ab Eccleſiaſticis Civitatis Ulisbonen. exigi permiſerat, ab Eccleſiaſticis quoque Regnorum Portugalliæ, & Algarbiorum exigi poſſe indulget. 205

CCCXXVIII.

Erectio Montis Vacabilis ſubſidii nuncupati. 206

CCCXXIX.

Quod præcedentia in concurſu cum aliis ☞ Regularibus in Proceſſionibus competit Fratribus Diſcalceatis S. Franciſci in Provinciis Hiſpaniarum. 209

CCCXXX.

Facultas Cardinali a Balneo abſolvendi Archiepiſcopum Rothomagenſem, qui in quodam libro nonnulla contra Sedis Apoſtolicæ auctoritatem inadvertenter ſcripſerat. 210

CCCXXXI.

Confirmatio concordiæ, & revalidatio li- ☞ terarum, quibus juſſu hujus Pontificis anno 1616. in Conventu Virginis Mariæ Solitudinis de la Jana Provinciæ Sancti Joannis Baptiſtæ Minorum Diſcalceatorum Sancti Franciſci de Obſervantia celebratum, ac inſuper confirmatum fuit Capitulum Provinciale, cum impoſitione ſilentii, ac pœnis, & cenſuris per contrafacientes eo ipſo incurrendis. 211

CCCXXXII.

Confirmatio geſtorum ab Epiſcopo Malleacenſi pro reſtituendo exercitio Religionis Catholicæ in Valle Pragellæ Taurinen. Diœceſis. 214

CCCXXXIII.

Nonnullæ facultates conceduntur Cardinali Barberino Angliæ, & Scotiæ Protectori pro re catholica illis in Regnis bene adminiſtranda. 217

CCCXXXIV.

Ne de cætero alia Mendicantium Ordinum ☞ Monaſteria, Domus, ſeu Conventus, aut regularia loca per tres leucas circumcirca Monaſterium, & Eccleſiam B. Mariæ de Monte Serrato conſtruantur, ſub pœna excommunicationis. 218

CCCXXXV.

Confirmatio contractus inter Regem Catholicum, & Clerum Regni Portugalliæ initi. 219

CCCXXXVI.

De facultate eligendi Confeſſarium ad Re- ☞ gulares utriuſque ſexus, & cujuſcumque Ordinis non extendenda, nec extra forum conſcientiæ. 222

CCCXXXVII.

Prohibitio ne aperiantur Loca, & Domus ſub titulo Congregationis Oratorii in Regno Neapolis, niſi in Civitatibus inſignioribus, & tunc adſint decem Sacerdotes, qui ſe ſuſtentare valeant, quin eleemoſynas quærere cogantur. 223

CCCXXXVIII.

Inquiſitor Melitenſis Præſes deputatur Capituli a ſesdecim Compromiſſariis in Hoſpitali S. Joannis Hieroſolymitani habendi cum facultatibus neceſſariis, & opportunis. 224

CCCXXXIX.

Facultas eidem Inquiſitori jubendi, ut electio duorum Compromiſſariorum fiat a qualibet lingua, vel ab aliis incorporatis a Capitulo per ſecreta ſuffragia &c. 225

CCCXL.

Facultas eidem Inquiſitori conceditur nominandi ſesdecim Compromiſſarios abſque participatione linguæ, aut incorporatorum a Capitulo, qui ſic nominati habeant eamdem facultatem, quam habent nominati a Capitulo. Ib.

CCCXLI.

Facultas Inquiſitori Melitæ nominandi eos Fratres Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani, qui Capitulo Generali pro lingua Angliæ adſint. 226

CCCXLII.

Facultas Inquiſitori Melitæ nominandi ſesdecim Fratres Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani etiam ex non incorporatis in Capitulo, duos ſcilicet pro qualibet lingua, qui adjungantur aliis a linguis, ſeu Capitulo nominatis. Ibid.

CCCXLIII.

Prohibitio erigendi Scholas ſub denomina- ☞ tione Scholarum Piarum: Et annullatio erectarum ſub tali nomine ab aliis, quam

Digitized by Google

quam a Clericis Regularibus Religioſis Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum. Necnon interdictio deferendi habitum per dictos Clericos geſtari ſolitum, 227
CCCXLIV.
Declaratio Conſtitutionis Pii Quarti de regiſtrandis in Camera gratus illius intereſſe concernentibus. Ibid.
CCCXLV.
Indulgentiæ, ac Privilegia omnia Monachis Ordinis Sancti Baſilii Monaſterii Sanctæ Catharinæ Montis Sinay a Prædeceſſoribus Pontificibus conceſſa confirmantur. 229
CCCXLVI.
Magiſtratui Ferrarienſi facultas conceditur vectigal ſalis, & olei imponendi, Montemque non Vacabilem ſuper ejus fructibus erigendi. 231
CCCXLVII.
Confirmatio concordiæ initæ inter Philippum IV. Hiſpaniarum Regem, & Capitula Eccleſiarum Regnorum Caſtellæ, & Legionis ſuper ſolutione primæ Decimæ. 234
CCCXLVIII.
Ven. Joannes Dei Congregationis hujus nominis Fundator in Beatorum Confeſſorum numerum refertur cum conceſſione indulti recitandi Officium, & Miſſam celebrandi de eo. 239
CCCXLIX.
Conceſſio Plenariæ Indulgentiæ in Urbe ad agendas gratias Deo pro præſervatione dictæ Urbis, aliarum Civitatum, ac Provinciarum Italiæ a dira epidimiæ, ſeu peſtis vexatione, & ad divinam opem implorandam pro earumdem conſervatione, & aliarum dictæ vexationi obnoxiarum liberatione. Necnon extenſio prædictarum omnium Indulgentiarum ad univerſam Italiam, & Inſulas ei adjacentes. Ac prorogatio earum ad alios tres menſes. 240
Sequitur extenſio prædictarum Indulgentiarum ad univerſam Italiam, Inſulaſque ei adjacentes. 241
Sequitur Prorogatio earumdem ad alios tres menſes. 242
Subſequitur Prorogatio ad alios tres menſes, cum decreto, ut eiſdem tribus menſibus elapſis, quæcumque extenſiones, & ampliationes indulgentiæ hujuſmodi ad certum tempus factæ, etiam eo ipſo expirent, Ibid.
CCCL.
Quod Magiſter Generalis Fratrum Calceatorum Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum infra quindecim dies confirmare debeat electionem Vicarii Generalis pro tempore Fratrum Diſcalceatorum Recollectorum ejuſdem Ordinis. 243
CCCLI.
Super concordia inter Præſules, ſeu Adminiſtratores ex una, necnon Præpoſitos, & Canonicos ex alia, ac Abbatem, & Monachos Eccleſiæ S. Ambroſii Mediolani Ciſtercienſis Ordinis ex reliqua partibus. 244
CCCLII.
Facultas Archiepiſcopo Panormitano permittendi, ut Eccleſiaſtici Regni Siciliæ ſubſidium Regi perſolvant, 250
CCCLIII.
Mandatum ſub pœna excommunicationis quibuſcumque, ut documenta quæcumque ad Ducatum Urbini ſpectantia ad Epiſcopum Senogallienſem deferant, 252
CCCLIV.
Indictio ſex decimarum ſuper omnibus fructibus Eccleſiaſticis Italiæ. ibid.
CCCLV.
Eccleſiaſticis Sardiniæ permittitur, nonnihil Regi perſolvere in futuro Parlamento, 256
CCCLVI.
Decretum, ut quotannis ſolvantur Fabricæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe decem mille ducati de Camera ex Cruciata Portugalliæ. 257
CCCLVII.
Erectio unius Congregationis Fratrum Diſcalceatorum Reformatorum Ordinis SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum in Regno Franciæ. Ibid.
CCCLVIII.
Commiſſio Nuncio Apoſtolico in Germania nonnullos redditus Eccleſiaſticos Palatinatos Fœderi Catholico aſſignandi, 265
CCCLIX.
Confirmatio nonnullorum Statutorum Congregationum Lombardiæ, & Tuſciæ Monachorum Ordinis Ciſtercienſis, pro Reformatione in eis ſtatuenda. 262
CCCLX.
Propagatio Indulgentiæ Plenariæ in forma Jubilæi, de qua ſupra Conſtitutionem CCCXXXIX. ad alios duos menſes, ſcilicet Aprilis, & Maii 1631. cum Indulto, ut qui dictam Indulgentiam conſequuti jam ſunt, illam denuo conſequi valeant, & Decreto, ut dictis duobus menſibus elapſis Indulgentiæ hujuſmodi per SS. D. N. conceſſæ ad certum tempus, eo ipſo expirent, 266
Sequitur prorogatio ad alios tres menſes etiam, ut pro felici ſtatu Religionis Catholicæ in Germania oretur. 267
CCCLXI.
Declaratio facultatum transferendi, & reſervandi penſiones Beneficiorum per S. R. E. Cardinales obtentorum. Ib.
CCCLXII.
Contra Aſtrologos Judiciarios, qui de ſtatu Reipublicæ Chriſtianæ, vel Sedis Apoſtolicæ, ſeu vita Romani Pontificis, aut ejus conſanguineorum judicia facere, necnon eos, qui illos deſuper conſulere præſumpſerint, cum innovatione ſimilis Conſtitutionis Sixti V. 268
CCCXIII.
Super profeſſionibus per Regulares emiſſis,

☞ ſis non facto in locis deſignatis Novitiatu. 271
Sequitur Decretum editum a Sacra Tridentini Concilii Congregatione, quoad Novitios receptos, & profeſſos contra formam Decretorum. 272

CCCLXIV.

Revocatio Licentiarum quarumcumque legendi, & tenendi Libros prohibitos. 273 ☞

CCCLXV.

Facultas Inquiſitori Melitæ præcipiendi turbas excitantibus Capituli Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani, ut Romæ ſiſtant. Ib.

CCCLXVI.

Committitur Nuncio apud Imperatorem, ut ex redditibus omnium bonorum eccleſiaſticorum per Univerſam Germaniam è manibus hæreticorum ereptorum dimidiam partem Fæderi Catholico in Germania addicat. 274

CCCLXVII.

Quod Laici Profeſſi Ordinis Cappuccinorum præcedant Clericos Novitios nondum Profeſſos in omnibus locis, tam publicis, quam privatis. 275 ☞

CCCLXVIII.

Conceſſio Eccleſiæ Sancti Bonaventuræ de Urbe Lucania in eadem Urbe commorantibus.

CCCLXIX.

Commiſſio Archiepiſcopo Bracharen., & Epiſcopis ſuffraganeis, ut inhibeant Judicibus ſecularibus, ne Cauſas Civiles Monialium Monaſteriorum Ordinis Sancti Benedicti in ſuis Diœceſibus exiſtentium, ullo cognoſcere audeant. 277

CCCLXX.

Confirmatio Decreti Sacræ Congregationis Concilii, quo declaratur, Metropolitano non licere viſitare Diœceſes Epiſcoporum ſuffraganeorum niſi ad præſcriptum dicti Concilii *Cap.3. Seſſ.24. de Ref.* Ibid.

CCCLXXI.

Facultas Cardinali Barberino immutandi modum, & Statum Officiorum, Magiſtratumque Civitatis Urbini, ejuſque Diſtrictus. 278

CCCLXXII.

Confirmatio nonnullorum Decretorum per Sacram Congregationem Epiſcoporum, & Regularium ſuper diverſis controverſiis inter Metropolitanos, & Suffraganeos editorum. 279

CCCLXXIII.

Confirmat Decretum Congregregationis Palatinatus in Cauſa vertente inter Arciepiſcopos S.R.I. Electures, ac eorum Suffraganeos, & Abbates Congregationis Burſfeldenſis Ordinis Sancti Benedicti, ſuper validitate unionis aliarum Congregationum, ac Monaſteriorum ejuſdem Ordinis ab eiſdem Abbatibus factæ, emanatum. 281

CCCLXXIV.

Facultas Legato Ferrarien. ſuper Obſidibus pro confirmatione Pacis Italiæ, nomine Sanctæ Sedis accipiendis. Ib.

CCCLXXV.

Communicatio, & extenſio Indulgentiæ Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Angelorum Aſſiſienſis tempore Peſtis. 282 ☞

CCCLXXVI.

Commiſſio Epiſcopo Portugallen., ut inhibeat Judicibus ſecularibus, ne cauſas civiles Monialium Monaſteriorum Ordinis S. Benedicti in ſua Diœceſi exiſtentium ullo modo cognoſcere audeant. 283

CCCLXXVII.

Confirmatio Decreti Congregationis Concilii, quo declaratur Clementinam *Dudum de Sepulturis*, non eſſe obſervandam, niſi cum ipſemet Epiſcopus prædicat; Parochus autem inter Miſſarum ſolemnia etiam eadem hora, qua Epiſcopuſmet prædicat, poſſe ad plebem ſuam ſermonem habere. Ibid.

CCCLXXVIII.

Prorogatio Indulgentiæ Plenariæ in forma Jubilæi, de qua ſupra Conſt.360. ad alios tres menſes, ſcilicet Septembris, Octobris, & Novembris cum Indulto, ut qui dictam Indulgentiam conconſequuti jam ſunt, illam denuo conſequi valeant, ac Decreto, ut eiſdem tribus menſibus elapſis quæcumque extenſiones, & ampliationes Indulgentiæ hujuſmodi ad certum tempus factæ, etiam eo ipſo expirent. 284 ☞

CCCLXXIX.

Quod Fratres Cappuccini Conventus Terræ Modogni, Barenſis Diœceſis, non poſſint prohiberi in publicis proceſſionibus incedere ſub propria Cruce. 285 ☞

CCCLXXX.

Indultum pro Fratribus Reformatis Diſcalceatis Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum Hiſpaniæ, quærendi, petendi, & recipiendi eleemoſynas, oblationes, & legata, ac alia quæcumque ſubſidia pro Redemptione Captivorum relicta. 286 ☞

CCCLXXXI.

Quod Fratres Cappuccini (excepta Provincia Romana) non audeant accedere Romam abſque licentia Cardinalis Protectoris, aut Superiorum Generalium. 288 ☞

CCCLXXXII.

Moderatio Conſtitutionis editæ a Clemente VIII. circa diſtractionem Caſtrorum, & bonorum, etiam fideicommiſſariorum, pro ſatisfactione creditorum Baronum, & Domicellorum Status Eccleſiaſtici, quod non habeat locum quoad debita contracta poſt ſex menſes a die archiviationis Inſtrumentorum, ac vinculationis Bonorũ. Ib. ☞

CCCLXXXIII.

Mandatum Cardinali Legato Ferrarienſi de reſtituendis Obſidibus a Ferdinando

do Imperatore datis juxta Capitulationem Cheraſci. 291

CCCLXXXIV.

Idem Mandatum de reſtituendis Obſidibus datis a Rege Galliarum. 292

CCCLXXXV.

Facultas Chriſtianiſſimo Regi Franciæ perpetuo Adminiſtratori Militiæ Ordinis Sancti Spiritus Statuta pro illius proſpero regimine neceſſaria, & utilia edendi corrigendique, & immutandi. Ibid.

CCCLXXXVI.

Quod Rex Chriſtianiſſimus Adminiſtrator Ordinis Militaris Sancti Spiritus, etiam Exteros ad dictam Militiam admittere poſſit, & tam ipſe, quam alii ejuſdem Militię Milites Sacramentum Euchariſtiæ infra Octavam ante generalem Congregationem, & ad habitum admiſſionem, ſumere debeant. 293

CCCLXXXVII.

Quod Conſtitutiones Apoſtolicæ in concernentibus Fidem Catholicam, & Sanctæ Inquiſitionis Officium hactenus editæ, & impoſterum etiam ſuper quacumque alia re edendæ, omnes Regulares quomodolibet privilegiatos cõprehendant, niſi illi ſpecialiter excipiantur. Ibid.

CCCLXXXVIII.

Quod in Eccleſia Sancti Jacobi Nationis Hiſpanorum de Urbe celebrari poſſit Feſtum Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis Immaculatæ, etiamſi in Dominica ſecunda Adventus venerit, ſub Ritu duplicis primæ Claſſis. 295

CCCLXXXIX.

Jubilæum univerſale ad divinam opem implorandam in præſentibus Eccleſiæ neceſſitatibus. 296

CCCXC.

Erectio Collegii in Urbe pro decem Monachis Ordinis S. Baſilii. 298

CCCXCI.

Extenſio Conſtitutionis Gregorii XV. revocatoriæ omnium conceſſionum vivæ vocis oraculo factarum, præter S. R. E. Cardinalibus, & eorum manu ſignatas. 299

CCCXCII.

Declaratio ſuper nominatione Judicum pro cognitione Cauſarum inter Archiepiſcopum Elborcn., & Ordines Militares Portugalliæ vertentiũ. 300

CCCXCIII.

Notarii extra Urbem creandi, antequam officium Notariatus exercere incipiant, examini ſe ſubjicere debent ſub pœna nullitatis, & falſi. 301

CCCXCIV.

Declaratio nullitatis Notariorum creatorum a Gubernatoribus Civitatum, aliorumque locorum Prætoribus, prætextu Bannimenti Henrici Card. Cajetani Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerarii. Ac revalidatio Inſtrumentorum, & Scripturarum per eos olim factarum. Necnon facultas Præfecti Archiviorum cognoſcendi cauſas ſuper nullitatibus hujuſmodi creationum, & acta talium Notariorum revalidandi. 303

CCCXCV.

Ampliatio Conſtitutionis Pauli V. ſuper ſimplicibus votis, quæ Profeſſi Societatis Jeſu emittunt poſt Profeſſionem ſolemnem circa paupertatem, & acceptationem dignitatum extra religionem, & quæ diſpenſari nullatenus poſſunt, niſi a Romano Pontifice: dictamque diſpenſationem ſibi, & pro tempore Romano Pontifici reſervavit: editæ ad commutationem, & relaxationem: & ſuper qua declaravit, quod in dicto voto de dignitatibus extra Societatem, comprehenduntur etiam dignitates ſeculares, & officia ſecularia, quæ juriſdictionem habent extra Societatem. 306

CCCXCVI.

Decima per Regem Catholicum ab univerſo Clero, & perſonis eccleſiaſticis exigenda ad ſummam 600. mil. ducat. monetæ aſcendens. 308

CCCXCVII.

Commiſſio Hiſpaniarum Nuncio, ut modum ſibi a Clero Hiſpaniarum proponendum circa præfatæ decimæ exactionem acceptet. 310

CCCXCVIII.

Commiſsio Nuncio Hiſpaniarum dandi facultatem Regi Catholico exigendi certam ſummam ducatorum 600. mille monetæ Hiſpaniarum, & non amplius in ſubventionem ipſius Regis pro hac vice tantum. 311

CCCXCIX.

Facultas Ordinario Genuen. inquirendi contra Conſpiratores in Rempublicam. Ibid.

CD

Mandat Nuntiis Apoſtolicis apud Imperatorem, & Regem Poloniæ, ut deputent unam, ſeu plures perſonas in dignitate eccleſiaſtica conſtitutas, quæ Eccleſias Cathedralem, & Collegiatam S.Crucis Uratislavian. ſemel tantum viſitent, & reforment. 312

CDI.

Proteſtatio, ac Pontificia declaratio contra attentata per GaſparemCard.Borgiam, & Complices in Conſiſtorio, ſive extra illud. 313

CDII.

Prohibitio ſuper conceſsione licentiæ pro Fratribus Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum tranſeundi ad ſtatum Clericalem. 314

CDIII.

Declarat Cardinalem Borgiam, & alios complices etiam Cardinales occaſione per eos geſtorum remanere in priori ſtatu, in quo erant, quando hæc geſſerunt. 315

CDIV.

Quod Feſtum Tranſitus Sancti Benedicti in ſingulis locis, in quibus exiſtunt Eccle-

Eccleſiæ Ordinis ipſius Congregationis Hiſpaniarum, ad inſtar aliorum de præcepto Eccleſiæ celebrandorum recolatur. 316

CDV.

Pia, & Paſtoralis adhortatio ad Patriarchas, ☞ Archiepiſcopos, & Epiſcopos, Clerum, Religioſos viros, ac omnes Eccleſiæ Catholicæ Chriſtifideles, ut ab Omnipotenti Deo fuſis precibus concordiam inter Catholicos Principes obtineant. 317

CDVI.

Quod Eccleſiaſtici, tam ſeculares, quam regulares Civitatis, & Status Mantuani teneantur ſolvere quamdam pecuniæ partem pro reſtaurandis mœniis dictæ Civitatis. 318

CDVII.

Declarat, ſuæ voluntatis eſſe per quamcumque admiſſionem Cardinalis Borgiæ ad audientiam pro negociis Regis Catholici gerendis, & quoſcumque alios actus licentiam præmiſſa peragendi eidem Cardinali nullatenus concedere, nec eum uti Regis Oratorem quovis modo agnoſcere, aut pœnas propterea incurſas ullo modo illi condonare. 319

CDVIII.

Declarat, & teſtatur ob impoſitionem Palii, & receptionem juramenti Cardinalis Borgiæ, ac quoſcumque alios actus, & conceſſiones factos, & factas, faciendus, & faciendas ſe a priori voluntate ſua nullatenus recedere velle, cum expreſſa prohibitione Cardinali Borgiæ, & aliis, ne contrarium ullo tempore allegare poſſint. 320

CDIX.

Declaratio circa decimam 600. mille ducatorum monetæ Hiſpanicæ per ſimplicia Beneficia Eccleſiaſtica, quorum fructus ſummam vigintiquatuor ducatorum auri de Camera excedunt, obtinentes Regi Catholico ſolvendã. 321

CDX.

Confirmatio ſententiæ latæ ſuper caputio ☞ rotundo, ac largiori mozzetta a Fratribus Sancti Franciſci Strictioris Obſervantiæ Recollectis Regni Franciæ deferendis; & mandatum obſervandi dictam ſententiam cum impoſitione pœnarum. 322

CDXI.

Decimam 600. mil. ducat. quam Regi Catholico conceſſit, per ipſum Clerum exigi mandat. 323

CDXII.

Confirmatio Decreti editi a Sacra Rituum ☞ Congregatione ad ſavorem Abbatum Congregationis Camaldulenſium Monachorum Ordinis Sancti Benedicti ſuper uſu Baldachini, ac facultate celebrandi ſolemniter in Pontificalibus. 325

CDXIII.

Declarat Bona Monachorum Ordinis Sancti Benedicti Congregationis Hiſpaniarum, ſeu Anglicanæ, in Anglicana natione laborantium, poſt illorum obitum ſpectare ad Monaſteria Ciſmarina dicti Ordinis Congregationis Anglicanæ, in quibus profeſſi ſunt, aut quibus ſe aggregarunt. Ib.

CDXIV.

Commiſſio Archiepiſcopo Arelaten., ac Bolonien., & S. Flori, ac Maclovien. Epiſcopis, ut conjunctim procedant contra quaſcumque perſonas eccleſiaſticas contra perſonam, & Statum Regis Chriſtianiſſimi quidquam molientes. 326

CDXV.

Erectio Offici advocati Pauperum in Urbe cum conceſſione facultatum. 327

CDXVI.

Prohibitio ne Fratres Carmelitæ Calceati ☞ de obſervantia in Belgio, & Siciliæ Provinciis geſtent habitum per Fratres ejuſdem Congregationis Diſcalceatorum geſtari ſolitum, nec ſe Fratres Carmelitas Reformatos Sanctæ Thereſiæ vocitent, aut ſubſcribant. 328

CDXVII.

Diſmembratio ab Eccleſia Sarſinaten Fodinarum Sulphuris, & Juris Sulphurum hujuſmodi in nonnullis locis effodiendi, ac applicatio Sedi Cameræ Apoſtolicæ. 330

CDXVIII.

Erectio reformationis Provinciæ Auſtriæ ☞ Fratrum Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia. 331

CDXIX.

Declaratio Privilegiorum Congregationis ☞ Clericorum Regularium Papienſium de Somaſca, quoad Oratoria privata. Ibid.

CDXX.

Facultas Cardinali Franciſco Barberino, ☞ modum, & ſtatum officiorum, magiſtratuum, tam Optimatum, quam Populi, & gubernii temporalis in Civitatibus, & Locis Status Urbini ad Sedem Apoſtolicam devolutis, ac etiam cuſtodiæ, militiarumque, ad formam, & methodum regiminis, & gubernii aliorum locorum Status Eccleſiaſtici redigendi, & Comites Palatinos, atque auratæ militiæ Equites, uſque ad quemcumque numerum creandi. 332

CDXXI.

Fratres Minores Strictioris Obſervantiæ ☞ S. Franciſci introducuntur in Monaſteriis S. Claræ, & S. Mariæ Magdalenæ Neapolis. 333

CDXXII.

Confirmatio Literarum Clementis Octavi ſuper ſpoliis Cleri Civitatis Avenionen., & Comitatus Venayſſini. 334

CDXXIII.

Applicatio Villæ Torokaniæ ſpectantis ad Archimandriam Zydicinenſem Ordinis S. Baſilii Ruthenorum Collegio

per

Digitized by Google

per Archiepiſcopum Chiovien. Metropolitam Ruſsiæ erigendo pro inſtruendis Ruthenis, & Moſcovitis Adolaſcentibus. 387

CDXXIV.

Facultas Regi Chriſtianiſsimo admittendi ætate minores ad habitum Ordinis Militaris S. Spiritus. 338

CDXXV.

De Miſsionibus Religioſorum cujuſcumque Ordinis ad Japponicas, & alias Indiarum Orientalium Regiones: Impedientium pœnis, & aliis ad eas pertinentibus. Ibid.

CDXXVI.

Subſidium decem, & novem millionum nummorum aureorum in Regnis Caſtellæ, & Legionis pro Rege Catholico. 341

CDXXVII.

Super exemptione Cleri Regnorum Caſtellæ, & Legionis a Solutione Decimæ. 343

CDXXVIII.

Confirmatio Tranſactionis initæ inter DD. Cardinales ab Harrach, & Pallottum Summi Pontificis Delegatos, & Ferdinandi Imperatoris Plenipotentiarios ſuper bonis Eccleſiaſticis Regni Boemiæ; qua quidem tranſactione prædicta bona craſſante eo in Regno Hæreticorum rebellione uſurpata Regi conceduntur; Eccleſiaſticis autem certa pars vectigalis, quod *Salis* appellatur, adjudicatur. 346

CDXXIX.

Confirmatio deſignationis Novitiatuum factæ a Fratribus Eremitis S. Auguſtini Congregationis Lombardiæ, vigore facultatis conceſſæ Cardinali Protectori, vivæ vocis oraculo, a Paulo Quinto. Ac conceſsio, quod in illis poſsint recipi Novitii ad præſcriptum Conſtitutionum Apoſtolicarum. 353

CDXXX.

Commiſsio Nuncio Franciæ deputandi Viſitatorem Monaſterii Ordinis Sancti Benedicti Lemovicen. Diœceſis Sedi Apoſtolicæ immediatæ ſubjecti. 354

CDXXXI.

Confirmatio nonnullorum Decretorum pro Gubernatorinus Domus, & Hoſpitalis Annunciationis B. M. V. Neapolitan. 355

CDXXXII.

Facultas Eccleſiaſticis Regni Sardiniæ partem novi ſubſidii quadringentorum millium ſcutorum, quod Regi Catholico Regni Status obtulerunt, ad quinquennium perſolvendi. Ibid.

CDXXXIII.

Indultum Regi Catholico, & Clero Regni Sardiniæ recipiendi, ac reſpective ſolvendi ſolitum donativum. 357

CDXXXIV.

Concedit facultatem Generali Minimorum ſupprimendi Conventus tenues, eorumque bona in Conventus majores transferendi; cum oneribus annexis. Ibid.

CDXXXV.

Regulares non poſſunt prohiberi aſſociari corpora defunctorum, & Curati non poſsint cogere hæredes defunctorum celebrari facere Miſſas in ſuis Eccleſiis Parochialibus. 358

CDXXXVI.

Quod Fratres S. Auguſtini Diſcalceati Hiſpaniarum, in Philippinis, & Occidentalibus Indiis degentes, a quovis Catholico Epiſcopo communionem Sedis Apoſtlicę habente, Minores, Sacros Ordines, etiam non ſervatis interſtitiis ſuſcipere poſsint. 359

CDXXXVII.

De vacatione non expleto ſexennio, & aliis caſibus Miniſtri Generalis Fratrum Diſcalceatorum Ordinis Reformatorum Sanctiſsimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum Hiſpaniarum. Ib.

CDXXXVIII.

Declarat, per ſubſequntum Sedis Apoſtolicæ beneplacitum impoſitionis cujuſdam vectigalis Eccleſiaſticis Regnorum Caſtellæ, & Legionis in ſubſidium Regis Hiſpaniarum, & Romanorum Imperatoris, hujuſmodi vectigalis exactionem ante factam, non fuiſſe confirmatam, nec licite illud exigi potuiſſe. 360

CDXXXIX.

Declarat nihil obeſſe, ſi quibus in Apoſt. Brevibus Pontificatus ſui anni a Coronationis, non autem ab Aſſumptionis ſuæ die computati reperiantur. 361

CDXL.

Statutum circa Cauſarum Criminalium in Regno Poloniæ cognitionem. 362

CDXLI.

Feria quinta 15. Decembris 1633. in Generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & Univerſalis Inquiſitionis habita in Palatio Apoſtolico coram Sanctiſſimo Domino Noſtro Urbano divina providentia Papa VIII. ac Eminentiſſimis, & Reverendiſſimis Dominis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus adverſus hæreticam pravitatem Inquiſitoribus Generalibus a Sancta Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatis. Ibid.

CDXLII.

Declaratio nonullorum Statutorum pro Congregationibus Tuſciæ, & Lombardiæ Monachorum Ordinis Ciſtercienſis emanatorum. 364

CDXLIII.

Confirmatio Triennalis Impoſitionis ſuper fructibus Commendarum Ordinis Sancti Joannis Hieroſolymitani. 368

CDXLIV.

Quod Ordinarii locorum, & Concionatores Verbi Dei tempore Adventus, & Quadrageſimæ neceſſitates locorum Terræ Sanctæ commendari curent. 370

CDXLV.

Confirmatio quarumdam Diſmembrationum,

num, ac unionum Commendarum Linguæ Franciæ Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani. Ibid.

CDXLVI.

Prohibet quominus Milites Militiæ Chriſtianæ es Ærariis ejuſdem Militiæ pecunias, Jocalia, & alia bona ipſius Militiæ abſque Sedis Apoſtolicæ licentia accipiant, extrahant &c. 372

CDXLVII.

Commiſſio Nuncio Hiſpaniarum, ut ſignificet Commiſſario Cruciatæ ſe gravaſſe Clerum Caſtellæ, & Legionis, ipſum cogendo ſub cenſuris ad ſolutionem excuſati poſt lapſum quinquennii Concordiæ deſuper initæ, & a S. Sede confirmatæ. Ibid.

CDXLVIII.

Commiſſio eidem Nuncio, ut moneat eumdem Commiſſarium Cruciatæ, ne officia Notariatuum Cruciatæ, ſubſidii, & excuſati vendat. 373

CDXLIX.

Committitur Nuncio Franciæ, ut abſolvat Ducem de Eſpernon, ejuſque Miniſtros ad tempus reincidentia, ab escommunicatione, aliiſque cenſuris, & pœnis, in quas incidiſſe declarati fuerunt ab Archiepiſcopo Burdegalenſi ob violentias eidem Archiepiſcopo, & nonnullis e Clero Civitatis Burdegalenſis illatas. 374

CDL.

Indictio, ſeu Impoſitio duorum pro centenario ſuper omnibus fructibus, & penſionibus eccleſiaſticis univerſæ Italiæ. 375

CDLI.

Indictio Jubilæi univerſalis ad divinam iram avertendam, & catholicæ rei pericula, ac detrimenta præſertim in Germania ingruentia removenda. Et ejuſdem prorogatio ad alias duas hebdomadas, cum declaratione, quod poſſint Chriſtifideles ſupplere in ſequentibus duabus, ſi quid in primis hebdomadis pro conſequenda Indulgentia hujuſmodi omiſerint. 379

CDLII.

Communicatio Privilegiorum omnium, uno Mendicantium, & Mendicantium Ordinibus, ſeu Congregationibus Clericorum conceſſorum, Fratribus Diſcalceatis Hiſpaniarum Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum. 382

CDLIII.

Confirmatio Conſtitutionum Congregationis Reformatæ Ordinis S. Antonii de Sancto Antonio Viennen. in Capitulo Generali examinatarum, & approbatarum. 384

CDLIV.

Prorogatio Subſidii quadringentorum, & viginti millium ducatorum ſuper fructibus Eccleſiaſticis Hiſpaniarum, & Sardiniæ pro Rege Catholico. 403

CDLV.

Nonnullæ Ordinationes, & Statuta facta pro bono regimine Civitatis Ferrarien. 404

CDLVI.

Nonnullæ declarationes circa controverſias inter Collectorem, & Commiſſarium Cruciatæ Portugalliæ vertentes. 405

CDLVII.

Confirmatio Statutorum Societatis Exaltationis Sanctæ Crucis extra muros Civitatis Pariſienſis erectæ. 407

CDLVIII.

Declaratio, ac confirmatio Decretorum editorum circa Imagines defunctorum nondum a Sede Apoſtolica canonizatorum cum ſplendoribus, aut laureolis non proponendas, & proceſſus pro eorum Beatificatione, aut Canonizatione conficiendos. 410

Digitized by Google

INDEX INITIALIS
BULLARUM,

Quæ in hoc Volumine referuntur.

A

A *B illa die.* Pag. 35
Accepte. 12
Ad clavum. 219
Ad militantis. 91
Ad uberes. 5. 33. 227
Ad univerſalis. 341
Æternus. 114
Alias. 4. 6. 28. 29. 44. 110. 117. 123
120. 132. 141. 143. 155. 201. 205
257. 261. 266. 267. 284. 299. 300
324. 321. 328. 331. 355. 364. 405
Alma. 374
Apoſtolatus. 113. 273. 372. 373
Aſſidua. 153

C

C *Æleſtis.* 412
Circumſpecta. 122
Commiſſi. 96. 126. 172. 243
Complura. 218
Conſervationi. 21
Conſiderantes. 252
Creditum. 78. 149
Cum ad ſalutem. 172
Cum aliàs. 82. 360
Cum Capitulum. 224. 273
Cum Majeſtas. 338
Cum nos. 99. 226. 308. 310
Cum nuper. 164. 315
Cum primum. 93
Cum S. R. E. 267
Cum ſicut. 18. 24. 28. 31. 92. 112
137. 139. 142. 147. 184. 227. 256
277. 281. 283. 291. 292. 294. 330
357. 359. 361. 372.
Cupientes. 225. 312. 325. 354

D

D *Ebitum.* 85. 174
Decent. 50
Decet. 1. 23. 145. 323
De ſalute. 92

E

E *X elementi.* 150
Ex commiſſi. 327
Ex debito. 25. 338
Ex digniz. 333
Eximius. 15. 17. 156
Ex incumbenti. 209. 286
Ex injuncti. 133
Exponi nobis. 43. 64. 79. 111. 135
138. 149. 161. 162. 165. 166. 169
177. 179. 196. 223. 250. 277. 281
285. 311. 314. 318. 337. 357.
Expoſitum. 34. 353
Expoſuit. 326

F

F *Elici.* 25. 195. 197

G

G *Regis Dominici.* 244

H

H *Odie.* 65. 257. 343

I

I *Mmortalis.* 68
Impenſarum. 206
In Apoſtolica. 331
In iis præcipue. 29
Injuncti nobis. 3. 100. 136. 159
Inſcrutabilis. 268
In ſede. 62. 200. 239. 262
In ſpecula. 129. 222. 228
In ſupereminenti. 14. 201. 275
In ſuprema. 89. 95. 303
In ſupremo. 44. 87
Inter cætera. 88
Inter cæteras. 171. 173. 368
Inter graviſſimas. 179. 217. 298
Irritatus. 202
Iteratis. 379
Juſtis. 152

L

L *Icet.* 13. 319. 407

M

M *Agnis.* 403
Majeſtatis. 292. 293
Militantis. 121. 127. 166. 274. 355
Muneri noſtro. 16

N

N *Uper.* 88. 128. 175. 225. 226
241. 242. 275. 279. 283. 311. 325
358. 370. 375.

O

O*mnes*. 313

P

P*aſtoralis*. 32. 38. 80. 144. 204
Paſtoris. 31
Pater. 240
Paternæ. 231
Paternæ. 282
Pro noſtro. 234

Q

Q*uod ab initio*. 118
Quod a Rom. 146
Quoniam. 52. 56. 157. 278. 332

R

R*atio*. 301
Redemptoris. 382
Regis. 211
Religioſos. 271
Romanum. 288
Romanus. 22. 36. 45. 98. 105. 124 168. 174. 229. 328.

S

S*acri Apoſt*. 376. 384
Sacroſancta. 197
Sacroſanctum. 8. 194
Salvatoris. 1. 59. 81. 182. 370
Sancta. 316. 345
Sanctiſſimus. 67. 362
Sedes. 83. 210
Singulares. 19
Singulari. 187
Singularia. 140. 162
Singularis. 7
Si Proceſſus. 73
Spectata. 61
Speculatores. 334
Spirituali. 3
Supplici. 296
Suprema. 252

T

T*ui in nos*. 170

U

U*nanimi*. 317
Univerſalis. 181. 214
Volentes. 404
Votu. 306
Votis. 120
Ut Decreta. 35

Z

Z*elo*. 46

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendiſs. Patri Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro.
F. M. De Rubeis Archiep. Conſtantinop. Viceſgerens.

IMPRIMATUR,

Fr. Auguſtinus Orſi Ordinis Prædicatorum Sacri Palatii Apoſtolici Magiſter.

CONSTITUTIONES
URBANI VIII.
ANNO QUARTO.

CLXXXIV.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Tribunalium Urbis Judicibua facultatem, elargitur reos, qui aliquod confeſſi fuerint furtum, de aliis etiam, de quibus accuſati non ſunt, in genere interrogandi.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

DEcet Romanum Pontificem æqui, bonique ſupremum aſſertorē, inter graviſſimas, multiplicesſque apoſtulicæ ſervitutis curas, in eam peculiari ſtudio intendere, ut quæ ex veteri maledicto quotidie in eo ſpinæ innaſcuntur, & tribuli, vigilantiæ ſuæ miniſteriu extirpentur, & in proximi charitatem, ſalutem, ſecuritatem, ac fortunas, nefariis auſibus delinquentes per juſtitiæ gladium opportunis remediis coerceantur.

Facultas, de qua in Rubrica.

§.1. Mutu itaque proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, dilectis filiis noſtro in Alma Urbe Vicario in ſpiritualibus generali, necnon ejuſdem Urbis Gubernatori, & cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori, dictæ Urbis Senatori, & Judici Burgi nunc, & pro tempore exiſtentibus, ut quoſcumque reos furtum confeſſos, de aliis ſurtis in genere, etiamſi de eis diffamati, vel imputati non fuerint, eorumdem Vicarii, ſeu ejus Viceſgerentes Gubernatoris, Auditoris Cameræ, Senatoris, ac Judicis Burgi arbitrio, interrogare, & torquere, ſeu interrogari, & torqueri facere libere, & licite poſſint, & valeant, & quilibet illorum poſſit, & valeat, plenam, liberam, & amplam facultatem, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium concedimus, & impertimur. Præſentibus ad noſtrum, & Sedis Apoſtulicæ beneplacitum dumtaxat valituris.

§.2. Non obſtantibus ſel. rec. Pauli III., & Pauli V. Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum deſuper editis, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibua Apoſtulicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Obſtantium derogatio.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die ſeptima Auguſti 1626., Pontificatus noſtri Anno Quartu. Dat. die 7. Auguſt. 1626. An. IV.

CLXXXV.

Confirmatio Concordiæ inter Clerum, & Civitatem Cremonen. initæ circa ſolutionem Livellorum Eccleſiaſticorum. Ex Regeſt. in Secret. Brev.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

SAlvaturis, & Domini noſtri, qui charitas eſt, & Deus pacis, vices licet immeriti gerentes in terris, ad ea jugiter intendimus, per quæ paci, & quieti inter Chriſtifideles conſulitur, litibuſque, & differentiis obviam itur, & his, quæ propterea facta ſunt, ut firma, & illibata perpetuo remaneant, & a partibus ipſis inviolabiliter obſerventur, apoſtulicæ confirmationis robur adjicimus, prout conſpicimus in Dominu ſalubriter expedire. Proœmium.

§.1. Cum itaque, ſicut accepimus, jampridem inter dilectos filios Capitulum, & Clerum Cremonen. ex una, ac infraſcriptus emphyteutas ea altera partibus, nonnullæ lites, ſeu differentiæ ortæ eſſent, & vigerent, præſertim ex eo, quod Capitulum, & Clerus prædicti eos Eccleſiarum Capituli, & Cleri prædictorum redditus, qui in perceptione penſionum, ſeu canonum emphyteuticorum conſiſtunt, ſibi in valore, & moneta de tempore contractus: Emphyteutæ vero in moneta de tempore ſolutionis perſolvi debere prætenderent; tandem Capitulum, & Clerus, ne litibus, & diffe- Facti ſeries.

rentiis hujuſmodi, controverſiiſque inexplicabilibus involverentur: ſed eis aliqua opportuna ratione obviam irent, & aliàs pro bono pacis, & communi partium utilitate, ad tranſactionem, & concordiam, perpetuis futuris temporibus inter eos valituram, & in omnem eventum obſervandam cum dilectis filiis a Civitate Cremonen. ad hoc ſpecialiter deputatis nomine eorumdem emphyteutarum devenerint, per quam inter alia convenerunt;

Tenor Concordiæ.

Primo videlicet penſiones annuæ debitæ, & debendæ ex cauſa contractuum emphyteuticorum ſupra annum 1599. initorum, etiamſi poſt illud tempus ex quacumque cauſa fuerint revocatæ, ſolvantur per emphyteutas Dominis directis in rationem lib. lxxx. monetæ, ac valoris proclamatis per dilectum filium nobilem virum Comeſium Suarez Ducem Feriæ tunc Status Mediolanen. Gubernatorem editi pro quibuſlibet centenis lib. Imperialibus, & ad ratam.

Secundo. Solutione livellorum, & penſionum debitarum, & debendarum, ut ſupra ob contractus initos ab anno 1599. citra fiant Dominis directis juxta regulas habitas, & conſtitutas a dilecto filio Leyſaldo Senatore, ac dictæ Civitatis Prætore.

Tertio. Debitores ex cauſis præmiſſis, qui ante noviſſimum proclama, monetam, aut ſolverint, aut fecerint integrum depoſitum penſionum debitarum, aut realem oblationem ad formam juris juxta communem monetarum valorem, nulla ratione habita cujuſcumque reſervationis jurium, nihil præterea ſolvere cogantur.

Quarto. Moroſi debitores compelli poſſint ad ſolutionem penſionum debitarum, & quarum jam ceſſerit dies ante memoratum proclama, in rationem dictarum librarum octuaginta, ſi, & prout de jure.

Quinto. Exorientibus àliquibus difficultatibus circa prædictorum interpretationem, & exequutionem, adeant partes Advocatos pro tempore Civitatis, & Capituli Canonicorum Eccleſiæ Cremonen., quæ mox eorum voto ſuper inde intellecto acquiſcere teneantur.

Sexto. Hæc tamen nullum generent præjudicium promiſſionibus jam factis ſolvendi penſiones emphyteuticas in pecunia proclamatum Mediolani, aut in certa ſpecie monetarum, niſi ex earum tenore probabiles emergant conjecturæ, aliud inter contrahentes fuiſſe actum, quam ſcriptura conceptum, vel metu pœnæ, ſeu ex alia cauſa, & prout memoratis arbitris in ejuſcemodi caſuum contingentia additis fuerit definitum.

Septimo. Non deerunt emphyteutæ, de quorum obligatione, & emphyteuſi publicis pateat inſtrumentis a Dominis directis requiſitis concordata, ut ſupra agnoſcere, publiciſque documentis rata habere, ac eorum adimplementum promittere, quæ ſi peragere noluerit, integrum ſit Dominis directis utendi contra recuſantes dumtaxat beneficio Decreti ejoſdem Gomeſii Ducis tunc Gubernatoris ad favorem Cleri Cremonen. in hac materia editi, & aliàs prout in publico per dilectos filios Julium Maſſezolum, ac Pium Baptiſtaguid, & Joannem Andream Bianzagum Notarios Cremonen. ſub die 18. menſis Septembris 1619. confecto inſtrumento plenius dicitur contineri.

Eam confirmat Pontifex.

§.2. Nos inviolabili concordiæ hujuſmodi obſervationi, quantum cum Domino poſſumus, conſulere volentes: Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, concordiam prædictam, ac, prout illam concernunt, omnia, & ſingula in dicto Inſtrumento contenta, licita tamen, & honeſta, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, perpetuo approbamus, & confirmamus, illiſque inviolabilis apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos tam juris, quam facti, & quoſvis alios, etiam quantumvis ſubſtantiales defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus.

Clauſulas pro præſentium literarum firmitate addit.

§.3. Decernentes, præſentes literas, omniaque, & ſingula in eis contenta ſemper, & perpetuo valida, firma, & efficacia eſſe, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, inviolabiliter obſervari: Sicque, & non aliter per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ubique judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Judices executores deputat.

§.4. Quocirca Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Mediolanen., ac Cremonen., & Lauden. Epiſcopis per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte Capituli, & Cleri, ac Deputatorum prædictorum, ſeu alicujus eorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra eaſdem præſentes, ac omnia, & ſingula in eis contenta ab omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, inviolabiliter obſervari; Contradictores quoslibet, & rebelles, ac præmiſſis non parentes per ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis.

Contraria tollit.

§.5. Non obſtantibus fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præſentium ad judicium non trahatur, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Da-

Digitized by Google

Dat. die 15. Auguſti 1626. An.IV.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoria die decimaquinta Auguſti 1626. Pontificatua noſtri Aono Quarto.

CLXXXVI.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Deputatio Pœnitentiarii in Baſilica Principis Apoſtolorom pro Lingua Græca.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

SPiritnali Chriſtifidclium nationis Græcorum ad Almam Urbem noſtram devotionis cauſa accedentium, ſeu in ea commorantium in his, quæ pro ſacris eorum confeſſionibus audiendis facinnt, conſolationi, & commoditati, quantum cum Domino poſſumus, benigoe conſulere volentes;

Deputatur Pœnitentiarius pro lingua Græca.

§.1. Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, in Baſilica Principia Apoſtolorum de Urbe, unum Pœniteotiarium e Societate Jeſo pro ſacris Chriſtifideliom ejuſdem Nationis, & aliorum ad illum accedentium confeſſionibua audiendia, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, perpetuo creamus, conſtituimua, & deputamus, illumque aliorum undecim Pœnitentiariorum ejuſdem Baſilicæ numero, & conſortio favorabiliter aggregamua.

Eique cæterorum Pœnitentiariorum privilegia conceduntur.

§.2. Necnon illi, ut omnibua, & ſingulia privilegiia, facultatibus, præeminentiia, prærogativis, favoribos, gratiis, & indultia, quibus alii Pœnitentiarii hujoſmodi de jure, uſu, conſuetudine, privilegio, aut aliàs quomodolibet utuntur, fruuntu, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum, pari modo, & abſque ulla prorſua differentia uti, frui, potiri, & gaudere libere, & licite poſſit, & valeat, auctoritate, & tenore prædictia concedimus, & indulgemus.

Derogatio contrariorum

§.3. Non obſtantibus Conſtitutionibua, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenua opus ſit, deputatione aliorum Pœniteotiariorum hujuſmodi, etiam joramentn, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratia ſtatutis, & conſuetudinibus. privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatia, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentea, illis aliàs in ſuo robore permanſuria, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. 17. Auguſti 1626. An.IV.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Anoulo Piſcatoria, die 17. Auguſti 1626. Pontificatus noſtri Anno IV.

CLXXXVII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Facultaa Deputatia ad regimen Domus Cathecumenorum, & Eccleſiæ S. Mariæ in Montibus de Urbe cogendi Notarios ad aperienda, & oſtendenda Teſtamenta juxta privilegium Fabricæ Sancti Petri.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

INjuncti Nobia apoſtolici muneris res poſtulat, ut opportunia provideamus remediis, ne Eccleſiæ, & alia pia loca, præſertim almæ Urbis noſtræ, ac in honorem glorioſiſſimæ Dei Genitricis Mariæ dicata ſuia tam ſpiritualibos, quam temporalibua bonia aliquorum malitia, vel negligentia fraudentur.

Cauſa concedendæ facultatis.

§.1. Cum itaque, ſicut dilecti filii Deputati ad regimen, & gubernium Domus Cathecumenorum, & Eccleſiæ Sanctæ Mariæ in Montibus nuncupat. de Urbe Nobia nuper eaponi fecerunt, diverſa legata, & relicta ad pias cauſas Domui, & Eccleſiæ prædictia per diverſoa Chriſtifideles facta reperiantur, de illia autem certa notitia ob incuriam, ſeu negligentiam Notariorum, qui de hujuſmodi legatia rogati fuerunt, haberi nequaquam potnerit, nec poſſit, in maximum Domus, & Eccleſiæ hujuſmodi præjudicium.

Conceſſio, de qua in Rubrica.

§.2. Noa earumdem Domos, & eccleſiæ indemnitati in præmiſſis, qoantum cum Domino poſſumus, conſulere, ipſoſque Deputatos ſpecialibua favoribua, & gratiis proſequi voleotea, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuria, & pœnis a jure, vel ab homine quavia occaſione, vel cauſa latis, ſi quibos quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequeodom, barum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectia inclinati: Deputatis prædictia, ut ſub excommunicationia latæ ſententiæ pœna, omnes, & ſinguloa Notarios, penes quos teſtamenta clauſa, vel alias reperiuntur, vel in futurum reperientor, poſt annum a die obitos Teſtatorum ad illa aperienda, & ipſia Deputatis oſtendenda, ſolutaque ipſis Notariis debita mercede ad habendom ſibi exemplar ipſorum teſtamentorum in forma probanti, & authentica, etiam cum invocatioue brachii ſecularia, ſi opus fuerit, quacumque appellatione remota, cogere poſſint, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium concedimua, & indulgemus.

Mandatur Notariis, & Parochis ut Legata notificent.

§.3. Ac propterea volumus, quod Notarii, & Rectores Parochialium Eccleſiarum, ſeu Vicarii, vel quicumque alii de legatis, relictis, donationibua, & aliis piis diſpoſitionibos ad favorem Domus, & Eccleſiæ prædictarum factis, & pro tempore faciendia notitiam babentes, illa deputatis

prædictis, ſeu in Curia Epiſcopali loci intimare debeant, & teneantur.

Præſentium obſervantia.

§.4. Sicque in præmiſſis per locorum ordinarios, ac quoſcumque alios Judices, & commiſſarios, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, ac deffiuiri debere, ac irritum, & ioane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§.5. Non obſtantibus apoſtolicis, ac in univerſalibus, provincialibuſque Cunciliis editis generalibos, vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordioationibus, ac locorum, Civitatom, & Provinciarum, in quibus exiſtent Notarii, vel teſtamenta hujuſmodi confecta fuerint, juramento, confirmatinne, apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis ſub quibuſcumque ten., & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, irritantibuſque, & aliis decretis, ac aliàs in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, apprubatis, & innovatis: quibus omnibus, & ſingulis, etiam ſi pro ſufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua mentio habenda, aut aliqoa alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptis danda fides.

§.6. Volumus autem, quod præſentiom tranſumptis, etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, ſigilloque perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ monitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra illud ubique adhibeatur, quæ ipſis originalibus literis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 20. Auguſt. 1626. An. IV.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 20. Auguſti 1626. Pontificatus noſtri Anno IV.

CLXXXVIII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Declarat Literas Pauli V. ſuper erectione, ſeu Renovatione Congregationis Anglicæ Ordinis Nigrorum S. Benedicti, lo qui de vera Congregatione.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Recenſentur Pauli PP. V. Literæ.

§.1. ALiàs a fel. rec. Paulo Papa V. Prædeceſſore noſtro emaoarunt Literæ tenoris ſubſequentis videlicet, Paulus Papa V. ad futuram rei memoriam. Ex incumbenti Nobis &c. *reliqua invenies ſuo loco Dat.* 23. *Auguſti* 1619. *Pontificatus anno XV.*

Cauſa faciendæ declarationis.

§.2. Cum autem, ſicut dilectus filius Prior generalis dictæ Congregationis Nobis nuper exponi fecit, licet Abbates, & Priores Abbates proprios non habentes Ordinis Nigrorum Sancti Benedicti noncupati, per Angliæ Regnum partim exempti, partim non exempti, per plurimos annos de trienn io in triennium in Capitulo generali congregari, ibique Præſides, Viſitatores, & alios officiales pro ſequenti triennio eligere, ſtatuta, & ordinationes condere ſoliti fuerint, ac Monachi Angli dicti Ordinis, in præinſertis Literis expreſſi cætum hujuſmodi Monaſteriorum, quæ, ut aſſerunt, juxta formam Conſtitutionis fel. rec. Innocentii III. Prædeceſſoris deſuper editæ de triennio in triennium conveniebant, Congregationem Anglicam Ordinis Sancti Benedicti nuncupaverint, ac ſub nomine Congregationis Anglicanæ antiquæ ab ipſo Paulo Prædeceſſore per præinſertas Literas hujuſmodi renovari obtinuerint; nihilominus nonnulli pacem Monachorum prædictorum perturbare conantes, illam non fuiſſe veram Congregationem, ac eaſdem præinſertas Pauli prædeceſſoris hujuſmodi Literas, vel omnino irritas eſſe propter falſam, ſive impropriam narrationem, ſeu Congregationem illarum vigore erectam, vel renovatam veram Congregationem non eſſe prætendant, & propterea ad omnem in præmiſſis dubitandi materiam e medio tollendam per Nos opportune declarari ſummopere deſiderent.

Pontifex declarat, Pauli Literas de vera Congregatione loqui.

§.3. Nos Procuratorem prædictum ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommuoicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendom, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ejus nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium Sacri Concilii Tridentini interpretum conſilio, præinſertas Pauli Prædeceſſoris hujuſmodi Literas de vera Congregatione loqoi, ejuſdemque Monachis ſuffragari.

Clauſulæ.

§.4. Atqoe ita per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores obique judicari, ac deffiniri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, decernimus, & declaramus.

Contraria tolluntur.

§.5. Non obſtantibus præmiſſis, ac omnibus illis, quæ in eiſdem præinſertis Literis conceſſa ſunt non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 21. Auguſt 1626. An. IV.

Datum Romæ apod Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 21. Auguſti 1626. Pontificatus noſtri Anno IV.

Divi-

Digitized by Google

CLXXXIX.

Dividit Congregationem Fratrum Eremitarum Diſcalceatorum Italiæ Ordinis S. Auguſtini in quatuor Provincias, videlicet Romanam, Neapolitanam, Genuenſem, Siculam, & inſtituit quatuor Provinciales pro earum gubernio uſque ad celebrationem futuri Capituli generalis ipſius Congregationis,

Vide de hac Congregatione in Conſtit. XLIX. Gregorii XV. Paſtoralis officii. *Tom. V. Par. IV. fol.* 419. *Et etiam vide ſubſequentia Decreta a Sacra Apoſtolicæ Viſitationis Congregatione edita de his Fratribus Congregationis Italiæ opportune hic poſita.*

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam,

Ordinis commendatio.

AD uberes, & ſuaves fructus, quos dilecti filii Fratres Ordinis Eremitarum S. Auguſtini Diſcalceati nuncupati Congregationis Italiæ in militanti Eccleſia, cujus regimini, divina diſponente clementia, præſidemus, in dies afferunt, mentis noſtræ aciem convertentes, quid pro laudabilis eorum Inſtituti felici directione, atque progreſſu conferat, diligenter proſpicimus, ac deſuper officii noſtri partes propenſis ſtudiis interponimus, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Supplicatur Pont. ut hanc Congreg. in Provincias dividat.

§.1. Expooi ſiquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Baſilius a Sanctiſſima Trinitate Vicarius generalis Congregationis prædictæ, quod Congregatio ipſa quamplures domos regulares per univerſam Italiam habet, itaut ſolus per ſeipſum commode eas regere, & gubernare nequeat, proindeque earomdem domorum utilitati maxime conſultum iri exiſtimet, ſi eadem Congregatio in Provincias, ut infra, dividetur.

Quam dividit in Roman., Neapolitan., Genuenſem, & Siculam.

§.2. Nos proſpero, felicique dictæ Congregationis regimini, & gubernio, quantum cum Domino poſſumus, conſulere, ipſumque Baſilium ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homioe quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ejus nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Congregationem prædictam in quatuor Provincias, videlicet Romanam, Neapolitanam, Ianuenſem, & Siciliæ, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium perpetuo dividimus, & ſeparamus.

Earumque ſingulis unum Provincialem deputat uſque ad futurum Capitulum cũ facultatibus, ut hic.

§.3. Necnon pro hac prima vice uſque ad proxime futuri Capituli generalis ejuſdem Congregationis celebrationem tantum, & non oltra, in Romanæ Victorium ab Epiphania, in Neapolitanæ Simeonem a Cruce, in Genuenſis Valerianum a S. Auguſtino, ac in Siciliæ Provinciarum hujuſmodi Provinciales Joannem Baptiſtam a S. Franciſco de Paula, Ordinis, & Congregationis hujuſmodi profeſſores dilectos filios ſub uno ipſius Congregationis Vicario generali, ac cum privilegiis, gratiis, indultis, facultatibus, juriſdictione, & auctoritate ſolitis, & ſibi ex nunc uſque ad ejuſdem Capituli celebrationem ab ipſo Baſilio Vicario generali, poſtmodum vero ab eodem Capitulo generali concedendis, & declarandis, auctoritate, & tenore prædictis creamus, conſtituimus, & declaramus.

Clauſulas confirmatorias ponit.

§.4. Decernentes, præſentes literas validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac eidem Congregationi in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari.

Decretum irritans addit.

§.5. Atque ita in præmiſſis per quoſcumque judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contraria tollit.

§.6. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenus opus ſit Ordinis, & Congregationis hujuſmodi etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, eorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptis credi mandat.

§.7. Volumus aotem, quod præſentium tranſumptis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in digoitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique adhibeatur, quæ adhiberetur præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 27. Auguſt 1626 An. IV.

Datom Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 29. Auguſti 1626. Pontificatus noſtri Anno IV.

Sequitur Declaratio Sacræ Congregationis Apoſtolicæ Viſitationis ſuper facultate quam habere dubitabatur Vicarius Generalis iſtorum Fratrum eo abſente ſubrogandi alium ſuo loco cum omnimoda poteſtate, & juriſdictione, quas ipſe Vicarius Generalis præſens habet.

Sacra Congregatio Apoſtolicæ Viſitationis.

Dubitatio, de qua in Rubrica.

IN cauſa, & cauſis coram Nobis inter Admod. R. P. F. Baſilium a Sanctiſſima Trinitate Vicarium Generalem Congregationis Diſcalceatorum Ord. S. Auguſtini Italiæ ex una, & Patres Ignatium a Sancta Maria, Joannem ab Aſſumptione, & Joannem Baptiſtam a S. Franciſco de Paula Definitores, & Procuratorem Generalem reſpective

Digitized by Google

ſpective ejuſdem Congregationis, de, & ſuper prætenſa nullitate Delegationis per eumdem P. Vicarium Generalem factæ in perſona P. Valeriani a Sancto Auguſtino Quarti Definitoris, & Prioris Conventus S.Antonii de Urbe, rebuſque aliis, &c.

Reſolutio dictæ dubitationis.

Fuit proviſum, & decretum, R. P. Vicarium fuiſſe, & eſſe verum, & legitimum Superiorem Vicarium Generalem nuncupatum totius ſuæ Congregationis, ac uti, & gaudere omnibus, & ſingulis juribus, prærogativis, præeminentiis, & facultatibus, quibus aliarum Religionum Generales gaudent, utuntur, & potiuntur: Ideoque ſibi licuiſſe, & licere inter alia, eo abſente, alium ſuo loco ſubrogare, qui omnimoda ejus poteſtate, & juriſdictione ubique locorum (illa tantum excepta Provincia, in qua ipſe Generalis Vicarius pro tempore reperietur) fungatur, & potiatur, & conſequenter ſubrogationem, ac delegationem a præfato Generali Vicario in perſona Patris Valeriani Quarti Definitoris factam fuiſſe, & eſſe juridicam, & canonice factam, & uti talem fure, & eſſe confirmandam, prout illam confirmamus, & approbamus, & pro confirmata, & approbata haberi volumus, & mandamus: Fratreſque omnes eidem Generali Vicario ſubjectos ejuſdem Religionis, præfato Patri Valeriano ad obedientiam præſtandam juxta formam ſuæ delegationis obligatos fuiſſe; & eſſe declaramus.

Dat. die 26. Maii 1626. An III.

Actum Romæ Domi ſolitæ reſidentiæ Illuſtriſſimorum DD. Sacræ Congregationis hac die 26. Maii 1626.

A. Ricciullus Judex, & Secr.
Odoardus Tibaldeſcus Not.

Subſequuntur Decreta generalia pro tota Congregatione Fratrum Diſcalceatorum S. Auguſtini Italiæ, facta in Viſitatione, die 21. Junii anni 1627.

De Conſtitutionibus Congreget.

CONſtitutiones hujus Congregationis auctoritate Apoſt. confirmatæ, infra annum poſt Capitulum Generale imprimantur, ad hoc ut ab omnibus Religioſis præ manibus poſſint haberi &c.

De novis Cõſtitutionibus non faciendis.

Ad tollendas dubitationes, quæ circa Conſtitutionum intellectum poſſent exoriri; Sacra Congregatio facto verbo cum Sanctiſſimo declarat, hactenus non licuiſſe, neque licere, hujus Congregationis Superioribus etiam in Capitulis Generalibus novas ordinationes, aut ſtatuta, ſub quovis nomine contrarias, aut contraria Conſtitutionibus Apoſtol. auctoritate firmatis facere; eaſque non potuiſſe, neque poſſe practicari, antequam a tribus Capitulis Generalibus diſpoſitæ, & a Sede Apoſt. fuerint confirmatæ.

De Congreg. Definitoriali.

Conſequenter etiam declarat, Congregationem Definitorialem ex quinque Patribus ſemel in hebdomada hactenus practicatam, in futurum non eſſe faciendam, ſed eſſe ſervandas Conſtitutiones parte tertia, *cap*.4.

De Definitoribus.

Declarat præterea Definitores pro tempore exiſtentes, fore, & eſſe de familia ejus Conventus, cui a Superiore erunt aſſignati, & non aliorum, atque ideo locum ſumere debere poſt Priorem, etiam ubi Vicarius Generalis moratur; ac potuiſſe, & poſſe a Priore in levibus corrigi, in cæteris vero a Vicario Generali, tenerique adire Capitulum de culpis, expectare ſignum in Choro, Refectorio, & aliis locis, non obſtantibus Conſtitutionibus *par*. 2. *cap*. 8., *&* *par*. 3. *c*. 4.

De auctoritate Vicarii Generalis in Definitores.

Declarat præterea licuiſſe, atq; licere Vicario Generali pro tempore exiſtenti, Definitores ſingulos in viſitatione, & extra etiam in gravioribus conſulto corrigere, & punire, abſque aliorum Definitorum conſenſu, poſſe tamen Definitores ſcribere, & recipere literas, ac armarium, oratorium nuncupatum, habere, abſque Superioris licentia, &c.

De Procuratore Generali.

Declarat demum Procuratori Generali præſente Generali Vicario ſecundum locum deberi, abſente vero in Conventu ſecundum a Priore, extra Conventum vero poſt Vicarium Generalem cæteris præferri, poſſeque egredi ad negotia peragenda, & abſque cunctatione Prior ſocium aſſignabit, ac pariter literas ſcribere, & recipere abſque ſcitu Prioris, & Oratorium habere: In reliquis autem omnia, quæ de Definitoribus dicta ſunt locum ſibi vindicare in Procuratore Generali.

De obſervantia horum Decretorum.

Decreta hæc generalia pro tota Congregatione veluti declaratoria ſerventur ſtatim ſub pœna arbitrio ſacræ Congregationis.

A. Epiſc. Bellicaſtren. Secr. & Jud.

CXC.

Confirmantur nonnulla Statuta pro Congregationibus Anglica, & Hiſpanica Ordinis S. Benedicti edita.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Congregatio Anglica, & Hiſpanica nonnulla de Præſidis electione, & auctoritate, ac Miſſionariorum munere ſtatuerant.

§.1. ALiàs fel. rec. Paulo Papa V. Prædeceſſori noſtro pro parte dilectorum filiorum Monachorum Anglorum Ordinis S. Benedicti Congregationis Hiſpanicæ, & Angliæ expoſito, quod pridem in eorum Definitorio ſtatutum, & decretum fuerat, quod omnes Monachi Angli dicti Ordinis Congregationum Hiſpanicæ, & Anglicæ coaleſcerent in unum Corpus, quod eſſet, & vocaretur Congregatio Anglica, itaut per hujuſmodi coalitionem, & corpus ſic unitum continuaretur, & reſtauraretur, ac ſi opus eſſet, de novo erigeretur antiqua Congregatio Anglica Ordinis S. Benedicti, quæ Congregatio Anglica ſic ſtabilita regeretur ab uno Superiore vocato Præſide, qui extra Angliam reſideret, durante Schiſmate, & a duobus Provincialibus immediate ſub dicto Præſide in Anglia, pari-

parique modo a Prioribus Reſidentiarum, ſeu Conventuum extra Angliam, ac demum a certo etiam Definitorum numero, ac nulli omnino liceret, niſi dicto Præſidi, vel licentiam ad hoc ab illo habenti, facultates aliquas Miſſionis Apoſtolicæ pro prædicto Regno Angliæ alicui Monacho Anglo Ordinis, & Congregationis Hiſpanicæ, & Anglicæ hujuſmodi in poſterom concedere, vel delegare: quodque Diffinitorium prædictum, in quo ſacta fuerat hæc unio, per omnia haberet vim Capituli generalis, ac demum, quod Monachi Miſſionis iuramentum præſtarent coram Præſide, ſe acceſſuros ad Miſſiouem, & ad hoc a dicto Præſide adſtringerentur, prout in ſcripturis deſuper confectis dicebatur contineri.

Quæ Paulus PP.V. approbavit.

§.2. Idem Paulus Prædeceſſor Monachorum prædictorum ſupplicationibus inclinatus, Statuta, & Decreta, ſeu Capitula hujuſmodi, apuſtolica auctoritate, ſub certis modo, & ſurma tunc eapreſſis approbavit, & confirmavit: prout in ipſius Pauli Prædeceſſoris deſuper in ſimili forma Brevis expeditis literis, quarum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis haberi volumus, plenius continetur.

In Capitulo Anni 1625. alia conduntur ſtatuta.

§.3. Cum autem, ſicut Monachi Angli hujuſmodi Nobis nuper exponi ſecerunt, nonnullis Monachis Anglis Congregationis Hiſpanicæ, ſecundum unionem prædictam, ſe incorporare recuſantibus, Congregatio ipſa Hiſpanica in Capitulo generali de anno 1621.celebrato pro quiete Miſſionis, & ad evitandas ſimultates, ac alia inconvenientia, quæ inter diverſos Superiores ejuſdem Ordinis oriri ſæpius compertum fuerat, decreverit, quod omnes Monaebi Angli in dicta Congregatione Hiſpanica profeſſi extra Hiſpaniam degentes, qui cum reliquis in Congregationem Anglicam non eſſent incorporati, viverent ſecundum leges dictæ Congregationis Anglicæ, ejuſdemque Præſidi tamquam Congregationis Hiſpanicæ Vicario, Provincialibuſque, & Prioribus dictæ Congregationis Anglicanæ poteſtatem Congregationis Hiſpanicæ in eos reſpective habentibus ſubjicerentur, ſubindeque Decretum hujuſmodi in Capitulo generali anni proaime elapſi 1625. confirmatum, & de novo ſtabilitum fuerit;

Quæ eadem Congregatio petit confirmari.

§.4. Pro majori tamen ejuſdem Decreti ſubſiſtentia, ac ad omnem in præmiſſis, & circa ea dubitandi materiam e medio tollendam Monaehi Congregationis Anglieæ prædictæ plurimum cupiant, Decretum ipſum apoſtolicæ noſtræ confirmationis patrocinio communiri:

Confirmat Urbanus.

§.5. Nos eorum votis hujuſmodi, quantum cum Domino poſſumus annuere, illoſque ſpecialibus ſavoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes; ſupplicationibus illorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati. De Ven. fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Regularium præpoſitorum conſilio, Decreta in Capitulis generalibus, ut præfertur, edita, & confirmata, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, approbamus, & confirmamus, illiſque inviolabis apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos, tam juris, quam ſacti defectus, ſi qui deſuper qoomodolibet intervenerint, ſupplemus.

Clauſula.

§.6. Decernentes, eadem Decreta valida, firma, & efficacia eſſe, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus, ad quos ſpectat, & in futurum ſpectabit, firmiter, & inviolabiliter obſervari, & adimpleri, atque ea per quoſeumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & deffiniri debere, ac irritum, & inane, quidquid ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Obſtantium derogatio.

§.7. Non obſtantibus præmiſſis, ac omnibus illis, quæ in dictis literis conceſſa ſunt, non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 30. Auguſti 1626. An.IV.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die 30. Auguſti 1626. Pontificatus noſtri Anno IV.

CXCI.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Mandatum Torquato de Comitibus, ut eveniente traditione Fortalitiorum, Propugnaculorum, & aliorum locorum Vallis Tellinæ, illa recipiat nomine Sedis Apoſtolicæ.

Dilecto filio nobili Viro Torquato de Comitibus Duci Guadagnoli.

URBANUS PAPA VIII.

Dilecte fili nobilis vir, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Torquati fides, & bellica virtus.

§.1. Singularis tuæ in Nos, & Apoſtolicam Sedem fidei, & devotionis meritis generis nobilitati conjunctis, & quam in re militari hactenus oſtendiſti, virtute, ſolertia, & fortitudine inducimur, ut Te rei maximi momenti adminiſtrandæ, quæ idcirco Nobis ſummopere cordi eſt, præficiamus, ſperantes in Domino fore, ut in mandatis noſtris exequendis noſtræ pridem de Te conceptæ opinioni cumulate reſpondeas.

Mandatum, de quo in Rubrica.

§.2. Cum itaque aliàs Te dilecti filii nobilis viri Caroli Barberini noſtri ſecundum carnem fratris germani totius noſtræ, & S.R.E. Militiæ Capitanei, & Gubernatoris generalis Locumtenentem generalem Militum, & Copiarum tam Equeſtrium, quam Pedeſtrium, necnon Tormentorum bellicorum, Armorumque omnium, quæ

pro

Digitized by Google

pro Fortalitiorum, ſive Propugnaculorum Vallis Tellinæ, Comitatus Bormii, ac Oppidi Chiavennæ, aliorumque locorum, quæ in fel. rec. Gregorii Papæ XV. Prædeceſſoris noſtri, ſive noſtris, & Sedis Apoſtolicæ manibus depoſita fuerant, recuperatione conſcribi, & moveri reſpective contingeret, cum facultatibus, ac ſub certis modo, & forma tunc expreſſis, ad noſtrum, & Sedis Apoſtolicæ beneplacitum, apoſtolica auctoritate fecerimus, conſtituerimus, & depntaverimus, prout in noſtris deſuper in ſimili forma Brevis espeditis literis, quarum tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus, plenius continetur. Nos in eventum, in quem Fortalitia, ſive Propugnacula, & alia loca bujuſmodi Nobis, & eidem Sedi reſtitui, ſive in manibus noſtris, & ejuſdem Sedis poteſtate deponi contingat, nihil, quod ad muneris noſtri partes pro Italiæ, atque adeo univerſi Chriſtiani Orbis pace conſervanda ſpectat, prætermittere volentes, ſimulque, ut omnibus innoteſcat, quanti negotium bujoſmodi faciamus; Motu proprio, & ex certa ſcieotia, ac matura deliberatione noſtris, Tibi per præſentes committimus, & mandamus, ut in eventum reſtitutionis, ſeu depoſitionis, ut præfertur, Fortalitiorum, vel Propugnaculorum, & aliorom locorum bujuſmodi, illa omnia, & ſingula cum omnibus tormentis, armis, aliiſque quiboſcumque munitionibus, ſuppellectilibus, ac rebus in eiſdem Fortalitiis, ſive Propugnaculis, & locis exiſtentibus a quacomque perſona ſufficienti facultate illa reſtitueodi, ſeu deponendi, & titulo depoſiti tradendi, aut conſignandi habente in depoſitum noſtro, & Sedis prædictæ nomine, & titulo Depoſiti, ac aliàs in omnibus, & per omnia, prout Tibi ab eodem Carolo Capitaneo, & Gubernatore generali mandatum, & ſignificatum fuerit, recipias, dictamque perſonam de Fortalitiis, ſive Propugnaculis, & locis bujuſmodi, Tormentiſque, & Munitionibus, ac Supellectilibus, & rebus prædictis, ſic receptis, & conſignatis quietes, aliaque omnia, & ſingula in præmiſſis, & circa ea, quæ Tibi ab eodem Carolo Capitaneo, & Gubernatore generali mandata, & ſignificata fuerint, etiamſi talia ſint, quæ ſpecialem, ſpecificam, individuam, & expreſſam requirerent mentionem, facias, dicas, geras, & exequaris, ſuper quibus omnibus, & ſingulis plenam, liberam, & amplam facultatem, & auctoritatem, dicta auctoritate, tenore præſentium concedimus, & impartimur.

Quatenus propugnacula &c tradantur.

Cum facultatibus opportunis.

§.3. Mandantes propterea ſub indignationis noſtræ, & aliis arbitrii noſtri pœnis, omnibus, & ſingulis tam particularibus Capitaneis Equitum, & Peditum, quam ipſis Equitibus, & Peditibus, cæteriſque, ad quos ſpectat, ut Tibi in præmiſſis omnibus, & ſingulis prompte pareant, faveant, & aſſiſtant. In contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque.

Mandatumque diparendo.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die 30. Auguſti 1626. Pontificatus noſtri Anno IV.

Dat. die 30. Aug. 1626. An. IV.

CXCII.

Confirmatio erectionis Seminarii in Civitate Colonienſi pro Monachis S. Benedicti Congregationis Burſfeldenſis, & illius Conſtitutionum.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Sacroſanctum Apoſtolatus officium humilitati noſtræ, nullo licet meritorum ſuffragio, per ineffabilem divinæ ſapientiæ providentiam commiſſum jugiter a Nobis poſtulat, ut inter graviſſimas, multipliceſque apoſtolicæ ſervitutis curas, illam peculiari ſtudio amplectamur, per quam Chriſtifideles ſub ſoavi Religionis jugo Altiſſimo famulaotes, felicioribus io dies proficere valeant incrementis, & ea, quæ propterea pie, & provide ſtatuta ſunt, libenter cum a Nobis petitur, apoſtolicæ confirmationis robore communiamus.

§.1. Cum itaque, ſicut dilectus filius Conſtantinus Caetanos Abbas Præſidens Collegii Gregoriani de Urbe Ordinis Sancti Benedicti Congregationis Caſſinen., Nobis nuper exponi fecit, Ven. frater Antonius Epiſcopos Vigilien. tunc Sedis Apoſtolicæ in partibus Inferioris Germaniæ Nuntius, Monachis Congregationis Burſfeldenſis ejuſdem Ordinis, ut in prædictis, & aliis Germaniæ partibus felicioribus in dies proficerent incrementis, unum ejuſdem Congregationis Seminarium in Civitate Colonien, ſub certis modo, & forma, tunc expreſſis erexerit, & inſtituerit, & pro felici ejuſdem Seminarii regimine, atque directione, nonnullas Conſtitutiones edidit, tenoris ſubſequentis, videlicet:

Nuntius Apoſtolicus Seminarium pro Benedictinis Congr: Burſfelden: Coloniæ erigit;

Leges, ſive Regulæ Seminarii Benedictini a RR. PP. Unionis Burſfelden. erecti in alma Univerſitate Colonienſi Anno 1616.

Et Conſtitutiones in eodem ſervandas edit:

REGULA I.

Religioſi, qui ad hoc Seminarium, auctoritate apoſtolica, erectum, vel ſunt pro tempore deſtinati, vel impoſterum deſtinandi, ante omnia ſibi perſuaſum habeant, quod non animi gratia ad otiandum, aut ducendum in bonis dies ſuos mittantur, vel evocentur, ſed ut ſub eodem, qui in Monaſteriis eſt, aut ſecundum regulam eſſe deberet, rigore diſciplinæ, ſacris, vel etiam, quibus opus erit, prophanis literis inſudantes, Deo, & ſanctæ Eccleſiæ in ordine ſuo gratam aliquando, & utilem præſtent operam; ideoque in nullo eis a prædicto rigore diſciplinæ recedere licebit, niſi in iis dumtaxat, quæ Præſidis, Prælatorom ſuperiotendentium, ac Regentis judicio huic loco, & ſtatui cenſebuntur incompatibilia.

De Diſciplina regulari tenenda,

RE-

REGULA II.

De ætate admittendorū.

In mittendis ad Seminarium Religioſis advigilabunt Prælati, ut tales mittant, qui ex ſtudiis aliquem ſuo tempore fructum poſſint reportare, hoc eſt non nimis ætate provectos, aut teneros, ſed mediocres ab anno decimo octavo uſque ad vigeſimum quintum.

REGULA III.

Obedientia Regenti præſtanda.

Ut autem ablegati ex Monaſteriis primum venerint ad Seminarium, deducentor per Regentem ad Rmum D. Præſidem, vel in ejus abſentia ad Prælatum aliquem ſuperintendeotem, eorumque Regenti promittent obedientiam tanquam Abbati ſuo illo ſaltem tempore, quo in Semiuario eos manere contigerit.

REGULA IV.

Curſu Theologiæ quadriēnio conſumando.

Manebuot autem omnes, qui frugis aliquam ſpem dederint, poſt curſum Philoſophicum in Theologico ſtudio per annos quatuor, neque arbitrio Prælatorum ſuorum ante quadriennium evolutum revocari poterunt abſque rationabili, & gravi cauſa, quam ut talem Præſidens cū n Prælatis ſuperintendentibus, audito etiam conſilio Regentis, approbaverit.

REGULA V.

De Regente.

Regentis auctoritate, & officio.

Regens, quem D. Præſidens cum conſilio Prælatorum ſupradictorum Semioario præfecerit, eam poteſtatem habebit, quam babent Abbates in ſuis Monaſteriis, abſolveodi, inqoam, ab omnibus caſibus, & cenſuris, a quibus abſolvere poſſunt ipſi Abbates.

Item adminiſtrandi temporalia, conſtituendi, & aſſumendi, cum opus fuerit, Officiales, & Miniſtros, qoi nihil agere poterunt citra ipſius voluntatem, illique in omnibus reverentiam, & obedientiam exhibebunt, ſicut Prælato ſuo.

REGULA VI.

Qui ad Præſidem in difficultatibus recurrere debeat.

Regens in difficultatibus, ſi quæ occurrant, ad Præſidem recurret, vel Abbates ſuperintendentes, quos etiam ad conſilium, & auxilium illi præſtandum, volumus eſſe obbligatos.

REGULA VII.

Profectūque Collegialium curam.

Curabit Regens, ut exercitia fiant horis competentibus: Item, ot Studentes tam io vera humilitate, quam in ſcientia proficiant; attendet ergo, & advigilabit diligenter, ne tempus inutiliter conſumant, ne tempore ſtudii diſcurſibus, & fabulis vacent.

REGULA VIII.

Negligentes ad ſuæ profeſſionis Monaſterium remittendi.

Orationes, ſive Conciones a Fratribus intra, & extra Seminarium habendas, per ſe, vel per alium ad hoc idoneum, ſicut, & ipſos Studentes, ſuis temporibus examinabit, & ſi quos negligentes, aut parum proficientes invenerit, qui ſe poſt iteratas admonitiones emendare non euraverint, habita deliberatione cum Præſide, & ſuperintendentibus remittere ad profeſſionis ſuæ Monaſterium.

REGULA IX.

De Horis Canonicis.

Advigilabit etiam diligenter, ut divinum Officium diutnum pariter, & nocturnum ſecundum regulam devote, & attente, quantum fieri poſſit, ſuis horis celebretur.

REGULA X.

Aliiſque piis exercitiis.

Super horis autem B. Virginis, Vigiliis mortuorum, Pſalmis pœnitentialibus, & aliis ejuſmodi oneribus conventualibus, cum Seminariſtis, ot ſtudiis liberius poſſint intendere, Præſidens arbitrio ſuo pnterit diſpenſare.

REGULA XI.

Sacro celebrando.

Sacrum adminus unum quotidie in Seminario celebretur per aliquem Seminarii Sacerdotem, quorum ſi ſit defectus, Præſidens ex Alumnis inventos idoneos, ad Sacros Ordines promoveri curabit, qui ordinati non ita ſe ſtudiis immergent, quin ter admious per hebdomadam ad rem divinam celebrandam ſe præparent, celebrentque: ſi ſecus fecerint, ceſſante legitima excuſatione, Regenti explicaoda, corripiantur.

REGULA XII.

Confeſſione & S. Sinaxi.

Ut inter alios etiam non Sacerdotes Sacramentorum pius uſus conſervetur, octavo quoque die, omnes Regenti, vel alicui, quem ipſe ad hoc ordinaverit, confitebuntur, & Sacris initiati tam Dominicis quam Feſtivis diebus ad dignè communicandum ſe præparabout; reliqui autem ſaltem ſingulis quindecim diebus commonicare tenebuntur, oiſi legitimum impedimentum interveniens Regenti aperiant.

REGULA XIII.

Seminarii cōſervatione.

In ſumma Regens omnem diligentiam adhibebit, ut Seminarii bonom in omnibus promoveat, eaque omnia tempeſtivè removeat, quæ in deſtructionem Seminarii, vel Studiorum jacturam ulla ratione cedere poſſunt.

REGULA XIV.

Horis canonicis.

Manè bora quarta excitati ſtatim abſque ulla cunctatione cum fervore ſpiritus, & alacritate conſurgent, & Campanula audita in ſilentio pergent ad Oratorium, primitias diei ſibi conceſſæ Deo conſecraturi, ſicque animo collecti ſe ſiſtent in Oratorio ſimul boras canonicas uſque ad Tertiam extra quadrageſimam perſoluturi.

RĔGULA XV.

Devote legendis.

Inter legendum vero advigilabunt, ut ſingula verba bene proferant, non truncabunt, non diminuent, neque acceleranter pronunciabunt, ſed appoſitè ad intelligendũ longe ab illis facti, qui ſolis labiis Deum honorant.

REGULA XVI.

Oratione mẽtali.

Perlectis horis, orationi mentali feſtivis diebus per horam, feriatis autem per dimidiam dabunt operam, qua peracta, aliquis Sacerdotum rem divinam faciet, ſive Sacrum celebrabit.

REGULA XVII.

Poſtquàm ſuas Cellas petent.

Subjunctis Sacrificio pro ratione temporis Sextis, vel Nonis, niſi neceſſitas aliud non ſuadeat, omnes ad Cellam properabunt, in eaque bonis ſtudiis occupati ſignum ad lectiones, quas eos ſi Philoſophiæ ſtudeant, vel Domi ad diſcurſus vitandos, vel in Gymnaſio ſibi viciniori audire volumus, expectabunt.

REGULA XVIII.

Modeſtia in itinere.

Exituri ad Scholas ſimul pergent bini, ſi plures fuerint, nec quiſpiam ante finem egredictur, ſed omnes ſimul eo, quo iverant, ordine revertentur, memores ſemper decoris, ac religioſæ modeſtiæ.

REGULA XIX.

Vagationibus per Urbem non faciendis.

Ex Scholis, finitis lectionibus, aut aliis exercitiis, rectè redibunt Dõmum, nec per Urbem vagari permittentur.

REGULA XX.

Lectionibus præſentia.

Nemo ſe a Lectionibus abſentabit ſine expreſſa venia Regentis.

RECULA XXI.

Studio Theologiæ.

Similiter, qui inter eos Sacræ Theologiæ dabunt operam, lectiones, & diſputationes ordinarias audient, nec a repetitionibus communibus, quæ regulariter fient hora decima, abſque eadem licentia ſe abſentare præſumant.

REGULA XXII.

Cuilibet Claſſi præficiendus Religioſus.

Unus ex Fratribus Philoſophiæ Studentibus præficietur, alter Theologiæ Studentibus, qui illis ubique in abſentia Regentis curioſé intendent, & ſi quid committi viderint inordinate, Regenti denunciabunt.

REGULA XXIII.

De Præfectis Cubiculorũ.

Habebunt etiam Præfectos per ſingula Cubicula, ubi plures ſimul habitabunt, qui advigilabunt, ut Studii tempore ſilentium ſervetur, exercitiaque omnia iñ Cubiculis facienda ſuo tempore incipiant, & compleantur & ſingulis ſeptimanis Regenti rationem reddere tenebuntur.

REGULA XXIV.

Lectiones a Regente deſignandæ.

Omnes eas lectiones audient, quas Regens illis utiles fore judicaverit, nec ante petitam, & obtentam ab eo licentiam eas mutare præſumant.

REGULA XXV.

Deambulationes a ſingulis binis faciendæ.

Diebus, quibus a Lectionibus ſuperſedetur, ſi veniam obtineant ambulandi, non præſument intrare Domos Civium, aut ibidem bibere, etiamſi omnino a quovis rogentur, neque exire poterunt ſolitarii, ſed bini, terni, vel quaterni, quorum unus ſemper reliquis intendet.

REGULA XXVI.

Habitus regularis ſemper geſtandus.

Tam in Scholis, quam Domi utentur habitu Regulari, prout ſolent in ſuis Monaſteriis.

REGULA XXVII.

Nemo ad Cubicula admittendus.

Nullum admittere poterunt ad Cubicula abſque venia Regentis.

REGULA XXVIII.

Ab Officinis Abſtinendum.

Culinam, aut reliquas Officinas nemo intrare poterit, præter eos, qui tenentur ex officio, vel mandato Regentis.

REGULA XXIX.

De examine conſcientiæ.

Signum primum ad refectionem meridianam dabitur poſt undecimam, quo audito, omnes convenient ad Oratorium per dimidium ſaltem quadrantem horæ conſcientiæ examini vacaturi.

REGULA XXX.

Inter refectionem Sacris vacandum lectionibus.

Inde dato ſigno ſecundo ad locum refectionis, quaſi medicamenta ſumpturi, concedent, ibique præmiſſa ſecundum Regulam benedictione, decenter, ac religioſe ſedentes, ſacræ lectioni, quam regulariter per majorem partem refectionis continuari volumus

Digitized by Google

ſumus, diligenter intendent, mentem ſimul cum corpore refecturi.

REGULA XXXI.

Remiſſio poſt prandium.

Finita vero refectione, quia tempus, quod cibi ſumptionem ſequitur, ad ſeries occupationes minus aptum eſſe dignoſcitur, remiſſionem aliquantulam per dimidium, aut circiter horæ ſpatium concedimus.

REGULA XXXII.

De Lectionibus pomeridianis.

Finito colloquio, datoque ſigno ſimul cum ſilentio ad Cellam redibunt, & horis competentibus, ordine quo ſupra, ad Scholas pergent, & revertentur.

REGULA XXXIII.

Veſperis perſolvendis, & concione.

Hora tertia pomeridiana extra tempus Quadrageſimæ ſimul perſolvent Veſperas, quas Dominicis, vel Feſtivis diebus præſertim ſolemnioribus excipiet, vel concio ab aliquo Fratrum facienda, vel ſpiritualis collatio, quam, & aliis privatis diebus omnino volumus frequentari per medium quadrantem horæ.

REGULA XXXIV.

Matutino.

Hora ſexta Veſpertina, omnes iterum convenient ad Oratorium, lecturi ante Cœnam, ſive collationem veſpertinam, Matutinas cum laudibus diei ſequentis.

REGULA XXXV.

Demiſſione, & Litaniis poſt cœnam.

Cœna perſoluta, iterum uſque ad octavam religioſo colloquio vacare licebit, quod excipiet Oratio veſpertina, quæ claudetur Lectione Litaniarum.

REGULA XXXVI.

Deinde cubiculum, ſinguli de debent.

Completis Litaniis, acceptaque de more benedictione, ſinguli ſomno cum ſilentio ſe conferent ad cubicula, & lectione alicujus libelli ſpiritualis ſe ad meditationē primo mane faciendam præparabunt, præmiſſoque diligenti examine conſcientiæ ſimul incumbent, extincto ubique lumine per Præfectos cubiculorum circa horam nonam.

REGULA XXXVII.

Solus Regēns has Regulas poteſt moderari.

Supradictarum omnium Regularum interpretatio erit penes Regentem, cujus prudentiæ, & diſcretioni committimus, ut habita ratione loci, temporis, & perſonarum eas poſſit moderari, & in eiſdem, quando videbitur, diſpenſare.

REGULA XXXVIII.

De adminiſtratione Temporali.

De penſione Seminario perſolvenda.

Ut rei temporalis adminiſtratio Regenti non ſit nimis oneroſa, providebit Rm̄us Dn̄us Præſidens, ut pro Religioſorum alimentis ea pecuniæ ſumma Seminario perſolvatur, ut præter honeſtam Alumnorum ſuſtentationem, etiam ipſum Seminarium inde aliquid commodi poſſit accipere, & paulatim aſſurgere, utque dimidia totius ſummæ pars, ſexto quoque menſe ante numeretur.

REGULA XXXIX.

De œconomo.

Regens aliquem ex Fratribus Sacræ Theologiæ Studentibus, quando opus erit, Œconomum conſtituere poterit, cui Indicem tradet totius ſuppellectilis, linteorum omnium, ſtaneorum, lignorum; id ſubſignatum manu propria quam diligenter cuſtodiet, & conferet ſingulis annis Inventarium cum ipſa ſuppellectile, ut mutari poſſit, prout opus eſſe judicabit: maxime autem hoc fieri expediet, quoties novus Cocus admittetur.

REGULA XL.

Sacriſta.

Unum item ex Fratribus, quem judicabit maxime idoneum Sacriſtiæ præficiet, qui ſacræ ſuppellectilis curam gerat: ad illum, & adjunctum, quando opus erit, ſubſidiarium ſpectabit Campanæ ſono Fratres hora convenienti ad divina Officia convocare, Oratorium ſemper mundum conſervare, Altaria pro ratione ſolemnitatum exornare, ſacraſque Veſtes, quas ante omnia honeſtas procurari volumus, ad celebrantium uſum mundas in Altari præparare, Vinum denique, Hoſtias, Cereos, & reliqua ad celebrandum neceſſaria in tempore exhibere.

REGULA XLI.

Præfecto Bibliothecæ.

Conſtituet etiam aliquem ex doctioribus Præfectum Bibliothecæ, qui Librorum omnium Indicem ſervabit, nec ullum ex Bibliotheca auferri ſinet ab extraneis, præſertim abſque ſcitu, & conſenſu Regentis, & libri quidem extraneis conceſſi notabuntur in libello ad hoc ordinato, qui vero domeſticis, ſignabuntur in tabula ad hoc ponenda in Bibliotheca.

REGULA XLII.

Ordinetur etiam aliquis diligens, qui Refectorium, lintea, & omnia vaſa ejus ſuo tempore mundari curet, vel per Miniſtrum Seminarii, vel per ſe, cum ille ad manum non erit.

REGULA XLIII.

Valetudinario.

Cum numerus fuerit auctior, quam primum Domum habebunt propriam, etiam valetudinarium, loco non nihil a reliquorum habitatione remoto, conſtruere curabunt, in quo Fratres ægrotantes curentur, quorum miniſterio Frater aliquis timoratus, & charitativus deputabitur.

REGULA XLIV.

De Miniſtris Seminarii.

Miniſtri Seminarii tales aſſumentur, qui non tantum immunes ſint ab omni labe Hæreſeos, ſed qui, & chriſtianæ pietatis exercitiis excoli poſſint, & cupiant: in quem finem etiam aliquis Fratrum boni zeli conſtituetur, qui eos ex charitate inſtruat, regulariter ſingulis quindecim diebus confitebuntur, & communicabunt omnibus ſaltem Feſtivitatibus Chriſti, & Beatæ Mariæ Virginis, Sacrum ſingulis diebus audient cum Fratribus, & Veſperi comparebunt ad benedictionem, ſive aquam luſtralem: in ſumma tam Domi, quam foris modeſtia, & compoſitione ſua Religioſorum ſe Miniſtros profitebuntur.

REGULA XLV.

Eoque ſingulis annis viſitando.

Ut autem prædicta omnia felicius, & efficacius exequutioni mandentur Rm̃us Dominus Præſidens per ſe, vel Prælatos ſuperintendentes, qui pro tempore erunt Reverendi Dñus Sancti Martini majoris Coloniæ, Sancti Heriberti Tuitii, & Sancti Nicolai in Braviler ſingulis annis Seminarium viſitabit, & à Regente tam diſciplinæ, quam totius acceptæ, & expoſitæ pecuniæ exiget rationem.

Nuntius Ap. haſce regulas approbationes

Quæ omnia, & ſingula Capitula auctoritate apoſtolica ſpecialiter Nobis conceſſa, laudamus, confirmamus, & approbamus, & omni ea parte ſtrictè, & inviolabiliter ita obſervari mandamus, & in fidem, & robur omnium præmiſſorum hiſce manum noſtram appoſuimus, & ſigillum noſtrum ſubimprimi juſſimus. Antonius Vigiliarum Epiſcopus Nuntius Apoſtolicus.

Loco ✠ ſigilli.

Eaſque confirmat Pontifex.

§.2. Nos inviolabili erectionis, & inſtitutionis, necnon Conſtitutionum prædictarum obſervationi, quantum cum Domino poſſumus, proſpicere volentes, ſupplicationibus dicti Conſtantini nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, De Ven: Fratrum Noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium negotiis propagandæ in univerſo Mundo catholicæ fidei præpoſitorum conſilio, erectionem, & Inſtitutionem Seminarii hujuſmodi, necnon præinſertas Conſtitutiones, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, ſine cujuſque præjudicio approbamus, & confirmamus, illiſque inviolabilis apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, omneſque, & ſingulos tam juris, quam facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint in eiſdem, ſupplemus: & nihilominus Seminarium prædictum juxta formam erectionis, & inſtitutionis per Antonium Epiſcopum, & Nuncium factarum, ut præfertur, auctoritate, & tenore præſentiũ, quatenus opus ſit, ſine cujuſquam præjudicio erigimus, & inſtituimus,

Clauſulæ.

§.3. Decernentes præſentes Literas, & in eis contenta quæcumque ſemper, & perpetuo valida, firma, & efficacia eſſe, & fore, ac ab omnibus, ad quos ſpectat, & in futurum pro tempore ſpectabit, firmiter, & inviolabiliter obſervari, atque ita per quoſcumque judices ordinarios, & delegatos etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§.4. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 2. Septemb. 1626. An.IV.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 2. Septembris 1626. Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

CXCIII.

Declaratio, quod Capitula Eccleſiarum Cathedralium, quibus S. R. E. Card. præſunt, ea indultis conferendi Beneficia Eccleſiaſtica reſervata, vel affecta eiſdem Cardinalibus conceſſis, nullum jus prætendere poſſint.

Quod autem S. R. E. Cardinales indulto conferendi Beneficia Eccleſiarum, quibus præſunt, non utuntur niſi in Beneficiis illarum Eccleſiarum, quibus acta præſunt, vel quarum regimini ultimo loco ceſſerunt, declaravit hic Sanctiſs. Pont. in Conſtitut. ſeq. Licet.

Moderationem vero Indultorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardd. ſuper collatione Beneficiorum Eccleſiaſticorum habes in Pii Quinti Conſtit. LXXX. Tom. IV. Par. III. fol. 10., & in Gregorii XIV. Conſt. XLIV. Tom. V. Par. I. fol. 317., necnon Pauli V. Conſtitut. CXXXIX. Tom. V. Par. III. fol. 374.

Sanctiſſimus in Chriſto Pater, & Dominus Noſter Dominus Urbanus divina providentia Papa Octavus.

Cauſa hujus Conſtitutionis

Accepto, quod Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales ſuper indultis, & facultatibus diſponendi de Beneficiis Eccleſiaſticis Sedi Apoſtolicæ reſervatis, & affectis a Sede prædicta ſibi conceſſis per Capitula, & Canonicos Cathedralium Eccleſiarum, quibus illi ea conceſſione, & diſpenſatione apoſtolica præſunt, impediuntur, ſub prætextu, quod ipſi Capitula, & Canonici jus nominandi, vel præſentandi, aut aliàs quomodolibet diſponendi de Beneficiis in menſibus non reſervatis pro tempore vacantibus

bus cum prædictis Cardinalibus locorum Ordinariis conjunctim, vel diviſim habentes, tamquam membra capiti adhærentia, a Cancellariæ Apoſtolicæ Regula menſium reſervatoria, a qua Cardinales præſervantur, etiam excipi, & facultates, ac indulta, quæ certarum reſervationum obſtacula tollunt, ſibi quoque ſuffragari debere prætendunt: & attendens privilegium, quod Cardinales in prædicta Regula præſerventur, eis intuitu Cardinalatus conceſſum eſſe, neque rationi conſonum fore, ut Capitula, & Canonici, dum ſui Præſules Cardinalatus honore præfulgent, plus juris in præjudicium Sedis Apoſtolicæ, ſeu ipſorum Cardinalium Præſulum jus, & indultum conferendi ab ipſa Sede habentium, obtineant, quam ſi ipſi Cardinales non forent.

Facultatis, ſeu indultorum de quibus in rubric. Declaratio.

§.1. Motu proprio ſub die vigeſimanona Decembris, Anni ab Incarnatione Domini milleſimi ſexcenteſimi vigeſimiquinti declaravit, intentionis, & voluntatis ſuæ eſſe, quod Cardinales Præſules de omnibus, & ſingulis Beneficiis Eccleſiaſticis quomodolibet nuncupatis, & qualificatis ad eorum, etiam cum alio, vel aliis collationem, proviſionem, præſentationem, electionem, ſeu quamvis aliam ſimilem, vel diſſimilem diſpoſitionem ratione Eccleſiarum, quibus ipſi Cardinales præſunt, conjunctim, vel diviſim ſpectan. non tamen in libris Cam. Apoſt. deſcriptis, nec ex perſonis familiarium Suæ Sanctitatis, vel Conclaviſtarum, aut ratione vacationis apud Sedem prædictam reſervatis, vel affectis, quæ omnia SanctitasSua ſibi, & Succeſſoribus ſuis pro tempore exiſtentibus ſpecialiter, & expreſſe reſervavit, ad præſens vacantibus, & in futurum vacaturis, ſoli per ſe ipſos, vel alios ad id deputandos abſque Capitulis, & Canonicis, aliiſque quamcumque ordinariam diſpoſitionem eorumdem Beneficiorum ſimiliter conjunctim, vel diviſim cum eiſdem Cardinalibus habentibus, dummodo alias ſub indultis eis conceſſis compræhendantur, libere provideant.

Privatio facta Capitulis utendi dictis Indultis.

§.2. Neque Capitula, aut Canonici hujuſmodi privilegio, quod Cardinalibus Præſulibus, nullo habito Capitulorum, & Canonicorum reſpectu conceſſum eſſe dignoſcitur, gaudere, frui, aut jus aliquod inde prætendere poſſint.

§.3. Decernens, declarationem prædictam a dicta die 29. Decembris robur obtinere debere, etiamſi necdum publicata fuiſſet, ac irritum &c.

Placet, publicetur, & deſcribatur M.

Lecta, & publicata fuit ſupradicta Regula in Cancellaria Apoſtolica Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo vigeſimoſexto, die vero 10. menſis Septembris, Pont. SS. D. N. Anno IV.

Marcus Antonius Aſcentius Procuſtos.

CXCIV.

Declaratio, quod Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales Eccleſiarum Præſules Indulto conferendi Beneficia Eccleſiaſtica ratione Eccleſiarum, quibus præſunt, vel quarum regimini ultimo loco ceſſerunt, dumtaxat uti poſſint.

Vide, quæ notavi ad Conſtitutionem præcedentem de hac materia.

URBANUS PAPA VIII.

Motu Proprio &c.

Cauſa hujus Conſtitutionis

Licet nullus Epiſcoporum, poſtquam regimini Eccleſiæ, cui præerat, ceſſerit; in Beneficiorum Eccleſiaſticorum diſpoſitione ratione ejuſdem Eccleſiæ ſibi antea competenti ingerere ſe valeat: attamen nonnulli ex Venerabilibus Fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus ſub prætextu indultorum Apoſtolicorum eis pro tempore conceſſorum Beneficia nedum unius, ſed etiam plurium Eccleſiarum, quarum regimini ceſſerunt, vel a quarum vinculo ad alias translati abſoluti reperiuntur, contemplatione, aliàs ad ſe ſpectantia, conferre perſeverant. Quare Motu ſimili &c.

Declaratio, de qua in Rubrica cum clauſula irritanti.

§.1. Declaramus, de cætero non licere cuivis perſonæ, etiamſi Cardinalatus honore præfulgeat, prætextu cujuſvis indulti apoſtolici conceſſi, ſeu concedendi facultatem hujuſmodi, etiam expreſſe continentis conferre, vel quovis modo diſponere de quibuſvis Beneficiis Eccleſiaſticis, quorum collatio, præſentatio, nominatio, vel quævis alia diſpoſitio ſeparatim, vel conjunctim cum aliis ad eum ſpectabat, ratione cujuſcumque Eccleſiæ Cathedralis, etiam Metropolitanæ, Primatialis, vel Patriarchalis, cujus regimini ceſſerit, ſiquidem ad aliam Epiſcopalem, Archiepiſcopalem, Primatialem, vel Patriarchalem Eccleſiam translatus, vel poſtmodum aſſumptus fuerit, ſed indulto tantum ratione Eccleſiæ, cui actu præſit, vel cujus regimini ultimo loco ceſſerit, ſibi conceſſo uti poſſe, & debere, ac irritum &c.

Exceptio nonnullarum Eccleſiarum.

§.2. Oſtien., & Veliternen. invicem perpetuo unitis, & Portuen., ac Sabinen., necnon Tuſculan., & Præneſtin., ac Albanen. Eccleſiis dumtaxat exceptis, quoad quas Cardinalibus illarum pro tempore Præſulibus facultate diſponendi de Beneficiis hujuſmodi, etiam una cum indulto ſibi ratione aliarum Eccleſiarum, quibus actu præſunt, vel antea noviſſime præfuerint, ut præfertur, frui licere decernimus.

Sola Signatura ſufficiat.

§.3. Statuentes, præſentium, etiam abſque eo, quod regiſtrentur, aut illis data apponatur, ſolam Signaturam noſtram ſufficere, & ubique in judicio, & extra regula contraria non obſtante, fidem facere.

Regiſtretur in Cancellaria.

§.4. Ac inſuper illas in Cancellaria Apoſtolica deſcribi debere.

Omnes etiam abſentes liget.

§.5. Et deinceps omnes, & ſingulos Cardinales, etiam abſentes, præſentes, & futu-

ſuturos, & alios quoſcumque, quorum intereſt, vel intereſſe poterit, quomodolibet in futurum afficere, & ligare, nullumque eorum ignorantiam prætendere poſſe, non ſecus ac ſi ei perſonaliter intimatæ forent.

Contrarioꝝ remotio.

§.6. Statuto, & ordinatione, decreto, & declaratione, per Nos in craſtinum aſſumptionis noſtræ ad ſummi apoſtolatus apicem editis, quod Cardd. in Conſtitutionibus, & Regulis per Nos poſt priorum noſtrarum Conſtitutionum, & Regularum editionem, & publicationem impoſterum faciendis non includantur, niſi illæ eorumdem Cardinalium ſavorem concernant, vel ipſæ edendæ Conſtitutiones de illorum, ſeu majoris partis eorum conſilio editæ fuerint, necnon prædictis, & quibuſcumque aliis Regulis, Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque nequaquam obſtantibus.

Papa ſubſcr.

Placet Motu proprio, publicetur, & deſcribatur M.

Publicatio in Cancellaria.

Dat. die 10. Sept. 1626. An.IV.

Lecta, & publicata fuit ſupradicta Conſtitutio in Cancellaria Apoſtolica Anno Incarnationis Dominicæ 1626. die vero 10. menſis Septembris, Pont. prælibati SS. D. N. Anno Quarto.

Marcus Ant. Aſcentius Procuſtos.

CXCV.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Commiſſio Epiſcopo Wratislavienſi apoſtolica confirmandi auctoritate fundationem, & erectionem Collegii Soc. Jeſu in Oppido Niſſæ cum Univerſitate Studii generalis.

Ven. Fratri Epiſcopo Vratislavien.

URBANUS PAPA VIII.

Ven. Frater ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Proœmium.

IN ſupereminenti Sedis Apoſtolicæ ſpecula, meritis licet imparibus, diſponente Domino conſtituti, & intra mentis noſtræ arcana revolventes, quantum ex literarum ſtudiis catholica fides augeatur, divini nominis cultus protendatur, veritas agnoſcatur, & juſtitia colatur, in his, per quæ literarum ſtudia hujuſmodi ubilibet excitentur, ſolicitudinis noſtræ partes propenſis ſtudiis impertimur, atque his, quæ propterea facta fuiſſe dicuntur, libenter cum à Nobis petitur, apoſtolici muniminis mandamus adiici firmitatem, prout Principum virorum vota expoſcunt, Noſque conſpicimus, in Domino ſalubriter expedire.

Carolus Archidux Auſtriæ Collegiũ Soc. Jeſu in Oppido Niſſæ cum Univerſitate Studii generalis erigit;

§.1. Sane dilectus filius nobilis vir Leopoldus ex Archiducibus Auſtriæ Nobis nuper exponi fecit, quod aliàs bo: me: Carolus ſimiliter ex Archiducibus Auſtriæ Eccleſiarum Brixien., & Wratislavien., dum vixit, Adminiſtrator, apoſtolica auctoritate deputatus, ad Omnipotentis Dei gloriam, & militantis Eccleſiæ exaltationem in Oppido Civitate nuncupato Niſſæ Wratislavien. Diœceſis unum Collegium Clericorum Societatis Jeſu cum Academia, ac publica Studii Univerſitate erexit, & fundavit, illique inter alia fundum Olbersdorf in Sileſia ſitum olim ad Militiam Theutonicorum ex eo, quod cum alias chariſſimus in Chriſto filius noſter Ferdinandus Romanorum Rex in Imperatorem electus eidem Militiæ pro quadam illius Præceptoria, ſeu Commenda, & certa pecuniarum ſumma, vel in bonis ſtabilibus, vel in pecunia ſatiſfacere deberet, eoque nomine prædicto Carolo ejuſdem Militiæ Magno Magiſtro, ſeu Adminiſtratori apoſtolica auctoritate deputato fundum hujuſmodi, itaut illum, vel dictæ Militiæ applicare, vel alio, prout ei viſum fuiſſet, diſtrahere poſſet, obtuliſſet; idem Carolus fundi prædicti poſſeſſione accepta, dum de illo eidem Militiæ cedendo ageret, jamque Militia ipſa contenta jus aliquod deſuper acquiſitura videretur, conſiderans fundum de Euſenberg per eum noviter emptum eidem Militiæ utiliorem fore, fundum hujuſmodi ipſi Militiæ loco prioris de Olbersdorf conceſſit: proindeque, ſeu aliàs ex cauſa permutationis ſpectan. cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis applicavit, & appropriavit, prout in Inſtrumentis, ſeu Scripturis publicis deſuper confectis pleniùs dicitur contineri.

Fundoſque pro dote aſſignat.

Leopoldus erectionem, & dotationẽ petit confirmari.

§.2. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, prædictus Leopoldus plurimum cupiat, erectionem, & fundationem Collegii hujuſmodi, aliaque præmiſſa pro firmiori eorum ſubſiſtentia, apoſtolicæ noſtræ confirmationis robore communiri, Nobis propterea humiliter ſupplicari fecit, ut deſuper opportune providere de benignitate apoſtolica dignaremur.

Urbanus Wratislavienſem delegat Epiſcopum ad petitam confirmationem faciendam.

§.3. Nos piis ejuſdem Leopoldi votis hujuſmodi annuere, illumque ſpecialibus ſavoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſà latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Fraternitati tuæ per præſentes committimus, & mandamus, ut ſi præmiſſa veritate niti repereris, erectionem, & fundationem Collegii hujuſmodi, ac applicationem, & approbationem, aliaque præmiſſa, de ejuſdem tamen Militiæ conſenſu, auctoritate noſtra apoſtolica approbes, & confirmes.

Cum clauſulis opportunis.

§.4. Ac omnes, & ſingulos tam juris, quam facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſuppleas, necnon præſentes literas, & in eis contenta quæcumque ſemper, & perpetuo valida, firma, & efficacia exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere,

nere, atque ita per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, eadem auctoritate decernas.

Ex contrariis derogat.

§.5. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quibuſvis, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis apoſtolicis, in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum omnium, & ſingulorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 10. Sept. 1626. An. IV.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die 10. Septembris 1626. Pontificatus noſtri Anno IV.

CXCVI.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Indultũ Eccleſiaſticis Regni Sardiniæ, ut poſſint ſubſidium quadringenta millium ſcutorum una cum ſubditis ejuſdem Regni, Regi Catholico perſolvere.

Cariſſimo in Chriſto filio noſtro Philippo Hiſpaniarum Regi Catholico.

URBANUS PAPA VIII.

Cariſſime in Chriſto fili noſter, ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Exordium a Regis meritis petitum.

EXimius Majeſtatis Tuæ orthodoxæ fidei conſervandæ, & propagandæ zelus, ac ſingularis erga Nos, & Apoſtolicam Sedem devotio, aliaque præclara merita plane exigunt, ut ſubſidia pro ejuſdem fidei, tuorumque Regnorum, & Subditorum ab hoſtibus fidei defenſione ab eiſdem ſubditis tuis ſponte oblata, quantum cum Domino poſſumus, adjuvemus.

Eccleſiaſtici una cum Laicis ſubſidium Regi offerunt.

§.2. Exponi ſiquidem Nobis feciſti, quod cum nuper dilecti filii ſubditi Regni Tui Sardiniæ animadvertentes, prædictum Sardiniæ præ aliis Regnis Tuis Barbarorum, & aliorum Piratarum infeſtationibus, invaſionibus, & direptionibus, ob ejus Africanæ oræ vicinitatem, expoſitum eſſe, eamdem vero Majeſtatem Tuam pro religionis catholicæ, ac obedientiæ erga S. R. E. conſervationem, in Tuis, & exteris ditionibus, ac Regnis, aliiſque graviſſimis aſſidue ſumptibus urgeri, ſummam quadringentorum millium ſcutorum ſpatio quinque annorum, octuaginta videlicet pro quolibet anno, perſolvendam pro fidei catholicæ defenſione, necnon Præſidio mille, & ducentorum Militum in eodem Regno manutenendo, & alias Civitatum, Urbium, & locorum Maritimorum, Portuumque dicti Regni contra Barbarorum, & aliorum Piratarum impetus infeſtationes, atque direptiones defenſione in certis terminis, ac modo, & forma tunc expreſſis, ſeu exprimendis exigendam Majeſtati Tuæ ſponte obtuliſſent, Venerabiles Fratres Archiepiſcopi, Epiſcopi, & univerſæ perſonæ eccleſiaſticæ ejuſdem Regni in Comitiis ejuſdem Regni congregatis in ſolutione dictæ ſummæ pro certa rata, noſtro, & hujus Sanctæ Sedis accedente beneplacito, concurrere ſimiliter ſponte, & libere obtulerunt, & promiſerunt.

Rex pontificiam in hoc interponi auctoritatem petit.

§.3. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, ex eo quod per Lateranenſe Concilium noviſſime celebratum, diverſaſque alias canonicas ſanctiones, ſub diverſis cenſuris, & pœnis caveatur expreſſe, ne Reges, Principes, & alii ſeculares Magiſtratus ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, & aliis perſonis eccleſiaſticis etiam ſponte offerentibus, aliquam pecuniarum ſummam, ſive ſubventionem exigant, aut recipiant, Majeſtas Tua, ac Tui illius Regni Miniſtri dubitetis, ratam prædictam recipiendo, cenſuras, & pœnas prædictas incurrere, & forſan incurriſſe: & propterea pro Tuæ, & dictorum Miniſtrorum conſcientiæ quiete, Nobis humiliter ſupplicari feceris, quatenus in præmiſſis noſtram, & hujus Sanctæ Sedis auctoritatem interponere dignaremur.

Pontifex Indultum concedit, de quo in Rubrica.

§.4. Nos attentis præmiſſis, ſupplicationibus hujuſmodi inclinati, ſpontaneæ oblationi, & promiſſioni per Archiepiſcopos. Epiſcopos, & alias eccleſiaſticas perſonas, ad effectum præmiſſum factis pro hac vice tantum, noſtram, & dictæ Sedis auctoritatem interponimus per præſentes, & nihilominus Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis eccleſiaſticis perſonis prædictis, ut ratam hujuſmodi per eos, ut præfertur, ſponte oblatam, & promiſſam perſolvere, ac Tua Majeſtas, & Tui Miniſtri eam petere, & recipere, exigere, & levare, abſque conſcientiæ, ſeu cenſurarum, & pœnarum prædictarum incurſu libere, & licite poſſint, apoſtolica auctoritate, earumdem tenore præſentium concedimus, & indulgemus: Ipſoſque Archiepiſcopos, Epiſcopos, & alias perſonas eccleſiaſticas, & earum ſingulas, quatenus ipſi dictam ratam jam promiſerint, aut ſolverint, necnon eamdem Majeſtatem Tuam, & Tuos Miniſtros prædictos, ſi eamdem ratam jam perceperint, ab omnibus, & ſingulis cenſuris, & pœnis per eos propterea quomodolibet incurſis, auctoritate, & tenore prędictis abſolvimus, & abſolutos fore cenſemus, & declaramus.

Derogat obſtantibus.

§.5. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Eccleſiarum, Monaſteriorum, & Beneficiorum hujuſmodi, juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultia,

Digitized by Google

tis, exemptionibus, immunitatibus, etiam in corpore juris clauſis, ac literis apoſtolicis quibuſvis generaliter, vel ſpecialiter conceſſis. Quibus omnibus, & ſingulis, eorom teoores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ae ad verbum inlertis habentes, illis aliàs io ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque cootrariis quibuſcumque.

Ecleſiaſticos impoſterum a ſimilibus jubet abſtinere.

§.6. Volumus autem, ut impoſterum perſonæ eccleſiaſticæ dicti Regni a ſolutione, & exactione ſimilium pecuoiarum omnino abſtineant; quodque pœnitentiam, quam pro præmiſſis quivis Confeſſarius ab Ordinario approbatus illis, & eorum cuilibet duxerit imponeodam, omnino teneantor.

Fe tranſumptis fidem addit.

§.7. Necnon, quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, ſigilloque perſonę in digoitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra, ubique adhibeatur, quæ ipſis originalibus literis adhiberetur, ſi foreut exhibitæ, vel oſtenſæ.

Exactionem per ſolos Eccleſiaſticos fieri præcipit.

§.8. Quodque diſtributio, repartimentum, ac taxa, & exactio ratæ hujuſmodi a perſonis eccleſiaſticis in Comitiis hujuſmodi, ab eiſdem eccleſiaſticis forſan deputatis, aut in eorum defectum ab Ordinariis locorum, ſeu a perſouis eccleſiaſticis ab ipſis Ordinariis deputandis dumtaxat fiat, ae Miniſtris laicis, ad effectom præmiſſum, & pro ſumma prædicta tantum couſignetor, aliàs exdem præſeotes nullæ fiut eo ipſo.

Dat. die 5. Octobr. 1626. An.IV.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annolo Piſcatoris, die 5. Octobris 1626. Poutificatos noſtri Anoo IV.

CXCVII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Confirmatio, & Innovatio Conſtitutionis Clementis VIII., qua vult diguitares Linguæ Angliæ obtinentes, votum in Electione Magni Magiſtri Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani non habere, niſi fuerint ex Anglia oriuudi.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

MUneri noſtro apoſtolico incumbit, ut ea, quæ pro pace, & quiete inter Chriſtifideles omoes, præſertim vero iſtios Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani fratres, qui præ cæteris fidem catholicam quoad poſſunt non modo promovere, ſed & uſque ad illorom ſanguinis, vitæque profuſionem adverſus quoſcumque illius hoſtes defendere, & tueri ſpecialiter profitentur, ſovenda, ac ſemovendis ab illis litium, & cootroverſiarum materiis recte per Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros ordinata fuerunt, firma, & illibata permanere, quantumque fieri poſſet obſervari curemus.

Referuntur Clementis Papæ VIII. Literæ, de quibus fit mentio in Rubrica.

§.1. Alias ſiquidem a fe: re: Clem. Papa VIII. Prædeceſſore noſtro emanarunt literæ tenoris ſubſequentis videlicet: Clemens PP. VIII. Ad futuram rei memoriam. Inter multiplices curas humeris noſtris divinitus impoſitas in eam præcipue paſtoralis officii noſtri vigilantiam dirigimus, ut perſonæ regulares, quæ ſub Militaris Religionis ſuavi, præſertim vero Sacræ Domus, & Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani, jugo gratum Deo exhibent famulatum, & in univerſa Chriſtiana Republica adverſus inimieorum ſuorum nefarios auſus defendenda proprias facultates, ac vitam ipſam contiouo expouunt, litium, & controverſiarum procul ſemotis incommodis in pacis amœnitate, & animorum quiete vivere valeant. Cum itaque, tam Nos, quam dilecti filii Hugo Sanctæ Mariæ in Porticu Diaconus Cardinalis Magnus Magiſter vigore cujuſdam Indulti ſibi a felicis re: Sixto PP. V. Prædeceſſore noſtro conceſſi, & Conventus dicti Hoſpitalis aliquas Dignitates Linguæ Angliæ, & ad eam ſpectantibus diverſis fratribus Militibus dicti Hoſpitalis contulerimus, & conceſſerimos, ipſique contulerint, & conceſſerint, prout in diverſis quoque noſtris, & illorum ſuperiude confectis literis plenius continetur. Hincque ipſi ſic proviſi etiam, qui ex Anglia non ſiut, prætendere poſſint, prætextu eis collatarum dignitatum hujoſmodi, eligi in oumerum illorum octo, ad quos electio Triumviratus pro nova electione Magni Magiſtri dicti Hoſpitalis facieoda pro tempore ſpectat, ſeu aliàs ipſi electi intervenire, quod tamen ſolis Regni Angliæ, Hiberniæ, & aliorum locorum ſub lingua Angliæ compræhenſorum oriundis, dictas dignitates pro tempore obtinentibus juxta formam ſtabilimentorum dictæ Religionis competere diguoſcitur; Nos controverſiis, & incommodis, quæ inde provenire poſſent, obviare, & alias io præmiſſis de opportunæ declarationis remedio providere volentes; Motu proprio, non ad alicujus ſuper hoc Nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcieotia, & de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, tenore præſentiom, decernimus, & declaramus, præſatos a Nobis, ac Maguo Magiſtro, & Conventu prædictis, de quibus hujuſmodi dignitatibus ad dictam Linguam Angliæ ſpectantibus quomodolibet, & quandocumque proviſos, & prætextu cujuſvis indulti, aut aliàs non poſſe, neque debere in præfatos octo Electores eligi, neqoe intervenire alicui electioni cujuſvis futuri Magni Magiſtri dicti Hoſpitalis, nullumque jus, neque actionem eis deſuper competere, dum dignitates hujuſmodi retinuerint, niſi ipſi ſic proviſi, & dignitates ipſàs obtioentes ex dictis Regois oriundi, & ibidem ſive iu limitibus dictæ Linguæ nati ſint; Sicqoe etiam per ipſoſmet Magnum Magiſtrum, & Conventum, ac quoſvis alios Judices eccleſiaſticos, & ſeculares quavis auctoritate ſungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & defioiri debere, ac irritum, & inane, quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vet ignoranter contigexit

Digitized by Google

rit attentari. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon ſtatutis, ſtabilimentis, uſibus, & naturis, privilegiis quoque, indultis, & literis apoſtolicis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis etiam per proviſiones præfatas, aut alias in contrarium forſan quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio habenda foret, illorumque hujuſmodi tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur, pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, latiſſime, hac vice ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæterìſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die prima Martii 1594. Pontificatus noſtri Anno III.

Eas innovat, confirmatque Urbanus. §. 2. Nos vero literarum præinſertarum obſervationi per amplius, & quantum in Nobis eſt conſulere volentes: Motu proprio, & ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris, deque apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, eaſdem præinſertas literas cum omnibus, & ſingulis in eis contentis tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illiſque inviolabilis noſtræ apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, omneſque, & ſingulos, tam juris, quam facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenitſe dici poſſunt, ſupplemus, eaſdemque præinſertas literas, & omnia, & ſingula in eis contenta innovamus.

Clauſula pro præſentium firmitate. §. 3. Decernentes illa, necnon præſentes literas, ſemper valida, firma, & efficacia eſſe, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus, quos illa quomodolibet concernunt, & concernent in futurum, inviolabiliter obſervari debere. Sicque, & non aliter per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ubique judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 4. Non obſtantibus omnibus illis, quæ in eiſdem præinſertis literis dictus Clemens Prædeceſſor voluit non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 5. Octobr. 1626. An. IV. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 5. Octobris 1626. Pontificatus noſtri Anno IV.

CXCVIII.

Indultum Eccleſiaſticis Regni Valentiæ, ut cum Laicis ſubſidium Regi tribuere queant in ſumma unius milionis, & octuaginta millium ſcutorum. *Ex Regeſt. in Secret. Brev.*

Chariſſimo in Chriſto filio noſtro Philippo Hiſpaniarum Regi Catholico.

URBANUS PAPA VIII.

Chariſſimo in Chriſto fili noſter ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Philippi Regis erga catholicam fidem, & S. Apoſtolicã merita. EXimius Majeſtatis tuæ orthodoxæ fidei conſervandæ, & propagandæ zelus, ac ſingularis erga Nos, & Apoſtolicam Sedem devotionis, aliaque præclara merita plane exigunt, ut ſubſidia pro ejuſdem fidei, tuorumque Regnorum, & ſubditorum ab hoſtibus fidei defenſione, ab eiſdem ſubditis tuis ſponte, & prompte oblata, quantum cum Domino poſſumus, adjuvemus.

Eccleſiaſtici ſubſidium Regi una cum Laicis offerũt. §. 1. Exponi ſiquidem Nobis feciſti, quod cum nuper dilecti filii ſubditi Regni tui Valentiæ in Parlamento Oppidi de Monſon congregati animadvertentes, Majeſtatem tuam pro Religionis Catholicæ, ac obedientiæ erga S. R. E. conſervationem in tuis, & exteris ditionibus, & Regnis, aliis graviſſimis aſſidue ſumptibus urgeri, ſummam unius millionis, & octuaginta millium librarum de regalibus decem pro qualibet libra ſpacio quindecim annorum, ſeptuaginta mille videlicet pro quolibet anno, perſolvendam in certis terminis, ac modo, & forma tunc expreſſis, ſeu exprimendis, eidem Majeſtati tuæ ſponte obtuliſſent, Venerabiles fratres Archiepiſcopi, Epiſcopi, & aliæ perſonæ, necnon univerſus Status Eccleſiaſticus in comitiis ejuſdem Regni congregati in ſolutione dictæ ſummæ pro certa rata, noſtro, & hujus Sanctæ Sedis accedente beneplacito, concurrere ſimiliter ſponte obtulerunt, & promiſerunt.

Rex, Regiique Miniſtri illud recipi petunt ſibi permitti. §. 2. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, ex eo quod per Lateranenſe Concilium, diverſaſque alias canonicas ſanctiones ſub diverſis cenſuris, & pœnis, caveatur expreſſe, ne Reges, Principes, & alii Magiſtratus ſeculares ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, & aliis perſonis eccleſiaſticis, etiam ſponte offerentibus, aliquam pecuniarum ſummam, ſive ſubventionem recipiant, Majeſtas tua, ac tui illius Regni Miniſtri dubitetis, ratam prædictam recipiendo, cenſuras, & pœnas prædictas incurrere, & forſan incurriſſe, & propterea pro tuæ, & dictorum Miniſtrorum conſcientiæ quiete, Nobis humiliter ſupplicari feceris, quatenus in præmiſſis noſtram, & hujus Sedis auctoritatem interponere dignaremur.

Indulget Pontifex. §. 3. Nos, attentis præmiſſis, ſupplicationibus hujuſmodi inclinati, oblationi, & promiſſioni per univerſum eundem Statum Eccleſiaſticum videlicet Archiepiſcopos, Epiſcopos, & alias perſonas eccleſiaſticas ad effe-

Digitized by Google

effectum præmiſſum dumiaxat factis, pro hac vice tantum noſtram.& hujus Sedis auctoritatem interponimus per præſenies ; nihilominuſque Archiepiſcopis, Epiſeopis,& aliis eccleſiaſticis perſonis prædictis, nt ratam hujuſmodi per eos, ut præfertur, oblatam perſolvere, ac tua Majeſtas, & tui Miniſtri eam petere, recipere, exigere, & levare abſque conſcientiæ, ſeu cenſurarum,& pœnarum prædictarum incurſu libere, & licite poſſint, & valeant, apoſtolica auctoritate, earumdem ten. præſentium, concedimus, & indulgemus.

Eoſque ſi receperint, & Eccleſiaſticos, quatenus aliquid jam perſolverint, abſolvit a cenſuris.

§.4. Ipſoſque Archiepiſcopos Epiſcopos, Abbates, & alias perſonas eceleſiaſticas, & earum ſingulas, quatenus ipſi dictam ratam jam promiſerint, aut ſolverint, necnon eamdem Majeſtatem tuam, & tuos Miniſtros prædictos,ſi eamdem ratam jam perceperint, ab omnibus, & ſingulis cenſuris, & pœnis per eos propterea quomodolibet incurſis auctoritate, & tenore prædictis, abſolvimus, & abſolutos fore cenſemus, & declaramus.

Obſtantia tollit.

§.5. Non obſtantibus præmiſſis, ae quibuſcumque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolieis, necnon Eccleſiarum, Monaſteriorum, & beneficiorum hujuſmodi etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, exemptionibus, immunitatibus, etiam in corpore juris clauſis, ac Literis Apoſtolicis quibuſvis generaliter, vel ſpecialiter conceſſis. Quibus omnibus, etiamſi de illis, eorumque totis ten. de verbo ad verbum mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda ſit, & in eis caveatur expreſſe, quod per hujuſmodi clauſulas generales etiam ſpecialem mentionem importantes, eis derogatum eſſe non cenſeatur, aut derogari non videatur, niſi certis modo, & forma in illis expreſſis plene obſervatis, illorum omnium, & ſingulorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

A ſimilibus impoſterum jubet eos abſtinere.

§.6. Volumus autem, ut impoſterum dictæ perſonæ eccleſiaſticæ dicti Regni a ſolutione, & exactione ſimilium pecuniarum hujuſmodi omnino abſtineant: quodque pœnitentiam, quam pro præmiſſis uniuſcujuſque confeſſarius ab Ordinario approbatus illis,& eorum cuilibet duxerit imponendam, adimplere omnino teneantur.

Tranſumptis fidem addit.

§.7. Necnon quod præſentium tranſumptis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, ſigilloque perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra illud ubique adhibeatur, quæ ipſis originalibus Literis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ,

Exactionem per Eccleſiaſticos fieri mandat.

§.8. Quodque diſtributio, repartimentum, taxa, & exactio ratæ hujuſmodi eccleſiaſticos, ut præfertur, tangentis, a perſonis eccleſiaſticis per eoſdem Archiepiſcopos, Epiſcopos, ac veſtrum ſtatum hujuſmodi dumtaxat deputatis, vel in eorum defectum ab Ordinariis locorum deputan. fiat, Miniſtriſque laicis ad effectum præmiſſum, & pro rata prædicta tantum conſequendum, aliter præſens gratia nulla ſit eo ipſo.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 6. Octobris 1626. Pontificatus noſtri Anno IV.

Dat. die 6. Octobr. 1626. An. IV.

CXCIX.

Declarat Confeſſarios quoſcumque per Archiepiſcopum Liman. approbatos, per Archiepiſcopum ſucceſſorem iterum examinari poſſe; Populum vero in Paſchate præcepto Eccleſiæ non ſatisfacere, niſi Sacram Communionem in propriis Parochiis ſumat,

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Venerabili Fratri Gundiſalvo Archiepiſcopo Limano.

URBANUS PAPA VIII.

Venerabilis frater ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Cauſæ faciendæ declarationis.

§.1. CUm, ſicut Nobis nuper exponi feciſti, multi tuarum Civitatis, & Diœceſis Limanæ Presbyteri, tam ſeculares, quam regulares ad ſacras confeſſiones audiendas a tunc exiſtente Archiepiſcopo Limano ſemel approbati, ab Archiepiſcopo ejus ſucceſſore ſe iterum ea de cauſa examinari minime poſſe, vel debere; iidemque omnes, & quoſcumque utriuſque ſexus Chriſtifideles ſeculares, qui a Dominica Palmarum uſque ad Dominicam in Albis in eccleſiis ſuorum Monaſteriorum, ſeu domorum, vel aliorum locorum Regularium, ſacram communionem ſumpſerint, præcepto Eccleſiæ perinde ſatisfacere, & ſatisfeciſſe, ac ſi illam in propriis Parochiis ſumpſiſſent, in vim aſſertorum privilegiorum ſibi conceſſorum prætendant.

Declaratio, de qua in Rubrica.

§.2. Nos præmiſſis, ac inconvenientibus, quæ exinde oriri poſſunt, quantum Nobis ex alto conceditur, obviam ire, teque ſpiritualibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtis, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus tuo nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium Sacri Concilii Tridentini interpretum conſilio, Archiepiſcopum ſucceſſorem poſſe confeſſarios tam ſeculares, quam regulares iterum examinare; ſeculares vero non ſatiſfacere præcepto Eccleſiæ ſumendi ſacram communionem in die Paſchatis, niſi ſumant in propriis Parochiis.

Sic-

Clauſulæ.

§.3. Sicque, & non aliter per quoſcumque Judiees ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores ubique judicari, & definiri debere, ac irritum, & inaue, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter eoutigerit attentari, apoſtolica auctoritate ten. præſentium, decernimus, & declaramus.

Deputatio exequutoris.

§.4. Quocirca tibi per præſentes committimus, & mandamus, quateuus tu per te, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta, ubi, & quando opus fuerit, ſolemniter publieans, facias, auctoritate noſtra illa ab omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & pro tempore quomodolibet ſpectabit, inviolabiliter obſervari, contradictores quoslibet, & rebelles, per ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocatu etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis.

Derogatio contrariorum

§.5. Non obſtantibus quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quorumvis Ordinum etiam juramento, confirmatione apoſtoliea, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & conſuetudinibus privilegiis, quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, approbatis, confirmatis, & innovatis; quibus omnibus, & ſingulis eorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 9. Octobr. 1626. An. IV.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 9. Octobris 1626. Pontificatus noſtri Anno IV.

C C.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Facultas Cardinali S. Honuphrii capiendi poſſeſſionem Ducatus Urbini in caſu devolutionis ejuſdem.

Dilecto filio noſtro Antonio tituli S. Honuphrii Presbytero Cardinali.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Dilecte fili noſter ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Exordium.

Singulares, atque eximiæ virtutes, quibus illarum largitor Altiſſimus perſonam tuam multipliciter inſignivit, in cauſa ſunt, ut Te muneri graviſſimo, & rei maximi momenti adminiſtrandæ libenter præficiamus, firma ſpe, ac fiducia freti, Te fraterno ſecundum carnem vinculo Nobis conjunctum, ac filiali reverentia, & devotione Nos proſequentem, in ea functione fideliter, riteque obeunda deſiderio noſtro cumulate ſatisfacturum.

Facultas Cardinali Barberino poſſeſſionem Ducatus Urbini capiendi.

§.1. Motu itaque proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque apoſtolicæ poteſtatis plenitudine Tibi, ut caſu aperitionis, ac devolutionis ad Nos, & Romanam Eccleſiam, Sedemque, & Cameram Apoſtolicam Feudi Ducatus Urbini, necnon Civitatum Senogallienſis, & Piſaurenſis, ac Status Montis Feretrani, aliorumque Dominiorum, Civitatum, Oppidorum, Terrarum, Fortalitiorum, & locorum quorumcumque, etiam ſpeciali nota, & expreſſione dignorum in, & ſub Statu dicti Ducatus Urbini ad præſens quomodolibet comprænenſorum, ſeu per ipſum Ducem quomodolibet poſſeſſorum, quandocumque, & quomodocumque eveniente, ſive ſuccedente, tu per te, vel alium, ſeu alios, ſecundum rei, & caſus exigentiam, & aliàs, prout occaſio, rerumque, & temporum qualitas exegerit, corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem Ducatus, Civitatum, Dominiorum, Oppidorum, Terrarum, & locorum prædictorum, eorumque Territoriurum, diſtrictuum, juriſdictionum, Caſtrorum, Fortalitiorum, ſive Propugnaculorum, membrorum, pertinentiarum, & jurium quorumcumque noſtro, & Eccleſiæ, Sediſque, & Cameræ prædictarum nomine, amotis, & expulſis exinde quibuſvis detentoribus, ſive oceupatoribus, appræhendas, ſive a quibuſcumque aliis in vim facultatum ſibi a Nobis deſuper aliàs ſub certis modo, & forma tunc espreſſis conceſſarum appræhenſa recipias, & retineas.

Fidelitatis Juramentum recipiendi;

§.2. Necnon a Communitatibus, Univerſitatibus, Gubernatoribus, Prætoribus, Locumtenentibus, Magiſtratibus, Capitaneis, Colonellis, Caſtellanis, & aliis quocumque nomine nuncupatis, quacumque dignitate fungentibus officialibus Ducatus, Civitatum, Dominiorum, Oppidorum, Terrarum, & locorum, aliorumque prædictorum homagia, & fidelitatis juramenta recipias, ſigna, vel cootraſigna antiqua ſimiliter recipias, mutes, & nova conſtituas, renoves, & quibus opus fuerit, vel tu expedieus judicaveris, tradas, & conſignes, ae alios quoſcumque actus poſſeſſorios;

Aliaſque faciendi, quæ civilem, criminalemque includunt juriſdictionem

§.3. Necnon in Ducatu, Civitatibus, Dominiis, Oppidis, Terris, & locis, aliiſque prædictis quamcumque Juriſdictiooem Civilem, Criminalem, & mixtam exerceas, modum, & ſtatum officiorum, Magiſtratuum tam Optimatum, quam Populi, & gubernii temporalis, nec non cuſtodiæ, & Militiarum, præſidiorumque Ducatus, & Civitatum, Dominiorum, Oppidorum, Terrarum, locorum, & aliorum prædictorum, prout Tibi videbitur, immutes, ac etiam renoves, & de novo deputes, ad formamque, & methodum regiminis, & gubernii aliarum Provinciarum, Terrarum, & locorum Status noſtri Eccleſiaſtici redigas; Quæcumque Statuta, Ordinationes, & Conſtitutiones circa præmiſſa, & alia quæcumque, quæ magis expedire judicaveris, condas, publiees, & obſervari facias; Nec non ſi opus fuerit, quoſcumque Milites conſcribas, & quæ pro commeatu, & apparatu neceſſaria fuerint, undique perquiras, & compares, ac ex quibuſcumque locis Status noſtri

Digitized by Google

ſtri Eccleſiaſtici convehi, & comportari facias, quæcumque armorum, & belli negocia tractes, congreſſus Militum generales, vel particulares, prout res, & occaſio ſimiliter poſtulaverit, conſtituas, & imperes.

Expenſas neceſſarias faciendi.

§. 4. Quaſcumque expenſas, quæ in præmiſſis, & eorum occaſione neceſſariæ erunt, noſtris, & Cameræ Apoſtolicæ prædictæ ſumptibus facias, & ut hujuſmodi expenſas facilius facere poſſis, quaſcumque pecuniarum ſommas ad Nos, & eamdem Cameram ſpectantes a quibuſcumque Theſaurariis, Datiariis, Exactoribus, Collectoribus, Appaltatoribus, Officialibus, & Miniſtris quibuſcumque, quocumque nomine nuncupatis debitas, necnon etiam a Gubernatoribus, Prætoribus, & Locumtenentibus Provinciarum, Civitatum, & locorum quorumcumqueStatus noſtri Eccleſiaſtici a Depoſitariis, & exactoribus pœnarum, & maleficiorum noſtro, & dictæ Cameræ Apoſtolicæ nomine exigas, & recipias, ac ipſos ſolventes de exactis quietes, ac etiam redditus Communitatum, & Univerſitatum, ac Civitatum, Terrarum, & locorum ejuſdem Ducatus Urbini recipias, & ex ipſis Cameræ, Communitatumque, & Univerſitatum redditibus ſumptus hujuſmodi facias, de quibus tamen nullam Nobis, aut Romanis Pontificibus ſucceſſoribus noſtris, aut pro Nobis, & eis dictæ Cameræ, aut S. R. E. Camerario, Præſidentibus, Clericis, vel aliis quibuſcumque Sedis, & Cameræ Apoſtolicæ Miniſtris, aut Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium Collegio, ulliſque aliis unquam nominatim, vel in ſpecie rationem, aut adminiſtrationis computum reddere tenearis, nec ad id cogi, aut compelli poſſis: & nihilominus ſi tu rationem, aut adminiſtrationis computa ſponte reddere volueris, expenſas hujuſmodi per te, ut præfertur, faciendas tanquam de expreſſo ordine, & mandato noſtro factas, ac veluti ſi a Nobis ipſis factæ fuiſſent, tibi ſine ulla prorſus oppoſitione, aut partitarum per te dandarum rejectione, aut in dubium revocatione bonas fieri, & in ejuſdem Cameræ Apoſtolicæ libris deſcribi, adnotari, & acceptari libere volumus, & expreſſe ordinamus, & mandamus.

Quin de iis rationem ullam reddere teneatur.

Conceſſio facultatum neceſſariarum.

§. 5. Ut vero omnia, & ſingula, quæ ad præmiſſa pertinent, ſumma, ut decet, auctoritate præcipiantur, & pari celeritate debitæ exequutioni demandentur, omnibus, & ſingulis Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis locorum Ordinariis, necnon Præſidentibus, Gubernatoribus, Præfectis, eorum locumtenentibus, Prætoribus, & aliis quocumque nomine nuncupatis Officialibus, & Miniſtris quavis poteſtate, auctoritate, & privilegio ſuffultis, & quibuſcumque etiam a Nobis, & Apoſtolica Sede, ſeu Camera Apoſtolica immediate deputationem habentibus, ſeu dependentibus, nec non Baronibus, Domicellis, Comitibus, aliiſque etiam Ducali, Marchionali, vel alia dignitate inſignitis, communitatibuſque, & univerſitatibus, & hominibus quarumvis Provinciarum, Civitatum, Terrarum, & locorum Nobis, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ mediate, vel immediate ſubjectorum omnia, & quæcumque occaſione præmiſſorum, quæ Tibi neceſſaria, & opportuna viſa fuerint, & toties quoties volueris, mandes, jubeas, & imperes, ac etiam S. R. E. Cardinalibus etiam de latere Legatis, rogando injungas; Omnes vero, & ſingulos Barones, Domicellos, Comites, alioſque Ducali, & Marchionali, vel alia dignitate præditos, & quaslibet alias ſingulares perſonas etiam Eccleſiaſticas, tam ſeculares, quam quorumvis Ordinum, ſeu Militiarum, etiam S. Joannis Hieroſolymitani, regulares, ita tamen, ut contra eoſdem Eccleſiaſticos non niſi per perſonas in dignitate eccleſiaſtica conſtitutas per Te ſemel, vel pluries etiam iteratis vicibus deputandas, procedatur, ſi quæ mandatis, juſſis, & monitionibus tuis obtemperare recuſaverint, aut illis quoquo modo contradixerint, vel ſeſe oppoſuerint, tanquam noſtris, & Apoſtolicis mandatis, juſſis, & monitionibus parere recuſantes, illiſque contradicentes, ac ſe opponentes, noſtros, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ac Sedis Apoſtolicæ rebelles declares, & publices, ac contra illos ſummarie, ſimpliciter, & de plano ſine ſtrepitu, & figura judicii, manu regia, nullo juris ordine ſervato, nec aliquo formato proceſſu, more militari, aut jure belli ad privationem Officiorum, Feudorum, & bonorum quorumcumque etiam allodialium per eos in quibuſcumque locis poſſeſſorum, ſeu quovis modo obtentorum reſpective, omni, & quacumque appellatione, & recurſu poſtpoſitis, procedas, & ubi juſtitia ita exegerit, & ordo dictaverit rationis, ſeu cum ita expedire judicaveris, eoſdem Contradictores, & Rebelles quacumque pecuniaria, vel corporali, ac etiam ultimi ſupplicii pœna affici facias, & contra eoſdem tam pro præmiſſis, quam pro aliis quibuſcumque ab eis patratis criminibus, & delictis ſimili modo, & forma procedas, cum facultate quoſcumque ex his reſipiſcentes, & veniam poſtulantes, ac de cætero a ſimilibus abſtinere proponentes, etiam poſt condemnationem, & in ipſo Juſtitiæ actu, ſeu pœnæ exequutione abſolvendi, ac pœnas quaſcumque eis remittendi, & condonandi, eoſque, ac quoſcumque alios a quibuſvis graviſſimis, & capitaliſſimis cauſis, & delictis, Bannitos, & condemnatos, habita tamen prius ab offenſis pace, & præterquam quoad bona Fiſco incorporata, liberandi, & gratiandi, ac in priſtinum gradum, & dignitatem, ac eum, in quo antea erant, ſtatum reſtituendi, reponendi, & plenarie reintegrandi, ſalvos conductus ad tempus, vel in perpetuum iis, quibus Tibi videbitur, concedendi, & generaliter omnia, & ſingula ad ſtatum, gubernium, regimen, & adminiſtrationem Ducatus, Civitatum, Dominiorum, Oppidorum, Terrarum, locorum, aliorumque prædictorum, nec non arcium, propugnaculorum, & fortalitiorum cuſtodiam, Populorumque pacem, & quietem, & Annonæ abundantiam ſpectantia, ac tam gratiam, quam juſtitiam concernentia, etiamſi talia ſint,

Digitized by Google

ſint, vel fuerint, quæ ſub generali verborum ſignificatione non venirent, ſed ſpecialibus indigerent vocabulis, & ſpeciali nota digna eſſent, ſpecialemque, ſpecificam, & expreſſam requirerent mentionem, facias, dicas, geras, & exequaris, ac in omnibus, & ſingulis præmiſſis quarumcumque perſonarum etiam Eccleſiaſticarum, & Regularium quorumcumque Ordinum, etiam quacumque dignitate etiam Epiſcopali, vel majori ſulgentium opera utaris, eaſque cum facultatibus per Te illis præſcribendis ſubdeleges, ita tamen, ut de geſtis, & exequutis per Te, aut mandato tuo per quoſcumque alios, Te, vel illi Nobis, aut Romanis Pontificibus ſucceſſoribus noſtris, aut S. R. E. Cardinalium Collegio, vel quibuſcumque aliis, ut præfertur, præterquam ſoli Deo, rationem aliquam ullo unquam tempore reddere minime teneamini, neque ad id cogi, vel compelli poſſitis. Super quibus omnibus, & ſingulis plenam, liberam, abſolutam, & omnimodam facultatem, poteſtatem, & auctoritatem tenore præſentium tibi concedimus, & impartimur.

Eædem facultates aliis etiā delegantur.

§.6. Quia vero Ven. fratri Paulo Æmilio Archiepiſcopo Urbinaten., ac dilectis filiis Provinciæ Marchiæ Anconitanæ, necnon Civitatis Peruſinæ, ejuſque Comitatus, & diſtrictus, Provinciæque Umbriæ Gubernatoribus, & Provinciæ noſtrarum Romandiolæ, atque Exarcatus Ravennæ Præſidi, nonnulliſque aliis ſimilem facultatem per noſtras in hujuſmodi forma Brevis expeditas literas conceſſimus, volumus, & earumdem tenore præcipimus, ut qui prius ex vobis poſſeſſionem ingreſſus fuerit, Juriſdictionem, & alia civilia prædicta exercere, ac exequi poſſit, & debeat, & ſi quid unus ex vobis inceperit, nec ob impedimenta, ſeu aliàs abſolverit, aut perficere non potuerit, alter proſequi, & debitæ executioni demandare valeat.

Mandatum de parendo.

§.7. Injungentes propterea eiſdem Cardinalibus de latere Legatis, ac mandantes Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis locorum Ordinariis prædictis ſub interdicti ingreſſus Eccleſiæ, ac ſuſpenſionis a divinis, & tam iis, quam quibuſcumque Gubernatoribus, Præſidentibus, Locumtenentibus, Prætoribus, necnon Theſaurariis, Datariis, Exactoribus, Collectoribus, Appaltatoribus, & aliis Officialibus, & Miniſtris, quibuſcumque nominibus nuncupentur, Sedis, & Cameræ prædictarum in ſtatibus noſtris prædictis exiſtentibus, Baronibus quoque, Domicellis, Ducibus, Marchionibus, necnon Communitatibus, Univerſitatibus, & hominibus quibuſcumque, ac etiam eccleſiaſticis ſecularibus, & regularibus perſonis prædictis; Demumque univerſis, & ſingulis ſubditis noſtris immediatis, & mediatis in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub indignationis noſtræ, necnon rebellionis, ac etiam excommunicationis latæ ſententiæ pœnis, ut tibi in omnibus, & per omnia quacumque excuſatione, tergiverſatione, & impedimento remotis, prompte pareant, obediant, & aſſiſtant, tuaque juſſa, monita, & mandata, æque, ac noſtramet ea, qua decet obedientia, & perinde exequantur, & adimpleant, alioquin ſententiam, ſive pœnam, quam rite tuleris, ſeu ſtatueris in rebelles, ratam habebimus, & faciemus authore Domino uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari: Camerario vero, Theſaurario generali, & Præſidentibus, Clericis, aliiſque Cameræ Apoſtolicæ prædictæ Miniſtris, ut impenſas hujuſmodi per Te facien., & illarum partitas per te, ſi tu expenſarum rationem, ut præfertur, reddere volueris, exhibendas, in ejuſdem Cameræ Apoſtolicæ libris deſcribant, & acceptent, & bonas faciant.

Obſtantium derogatio.

§.8. Non obſtantibus fe: re: Pii IV. de gratiis intereſſe Cameræ Apoſtolicæ concernen. in eadem Camera intra certum tunc expreſſum tempus præſentandis, & regiſtrandis, ac Sixti V. Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum contra Bannitos, & alios facinoroſos editis, necnon aliis apoſtolicis, ac in univerſalibus, provincialibuſque Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac Ducatus, Civitatum, & aliorum locorum prædictorum etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis apoſtolicis quibuſvis perſonis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, eorum omnium, & ſingulorum tenores præſentibus pro expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum in Arce Gandulphi Albanen. Diœceſis ſub Annulo Piſcatoris, die 18. Octobris 1626. Pontificatus noſtri Anno IV.

Dat. die 18. Octobr. 1626. An. IV.

CCI.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Nuncius Apoſtolicus in Regno Neapolis pro tempore exiſtens deputatur Conſervator Præceptoriæ S. Antonii de S. Antonio extra Portam Capuanam.

Venerabili fratri Antonio Epiſcopo Caſertan. moderno, & pro tempore exiſtenti noſtro & Apoſtolicæ Sedis in Regno Neapolis Nuncio.

URBANUS PAPA VIII.

Venerabilis frater ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Cauſæ faciendæ deputationis.

§.1. Conſervationi, & manutentioni Præceptoriæ Ordinis S. Antonii de S. Antonio Viennen. extra Portam Capuanam Civitatis Neapolitan. ſitæ, quam dilectus filius noſter Laurentius tituli S. Mariæ in Aquiro Præsbyter Cardinalis Magalottus nuncupatus in Commendam ad ſui vitam ex conceſſione, & diſpenſatione apoſtolica

Digitized by Google

ſtolica obtinet, illiuſque bonorum, rerum, & jurium quorumcumque, quantum cum Domino poſſumus, conſulere volentes, ſupplicationibus ejuſdem Laurentii Cardinalis Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati;

Deputatio de qua in Rubrica.

§.2. Te omnium, & ſingulorum fructuum, reddituum, proventuum, jurium, obventionum, & emolumentorum, aliorumque bonorum, & rerum ejuſdem Præceptoriæ conſervatorem, cum omnibus, & ſingulis auctoritatibus, facultatibus, juriſdictionibus, privilegiis, favoribus, gratiis, & indultis ſimilibus conſervatoribus, de jure, uſu, conſuetudine, privilegio, aut aliàs quomodolibet competen., & competituris, ſervata tamen in omnibus, & per omnia literarum fel. rec. Gregorii Papæ XV. Prædeceſſoris noſtri deſuper editarum forma, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, conſtituimus, & deputamus.

Clauſulæ.

§.3. Decernentes, præſentes Literas validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac prædictæ Præceptoriæ in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, irritumque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum

§.4. Non obſtantibus quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 23. Octob. 1626. An.IV.

Datum in Arce Gandulphi Albanen. Diœceſis ſub annulo Piſcatoris, die 23. Octobris 1626. Pontificatus noſtri Anno IV.

CCII.

Revocatio omnium gratiarum, exemptionum, Indultorum, ac Privilegiorum quomodolibet conceſſorum Aſſiſtentibus Ultramontanis Prioris Generalis Ordinis Eremitarum S. Auguſtini abſolutis ab eorum officio, quo peracto ad ſuas Provincias redire tenentur.

De Aſſiſtentibus Prioris Generalis hujus Ordinis habes in Conſt. 239. *Paul.V.* Proviſiones, *Tom.V. Par.IV. fol.*166. *Et de hoc Ordine vide ad Conſt. XVI. Alexand. IV. Tom.III. fol.*361. *Et alia nonnulla de promovendis ad Doctoratus, vel Magiſterii in Sacra Theologia gradus ſtatuit hic met Pont. in Conſt. CXXII. Tom.V. Par.V. fol.*325. Romanus.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Proœmium.

Romanus Pontifex æqui, bonique ſupremus aſſertor, gregi dominico a Deo, & Salvatore noſtro præpoſitus, ut juxta verbum propheticum noxia evellat, & deſtruat, utiliaque plantet, & ædificet, ea interdum, quæ rationabilibus ex cauſis a Sede Apoſtolica conceſſa ſunt, ipſa ſubinde rerum experientia ſuadente, & majoribus ex cauſis, quibus præſertim felici Chriſtifidelium ſub ſuavis religionis jugo Altiſſimo famulantium ſtatui, & ſalubri gubernio conſulitur, alterat, & revocat, in hiſque ſolicitudinis, & providentiæ ſuæ ſtudium favorabiliter interponit, prout pia catholicorum Regum vota id expoſcunt, & ipſe, rerum, & temporum qualitatibus debite penſatis, conſpicit in Domino ſalubriter expedire.

Cauſæ revocandi Privilegia Aſſiſtentibus conceſſa

§.1. Cum itaque, ſicut chariſſimus in Chriſto filius noſter Philippus Hiſpaniarum Rex Catholicus Nobis nuper exponi fecit, ratione privilegiorum, gratiarum, & indultorum Fratribus Ultramontanis Aſſiſtentibus Prioris Generalis Ordinis Fratrum Eremitarum S. Auguſtini tam præteritis, quam futuris ab hac ſancta Sede, & alias conceſſorum, expleto eorum officio, non levia in eodem Ordine inconvenientia, & perturbationes oriantur.

Revocatio, de qua in Rubrica.

§.2. Nos illis, quantum Nobis ex alto conceditur, opportune providere volentes, ſupplicationibus dicti Philippi Regis nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati: de Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium negotiis Regularium præpoſitorum conſilio omnia, & ſingula, exemptiones, immunitates, prærogativas, præeminentias, gratias, privilegia, & indulta eiſdem Fratribus Ultramontanis Aſſiſtentibus per Sedem Apoſtolicam ſub quibuſcumque verborum formis, & tenoribus, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis, etiam Motu proprio, vel alias, ac etiam per quoſcumque alios conceſſa, quibus hujuſmodi Aſſiſtentes expleto ſuo hujuſmodi officio hactenus uſi, & gaviſi ſunt, ſive uti, & gaudere potuerunt, vel debuerunt, apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo revocamus, & abrogamus, ac revocata, & abrogata eſſe cenſemus.

Aſſiſtentes expleto officio ad ſuas Provincias redire tenentur.

§.3. Ipſoſque Aſſiſtentes, finito eorum officio hujuſmodi, ad ſuas Provincias redire teneri, & ad id per modernum, & pro tempore exiſtentem dicti Ordinis Priorem Generalem opportunis juris, & facti remediis cogendos.

Clauſula præſervativa.

§.4. Præſentes verò literas, omniaque, & ſingula in eis contenta ſemper, & perpetuo valida, firma, & efficacia eſſe, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & pro tempore quomodolibet ſpectabit, inviolabiliter obſervari. Sicque, & non aliter per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores ubique judicari, & definiri debere: ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, auctoritate, & tenore prædictis decernimus, & declaramus.

Contraria removentur.

§.5. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſvis Literis apoſtolicis ſuper conceſſione privilegiorum, gratiarum, & indultorum hujuſmodi expeditis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon dicti Ordi-

Ordinis, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, eorum omnium tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 25. Nov. 1626. An.IV.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 25. Novembris 1626. Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

CCIII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Confirmatio cujuſdam Decreti Magni Magiſtri, & Conſilii Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani ſuper receptione Helvetiorum ad habitum Militiæ.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Decet Romanum Pontificem, æqui, bonique ſupremum aſſertorem ea, quæ in perſonarum inter Hoſpitalis S. Ioannis Hieroſolymitani Fratres ad Fidei Catholicæ defenſionem, & propagationem nomen dare cupientium favorem mature facta, & decreta ſunt, ut ab omnibus inviolabiliter obſerventur, apoſtolicæ confirmationis patrocinio communire, prout perſonarum, rerumque, & temporum qualitatibus debite penſatis, conſpicit ſalubriter in Domino expedire.

Conceditur Helvetiis ut admitti poſſint ad Militiam in lingua Alemaniæ.

§.1. Cum itaque, ſicut accepimus, aliàs a tunc exiſtente Magno Magiſtro, & Capitulo dicti Hoſpitalis emanaverit Decretum tenoris ſubſequentis videlicet: Die 8. Menſis Junii 1599. Illmus, & Rmus Dñus Magnus Magiſter, & Ven. Concilium habita ſuper hoc matura conſultatione, relatione, & voto Venerandorum Commiſſariorum, qui oretenus deputati fuerunt ſuper hoc negotio, honeſte gratificari putantes ſtrenue Reipublicæ confœderationi, & Univerſitati inclytæ Nationis Dominorum Helvetiorum, & gratioſa quadam moderatione ritui, & vivendi modo ipſorum accommodata rigorem Statutorum Ordinis noſtri, & Militiæ noſtræ dumtaxat temperantes, cum ſcrutinio ballottarum ordinaverunt, & ſtatuerunt, ut impoſterum in veneranda lingua Alemaniæ recipi, & admitti poſſint in gradum fratrum Militum noſtri habitus aliquot ex filiis præfatæ ſtrenuæ Reipublicæ, qui Religionis zelo permoti ad obſequium pauperum Jeſu Chriſti, & tuitionem Fidei Catholicæ nomen Ordini noſtri, & Militiæ noſtræ dare optaverint;

Qui tamen expreſſas hic habeant dotes.

§.2. Si tamen ex legitimo matrimonio, & honeſto loco nati, & bene educati, atque a Patribus, Avis, atque Pro-Avis tantummodo paternis, & maternis legitimis, honore præditis, atque ex primatibus ipſius ſtrenuæ Reipublicæ prognati fuerint. Qui quidem eorum Patres, & primi Avi in officiis ſordidis, & mecanicis nunquam ſe ſe exercuiſſe, neque exerceant, comprobari debeant, & quod alicui mercaturæ vili, infimæ, ſeu parvi momenti, neutiquam operam dederint, quinimò ſint filii Ductorum, ſive Generalium Exercituum Militarium: Et teneantur de præmiſſis propriis expenſis probationes conficere coram duobus Commiſſariis deputandis vel a Priore, & Capitulo Provinciali Prioratus Alemaniæ, vel a Magiſtro, & a Concilio. Et demum una cum ipſis probationibus ſic perfectis ſe ſe præſentare debeant perſonaliter coram dicto Priore, & Capitulo Provinciali, antequam ad hunc conventum Melitæ ſe conferant.

Admiſſi commendas ejuſdem linguæ poſſunt obtinere.

§.3. Qui autem, ut præfertur, recipientur inter cæteros Milites præfatæ venerandæ linguæ Alemaniæ, ſecundum conſuetum ordinem, & eorum antianitatis gradum, & turnum commendas de Cabimento, & ſervatis ſervandis de melioramento per univerſos Prioratus Alemaniæ limites conſtitutos conſequi, & obtinere poſſint, & valeant.

Legalitas Decreti.

§.4. Et quia ita ſe habet veritas, facta fideli cum originali collatione, concordare comperimus; ideo in hujus rei teſtimonium Bulla Noſtra Magiſtralis in cera nigra præſentibus eſt impreſſa. Datum Melitæ in Conventu Noſtro die 2. menſis Martii milleſimo ſexcenteſimo decimo ſexto ab Incarnatione.

Quod pontificia roboratur confirmatione.

§ 5. Nos inviolabili dicti Decreti, & in eo contentorum hujuſmodi obſervationi, perpetuæque validitati, quantum Nobis ex alto conceditur, proſpicere volentes, motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, præinſertum Decretum hujuſmodi cum omnibus, & ſingulis in eo contentis, tenore præſentium, perpetuò approbamus, & confirmamus, illique perpetuæ, & inviolabilis apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos tam juris, quam facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus.

Clauſulæ.

§.6. Decernentes præſentes literas ſemper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, & ab omnibus, ad quos ſpectat, & in futurum ſpectabit, inviolabiliter obſervari, ſicque per quoſcumque judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Commiſſarii deputantur executores.

§.7. Quocirca Vener. Fratri Epiſcopo Melevitan. ac dilectis filiis Cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori, necnon Inquiſitori hæreticæ pravitatis in inſula Melevitan. reſidenti per præſentes com-

commitimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aur unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſeutes Literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ſolemniter publicantes, faciant auctoritate noſtra illas, ac in eis contenta quæcumque ab omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat inviolabiliter obſervari, contradictores quolibet, & rebelles, ac in præmiſſis non parentes per ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſceudo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis.

Obſtantiæ ſolvuntur.

§.8. Non obſtantibus fel.rec. Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris Noſtri de una, & in Concilio Generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præſentium ad judicium non trahatur, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon dicti Hoſpitalis etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & conſuctudinibus, ſtabilimentis, uſibus, & naturis, ac ordinationibus capitularibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum bac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptiſque fides adhibetur.

§.9. Volumus autem, ut præſentium tranſumptis, etiam impreſſis manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique habeatur, quæ præſentibus ipſis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 7. Dec. 1626. An.IV.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 7. Decembris 1626. Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

CCIV.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Nonnullæ ordinationes pro Miſſis in Eccleſia S. Gregorii de Urbe celebrandis, & recipiendis elemoſynis.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Miſſarum oneribus cum ſatisfieri non poſſet;

§.1. CUm, ſicut accepimus, quamplures eleemoſynæ pro Miſſis in Eccleſia Monaſterii S. Gregorii de Urbe Congregationis Camaldulen. pro animarum Chriſtifidelium defunctorum refrigerio, & ſalute celebrandis, eidem Eccleſiæ in dies erogentur; omnes vero Miſſæ hujuſmodi ob nimiam earum quantitatem in dicta Eccleſia celebrari nequeant:

PP. Priori Monaſterii mandat, omnem adhibeat curam, ut ut ſatisfiat;

§.2. Nos, qui omnium ſaluti paterna charitate intendimus, piæ Chriſtifidelium intentioni, atqoe deſiderio, quantum Nobis ex alto conceditur, cunſulere volentes, Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque apoſtolicæ puteſtatis plenitudine, dilecto filio moderno, & pro tempore exiſtenti dicti Monaſterii Priori in virtute ſanctæ obedientiæ per præſentes præcipimus, & mandamus, ut ſatisfactis prius oneribus perpetuis Miſſarum, ſive Anniverſariorum, quibus Monaſterium hujuſmodi obnoxium eſt, pro ſatisfactione eleemoſynarum manualium in eadem Eccleſia de cætero ad effectum prædictum elargiendarum, ſive erogandarum, majorem, quam poſſit, diligentiam adhibeat, ut debito eleemoſynarum hujuſmodi numero in Eccleſia prædicta ſatisfiat;

Ceteras eleemoſynas Congregationis ſuæ diſtribuat Monaſteriis;

§.3. Pro illis autem, quibus ſatisfacere non poterit, in Urbe per Sacerdotes ſeculares, vel cujuſvis Ordinis regulares, de Superiorum ſuorum licentia, alteri Miſſarum celebrationis oneri non obnoxios, vel eas Monaſteriis Congregationis hujuſmodi, ut in eorum Eccleſiis celebrentur, diſtribuendo ſatisfieri omnino curet: quæ Monaſteria nulli Miſſarum celebrationi, quæ diſtributionis vigore præſentium faciendæ eſequutionem non impediant, ſint obligata. Dictuſque Prior ſesto quoque menſe notulam peractæ diſtributionis, ac ſatisfactionis dilecto filio noſtro in alma Urbe Vicario in ſpiritualibus generali, vel ab eo ſpecialiter deputato conſignet;

Rationemque de iis Urbis Vicario ſenis quibuſque reddat menſibus.

§.4. Quodque de cætero eleemoſynæ pro Miſſis in eadem Eccleſia S. Gregorii celebrandis, quæ infra modicum tempus ibi celebrari non poterunt, illic minime recipiantur, niſi Sacriſta, vel alius miniſter Miſſarum numero deſcribendo, atque oblationibus recipiendis præfectus prius admoneat ſingulos, qui eleemoſynas offerunt, de tempore, intra quod Miſſæ ab iis requiſitæ probabiliter celebrari poterunt.

Nec manuales recipiantur eleemoſinæ niſi certioratis de tempore celebrationis Miſſarum largitoribus.

§.5. Præterea, quod pecuniæ, quæ ad præſens in depoſito ex eleemoſynis Miſſarum conflatæ reperiuntur, per alias ejuſdem Congregationis, ſeu almæ Urbis noſtræ Eccleſias arbitrio Abbatis generalis ejuſdem Congregationis, & dicti Ordinis Prioris, vel Sacerdotibus, nulli pariter alteri celebrationis Miſſarom oneri, ut præfertur, obnoxiis, prævio conſenſu, & approbatione ejuſdem Vicarii noſtri, vel ejus deputati, quamprimum diſtribuantur, ad hoc ut totidem Miſſæ pro fidelibus defunctis quamprimum celebrentor, & infra ſex menſes proximos eidem Vicario noſtro, vel ejus Deputato notula, tam peractæ diſtributionis, quam celebrationis Miſſarum per eumdem Priorem conſignetur.

Præſentes vero eleemoſynæ cæteris Urbis Eccleſiis diſtribuantur.

§.6. Inſuper Eccleſiis, ſeu Altaribus, in quibus Miſſæ pro eleemoſynis dictæ Eccleſiæ S. Gregorii elargitis, ut ſupra, celebrabuntur, eaſdem Indulgentias, quæ ipſi Eccleſiæ S. Gregorii a Sede Apoſtolica conceſſæ reperiuntur, auctoritate Nobis a Domino tradita, ac de omnipotentia Dei miſericordia, ac Sanctorum Petri, & Pauli Apo-

Ipſiſque Eccleſiis Pontifex Eccleſiæ S. Gregorii conceſſas Indulgentias concedit.

Apoſtolorum ejus auctoritate coofiſi, earumdem tenore præſentium, concedimus.

Clauſulæ.

§.8. Decernentes, præſentes literas, & in eis contenta quæcumque ſemper, & perpetuo valida firma, & efficacia eſſe, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac per dictum Priorem, alioſque, ad quos quomodolibet ſpectat, & in futurum pro tempore ſpectabit, inviolabiliter obſervari: ſicque, & non aliàs per quoſcumqoe judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ubique judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcieoter, vel ignoranter contigerit attentari.

Obſtantia tolluntur.

§.9. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quatcous opus ſit, dictæ Congregationis, illiuſque Monaſteriorum etiam juramento, coofirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & conſoetudinibus, cæteriſque cootrariis quibuſcumque.

Dat. die 9. Decem. 1626 An. IV.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die nona Decembris 1626. Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

CCV.

Prior prædicti Monaſterii S. Gregorii Coogregationis Camaldulenſium cenſetur etiam Procurator Generalis ipſius Congregationis.

De his Eremitis Camaldulenſibus quamplura ſancivit Leo X. Conſt. II. Tom. III. Par III. fol. 353. pro bono regimine eorumdem.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Felici, ac proſpero Monaſterii Abbatiæ nuncupatæ S. Gregorii de Urbe Congregationis Camaldulenſium, quod dilectus Filius noſter Scipio tit. S. Chryſogoni Presbyter Cardinalis Burgheſius nuncupatus in commendam ad ſui vitam ex conceſſione, & diſpenſatione apoſtolica obtinet, quantom cum Domino poſſumus, coofulere voleotes;

Declaratio, de qua in Rubrica.

§.1. Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque apoſtolicæ poteſtatis plenitudine officium Procuratoris Generalis ejuſdem Congregationis Priori dicti Monaſterii, itaut ſtatim atque quis in Monaſterii hujuſmodi Priorem eligetur, etiam Procurator Generalis ipſius Congregationis electus cenſeatur, & è converſo, teoore præſentium perpetuò unimus, anoectimus, & iocorporamus; volumuſque, ut uoio, annexio, & incorporatio hujuſmodi, cum primùm præſentis Procuratoris, cui nullatenus præjudicare intendimus, officium ceſſaverit, effectum ſortiantur: utque pro alimentis, vel aliis ſumptibus Abbatis Generalis, vel Procuratoris Generalis ejuſdem Congregatioois, qui idem non ſit Prior dicti Monaſterii, ex redditibus, vel proventibus ad Eccleſiam, ſeu Monaſterium Sancti Gregorii quomodocumque pertioentibus de cætero nil prorſus detrahi, aut inſumi poſſit.

Eximit Monaſterium a quibuſcumque taxis.

§.2. Prætetea Monaſterium ipſum, ſeu illius Priorem ab omnibus, & quibuſcumque taxis, ſeo contributinnibus, tam à Capitulo Generali, quam ab ipſo Priore Generali, ſeu quibuſvis aliis Superioribus dictæ Congregationis qoamcnnque ob cauſam impoſitis, vel imponendis auctoritate, & tenore prædictis totaliter eximimus, & liberamus.

Decretum irritans.

§.3. Decernentes, præſentes literas validas, firmas, & efficaees exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ſicque per quoſcumque judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores jodicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel igooranter contigerit atteotari.

Contrariis derogat.

§.4. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dictæ Congregationis, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & conſuetudioibus, privilegiis quoque, indultis, & literis apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet cnnceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, eorum omnium tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis babentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 9. Decem. 1626. An IV.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die 9. Decembris 1626. Pontificatus Noſtri Aono Quarto.

CCVI.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Confirmantur duo Decreta ſuper validitate profeſſionum a Fratribus, & Monialibus Tertii Ordinis Sancti Franciſci de Pœnitentia Congregationis Galliæ emiſſarom lata a Præſide, & Aſſiſtentibus Capituli Generalis ejuſdem Congregationis à Fraociſco Cardinali Barberino Apoſtolicæ Sedis io Galliam Legato depotatis.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Ex debito apoſtolicæ ſervitotis, quam divina majeſtas, nullis Nos juvantibus meritis, ſed ea ſuæ bonitatis abundantia noſtris humeris impoſuit, iis, quæ pro exortis circa emiſſas per perſooas regulares ſolemnes profeſſiones dubiis ſubmovendis, ut ipſæ perſonæ regulares iotra profeſſionum ſuarum hujuſmodi limites reddaot Domioo debitos fructus, rectè facta, & ordinata fuiſ-

ta fuiſſe dicuntur, apoſtolicæ confirmationis munimen libenter adjicimus, prout in Domino ſalubriter expedire conſpicimus.

Ad preces Procuratoris Generalis hujuſce Congregationis,

§.1. Exponi ſiquidem Nobis nuper fecit Dilectus filius Ambroſius Lexovien. Fratrum Tertii Ordinis Sancti Franciſci de Pœnitentia noncupat. ſtrictioris obſervantiæ Congregationis Galliæ Procurator Generalis, quod aliàs imminente proxime celebrati Capituli Generalis dictæ Congregationis celebratione, pro parte dilectorum filiorum Fratrum Ordinis, & Congregationis hujuſmodi Dilecto Filio Noſtro Franciſco Sanctæ Agathæ Diacono Cardinali Barberino nuncupato noſtro ſecundum carnem ex fratre germano nepoti, tunc ad chariſſimum in Chriſto Filium Noſtrum Ludovicum Francorum Regem Chriſtianiſſimum, & univerſum Franciæ Regnum, illiuſque Provincias, Dominia, Civitates, Oppida, Terras, & Loca eidem Regi ſubjecta, & dicto Regno adjacentia, cæteraque alia Loca, ad quæ illum declinare contigiſſet, Noſtro, & Sedis Apoſtolicæ de latere Legato expoſito, ipſis Capitulum hujuſmodi in Domo Regulari Sanctæ Mariæ de Gratia nuncupatæ Pariſien. ejuſdem Congregationis pro electione Viſitatoris Generalis, & aliorum Superiorum Ordinis, & Congregationis prædictorum, necnon diverſis negotiis Ordinem, & Congregationem hujuſmodi concernentibus tunc propediem celebrare debere; in ſimilibus verò Capitulis nonnulla interdum dubia, ac differentias in maximum totius Ordinis præjudicium oriri ſolere; & propterea pro parte eorumdem Fratrum eidem Franciſco Cardinali, & Legato humiliter fuiſſe ſupplicatum, ut in præmiſſis opportune providere de ſuſceptæ Legationis ſuæ officio dignaretur; Idem Franciſcus Cardinalis, & Legatus Ven. Fratrem Rolandum Archiepiſcopum Bituricen. in Præſidem dicti Capituli, necnon Andream du Val Presbyterum in Academia Sorbonica Pariſien. Sacræ Theologiæ Profeſſorem, ac unum ex Patribus alicujus a Sede prædicta approbatæ Religionis a dicto Capitulo eligendum, dilectos filios in ejus Aſſiſtentes auctoritate ſui Legationis officii conſtituit, & deputavit, prout plenius continetur in literis dicti Franciſci Cardinalis, & Legati, quarum tenor eſt, qui ſequitur, videlicet,

Franciſcus Barberinus nonnullos deputat Præſidem, & Aſſiſtentes pro Capitulo Generali.

§.2. Franciſcus miſeratione divina Sanctæ Agathæ Diaconus Cardinalis Barberinus nuncupatus ad Sereniſſimum Principem Ludovicum Francorum Regem Chriſtianiſſimum, ac univerſum Franciæ Regnum, illiuſque Provincias, Dominia, Civitates, Oppida, Terras, & Loca eidem Regi ſubjecta, & dicto Regno adjacentia cæteraque alia loca, ad quæ nos declinare contigerit, Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri Domini Urbani divina providentia Papæ VIII., & Sedis Apoſtolicæ de latere Legatus. Cum ſicut Nobis nuper Dilecti Nobis in Chriſto Patres Tertii Ordinis Sancti Franciſci Congregationis Franciæ exponi fecerunt, ipſi Capitulum ejuſdem Congregationis in Domo Regulari Sanctæ Mariæ de Gratia nuncupatæ ejuſdem Ordinis Pariſienſi tam pro electione Viſitatoris Generalis, ac aliorum Superiorum dictorum Ordinis, & Congregationis, quam etiam pro diverſis negotiis Ordinem, & Congregationem hujuſmodi concernentibus propediem celebrare debeant; in ſimilibus verò Capitulis nonnulla interdum dubia, ac differentiæ in maximum totius Ordinis præjudicium oriri ſoleant; Quare pro parte eorumdem Patrum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus eis in præmiſſis opportune providere de ſuſcepto Legationis noſtræ officio dignaremur; Nos, qui pacem inter perſonas quaslibet præſertim ſub ſuavi Religionis jugo Altiſſimo famulantes vigere ſinceris exoptamus affectibus, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Reverendiſſimū Dominum Rolandum modernum Archiepiſcopum Bituricenſem in Præſidem dicti Capituli, necnon Dilectum Nobis in Chriſto Andream du Val Presbyterum in Academia Sorbonica Pariſienſi Theologiæ profeſſorem, ac unum ex Patribus alicujus a Sede prædicta approbatæ Religionis a dicto Capitolo eligendum in Aſſiſtentes apoſtolica auctoritate, qua fungimur, in hac parte tenore præſentium conſtituimus, & deputamus, eiſque Capitulum prædictum congregandi, & negocia, quæ in eo proponentur, juxta Sacros Canones, ac eorumdem Ordinis, & Congregationis Inſtitutum terminandi, abuſus, ſi qui in electione prædicta intervenerint, tollendi, dubia, & difficultates, quæ durante eodem Capitolo occurrere poterunt, reſolvendi, cæteraque omnia, & ſingula, quæ circa præmiſſa neceſſaria fuerint, faciendi, dicendi, cognoſcendi, decidendi, & exequendi, plenam, & liberam auctoritate, & tenore præmiſſis concedimus facultatem. Quocirca eiſdem D. Rolaodo Archiepiſcopo, & Aſſiſtentibus per præſentes committimus, & mandamus, ut negocium hujuſmodi libenter ſuſcipiant, & illa, quæ conſideratione circa præmiſſa digna fuerint, Nobis ad effectum illa reſolvendi referant. Patribus vero Capitularibus prædictis in virtute ſanctæ obedientiæ diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus omni mora, & ſubterfugio ceſſantibus, ordinationes, & ſalubria mandata eorumdem Præſidentis, & Aſſiſtentium circa præmiſſa libenter ſuſcipiant, ac ita illis in præmiſſis obediant, ut finito hujuſmodi Capitulo noſtram, & Sedis Apoſtolicæ benedictionem conſequi mereantur. Datum Burgi Reginæ Pariſienſis Diœceſis Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quinto, decima ſeptima menſis Junii, Pontificatus ejuſdem Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ Anno Secundo.

Qui decreta ſuper validitate profeſſionum a Fratribus, Monialibuſque emiſſarum ediderunt.

§.3. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, in dicto Capitulo Rolandus Archiepiſcopus, Præſes, & Andreas prædicti, necnon dilectus filius Claudius Goillain Presbyter Societatis Jeſu Aſſiſtentes Capituli hujuſmodi ſuper validitate profeſſionū Fratrū, & Monialium Ordinis, & Congregationis

præ-

prædictorum, decreta tulerunt tenoris ſubſequentis, videlicet. Nos Rolandus Dei, & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ gratia Archiepiſcopus Bituricenſis Patriarcha, & Primas Aquitaniæ ab Illuſtriſſimo, & Rmo Cardinali Barberino nuncupato ad Regem Chriſtianiſſimum Franciæ, & Navarræ à latere Legato commiſſarius deputatus cum duobus Aſſiſtentibus, Magiſtro Andrea du Val Doctore Sorbonico, & Regio Theologiæ Profeſſore, & Reverendiſſimo Patre Claudio Guillain Præsbytero Societatis Jeſu ad præſidendum Capitulo Generali Congregationis Gallicanæ Tertiariorum Reformatorum, ſuper dubio à nonnullis ipſius Congregationis Religioſis circa ſuarum profeſſionum validitatem negantibus, aliis iiſque numero pluribus eam aſſerentibus. Quorum Religioſorum rationibus utrinque allatis, patienter auditis, diligenter examinatis, atque perpenſis, necnon viſis, lectis, matureque conſideratis Inſtrumentis authenticis ex Archivio Monaſterii Noſtræ Dominæ de Gratia prope Lutetiam nuncupati Nobis exhibitis, prædictorumque omnium relatione ad Illuſtriſſimum, & Reverendiſſimum Legatum facta, Profeſſiones ipſas validas eſſe, & fuiſſe cenſuimus, & cenſemus, nec in dubium poſſe aut potuiſſe ullo modo revocari, declaramus; nullumque in eis ulla ex parte defectum interceſſiſſe decrevimus, & decernimus; Prohibentes diſtrictè, & in virtute ſanctæ obedientiæ, ne quis Religioſus cujuſcumque conditionis, aut dignitatis in prædicta Congregatione fuerit, contra harum Profeſſionum validitatem quicquam impoſterum aſſerere, aut eas in dubium revocare audeat. Actum in prædicto Monaſterio, tenente Capitulo Generali die 4. Julii, Anno Domini milleſimo ſexcenteſimo vigeſimoquinto. Signatum, Rolandus PP. Archiepiſcopus Bituricenſis. A. du Val, Claudius Guillain. Et infra; De mandato præfati Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Domini D. mei Boiſſeu, & ſigillatum in cera rubra. Loco ✠ ſigilli. Item Nos Rolandus Dei, & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ gratia Archiepiſcopus Bituricenſis Patriarcha, & Primas Aquitaniæ Commiſſarius, & Deputatus ab Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo Domino D. Cardinali Barberino nuncupato in Galliam a latere Legato ad præſidendum Capitulo Generali Congregationis Tertiariorum cum Magiſtro Andrea du Val. Doctore Sorbonico, & Regio Theologiæ Profeſſore, & Patre Claudio Guillain Presbytero Societatis Jeſu ſuper quæſtione a nonnullis mota, an Profeſſiones Monialium ipſius Congregationis Tertiariorum validę eſſent, & ratæ, cenſuimus, & judicavimus eas validas eſſe, nec in dubium ullo modo poſſe revocari. Datum in prædicto Capitulo Generali Die 4. Julii Anno Domini 1625. ſignatum, Rolandus PP. Archiepiſcopus Bituricenſis. A. du Val. Claudius Guillain. Et infra: De mandato præfati Illuſtriſſimi, ac Reverendiſſimi Domini D. mei Boiſſeu, & ſigillatum in cera rubra.

Hujuſmodi Decreta confirmat Urbanus.

§.4. Nos dictorum Decretorum inviolabili firmitati quantum, cum Domino poſſumus, conſulere, & Ordinis, & Congregationis prædictorum Fratres ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus dicti Ambroſii Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Decreta præinſerta, apoſtolica auctoritate, tenore pręſentium perpetuo approbamus, & confirmamus; illiſque inviolabilis apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos tam juris, quam facti etiam ſubſtantiales quantumvis defectus, ſi qui in illis forſan intervenerint, ſupplemus.

Clauſulas pro præſentium firmitate apponit.

§.5. Decernentes præſentes Literas, necnon decreta prædicta ſemper, & perpetuo valida, firma, & efficacia exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & ſingulis dictorum Ordinis, & Congregationis Fratribus, aliiſque quibuſcumque, ad quos nunc ſpectat, & in futurum ſpectabit, inviolabiter obſervari; ſicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executores deputat.

§.6. Quocirca Ven. Fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis in Regno Franciæ exiſtentibus per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes Literas, & quoties pro parte Fratrum Ordinis, & Congregationis prædictorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra Decreta prædicta ab omnibus, ad quos ſpectat, inviolabiliter obſervari; Contradictores quoslibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis.

Contrariis derogat.

§.6. Non obſtantibus fel:rec: Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris Noſtri de una, & Concilii Generalis de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præſentium ad judicium non trahatur, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon quibuſvis, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſuffi-

ſufficienter expreſſis,ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptiſque fidem præcipit adhiberi.

§. 8. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique locorum habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 16. Decem. 1626. An. IV.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 16. Decembris 1626. Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

CCVII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Quod Perſonæ per Regem Catholicum ad Beneficia ejus Juriſpatronatus præſentandæ, teneantur] in actu præſentationis cavere de ſolvendo fructus unius menſis eidem Regi conceſſos.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

Decretum, de quo in Rubrica.

§. 1. Aliàs à Nobis emanarunt literæ tenoris ſubſequentis videlicet:

Chariſſimo in Chriſto filio noſtro Philippo &c. Quare Nos ob grandia dicti Philippi Regis in Nos, & hanc ſanctam Sedem fidei, & devotionis, aliaque multa merita, providere volentes, ut idem Philippus Rex præinſertarum Literarum commodo, & effectu quamprimum, & quam facilius fieri poterit, omni mora, & dilatione poſtpoſitis earum beneficio perfruatur, motu, ſcientia, & deliberatione, deque apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ſimilibus, volumus, ac in virtute ſanctæ obedientiæ præcipimus, & mandamus, ut perſonæ ad Eccleſias, ſeu alia Beneficia in præinſertis Literis expreſſa per eumdem Philippum Regem pro tempore præſentandæ, ſeu nominandæ, in illarum præſentationis, ſeu nominationis expeditione, de ſolvendo infra quatuor Menſes a die adeptæ per eos Eccleſiarum, ſeu aliorum Beneficiorum hujuſmodi poſſeſſionis computandos, omnes, & ſingulos fructus, redditus, & proventus, jura, obventiones, & emolumenta unius integri menſis Eccleſiarum, ſeu aliorum Beneficiorum hujuſmodi ad ratam illarum, & illorum valoris, ad quem fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, & emolumenta hujuſmodi quinque annis proxime decurſis annuatim aſcenderint, computatis, ad omne ipſius Philippi Regis, ſeu ejus Miniſtrorum mandatum per Cedulam Bancariam, ſeu aliàs caveant, & cavere teneantur, firmis in reliquis remanentibus Literis præinſertis.

Clauſulæ.

§. 2. Sicque, & non aliter per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, & Nuncios quavis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, & declaramus.

Obſtantium derogatio.

§. 3. Non obſtantibus præmiſſis, ac omnibus illis, quæ in eiſdem præinſertis Literis voluimus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Fides danda tranſumptis.

§. 4. Volumus autem, ut præſentium tranſumptis, & impreſſis manu Notarii publici ſubſcriptis, etiam ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 22. Decem. 1626. An. IV.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 22. Dec. 1626. Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

CCVIII.

Declarat Monachos Monaſterii Ripolenſis, Ordinis S. Benedicti, teneri ad recitandum Officium B. Mariæ Virginis, & Defunctorum quotidie, juſta veterem conſuetudinem.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

Cum, ſicut dilectus filius modernus Abbas Monaſterii Ripoleoſis Ordinis S. Benedicti in Principatu Cathalaoniæ Nobis nuper exponi fecit, Monachi dicti Ordinis, acceptato novo Breviario Monaſtico, ſeu etiam Romano veterem conſuetudinem recitandi quotidie Officium B. Mariæ Virginis, & Defunctorum intermiſerint, & ad recitationem hujuſmodi ſe minime teneri prætendant, proindeque per Nos deſuper de opportunæ declarationis remedio provideri deſideret.

Declarat prout in Rubrica.

§. 1. Nos ejuſdem Abbatis votis hujuſmodi annuere, illumque ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ejus nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium ſacris Ritibus Præpoſitorum conſilio, Monachos prædictos etiam poſt acceptatum novum Breviarium Monaſticum, ſive] etiam Romanum hujuſmodi, ad recitandum quotidie Officium B. Mariæ Virginis, & Defunctorum, ut præfertur,

fertur, juxta veterem conſuetudinem, omnino teneri, & obligatos exiſtere, atque ita ab omnibus cenſeri, & ab ipſis Monachis obſervari debere, necnon irritum, & inane, quicquid ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter, contigerit attentari, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, decernimus, & declaramus.

Contrariis derogat.

§.2. In contrarium facientibus, non obſtantibus quibuſcumque.

Dat. die 2. Januar. 1627. An.IV.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 2. Januarii 1627. Pontificatus noſtri Anno IV.

CCIX.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

De modo conferendi Gradus Doctoratus per Archiepiſcopos, & Epiſcopos Indiarum Occidentalium.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

PaulusV. Epiſcopis Indiarum Occidentalium facultatem conceſſit gradus, lauream que certis ſervatis legibus conferendi.

ALiàs fel. rec. Paulo Papæ V. Prædeceſſori noſtro pro parte claræ memoriæ Philippi III. Hiſpaniarum Regis Catholici expoſito, quod in partibus Indiarum Occidentalium propter magnam multorum locorum, & Civitatum a Limana, & Mexicana Civitatibus, in quibus Univerſitates Studii Generalis erectæ ſunt, diſtantiam, multi reperiebantur, qui ex eo quod ad dictas Univerſitates pro ſuſcipiendis ibi gradibus conſuetis accedere non poterant, ſtudiis operam navare nolebant, unde magna in eiſdem partibus virorum, qui Logicæ, Philoſophiæ, ac Sacræ Theologiæ ſtudiis pro Verbi Dei prædicationibus, & ſacramentorum adminiſtratione verſati eſſent, penuria vigebat; Idem Paulus Prædeceſſor dicti Philippi Regis ſupplicationibus ea in parte inclinatus, de Venerabilium Fratrum noſtrorum tunc ſuorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium Sacri Concilii Tridentini Interpretum conſilio, Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis Indiarum Occidentalium, & Sede illorum vacante, Cathedralium Eccleſiarum Capitulis, ut gradibus Baccalaureatus, Licentiaturæ, Magiſterii, & Doctoratus inſignire valerent, quot quot annis quinque ſtuduiſſent in Collegiis formatis, tam Fratrum Ordinis Prædicatorum, quam Presbyterorum Societatis Jeſu, quæ a publicis Univerſitatibus ducentis ſaltem milliariis diſtarent, dum tamen iidem promovendi prius geſſiſſent actus omnes, qui in Univerſitatibus generalibus fieri conſueverant pro his gradibus adipiſcendis, atque a Rectore, & Magiſtro Collegii approbationem obtinuiſſent, apoſtolica auctoritate, ad decennium tunc proximum conceſſit, & indulſit; volens, quod gradus hujuſmodi nemini ſuffragarentur, nec quiſquam illis uti poſſet extra Indias Occidentales prædictas, & aliàs, prout in ipſius Pauli Prædeceſſoris in ſimili forma Brevis deſuper expeditis literis, quarum tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus, plenius continetur.

Subortis deinde abuſibus

§.2. Cum autem, ſicut chariſſimus in Chriſto filius noſter Philippus Hiſpaniarum Rex Catholicus Nobis nuper exponi fecit, ex conceſſione, & Indulto Pauli prædeceſſoris hujuſmodi, nonnulla inconvenientia in dies oriantur, & propterea per Nos deſuper opportune provideri ſummopere deſideret.

Urbanus novas præſcribit leges.

§.3. Nos ejuſdem Philippi Regis votis in præmiſſis, quantum cum Domino poſſumus, annuere volentes, ejus hac in parte ſupplicationibus inclinati, volumus, & apoſtolica auctoritate, tenore præſentium decernimus, quod gradus prædicti in dictis tantum Provinciis ſuffragentur, nec extra illas quiſquam illis uti poſſit, iidemque gradus illis dumtaxat, qui in dictis Collegiis ſpatio quinque annorum ſtuduerunt, ac adhibito per ipſos Archiepiſcopos, & Epiſcopos conſilio trium Canonicorum ſeniorum ſuarum Eccleſiarum, necnon ſervata in reliquis dictarum literarum forma conferantur: Sicque, & non aliter obſervari, & per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Et derogat obſtantibus.

§.4. Non obſtantibus omnibus illis, quæ in d. literis conceſſa ſunt non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque, præſentibus ad decennium tantum valituris.

Dat. die 7. Januar. 1627. An.IV.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 7. Januarii 1627. Pontificatus noſtri Anno IV.

CCX.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Statuitur, quod ditiora Monaſteria Ordinis Cartuſien. pauperioribus Monaſteriis pecunias ad cenſum concedere, & ad id per Capitulum, & Priorem Generalem cogi poſſint.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

IN iis præcipue ſolicitudinis noſtræ partes libenter interponimus, per quæ regularium perſonarum neceſſitatibus commodiori, qua fieri poteſt, ratione ſuccurratur, cum non modo paſtorale noſtrum munus a Nobis id expoſcat, ſed ad hoc etiam paternus amor, quo illas diligimus, Nos inducat.

Cauſæ faciendi Decreti.

§.1. Cum itaque, ſicut dilectus filius Ordinis Cartuſien. Procurator Generalis Nobis nuper exponi fecit, quamplurima dicti Ordinis Monaſteria tum propter ſteriles quorumdam annorum meſſes, tenueſque fructuum perceptiones, tum propter bellorum calamitates, ad eam devenerint egeſtatem, adeoque ære alieno gravata exiſtant, ut illorum ordinarii redditus, & pro-

proventus ipſius æris alieni interuſurio perſolvendo, necnon Cameræ Apoſtolicæ debitis, aliiſque ſibi incumbentibus oneribus ſupportandis non ſufficiant: Nobiſque propterea dictus Procurator Generalis humiliter ſupplicari fecerit, ut in præmiſſis aliqua ratione providere de benignitate apoſtolica dignaremur.

Decretum, de quo in Rubr.

§.2. Nos Monaſteriorum hujuſmodi indigentiis paterna pietate proſpicere, illorumque Superiores, & Monachos ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus dicti Procuratoris Generalis nomine Nobia ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, quod Monaſteriorum pauperiorum dicti Ordinis Superiores, & Monachi de Capituli, ſeu Prioris Generalium ejuſdem Ordinis licentia, & aſſenſu unum, ſeu plures cenſus annuos uſque ad pecuniarum ſummas, quas Capitulum, & Prior Generalis hujuſmodi illis neceſſarias eſſe judicaverit, in ſorte principali aſcendentes ad rationem quinque pro centenario ſuper ſuorum Monaſteriorum bonis imponere, illoſque aliis ditioribus dicti Ordinis Monaſteriis tantum alienare, ſeque, & dicta ſua Monaſteria, ſive illorum bona ad ſolutionem cenſuum ſic imponendorum, & alienandorum faciendam obligare; Monaſteria vero ditiora hujuſmodi pauperioribus Monaſteriis prædictis pecuniarum ſummas eis neceſſarias ad cenſus, ſeu pro cenſibus hujuſmodi concedere, cenſuſque prædictos ſibi, ut præfertur, vendendos, & aſſignandos recipere, & Inſtrumenta deſuper neceſſaria, & opportuna celebrare reſpective libere, & licite poſſint, & valeant, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, concedimus, & indulgemus, dictiſque Capitulo, & Priori generalibus ditiora Monaſteria hujuſmodi ad pauperioribus Monaſteriis prædictis pecuniarum ſummas illis neceſſarias, ut præfertur, concedendas cogendi, & compellendi, plenam, auctoritate, & tenore prædictis tribuimus facultatem.

Clauſulæ.

§.3. Decernentes præſentes literas ſemper validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit inviolabiliter obſervari; pauperioribus vero Monaſteriia prædictis pleniſſime ſuffragari; Sicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Exequutorũ deputatio.

§.4. Quocirca omnibus, & ſingulis locorum Ordinariis per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes Literas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte Capituli, ſeu Prioris generalium Monaſteriorum dicti Ordinis, illorumque ſuperiorum, & ſeu alicujus eorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, ac illis in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra eaſdem præſentes, & omnia in eis contenta ab omnibus, quos illa concernunt, integre, & inviolabiliter obſervari; Contradictores quoſlibet, & rebelles, ac præmiſſis non parentes per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, legitimiſque ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pęnas ipſas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis.

Derogatio contrariorum.

§.5. Non obſtantibus fe: re: Pauli Papæ II., aliorumque Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum de rebus Eccleſiæ non alienandis, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non dicti Ordinis, illiuſque Monaſteriorum etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Fides danda tranſumptis.

§.6. Volumus autem, quod cenſus hujuſmodi, ſicut præfertur, imponendi quantocitius fieri poterit, extinguantur, quodque præſentium tranſumptis, ſeu exemplis etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. 13. Januarii 1627. An.IV.

Datum Romæ apud S.Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 13. Januarii 1627. Pontificatus noſtri Anno IV.

Sta-

CCXI.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Statuit tollendum eſſe abuſum immittendi ferocem Taurum in Eccleſiam S. Marci Pacen. in Vigilia, & Feſto ipſius Sancti, ac mandat Epiſcopo, ut curet hujuſmodi abuſum radicitus aboleri.

Ven: Fratri Epiſcopo Pacen.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ven. Frater ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Abuſus, de quo in Rubr. §.1. CUm, ſicut Nobis nuper exponi feciſti, in tua Civitate, vel Diœceſi Pacen. apud nonnullos quidam inoleverit abuſus, immittendi oimirum ferocem Taurum in Eccleſiam S. Marci, tam in Vigilia, quam in Feſto ipſius Sancti, magno cum divini honoris, & animarum periculo, & propterea pro tua in Deum pietate, ac paſtorali vigilantia, abuſum prædictum tanquam a Chriſtiana Religione alienum tollere, & abolere, ac per Nos, ut infra opportune provideri ſummopere deſideres.

Pontifex eum condemnat. §.2. Nos fraternitatis tuæ ſolertiam, & religionem plurimum in Domino commendantes, de Ven. fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium Sacris Ritibus præpoſitorum conſilio, abuſum prædictum tanquam eccleſiaſticæ pietati, necnon etiam Sac.Ritui adverſantem, & deteſtabilem in iis Civitatis, & Diœceſis Pacen. hujuſmodi locis, in quæ hoc uſque irrepſit, funditus tollendum, atque abolendum eſſe, apoſtolica auctoritate,tenore præſentium, ſtatuimus, & ordinamus.

Et Epiſcopo, ut eum aboleri curet, præcipit. §.3. Ac eidem Fraternitati tuæ per eaſdem præſentes committimus, & mandamus, ut abuſum prædictum ex omnibus, & quibuſcumque locis tuæ Diœceſis hujuſmodi, appoſitis juris, & facti remediis, aliiſque Eccleſiaſticis cenſuris, & pœnis tollere, ac funditus abolere, omni, & quacumque oppoſitione, recurſu, ac inhibitione poſtpoſitis, & rejectis, eadem auctoritate cures, & cum effectu facias, ſuper quibus plenam, & amplam Tibi facultatem, & auctoritatem concedimus, & impartimur.

Derogat obſtantibus. §.4. Non obſtantibus præmiſſis, cæteriſque in contrarium facientibus quibuſcumque.

Dat. 13. Januarii 1627. An.IV. Datum Romæ apud S.Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 13. Januarii 1627. Pontificatus noſtri Anno IV.

CCXII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Confraternitas ſub titulo *Communionis Hierarchiæ plenitudinis ætatis Jeſu Chriſti* erigitur in Archiconfraternitatem, & Confratribus nonnullæ conceduntur Indulgentiæ.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Procemium. PAſtoris æterni, qui pro gregis ſalute in Ara Crucis immolari voluit, vices quamquam immeriti gerentes in terris, de commiſſarum Nobis ovium ſalute jugiter ſoliciti, pias Chriſtifidelium Confraternitates ad pietatis, & chriſtianæ charitatis opera exercenda canonice inſtitutas, ut in eorumdem operum exercitio magis accendantur, & confoveantur, amplioribus gratiis decoramus, ac indulgentiis, & peccatorum remiſſionibus libenter invitamus, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Michael Adolphus de Althano hanc erigit Confraternitatem. §.1. Cum itaque, ſicut dilectus filius Michael Adolphus Comes de Althano Nobis nuper exponi fecit, ipſe pium, & Deo maxime acceptum opus redemptionis Chriſtifidelium ſub miſera Turcarum ſervitute detentorum promovere cupiens, in Parochiali, ſeu alia Eccleſia Inſulæ de Comar Regni Hungariæ, unam Chriſtifidelium Confraternitatem ſub denominatione communionis Hierarchiæ plenitudinis ætatis Jeſu Chriſti, cujus proprium, ac peculiare inſtitutum ſit, operi redemptionis Chriſtifidelium hujuſmodi incumbere, canonice erigi, & inſtitui curaverit, & propterea, quo Confraternitas hujuſmodi majora in dies ſuſcipiat incrementa, illiuſque Confratres ad opus redemptionis hujuſmodi peragen. promptiores reddantur, Confraternitatem ipſam ſpecialis honoris prærogativa decorari, aliaſque indulgeri ſummopere deſideret.

Eam Pontifex erigit in Archiconfraternitatem. §.2. Nos piis dicti Michaelis Adolphi votis in præmiſſis, quantum cum Domino poſſumus, annuere, illumque, ac ipſius Confraternitatis Confratres,quoad præmiſſa opera exercenda,in dies magis benedicente Domino accendantur, ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, eorumque ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus dicti Michaelis Adolphi Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Confraternitatem prædictam canonice, ut præfertur, inſtitutam, in Archiconfraternitatem, ſine tamen cujuſcumque præjudicio, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium perpetuo erigimus, & inſtituimus.

Ac

Confratribus nonnullas elargitur Indulgentias.

§.3. Ac inſuper omnibus, & ſingulis Chriſtifidelibus, qui dictam Archiconfraternitatem de cætero ingredietur plenariam: Necnon deſcriptis, & pro tempore deſcribendis in eadem Archiconfraternitate Chriſtifidelibus in cujuslibet eorum mortis articulo, qui nomen Jeſu ore, vel corde invocaverint, & animam ſuam Deo commendaverint, etiam plenariam; Ac ipſis nunc, & pro tempore exiſtentibus dictæ Archiconfraternitatis Confratribus vere quoque pœnitentibus, & confeſſis, ac ſacra Communione refectis, qui ejuſdem Archiconfraternitatis Eccleſiam, vel Cappellam, ſeu Oratorium die Feſto Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis a primis Veſperis uſque ad occaſum ſolis diei hujuſmodi preces effuderint, plenariam ſimiliter omnium peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Inſuper eiſdem vere pœnitentibus, & confeſſis, ac Sacra Communione refectis Eccleſiam, vel Cappellam, ſeu Oratorium hujuſmodi in Nativitatis, Annunciationis, & Purificationis ejuſdem Beatæ Mariæ Virginis feſtis diebus, ut præfertur, viſitantibus, & ibidem orantibus, quo die prædictorum id egerint, ſeptem annos, & totidem quadragenas. Qui vero in feſtivitatibus Nativitatis, & Paſchalis Reſurrectionis Domini, & Pentecoſtes Sacram Communionem ſumpſerint, & Eccleſiam, ſeu Oratorium hujuſmodi in dictis feſtivitatibus viſitaverint, & oraverint, ut præfertur, quotidie prædictarum feſtivitatum id egerint, ſimiliter ſeptem annos. Quoties vero dicti Confratres Coronam a Sancto Bonaventura inſtitutam ſecunda feria cujuslibet menſis, & die Commemorationis omnium fidelium defunctorum pro eorumdem defunctorum animabus recitaverint, ut iiſdem animabus per modum ſuffragii trium annorum, & totidem quadragenarum indulgentiam applicare poſſint, concedimus. Necnon eiſdem Confratribus, qui contriti, & animum ſuo tempore confitendi habentes Coronam Domini ſingulis diebus Dominicis devote recitaverint, centum dies pro qualibet vice; qui vero eamdem Coronam quotidie, ut præfertur, recitaverint, quinquaginta dies pro qualibet vice; Illis vero dictæ Archiconfraternitatis Confratribus, qui prædictam Eccleſiam, vel Cappellam, ſeu Oratorium diebus Stationum Almæ Urbis noſtræ viſitaverint, & ut præfertur, oraverint, ſive etiam eamdem coronam dixerint pro animabus defunctorum, ut iiſdem animabus prædictas indulgentias per modum ſuffragii applicare poſſint ſimiliter concedimus. Inſuper eiſdem Confratribus, qui contriti, & ſuo tempore confitendi propoſitum habentes proceſſionibus dictæ Archiconfraternitatis devote interfuerint, ſeu etiam qui Miſſæ, & Divinis Officiis in Eccleſia, ſeu Oratorio ipſius Archiconfraternitatis pro tempore celebran., & recitan. ſingulis diebus ſimiliter interfuerint, centum dies; Necnon eiſdem, qui contriti, ut ſupra, Sanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramentum cum ad infirmos defertur, comitati fuerint, quinque annos, & totidem quadragenas. Qui vero corpora defunctorum Confratrum hujuſmodi ad ſepulturam aſſociaverint, ſive Anniverſariis eorumdem Confratrum defunctorum interfuerint, & pro iiſdem animabus pias ad Deum preces effuderint, centum dies, & qui pauperibus, & miſerabilibus perſonis ſubvenerint, aut pacem cum inimicis propriis, vel alienis compoſuerint, ſeu componi fecerint, vel procuraverint, pro quolibet prædictorum operum ſimiliter centum dies de injunctis eis, ſeu aliàs quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Eccleſiæ conſueta relaxamus. Præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut ſi aliàs dictis Confratribus præmiſſa peragentibus aliqua alia indulgentia perpetuo, vel ad tempus nondum elapſum conceſſa ſit, præſentes nullæ ſint.

Contraria tolluntur.

§.4. Non obſtantibus noſtra de non concedendis indulgentiis ad inſtar, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. 15. Januarii 1627. An. IV.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 15. Januarii 1627. Pontificatus noſtri Anno IV.

CCXIII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Mandatur Archiepiſcopis, & Epiſcopis Indiarum, ut prohibeant recipi mulieres in Monaſteriis Monialium niſi monaſticum habitum induere velint.

Ven. Fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis in partibus Indiarum conſtitutis.

URBANUS PAPA VIII.

Ven. Fratres ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Exordium.

PAſtoralis officii Nobis licet immeritis divina diſpenſatione commiſſi debitum expoſcit, ut in his, per quæ regularis diſciplina in quibuslibet, præſertim vero ſanctimonialium Monaſteriis cum animi quiete juxta Sacros Canones, & Apoſtolicas Conſtitutiones, ac regularia ipſorum Monaſteriorum inſtituta obſervetur, & vigeat, ſedulo invigilemus, ac quæ in hoc impedimento eſſe dignoſcuntur, paſtorali ſollicitudine tollamus, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Cauſæ ferendi Decretum.

§.1. Cum itaque, ſicut dilecti filii Prior Provincialis, aliique Superiores Monaſteriorum Monialium S. Catherinæ de Senis Ordinis Fratrum Prædicatorum in iſtis Indiarum partibus Nobis nuper exponi fecerunt, dilectæ in Chriſto filiæ Prioriſſæ, & Moniales Monaſteriorum hujuſmodi Virgines, & viduas, aliaſque mulieres ſeculares ad tempus, vel aliter ad ſuum nutum in earum cohabitationem, & manſionem in ſuis Monaſteriis, & clauſtris promiſcue, paſſim, ac ſine difficultate admittere ſoleant, ex hoc autem ſucceſſu temporis, vel ſcan-

dala

dala facile oriri, vel ſaltem diſciplina, & vita monaſtica frigeſcere, & minui poſſent, claoſuraque eorumdem Monaſteriorum violetur; Nobis propterea Prior, & Superiores prædicti zelo Domus, & regularis obſervautiæ moti humiliter ſupplicari fecerunt, ut deſuper opportune providere de benignitate apoſtolica dignaremur.

Decretum, de quo in Rubrica.

§.2. Nos inconvenientibus hujoſmodi, quantum cum Domioo poſſumus, obviam ire volentes, ſupplicationibus eorumdem Prioris, & Superiorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, de Ven. Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardioalium negotiis Regularium præpoſitorum conſilio, vobis omnibus, & ſingulis per præſentes diſtricte præcipien. maudamus, quatenus modernis, & pro tempore exiſtentibus Abbatiſſis, ſeu Prioriſſis, & Monialibus, aliiſque quorumcumque Monaſteriorum Monialium in iſtis Indiarum partibus, & veſtris Diœceſibus exiſtentium Superioribus, ne de cætero mulieres ſeculares hujuſmodi quacumque alia de cauſa, quam habitum monachalem ſervatis ſervan. ſuſcipien. in hujuſmodi Monaſteria abſque ſpeciali Sedis Apoſtolicæ licentia admittere audeant, ſeu præſumant, auctoritate noſtra apoſtolica prohibeatis, & interdicatis: ac ſi quas in hunc uſque diem admiſſas repereritis, inde qoamprimum educi, ac proximioribus earum conſanguioeis conſignari omnino curetis: Contradictores quoslibet, & rebelles, ac in præmiſſis non parentes, per cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, iuvocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis; ſuper quibus omnibus, & ſingulis pleuam, & amplam facultatem vobis coocedimus, & impartimur.

Obſtantium derogatio.

§.3. Non obſtantibus quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti Ordinis etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudioibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis ſub quibuſcumque teuoribus, & formis, ac cum quibuſvis claoſulis, & decretis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illoram tenores præſentibus pro pleoe, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Fides danda tranſumptis.

§.4. Volumos autem, quod præſentium tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique babeatur, quæ præſentibus ipſis haberetur, ſi forent eabibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 1. Febr. 1627. An. IV.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 1. Februarii 1627. Pontificatus noſtri Anno IV.

CCXIV.

Diviſio Congregationis Clericorum Regularium Minorum nuncupat. in duas Provincias cum oonnullis Statutis.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Procemium.

AD uberes, & ſuaves fructus, qnos dilecti filii Clerici regulares Congregatioois Clericorum Regularium minorum nuncupatorum in militanti Eccleſia, cujus regimini divioa diſponente clementia præſidemus, in dies afferunt, mentis noſtræ aciem convertentes, quid pro laudabilis eorum ioſtituti felici directione, atque progreſſu conferat diligenter proſpicimus, ac deſuper paſtoralis officii noſtri partes favorabiliter interponimus, prout rerum, & temporum qualitatibus debite penſatis conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Diviſio Congreg. Cleric. Reg. Min. in duas Provincias.

§.1. Cum itaque, ſicut accepimus, Congregatio prædicta, quæ multos Conventos, ſive Domos, & alia loca regularia poſſidet, unam dumtaxat Proviuciam per totam Italiam conſtituat: Nos felici, & proſpero ejuſdem Congregationis, ut majoribus in dies proficiat incrementis, ſtatui, atque regimini, quantum Nobis ex alto conceditur, conſulere volentes, Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, Provinciam prædictam in duas diſtinctas ipſius Congregationis Provincias, in quarum una omnes Conventus, ſive Domus, & loca regularia ejuſdem Congregationis fundata, & de cætero fuudan. in utraque Sicilia, in altera vero reliquæ omnes, quotquot fuerint in aliis Italiæ partibus contioeantur, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, perpetuo dividimus: duaſque ejuſdem Congregationis Provincias in tota Italia, ut præfertur, erigimus, & inſtituimus.

Nonnulli Vocales deſignantur pro futuro Capitulo Generali.

§.2. Et qoia ea præſcripto præteriti ipſius Congregationis Capituli generalis in proximo generali ejuſdem Congregationis Capitulo non niſi onus loco Provincialis, ac duo Procuratores Italiæ ioterefſe poſſent, volumus, quod ad ſalubriora capienda conſilia Ignatius Mignozza Domus Regularis dictæ Congregationis Piſauren. Præpoſitus loco novi Proviucialis inſtituendi, necnon Benedictus Juſtiniauos, & Andreas Caballus dictæ Congregationis profeſſores dilecti filii loco Procuratorum Provinciæ per præſentes erectæ pro hac vice tantum eidem proximo Capitulo generali auctoritate apoſtolica intereſſe valeant, & debeant. Præterea loco dilecti filii Joannis de Guevara dictæ Coogregationis Præpoſiti generalis, quem Eccleſiæ Theaneo. certo modo Paſtoris ſolatio deſtitutæ in Epiſcopum, & Paſtorem præficere intendimus, Jacobum Manſurium ejuſdem Congregationis ſimiliter profeſſorem, qui quoad ingreſſum Capituli prædicti eodem pacto, quo Ignatius, & Benedictus, & Andreas prędicti, necoon reliqui omnes Capitulares ipſius Capituli generalis

E ſuffra-

ſuffragia ferre valeant pro hac vice dumtaxat, ac cum reliquis circumſtantiis in Conſtitutionibus ipſius Congregationis apoſtolica auctoritate prædicta confirmatis contentis, auctoritate, & tenore ſimilibus ſubſtituimus, & ſurrogamus.

Mandatum de parendo.

§.3. Mandantes propterea in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub excommunicationis latæ ſententiæ, a qua non niſi a Nobis præterquam in mortis articulo abſolvi poſſint, necnon privationis vocis activæ, & paſſivæ pœnis ipſo facto incurrendis, dilectis filiis dictæ Congregationis Superioribus, & Clericis, & præſertim vocalibus in prædicto Capitulo congregan., quatenus dictos quatuor Capitulares, per præſentes electos, omni mora, contradictione, & appellatione prorſus ceſſantibus, & poſtpoſitis recipiant, & admittant.

Clauſulæ.

§.4. Decernentes nihilominus irritum, & inane, quidquid ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum

§.5. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, dictæque Congregationis, etiam Juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 6. Febr. 1627. An.IV.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 6. Februarii 1627. Pontificatus noſtri Anno IV.

CCXV.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Commiſſio Archiepiſcopo Tarſen. Provinciæ Romandiolæ Præſidi cognoſcendi cauſas ſuper devolutione nonnullorum Caſtrorum ad menſam Epiſcopalem Brittonorienſem ſpectantium.

Venerabili fratri Octavio Archiepiſcopo Tarſen. Provinciæ noſtræ Romandiolæ Præſidi,

URBANUS PAPA VIII.

Ven. frater ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Facti ſeries.

§.1. EXpoſitum Nobis nuper fuit pro parte Venerabilis Fratris Joannis Epiſcopi Britonorien., quod cum tunc exiſtens Eccleſiæ Britinorien. Præſul ipſius Joannis Epiſcopi anteceſſor conceſſerit in feudum q. Aloyſio Zerbinato caſtra Montis Epiſcopi, & Sancti Joannis in Sequarciarolo nuncupata ad menſam Epiſcopalem Brittonorien. ſpectantia pro eodem Aloyſio, & ſuis filiis maſculis, ipſeque Aloyſius nuper obiiſſet nullis filiis maſculis relictis; idem Joannes Epiſcopus voluit poſſeſſionem dictorum caſtrorum, uti ad menſam ejus Epiſcopalem devolutorum, capere, & forſan accepit: ſed dilecta in Chriſto filia Julia Valvaſiona uxor prædicti Aloyſii in præjudicium pontificalis dignitatis, & menſæ epiſcopalis cœpit aſſerere, ſe eſſe prægnantem, obtinuitque inhibitionem a Curia Venerabilis Fratris Archiepiſcopi Ravennaten., & deinde a Diœceſi Brittonorien. de facto receſſit, & ad Civitatem Ferrarien. ſe contulit, ubi de præſenti reperitur.

Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, cauſa devolutionis feudi hujuſmodi ſpectet ad prædictum Joannem Epiſcopum uti Dominum directum, vel ſaltem ſi idem Joannes Epiſcopus recuſaret, ad ſuperiorem Provinciæ, in qua prædicta caſtra conſiſtunt, & ipſa Julia ſi aſſerebat ſe prægnantem, debebat hoc eidem Joanni Epiſcopo denunciare, & non recedere a loco, ſeu provincia, in qua de tempore obitus mariti degebat, ubi facilius fieri poterant ea, quæ pro ventre inſpiciendo, & aliis de jure faciendis ſervanda erant, prout de facto non ſine ſuſpicione dandi cauſam alicui partui ſuppoſito in præjudicium dignitatis, & menſæ prædictarum receſſit. Nobis propterea dictus Joannes Epiſcopus humiliter ſupplicari fecit, ut ſuper præmiſſis opportune providere de benignitate apoſtolica dignaremur.

Commiſſio, de qua in Rubrica.

§.2. Nos igitur, qui juxta creditum humilitati noſtræ apoſtolatus officium Eccleſiarum omnium jura conſervare, & tueri tenemur, prædictæ Eccleſiæ Brittonorien. indemnitati, quantum cum Domino poſſumus, proſpicere, dictumque Joannem Epiſcopum ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, omnes, & ſingulas cauſam, ſeu cauſas in, & ſuper præmiſſis, tam in curia dicti Archiepiſcopi, ſive coram eo, aut dilecto filio noſtro, & Sedis Apoſtolicæ in Civitate, & Ducatu noſtris Ferrarien. de latere legato, ſive quibuſvis aliis quomodolibet qualificatis etiam de neceſſitate exprimendis, indeciſas, pendentes, etiam inſtructas, a Legato, & Archiepiſcopo, nec non aliis prædictis, & eorum quolibet, ad Nos harum ſerie avocamus, cauſamque, & cauſas prædictas, illarum ſtatum, & merita, nomina, & cognomina Judicum, & collitigantium, aliaque de neceſſitate exprimenda, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes, cum omnibus, & ſingulis illarum incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, totoque negotio principali Tibi tamquam Archi-

Digitized by Google

Archicpiſcopo prædicto, qui per te ipſum procedas, cognoſcendas, decidendas, & prout juris fuerit, terminandas ſummarie, ſimpliciter, & de plano, ac ſine ſtrepitu, & figura judicii, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium committimus, & demandamus.

Facultatum conceſſio. §.3. Cum facultate vocandi prædictam Juliam, illamque ad perſonaliter redeundum in Provinciam Romandiolæ in loco, ubi prius degebat, vel alio loco decente, & tuto per te aſſignando juris, & facti remediis cogendi, ad effectum inſpiciendi, & cuſtodiendi ventrem ſuum, cuſtodes apponendi, fidejuſſiones capiendi, & quatenus opus fuerit, prædictam Juliam in Monaſterio Monialium, vel alio loco tuto etiam in primis, & ante omnia ſequeſtrandi, & aſſecurandi, aliaque ſaciendi, & exequendi, quæ de jure fuerint facienda, & exequenda, ac cum poteſtate citandi prædictam Juliam, omneſque alios, illiſque, quoties opus ſuerit, inhibendi, etiam ſub ſententiis, cenſuris, & pœnis etiam pecuniariis arbitrio tuo moderan., & aggravan., auxiliumque brachii ſecularis invocandi, ac cætera omnia alia in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, & quomodolibet opportuna, etiam ſi talia ſint, vel fuerint, quæ magis ſpecialem, ſpecificam, & expreſſam requirerent mentionem, faciendi, dicendi, gerendi, & exequendi.

Derogatio contrariorum §.4. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 10. Febr. 1627. An.IV. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 10. Februarii 1627. Pontificatus noſtri Anno IV.

CCXVI.

Ex Regeſt. in Secret. Brev. Facultas Epiſcopo Japonenſi procedendi contra Regulares non parentes nonnullis Decretis Sacræ Congregationis de Propaganda Fide.

Venerabili Fratri Didaco Epiſcopo Japponen.

URBANUS PAPA VIII.

Ven. Frater ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Facultas, de qua in Rubrica. §.1. UT Decreta aliàs ſub die 25. menſis Septembris anni proximi præteriti 1626. a Venerabilibus Fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus negotio propagandæ fidei præpoſitis emanata facilius debitæ exequutioni demandentur, quantum cum Domino poſſumus, providere volentes, de eorumdem Cardinalium conſilio, ac Sacrorum Conciliorum Viennen., & Tridentini veſtigiis inhærentes, Tibi uti in tam remota a Sede Apoſtolica regione degenti tamquam noſter, & Sedis hujuſmodi delegatus, contra omnes, & quoſcumque cujuſcumque Ordinis, Congregationis, & Inſtituti Regulares, qui decretis prædictis non paruerint, per cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, auctoritate noſtra apoſtolica procedendi, eadem auctoritate, tenore præſentium, facultatem, & auctoritatem concedimus, & impartimur.

Clauſulæ. §.2. Decernentes Te deſuper a quoquam quomodolibet impediri, aut retardari nullatenus poſſe: irritumque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum §.3. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon quibuſvis Ordinum, Congregationum, & inſtitutorum quorumcumque, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis illis, eorumque Superioribus, & perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, ac alias in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, eorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum insererentur, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 27. Febr. 1627. An.IV. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die vigeſimaſeptima Februarii 1627. Pontificatus noſtri Anno Quarto.

CCXVII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev. Suppreſſio unius Canonicatus, & Præbendæ in qualibet, tam ex Metropolitanis, quam aliis Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſiis Indiarum, qui primo vacaverint, & applicatio fructuum Officio Inquiſitionis.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. AB illa die, qua divinæ placuit providentiæ, quæ ex ſumma bonitate ſua vocat ea, quæ non ſunt, tamquam ea, quæ ſunt, humilitatem noſtram ad univerſalis Eccleſiæ regimen vocare, nihil antiquius habuimus, quam ut hæreſes, aliique damnati errores e mentibus Chriſtifidelium, ubi peccatis facientibus irrepſerunt, per immenſam Dei miſericordiam evellantur, ſanctaque fides catholica ubique locorum vigeat, & conſervetur: proindeque etſi Nos ad univerſi gregis Dominici ſalutem procurandam debitores agnoſcamus, iis tamen, qui ob ingentem locorum diſtantiam opem, & operam noſtras magis implorare dignoſcuntur, peculiarem paſtoralis vigilantiæ ſolicitudinem impendere ſolemus,

Digitized by Google

& ſedulo pruvidere, ut Sanctæ Inquiſitionis Tribunalibus in longinquis illis partibus ad ipſarum hæreſum, atque errorum extirpationem, ejuſdem fidei propagationem, & conſervationem, non minus pie, quam provide inſtitutis, eorumque Officialibus, & Miniſtris congruæ ſubventionis auailia ſubminiſtreutur, prout Catholicorum Regum vota id eapoſcunt, & Nos rerum, temporumque qualitatibus debite penſatis, conſpicimus ſalubriter in Domino eapedire.

Soppreſſio, & applicatio, de quibus in Rubrica:

§.1. Hinc eſt, quod Nos, qui dudum inter alia voluimus, quod petentes beneficia eccleſiaſtica aliis uniri tenereutnr exprimere verum annuum valorem, ſecundum communem æſtimationem etiam beneficii, cui aliud uniri peteretur, alioquin unio oon valeret, & ſemper in unionibus commiſſio fieret ad partes, vocatis quorum intereſſet, ne Inquiſitores hæreticæ pravitatis in Indiis Occidentalibus exiſtentes ob defectum dictæ temporalis ſubſiſtentiæ, in eorum Officii exequutione retardeotur, aut quomodolibet impediantur, opportune providere, & alias ſuſtentationi Officii Iuquiſitionis hojuſmodi perpetuis futuris temporibus conſulere volentes, cum fidei catholicæ conſervationem cæteris rebus omnibus præferendam eſſe cenſeamus, ac conſiderantes, Eccleſias ſine ipſa fide ſobſiſtere nou poſſe: proptereaque ſatios eſſe, eas aliqua reddituum ſuorum portione deſtitui, & carere, quam eas omnes in ſtatus ſui diſcrimine dimitti; ſopplicationibus etiam chariſſimi in Chriſto filii noſtri Pbilippi Hiſpaniarum Regis Catholici Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, in omnibus, & ſingulis Metropolitanis, & aliis Catbedralibus, ac Collegiatis Eccleſiis Indiarum prædictarum, quæ de jurepatronatus dicti Philippi Regis, ex privilegio apoſtolico, cui non eſt hactenus in aliquo derogatum, fore dignoſcuntur, nnum Canonicatum, & unam præbendam, quos primo per ceſſum, vel deceſſum, ſeu quamvis aliam dimiſſionem, vel amiſſionem, illos in titulom, vel commendam, aut alias quomodolibet obtinentis contigerit, quorum ſingulorum fructuum, reddituum, & proventuum verum annuum valorem ſecuudum æſtimationem prædictam, præſentibus baberi volnmus pro eapreſſo, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, perpetuo ſupprimimus, & eatinguimus, ac illorum fructus, redditus, & proventus, etiamſi in diſtributionibus quotidianis conſiſtant, Officio Inquiſitionis hujuſmodi in dictis regnis, auctoritate, & ten. pr edictis etiam perpetuo applicamus, & appropriamus, ita quod quovis ipſarum Eccleſiarum Canonico, aut illarum Canonicatum, & præbendam in Commendam obtinen. primo cedente, ſen Canonicatum, & Præbendam prædictos per eos quomodolibet dimitten., vel amitten., & illis quovis modo vacan., liceat moderno, & pro tempore eaiſtenti generali pravitatis hujuſmodi in eiſdem Indiis Inquiſitori per ſe, vel alium, ſeu alios poſſeſſionem, ſeu quaſi perceptionis fructuum, reddituum, & proventuum Canonicatuum, & præbendarum ſic ſuppreſſorum, propria auctoritate libere appræhendere, & perpetuo retinere, ac ipſorum fructus, redditus, & proventus ſingulis annis percipere, exigere, & levare, ac in ipſius Officii Inquiſitionis, & non alios uſus, quandocumque contigerit, convertere, Diœceſani loci, vel cujuſvis alterius licentia ſuper hoc minime requiſita.

Obſtantium derogatio.

§.2. Non obſtan. priori voluntate noſtra prædicta, & Lateranen. Concilii noviſſime celebrati, uniones perpetuas niſi in caſibus a jure permiſſis fieri probibentis, ac quibuſvis aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon ſingularum eccleſiarum prædictarum, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, & quibuſvis aliis privilegiis, indulgentiis, & literis apoſtolicis ſpecialibus, vel generalibus, quorumcumque ten. exiſtant, per quæ præſentibus noo expreſſa, vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis ten. de verbo ad verbum habenda ſit in eiſdem præſentibus mentio ſpecialis. Nos enim ea nunc irritum decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoqoam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit atteotari.

Tranſumptis danda fides.

§.3. Volumus etiam, nt præſentium tranſumptis etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, ſigilloque perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra, ubique adhibeatur, quæ ipſis originalibus literis adhiberetnr, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. 10 Martii 1627. An.IV.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 10. Martii 1627. Pontificatns noſtri Anno IV.

CCXVIII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Suppreſſio Officii perpetui Præfecti Computorum Datariæ Apoſtolicæ, & reductio ad officium amovibile Receptoris pecuniarum.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

Romanus Pontifex æqui, bonique ſupremus aſſertor provide conſiderans, humana ſic ſerre quandoque conſilia, ut quæ vel temporis conditione ita exigente ab initio conſtituuntur, opere pretium ſit poſtea immutare; & interdum, quæ a Prædeceſſoribus ſuis ſancita, & conceſſa reperiuntur, ipſa ſubinde rerum experientia ſuadente alterat, revocat, & immutat, prout rebus omnibus, earumque circumſtantiis univerſis matura conſultatione diſcuſſis, in Domino conſpicit ſalubriter expedire.

§. 1. Aliàs ſiquidem, poſtquam felicis recor-

Digitized by Google

Non obſtante Decreto Pii PP. V. ſuper officio Receptoris pecuniarum Datariæ,

recordationis Pius Papa Quintus Prædeceſſor noſter quondam Auguſtinum Juncteuum ab officio receptoris pecuniarum, reddituumque, & proventuum Datariæ Rom. Pont. pro tempore exiſteutis, quod ad ipſius Romani Pontificis, & Sedis Apoſtolicæ beneplacitum concedi conſueverat, amoviſſet, dictumque officium etiam quoudam Didaco Bruno Clerico conjugato Romano, qui pro ipſius Pii Prædeceſſoris neceſſitatibus ſublevandis ſummam millequingentorum ducatorum auri in auro obtulerat; ad ejuſdem Didaci vitam conceſſiſſet, & aſſignaſſet, rec. mem. Sixtus Papa Quintus ſimiliter Prædeceſſor noſter conceſſionem, & aſſignationem de dicto officio eidem Didaco, ut præfertur, factas, etſi in eis caveretur, ſeu concederetur expreſſe, quod ipſe Didacus ab officio hujuſmodi, ſeu illius exercitio quavis ratione, vel cauſa invitus amoveri, vel alius ſine ejus conſenſu, ad ipſum officium aſſumi non poſſet, irritanti, aliiſque decretis deſuper appoſitis, apoſtolica auctoritate, caſſavit penitus, & omnino revocavit, & in prædicta Dataria unum officium Præfecti computorum nuncupatum perpetuum, & alias inſtar cæterorum ipſius Datariæ, & Romanæ Curiæ officiorum erexit, & inſtituit, illudque pariter quond. Thimotheo Ximenez etiam Clerico conjugato Romano, qui ob urgentes neceſſitates, quibus tunc temporis idem Sixtus Prædeceſſor premebatur, ſummam quinque millium ſcutorum ſimilium nomine pretii dicti officii ſolvere promiſerat.

Sixtus V. officium Præfecti Computorum vacabile erigit.

Quod idem agit Paulus PP. V.

§.2. Et deinde eodem Thimotheo rebus humanis exempto, ſimilis mem. Paulus Papa Quintus etiam Prædeceſſor noſter dictum officium per ipſius Thimothei obitum vacans dilecto filio Henrico Fiſen. Clerico Leodien. pro pretio, & nomine pretii ſexdecim millium ſcutorum monetæ Romanæ, ad eorum, & cujuslibet ipſorum vitam reſpective conceſſerunt, & aſſignarunt, ſub certis modo, & forma tunc expreſſis, & alias, prout in diverſis eorumdem Prædeceſſorum Motuum propriorum cedulis manu eorumdem Prædeceſſorum ſignatis plenius continetur.

Urbanus ſupprimit.

§. 3. Nos officium receptoris redditnum, proventuum, & pecuniarum Datariæ noſtræ hujuſmodi ad primævum illius ſtatum, naturamque de cætero per perſonam ad noſtrum, & Rom. Pont. pro tempore exiſtentis nutum amovibilem exercendum reduci oportere in Domino judicantes, necnon quarumcumque Literarum Pii Quinti, Sixti Quinti, & Pauli itidem Quinti Prædeceſſorum prædictorum deſuper expeditarum, omniumque, & ſingulorum in eis quomodolibet contentorum veriores, & totos tenores, perinde ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata infererentur, & exprimerentur, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, juſtis, & gravibus de cauſis animum noſtrum moventibus, Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, erectionem, & inſtitutionem dicti officii Præfecti computorum in Dataria per dictos Sixtum Prædeceſſorem, ejuſdemque officii conceſſionem, & aſſignationem eidem Henrico per Paulum Prædeceſſores, ut præfertur, factas, & quaſcumque literas apoſtolicas, ſi quæ deſuper expeditæ ſunt, cum omnibus, & ſingulis in eis contentis clauſulis, decretis, cautionibus, promiſſionibus, indultis, & quibuſvis aliis diſpoſitionibus, tenore præſentium, ſalvis, eidem Henrico juribus habendi, & conſequendi pretium hujuſmodi, perpetuo ſupprimimus, & extinguimus, ac reſpective revocamus, caſſamus, annullamus, irritamus, viribuſque, & effectu evacuamus.

Officiumque receptoris arbitrio Pontificis removendi reſtituit.

§.4. Dictumque receptoris officium in priſtinum, & in eum, quo antequam prædicti Pii Prædeceſſoris cedula emanaret quomodolibet erat, ſtatum, in omnibus, & per omnia reſtituimus, reponimus, & plenarie reintegramus, & ad priſtinam ejus naturam, de cætero per perſonam ad noſtrum, & Rom. Pont. pro tempore exiſtentis nutum amovibilem exercendum, ac facultates, & privilegia ante prædictam dicti Pii Prædeceſſoris cedulam, ipſumque Henricum ab eodem officio præfecti computorum, & receptoris officii hujuſmodi ex nunc omnino amovemus, & dictum officium præfecti computorum perpetuo ſuppreſſum, & extinctum, ac de illo conceſſionem, & aſſignationem eidem Henrico, ut præfertur, factas, perpetuo revocatas, caſſatas, annullatas, irritas, viribuſque, & effectu vacuas, ipſumque Henricum a præfecti, & receptoris officiis prædictis ex nunc omnino amotum eſſe, ac fore, nec de cætero in eiſdem officiis, ſeu eorum altero ſe ullo modo ingerere poſſe, aut debere;

Clauſulas neceſſarias appoſuit.

§.5. Præſentes vero Literas, omniaque, & ſingula in eis contenta, etiam ex eo quod dictus Henricus, aut alii quicumque intereſſe in præmiſſis, ſeu eorum aliquo habentes, ſeu habere quomodolibet prætendentes eis nullatenus conſenſerint, nec ad ea vocati, & auditi, minuſque cauſæ, propter quas eædem præſentes emanarint, adductæ, verificatæ, ſeu alias juſtificatæ fuerint, nullo umquam tempore de ſubreptionis, obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, ſeu alio quoquam defectu, etiam quantumvis magno inexcogitato, & ſubſtantiali, ſive & ex eo, quod dictus Henricus officium Præfecti computorum hujuſmodi ſibi ad ejus vitam ex cauſa, & titulo mere oneroſis conceſſum obtineret, & in ejuſdem officii Præfecti hujuſmodi ſuppreſſione, & extinctione, conceſſioniſque, & aſſignationis eidem Henrico de dicto officio factarum, ut præfertur, revocatione, caſſatione, annullatione, irritatione, aliiſque præmiſſis, ſolemnitates, & quævis alia ſervanda, & adimplenda ſervata, & adimpleta non fuerint, aut ex quovis

vis alio capite, a jure, vel ſacto, aut ſtatuto, vel conſuetudine aliqoa reſultante, ſeu etiam enormis, enormiſſimæ, & totalis læſionis, aut quocumque alio colore, etiam in corpore juris clauſo, ſeu occaſione, vel cauſa etiam quantumvis juſta, rationabili, & privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmiſſorum neceſſario exprimcnda foret, aut quod de voluntate noſtra hujuſmodi, & aliis ſuperius eapreſſis, ſeu relatis nihilominus ulibi appareret, ſeu aliter probari poſſet, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controverſiam revocari, aut ad terminos Juris reduci, vel adverſus illas reſtitutionis in integrum, aperitionia oris, reductionis ad viam, & terminos juris, aut aliud quodcumque Juria, facti, gratiæ, vel juſtitiæ remedinm impetrari, ſeu etiam Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibua concedi, aut ſic impetrato, vel conceſſo, quempiam uti, ſeu ſe juvare io judicio, vel eatra poſſe, neque ipſas præſeotes ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, aut aliis contrariis diſpoſitiouibus pro tempore quomodolibet faciendis compræhendi, ſed ſemper ab illia exceptas, perpetuoque validas, firmas, & efficaces eaiſtere, & fore, ſuoſque pleoarios, & integros effectua ſortiri, & obtioere, ac per noſtrum, & Romaui Pontificis pro tempore exiſtentis Datarium, alioſque omnes, & ſiugulos, ad quos ſpectat, & quomodolibet ſpectabit io futurum, inviolabiliter obſervari; Sicque, & non aliter in præmiſſia omnibus, & ſiugulis per qooſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, ac Camerarium, & Theſaurarium, uecnon Præſidentes, & Clericos Cameræ noſtræ Apoſtolicæ, in quavis cauſa, & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter cootigerit attentari, apoſtolica auctoritate, tenore earumdem prælentium, decernimus, & declaramus.

Obſtantia tollit.

§. 5. Non obſtantibus ſingolia Prædeceſſorum prædictorum literis, aliiſque præmiſſis, ac regula noſtra de jure quæſito non tollendo, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Cameræ, & Datariæ prædictarum, ac Almæ Urbis noſtræ, etiam Jurameutu, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibua, uſibus, regulis, ſtylis, reformationibus, & innovationibus, privilegiis qnoque, indultis, & literis apoſtolicis ſub quibuſvis tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitodine ſimilibus, ac aliàs in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & ſæpiua innovatis, etiamſi in eis, ſeu eorum aliquibus, & præſertim Sixti, & Pauli Prædeceſſorum prædictorum literis ſpecifice, ſeu per clauſulas generales idem importaotes, aut ſub aliqua regularum, decretorum, vel verborum generalitate caveatur, concedatur, & indulgeatur eapreſſe, quod idem Henricua ab officio hujuſmodi, ſeu illius eaercitio quavis ratione, vel cauſa, qooad viaerit, amoveri non poſſit, & aliàs qnomodolibet diſponentibus. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generalea idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita, obſervata, inſerti forent; præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuria, hac vice dumtaxat, motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus derogamus, ac derogatom eſſe volumus, & decernimus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Petrum ſob Annulo Piſcatoris, die 28. Martii 1627. Pontificatus noſtri Anno IV.

Dat. die 28. Martii 1627. An. IV.

CCXIX.

Literæ, quæ in die Cœnæ Domini ſingulis annis ſolent publicari.

De materiis in hujuſmodi Bulla contentis, pleniſſime habes ad conſt. LI. Pauli V. Paſtoralis *Tom. V. Par. III. fol. 393. Contra Hæreticos in locis Italiæ, & Inſularum adjacentium quovis prætextu commorantes, earumque fautores, Conſtitutionem edidit Gregor. XV. Conſt. LXIV.* Romani *Tom. V. Par. V. fol. 38. Qui etiam licentias omnes quibuſcumque perſonis, & à quibuſvis, etiam Romanis Pontificibus conceſſas legendi, & habendi libros quomodolibet prohibitos revocavit in Conſt. XCII.* Apoſtolatus. *Et demum libros alio deferri, vel tranſmitti imprimendos ſine Cardinalis Vicarii, atque Magiſtri Sacri Palatii in Urbe, & extra eam ſine Ordinarii, & Inquiſitoris loci, vel ab eis Deputatorum licentia prohibuit hic idem Pontifex in Conſt.* Sanctiſſimus.

URBANUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

De onere Romanorum Pōtificum ſuo-

PAſtoralis Romani Pontificis vigilantia, & ſolicitudo, in omni chriſtianæ reipublicæ pace, & tranqoillitate procuranda pro ſui

...um Prædeceſſorum, & caſus hic enixè iſte Pontifex:

ſui muncris officio aſſidue verſatur, tum potiſſimum in catholicæ fidei, ſine qua impoſſibilc eſt placere Deo, nnitate, atque integritate retinenda, maaime clucet. Nimirum, ut fideles Chriſti non ſint parvuli fluctuantes, neque circumſerantnr omni vento doctrinæ in nequitia hominum, ad circumventionem crroris, ſed omnes occurrant in unitatem fidei, & agnitionis Filii Dei in virum perfectum, neque ſe in hujus vitæ ſocietate, & communionc lædant, aut inter ſe alter alteri offenſionem præbeat: ſed potius in vinculo charitatia conjuncti, tanquam unius corporis membra ſub Chriſto capite, cjuſque in terris Vicario Romano Pontifice Beatiſſimi Petri Succeſſore, a quo totius Eccleſiæ nuitas dimanat, augeantnr in ædificationem, atque ita divina gratia adjutrice, ſic præſentis vitæ quiete gaudeant, ut futura quoque beatitudine perfruantur. Ob quas ſane cauſas Rom. Pont. Prædeceſſores Noſtri hodierna die, quæ anniverſaria Dominicæ Cœnę commemoratio ſolemnis eſt, ſpiritualem eccleſiaſticæ diſciplinæ gladium, & ſalutaria juſtitiæ arma per miniſterium ſummi Apoſtolatus ad Dei gloriam, & animarum ſalutem ſolemniter eaercere conſueverunt. Nos igitur, quibus nihil optabilius eſt, quam fidei inviolatam integritatem, publicam pacem, & juſtitiam, Deo auctore, tueri, vetuſtum, & ſolemnem hunc morem ſequentes;

Excommunicat omnes hæreticos quocumque nomine cenſeantur, eorumque fautores, &c. & illorum libros legentes tenentes, aut imprimentes, Schiſmaticos, &c.

§.1. Excommunicamus, & anathematizamns ex parte Dei Omnipotentis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, auctoritate quoque Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, ac noſtra quoſcumque Huſſitas, Vvichlephiſtas, Lutberanos, Zuinglianos, Calviniſtas, Ugonottos, Anabaptiſtas, Trinitarios, & á chriſtiana fide Apoſtatas, ac omnes, & ſingulos alios Hæreticos quocumque nomine cenſeantur, & cujuſcumque ſectæ exiſtant, ac eis credentes, eorumque receptatores, fautores, & generaliter quoslibet illorum defenſores, ac eorumdem libros hæreſim continentes, vel de Religione tractantes, ſine auctoritate noſtra, & Sedis Apoſt. ſcienter legentes, aut retinentes, imprimentes, ſeu quomodolibet defendentes ea quavia cauſa publice, vel occulte, quovis ingenio, vel colore, necnon Schiſmaticos, & eos qui ſe a noſtra & Rom. Pont. pro tempore eaiſtentis obedientia pertinaciter ſubtrahunt, vel recedunt.

Appellantes a Pontificum mandato, ad futurum Concilium.

§.2. Item eacommunicamns, & anathematizamus omnes, & ſingulos, cujuſcumque ſtatus, gradus, ſeu conditionis fuerint: Univerſitatea verò, Collegia, & Capitula quocumque nomine nuncupentur, interdicimus, ab ordinationibus, ſeu mandatis noſtris, ac Romanorum Pontificum pro tempore eſiſtentium ad univerſale futurum Concilium appellantes: necnon eos, quorum auxilio, conſilio, vel ſavore appellatum fuerit.

Piratas, & latrunculos maritimos; eorumque receptatores, &c.

3.§. Item eacommunicamus, & anathematizamus omnes piratas, Curſarios, ac Latrunculos maritimos, diſcurrentes Mare noſtrum, præcipue à Monte Argentario uſque ad Terracinam, ac omnes eorum fautores, receptatores, & defenſores.

Surripientes Chriſtianorũ bona naufragium paſſa, projecta, vel in litore inventa.

§.4. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & ſingulos, qui Chriſtianorum quorumcumque navibus tempeſtate, ſeu in tranſverſum (ut dici ſolet) jactatis, vel quoquomodo naufragium paſſis, ſive in ipſis navibus, ſive ea eiſdem ejecta in mari, vel in litore inventa, cujuſcumque generis bona, tam in noſtria Tyrrhæni, & Adriatici, quam in cæteris cujuſque maria Regionibus, & litoribus ſurripuerint; ita ut nec ob quodcumque privilegium, conſuetudinem, aut longiſſimi etiam immemorabilis temporis poſſeſſionem, ſeu aliam quemcumque prætextum eacuſari poſſit.

Gabellas, ſeu nova pedagia imponentes, vel augentes.

§.5. Item eacommunicamua, & anathematizamus omnes, qui in Terris ſuis nova Pedagia, ſeu Gabellas, prætcrquam in caſibus ſibi a jure, ſeu ea ſpeciali Sedis Apoſt. licentia permiſſis, imponunt, vel augent, ſeu imponi, vel augeri probibita esigunt.

Falſarios literarum Apoſtolicarum, ac ſupplicationũ ab habente auctoritatem ſignatarum.

§.6. Item eacommunicamus, & anathematizamus omnes ſalſarios Literarum Apoſtolicarum, etiam in forma Brevis, ac Supplicationum gratiam, vel juſtitiam concernentium, per Romanum Pontificem, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vice Cancellarios, ſeu gerentes vices eorum, aut de mandato ejuſdem Rom. Pont. ſignatarum, necnon falſo fabricantes Literas Apoſtolicas etiam in forma Brevis, & etiam ſalſo ſignantes Supplicationes hujuſmodi ſub nomine Rom. Pont., ſeu Vice Cancellarii, aut gerentium vicea prædictorum.

Tranſmittentes, vel deferentes arma, vel alia apta bellico uſui, ad Turcas, ad aliosChriſtianorum inimicos, ac eos, qui de rebus Chriſtianæ Reipublicæ ſtatum concernentibus ipſos certiores faciũt.

§.7. Item escommunicamus, & anathemathizamus omnes illos, qui ad Saracenos, Turcas, & alios Chriſtiani nominis hoſtea, & inimicos, vel Hæreticos per noſtras, ſive hujus ſanctæ Sedis ſententiaa espreſſe, & nominatim declaratos deferunt, ſeu tranſmittunt equos, arma, ferrum, filum ferri, ſtaneum, chalybem, omniaque alia metallorum genera, atque bellica inſtrumenta, lignamina, canabem, funes, tam ex ipſo canabe, quam alia quacumque materia, & ipſam materiam, aliaque hujuſmodi, quibus Chriſtianos, & Catholicos impugnant, necnon illos, qui per ſe, vel alios de rebus ſtatum Chriſtianæ Reipublicæ concernentibua in Chriſtianorum perniciem, & damnum ipſos Turcas, & Chriſtianæ Religionis inimicos, necnon hæreticos, in damnum Catholicæ Religionis, certiores faciunt, illiſque ad id auailium, conſilium, vel favorem quomodolibet præſtant. Non obſtantibus quibuſcumque privilegiis quibuſvis perſonis, Principibus, Rebuſpublicis per Nos, & Sedem prædictam hactenus conceſſis, de hujuſmodi prohibitione eapreſſam mentionem non facientibus.

Perturbantes, aut invadentes eos, qui victualia, & ſimilia neceſſaria Romam adducunt.

§.8. Item eacommunicamus, & anathematizamus omnes impedientes, ſeu invadentes eos, qui victualia, ſeu alia ad uſum Rom. Curiæ neceſſaria adducunt, ac etiam eos, qui, ne ad Romanam Curiam adducantur, vel afferantur, prohibent, impediunt, ſeu perturbant, ſeu hæc facientes

the-

deſendunt per ſe, vel alios, cujoſcumque fuerint ordinis, præeminentiæ, conditionis, & ſtatus, etiamſi Pontificali, ſeu Regali, aut alia quavis eccleſiaſtica, vel mundana præfulgeant dignitate.

Lædentes eos qui veniunt ad Sedem Apoſtolicam, vel ab ea recedunt, & judices ſine juriſdictione vexantes in Curia commorantes.

§.9. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad Sedem Apoſtolicam venientes, & recedentes ab eadem, ſua vel aliorum opera interficiunt, mutilant, ſpoliant, capiunt, detinent, necnon illos omnes, qui juriſdictionem ordinariam, vel delegatam à Nobis, vel noſtris Judicibus non habentes, illam ſibi temere vendicantes, ſimilia contra morantes in eadem Curia audent perpetrare.

Romipetas, & Peregrinos etiam in Urbe morantes, vel ab ea recedentes lædentes.

§.10. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, detinentes, capientes, ſeu deprædantes Romipetas, ſeu Peregrinos ad Urbem cauſa devotionis, ſeu peregrinationis accedentes, & in ea morantes, vel ab ipſa recedentes, & in his dantes auxilium, conſilium, vel ſavorem.

Offendentes S.R.E. Card. & alios Prælatos.

§.11. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, percutientes, capientes, carcerantes, detinentes, vel hoſtiliter inſequentes Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Sediſque Apoſtolicæ Legatos, vel Nuntios, aut eos a ſuis Diœceſibus, Territoriis, Terris, ſeu Dominiis eiicientes: Necnon ea mandantes, vel rata habentes, ſeu præſtantes in eis auxilium, conſilium, vel ſavorem.

Offendentes ad Romanam Curiam venientes pro ſuis negotiis expediendis, negotiorumque geſtores.

§.12. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui per ſe, vel per alios, perſonas eccleſiaſticas quaſcumque, vel ſeculares ad Romanam Curiam ſuper eorum cauſis, & negotiis recurrentes, ac illa in eadem Curia proſequentes, aut procurantes, negotiorumque geſtores, advocatos, procuratores, & agentes, ſeu etiam Auditores, vel Judices ſuper dictis cauſis, vel negotiis deputatos, occaſione cauſarum, vel negotiorum hujuſmodi occidunt, ſeu quoquomodo percutiunt, bonis ſpoliant, ſeu qui per ſe, vel per alios directe, vel indirecte delicta hujuſmodi committere, exequi, vel procurare, aut in eiſdem auxilium, conſilium, vel favorem præſtare non verentur, cujuſcumque præeminentiæ, & dignitatis fuerint.

Appellantes à gravamine, ſeu futura executione literarum Apoſtolicarum, etiam in forma Brevis ad Cur. ſecular.

§.13. Item excommunicamus, & anatematizamus omnes tam eccleſiaſticos, quam ſeculares, cujuſcumque dignitatis, qui prætexentes frivolam quandam appellationem à gravamine, vel futura exequutione Literarum Apoſtolicarum etiam in forma Brevis, tam gratiam, quam juſtitiam concernentium: Necnon citationum, inhibitionum, ſequeſtrorum, monitoriorum, proceſſuum, exequutorialium, & aliorum decretorum a Nobis, & à Sede prædicta, ſeu Legatis, Nuntiis, Præſidentibus, Palatii noſtri, & Cameræ Apoſtolicæ Auditoribus, Commiſſariis, aliiſque Judicibus, & delegatis Apoſtolicis emanatorum, & quæ pro tempore emanaverint, aut alias ad Curias ſeculares, & laicam poteſtatem recurrunt, & ab ea, inſtante etiam Fiſci Procuratore, vel Advocato, appellationes hujuſmodi admitti, ac Literas, citationes, inhibitiones, ſequeſtra, monitoria, & alia prædicta, capi, & retineri faciunt, quive illa ſimpliciter, vel ſine eorum beneplacito, & conſenſu, vel examine exequutioni demandari, aut ne Tabelliones, & Notarii ſuper hujuſmodi Literarum, & proceſſuum exequutione, inſtrumenta, vel acta conficere, aut confecta parti, cujus intereſt, tradere debeant, impediunt, vel prohibent, ac etiam partes, ſeu eorum agentes, conſanguineos, affines, familiares, notarios, exequutores, & ſubexequutores Literarum, citationum, monitoriorum, & aliorum prædictorum capiunt, percutiunt, vulnerant, carcerant, detinent, ex Civitatibus, Locis, & Regnis eiiciunt, bonis ſpoliant, perterrefaciunt, concutiunt, comminantur per ſe, vel alium, ſeu alios, publice, vel occulte, quive aliàs quibuſcumque perſonis in genere, vel in ſpecie, ne pro quibuſvis eorum negotiis proſequendis, ſeu gratiis, vel Literis impetrandis ad Romanam Curiam accedant, aut recurſum habeant, ſeu gratias ipſas, vel Literas a dicta Sede impetrent, ſeu impetratis utantur, directe vel indirecte prohibere, ſtatuere, ſeu mandare, vel eas apud ſe, aut Notarios, ſeu Tabelliones, vel aliàs quomodolibet retinere præſumunt.

Impedientes executionem literarum Apoſtolicarum, vel aliarum expeditionũ, & alias cauſas a Judicibus Eccleſiaſticis avocantes, ſeu curſum earum impedientes, aut ſe in illis, ut Judices interponentes.

§.14. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & ſingulos, qui per ſe, vel alios, auctoritate propria, ac de facto, quarumcumque exemptionum, vel aliarum gratiarum, & Literarum Apoſtolicarum prætextu, beneficiales, & decimarum, ac alias cauſas ſpirituales, aut ſpiritualibus annexas, ab Auditoribus, & Commiſſariis noſtris, aliiſque Judicibus Eccleſiaſticis avocant, illorumve curſum, & audientiam, ac perſonas, capitula, conventus, collegia, cauſas ipſas proſequi volentes impediunt, ac ſe de illarum cognitione tanquam Judices interponunt; Quive partes actrices, quæ illas committi fecerunt, & faciunt, ad revocandum, & revocari faciendum citationes, vel inhibitiones, aut alias Literas in eis decretas, & ad faciendum, vel conſentiendum eos, contra quos tales inhibitiones emanarunt, à cenſuris, & pœnis in illis contentis abſolvi per ſtatutum, vel alias compellunt, vel exequutionem Literarum Apoſtolicarum, ſeu exequutorialium, proceſſuum, ac decretorum prædictorum quomodolibet impediunt, vel ſuum ad id favorem, conſilium, aut aſſenſum præſtant, etiam prætextu violentiæ prohibendæ, vel aliarum prætenſionum, ſeu etiam donec ipſi ad Nos informandos, ut dicunt, ſupplicaverint, aut ſupplicari fecerint, niſi ſupplicationes hujuſmodi coram Nobis, & Sede Apoſtolica legitime proſequantur, etiam ſi talia committentes fuerint Præſidentes Cancellariarum, Conſiliorum, Parlamentorum, Cancellarii, Vice-Cancellarii, Conſiliarii, ordinarii, vel extraordinarii quorumcumque Principum ſecularium; etiamſi Imperiali

riali, Regali, Ducali, vel alia quaecumque præfulgeant dignitate, aut Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Commendatarii, ſeu Vicarii fueriot.

Judices ſeculares trahentes perſonas Eccleſiaſticas ad ſua tribunalia, vel alios eccleſiaſticam libertatē quomodolibet lædentes, aut deprimentes.

§.15. Quive ex eorum prætenſo officio, vel ad inſtantiam partis, aut aliorum quorumcumque perſonas eccleſiaſticas, capitula, conventus, collegia Eccleſiarum quarumeumque coram ſe ad ſuum Tribunal, Audientiam, Cancellariam, Conſilium, vel Parlamentum præter Juris Canonici diſpoſitionem trahunt, vel trahi faciunt, procurant, directe, vel indirecte, quovis quæſito colore: Necnon qui ſtatuta, ordinationes, conſtitutiones, pragmaticas, ſeu quævis alia decreta in genere, vel in ſpecie, ex quavis cauſa, & quovis quæſito colore, ac etiam prætextu cujuſvis conſuetudinis, aut privilegii, vel alias quomodolibet fecerint, & publicaverint, vel factis, & ordinatis uſi fuerint, unde libertas eccleſiaſtica tollitur, ſeu in aliquo læditur, vel deprimitur, aut alias quovis modo reſtringitur, ſeu noſtris, & dictæ Sedis, ac quarumcumque Eccleſiarum juribus quomodolibet directè, vel indirectè, tacitè, vel expreſſe præjudicatur.

Impedientes quoſcumque Prælatos, ne ſua juriſdictione utantur. Ac fori Eccleſiaſtici judicia eludentes ad Cur. ſecul. recurrentes contra illos exequi procurāt, nec non qui ea decernunt.

§.16. Necnon qui Archiepiſcopos, Epiſcopos, alioſque ſuperiores, & inferiores Prælatos, & omnes alios quoſcumque Judices eccleſiaſticos ordinarios quomodolibet hac de cauſa directe, vel indirecte, carcerando, vel moleſtando eorum agentes, procuratores, familiares, necnon conſanguineos, & affines, aut aliàs impediunt, quominus ſua juriſdictione eccleſiaſtica contra quoſcumque utantur, ſecundum quod Canones, & ſacræ Conſtitutiones Eccleſiaſticæ, & decreta Conciliorum generalium, & præſertim Tridentini ſtatuunt; ac etiam eos, qui poſt ipſorum Ordinariorum, vel etiam ab eis delegatorum quorumcumque ſententias, & decreta, aut aliàs fori eccleſiaſtici judicem eludentes, ad Cancellarias, & alias Curias ſeculares recurrunt, & ab illis prohibitiones, & mandata, etiam pœnalia, Ordinariis, & delegatis prædictis decerni, & contra illos exequi procurant; eos quoque, qui hæc decernunt, & exequuntur, ſeu dant auxilium, conſilium, patrocinium, & favorem in eiſdem.

Auxilium præſtantes u‑ſurpantibus Sedis Apoſtolicæ, vel Eccleſiarum juriſdictiones, ſeu fructus.

§.17. Quive juriſdictiones, ſeu fructus, redditus, & proventus ad Nos, & Sedem Apoſtolicam, & quaſcumque eccleſiaſticas perſonas ratione Eccleſiarum, Monaſteriorum, & aliorum beneficiorum eccleſiaſticorum pertinentes uſurpant, vel etiam quavis occaſione, vel cauſa, ſine Romani Pontificis, vel aliorum, ad id legitimam facultatem habentium expreſſa licentia ſequeſtrant.

Imponentes Decimas, vel alia onera perſonis Eccleſiaſticis, ac eorum Eccleſiarum, ſeu Monaſteriorū bonis.

§.18. Quive collectas, decimas, talleas, præſtantias, & alia onera Clericis præfatis, & aliis perſonis eccleſiaſticis, ac eorum, & Eccleſiarum, Monaſteriorum, & aliorum beneficiorum eccleſiaſticorum bonis, illorumque fructibus, redditibus, & proventibus hujuſmodi abſque ſimili Rom. Pont. ſpeciali, & expreſſa licentia, imponunt, & diverſis etiam exquiſitis modis exigunt, aut ſic impoſita, etiam a ſponte dantibus, & concedentibus, recipiunt. Necnon qui per ſe, vel alios directe, vel indirecte prædicta facere, exequi, vel procurare, aut in eiſdem auxilium, conſilium, vel favorem præſtare non verentur, cujoſcumque ſint præeminentiæ, dignitatis, ordinis, conditionis, aut ſtatus, etiamſi Imperiali, aut Regali præfulgeant dignitate, ſeu Principes, Duces, Comites, Barones, & alii Potentatus quicumque etiam Regnis, Provinciis, Civitatibus, & Terris quoquomodo Præſidentes, Conſiliarii, & Senatores, aut quavis etiam Pontificali dignitate inſigniti. Innovantes decreta ſuper his per ſacros Canones, tam in Lateranenſi noviſſime celebrato, quam Conciliis generalibus edita, etiam cum cenſuris, & pœnis in eis contentis.

Officiales ſeculares ſe interponentes in cauſis capitalibus contra Eccleſiaſticas perſonas.

§.19. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & quoſcumque Magiſtratus, & Judices, Notarius, Scribas, Executores, Subexecutores quomodolibet ſe interponentes in cauſis capitalibus, ſeu criminalibus contra perſonas eccleſiaſticas, illas proceſſando, banniendo, capiendo, ſeu ſententias contra illas proferendo, ſine ſpeciali, ſpecifica, & expreſſa hujus ſanctæ Sedis Apoſt. licentia, quique hujuſmodi licentiam ad perſonas, & caſus non expreſſos extendunt, vel aliàs illa perperam abutuntur, etiamſi talia committentes fuerint Conſiliarii, Senatores, Præſidentes, Cancellarii, Vicecancellarii, aut quovis alio nomine nuncupati.

Occupantes, & invadentes S. R. Terras, & alias juriſdictionem ſupremam uſurpantes.

§.20. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui per ſe, ſeu alios directe, vel indirecte ſub quocumque titulo, vel colore invadere, deſtruere, occupare, ac detinere præſumpſerint, in totum, vel in partem, Almam Urbem, Regnum Siciliæ, Inſulas Sardiniæ, & Corſicæ, Terras citra Pharum, Patrimonium Beati Petri in Tuſcia, Ducatum Spoletan., Comitatum Venayſinum, Sabinen., Marchiæ Anconitanæ, Maſſæ Trebariæ, Romandiolæ, Campaniæ, & Maritimas Provincias, illarumque Terras, & loca, ac Terras ſpecialis commiſſionis Arnulphorum, Civitateſque noſtras Bononiam, Cæſenam, Ariminum, Beneventum, Peruſium, Avenionem, Civitatem Caſtelli, Tudertum, Ferrariam, Comaclum, & alias Civitates, Terras, & loca, vel jura ad ipſam Romanam Eccleſiam pertinentia, dictæque Romanæ Eccleſiæ mediate, vel immediate ſubjecta, necnon ſupremam juriſdictionem in illis Nobis, & eidem Romanæ Eccleſiæ competentem de facto uſurpare, perturbare, retinere, & vexare variis modis præſumunt, necnon adhærentes, fautores, & defenſores eorum, ſeu illis auxilium, conſilium, vel favorem quomodolibet præſtantes.

Hæc Conſtitutio quotannis legitur.

§.21. Volentes præſentes noſtros proceſſus, ac omnia, & quæcumque his literis contenta, quouſque alii hujuſmodi proceſſus a Nobis, aut Romano Pontifice pro tempore exiſtente fiant, aut publicentur, dura-

durare, ſuoſque effectus omnino ſortiri.

Abſolutio ab hujuſmodi caſibus præter mortis articulum Papæ reſervatur.

§.22. Cæterum a prædictis ſententiis nullus per alium, quam per Romanum Pontificem, niſi in mortis articulo conſtitutus, nec etiam tunc, niſi de ſtando Eccleſiæ mandatis, & ſatisfaciendo cautione præſtita, abſolvi poſſit, etiam prætextu quorumvis facultatum, & indultorum quibuſcumque eccleſiaſticis, ſecularibus, & quorumvis Ordinum, etiam Mendicantium, ac Militiarum regularibus, etiam Epiſcopali, vel alia majori dignitate præditis, ipſiſque Ordinibus, & eorum Monaſteriis, Conventibus, & Domibus, ac Capitulis, Collegiis, Confraternitatibus, Congregationibus, Hoſpitalibus, & Lociis piis, necnon Laicis, etiam Imperiali, Regali, & alia mundana excellentia fulgentibus, per Nos, & dictam Sedem, ac cujuſvis Concilii decreta, verbo, literis, aut alia quacumque ſcriptura in genere, & in ſpecie conceſſorum, & innovatorum, ac concedendorum, & innovandorum.

Alios abſolvere præſumentium pœnæ ſtatuetur.

§.23. Quod ſi forte aliqui contra tenorem præſentium talibus excommunicatione, & anathemate laqueatis, vel eorum alicui abſolutionis beneficium impendere de facto præſumpſerint, eos excommunicationis ſententia innodamus, gravius contra eos ſpiritualiter, & temporaliter, prout expedire noverimus, proceſſuri.

Papæ abſolutionem non comprehendit eos, qui præmiſſis deſiſtere non promiſerint.

§.24. Declarantes, ac proteſtantes, quamcumque abſolutionem, etiam ſolemniter per Nos faciendam, prædictos excommunicatos ſub præſentibus comprehenſos, niſi prius a præmiſſis, cum vero propoſito ulterius ſimilia non committendi, deſtiterint; Ac quoad eos, qui contra eccleſiaſticam libertatem, ut præmittitur, ſtatuta fecerint, niſi prius ſtatuta, ordinationes, conſtitutiones, pragmaticas, & decreta hujuſmodi publice revocaverint, & ex Archiviis, ſeu capitularibus locis, aut libris, in quibus adnotata reperiuntur, deleri, & caſſari, ac Nos de revocatione hujuſmodi certiores fecerint, eos non comprehendere, nec eis aliter ſuffragari, quin etiam per hujuſmodi abſolutionem, aut quoſcumque alios actus contrarios, tacitos, vel expreſſos, ac etiam per patientiam, & tolerantiam noſtram, vel Succeſſorum noſtrorum quantocumque tempore continuatam, in præmiſſis omnibus, & ſingulis, ac quibuſcumque juribus Sedis Apoſtolicæ, ac ſanctæ Romanæ Eccleſiæ undecumque, & quandocumque quæſitis, vel quærendis, nullatenus præjudicari poſſe, aut debere.

Contrariis quibuſcumque derogat.

§.25. Non obſtantibus privilegiis, indulgentiis, indultis, & Literis Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus ſupradictis, vel eorum alicui, ſeu aliquibus aliis cujuſcumque ordinis, ſtatus, vel conditionis, dignitatis, & præeminentiæ fuerint, etiamſi, ut præmittitur, Pontificali, Imperiali, Regali, ſeu quavis eccleſiaſtica, & mundana præfulgeant dignitate; vel eorum Regnis, Provinciis, Civitatibus, ſeu locis a prædicta Sede, ex quavis cauſa, etiam per viam contractus, aut remunerationis, & ſub quavis alia forma, & tenore, ac cum quibuſvis clauſulis, etiam derogatoriarum derogatoriis conceſſis, etiam continentibus, quod excommunicari, anathematizari, vel interdici non poſſint per Literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de privilegiis, indulgentiis, & indultis hujuſmodi, ac de ordinibus, locis nominibus propriis, cognominibus, & dignitatibus eorum mentionem, necnon conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, ac præſcriptionibus quantumcumque longiſſimis, & aliis quibuſlibet obſervantiis, ſcriptis, vel non ſcriptis, per quæ contrá hos noſtros proceſſus, ac ſententias, quominus includantur in eis, ſe juvare valeant, vel tueri.

Quæ omnia, quoad hoc, eorum omnium tenores, ac ſi ad verbum, nihil penitus omiſſo, inſererentur, præſentibus pro expreſſis habentes, penitus tollimus, & omnino revocamus: cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Publicationis in Urbe effectus.

§.26. Ut vero præſentes noſtri proceſſus ad publicam omnium notitiam faciliùs deducantur, chartas, ſeu membranas proceſſus ipſos continentes, valvis Eccleſiæ Sancti Joannis Lateranen. & Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe appendi faciemus, ut ii, quos proceſſus hujuſmodi concernunt, quod ad ipſos non pervenerint, aut quod ipſos ignoraverint, nullam poſſint excuſationem prætendere, aut ignorantiam allegare, cum non ſit veriſimile, id remanere incognitum, quod tam patenter omnibus publicatur.

Præceptum etiam alibi publicandi hanc Conſtitutionem.

§.27. Inſuper, ut proceſſus ipſi, & præſentes literæ, ac omnia, & ſingula in eis contenta, eo ſiant notiora, quo in pleriſque Civitatibus, & locis fuerint publicata, univerſis, & ſingulis Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & locorum Ordinariis, & Prælatis ubilibet conſtitutis, per hæc ſcripta committimus, & in virtute ſanctæ obedientiæ diſtricte præcipiendo mandamus, ut per ſe, vel per alium, ſeu alios præſentes literas, poſtquam eas receperint, ſeu earum habuerint notitiam, ſemel in anno, aut ſi expedire viderint, etiam pluries in Eccleſiis ſuis, dum in eis major populi multitudo ad divina convenerit, ſolemniter publicent, & ad Chriſtifidelium mentes reducant, nuntient, & declarent.

Audientes Confeſſiones habeant apud ſe has literas.

§.28. Cæterum Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, aliique locorum Ordinarii, & Eccleſiarum Prælati, necnon Rectores, cæterique curam animarum exercentes, ac Præsbyteri ſeculares, & quorumvis Ordinum regulares, ad audiendas peccatorum confeſſiones quavis auctoritate deputati, tranſumptum præſentium literarum penes ſe habeant, eaſque diligenter legere, & percipere ſtudeant.

Tranſumptorum fides.

§.29. Volentes, earumdem præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, Notarii publici manu ſubſcriptis, & ſigillo Judicis ordinarii Romanæ Curiæ, vel alterius perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eamdem prorſus fidem in judicio, & extra

Digitized by Google

eſtra illud, ubique locorum adhibenda m. fore, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi eſſent eshibitæ, vel oſtenſæ.

Decretum pœnale. §.30. Nulli ergo omoino hominum liceat, hanc paginam noſtræ excommunicationis, anathematizationis, interdicti, innovationis, innodationis, declarationis, proteſtationis, ſublationia, revocationis, commiſſionis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Dat. die 1. Aprilis 1627. An.IV. Datum Romæ apud S. Petrum. Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo vigeſimoſeptimo, Kal. Aprilis, Pontificatus noſtri Anno IV.

CCXX.

Ex Regeſt. in Secret. Brev. Confirmatio Decreti Congregationis Concilii, quo declaratur, Regulares exercentes curam Animarum in Diœceſi Manilenſi ſubeſſe Juriſdictioni Archiepiſcopi in his, quæ ad dictam curam pertinent.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Refertur Cõgreg. Concilii Decretum. §.1. EXponi Nobis nuper fecit Ven. frater modernus Archiepiſcopus Manilen. in Indiis Philippinis, quod aliàs a Ven fratribus S. R. E. Cardinalibus ſacri Concilii Tridentini Interpretibus emanavit Decretum tenoris ſubſequentis, videlicet: Poſito Motu proprio Pii V. conceſſo ad favorem Regularium in partibus Indiarum eſiſtentium, quod incipit: Exponi Nobis &c. ſub datum Romæ 24. Martii 1567. Archiepiſcopus Manilen. in Indiis Philippinis ſupplicat Sacræ Congregationi, quod dignetur declarare: An illius vigore Regulares hujuſmodi ſint exempti a juriſdictione, viſitatione, & correctione Ordinarii, in cujus Diœceſi ſunt, in iis, quæ ad curam animarum, & Sacramentorum adminiſtrationem pertinent, nec ne? Die 6. Februarii 1627. Sacra Congregatio Illuſtriſſimorum Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, citatis Regularibus, cenſuit Regulares exercentes curam animarum ſubeſſe juriſdictioni, viſitationi, & correctioni Archiepiſcopi in his tamen, quæ ad dictam curam pertinent, non obſtante Breve ſa: mem: Pii V. Coſmus Card. de Torres. Franciſcus Paulutius Secretarius. Loco ✠ Sigilli.

Archiepiſcopus Manilæ illud petit confirmari. §.2. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, dictus Archiepiſcopus plurimum cupiat, Decretum hujuſmodi pro firmiori illius ſubſiſtentia, ac inviolabili obſervatione apoſtolicæ noſtræ confirmationis robore communiri.

Confirmat Urbanus. §.3. Nos ejus votis hujuſmodi annuere, illumque ſpecialibus ſavoribus, & gratiis

proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harũ ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationib. ejus nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinſertum hujuſmodi, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, perpetuo approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes, & ſingulos tam juris, quam facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus.

Clauſulæ. §.4. Decernentes, Decretum hujuſmodi, necnon præſentes literas, valida, firma, & efficacia eſſe, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus, ad quos ſpectat, & pro tempore quomodolibet ſpectabit, firmiter, & inviolabiliter obſervari; Sicque, & non aliter per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, & declaramus.

Demandatur Archiepiſcopo executio. §.5. Quocirca eidem moderno, & pro tempore exiſtenti Archiepiſcopo Manilen. hujuſmodi per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſe per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta hujuſmodi, ubi, & quando opus fuerit, ſolemniter publicans, illas ab omnibus, ad quos ſpectat, & in futurum quomodolibet ſpectabit, inviolabiliter obſervari faciat. Contradictores quoslibet, ac in præmiſſis non parentes per cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis.

Obſtantium derogatio. §.6. Non obſtantibus prædicta Pii Prædeceſſoris, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quibuſvis etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis perſonis regularibus prædictis, illarumque Ordinibus ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi de illis ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio habenda eſſet, illorum omnium, & ſingulorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & ex-

Digitized by Google

preſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 7. Aprilis 1627. An. IV.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 7. Aprilis 1627. Pontificatus Noſtri Anno IV.

CCXXI.

Declaratio, quod Beata Maria Magdalena de Pazzis Florentina, dum vixit, Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo Monialis extitit. Ac extenſio Indulti recitandi Officium, & celebrandi Miſſam de ea ad omnes Eccleſias ejuſdem Ordinis.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

IN ſupremo Apoſtolatus ſolio, meritis licet inſufficientibus, divina diſpenſatione conſtituti, ad ea, per quæ ſervorum, & ancillarum Chriſti honor, & veneratio in terris promoveatur, juxta creditum Nobis deſuper apoſtolicæ ſervitutis officium libenter intendimus, votiſque Chriſti fidelium honorem, & venerationem hujuſmodi reſpicientibus libenter annuimus, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Alias iſte Pontifex beatificavit Mariam Magdalenam de Pazzis, & Miſſam, ac Officium de ea celebrari poſſe indulſit in omnibus Eccleſiis Civit. Florent. & Romæ in Eccleſia ipſius Nationis.

§.1. Alias ſiquidem pro parte dilecti filii nobilis Adoleſcentis Ferdinandi Hetruriæ ſibi ſubjectæ Magni Ducis, ac dilectarum in Chriſto filiarum nobilium Mulierum Mariæ Magdalenæ Archiduciſſæ Auſtriæ, & Chriſtiernæ à Lotharingia Hetruriæ ſibi ſubjectæ Magnarum Duciſſarum viduarum, necnon Prioriſſæ, & Monialium Monaſterii S. Mariæ Angelorum nuncupat. in Burgo S. Fridiani Civitatis Florentin. Nobis expoſito, quod bonæ memoriæ Ancilla Dei Maria Magdalena de Pazzis Florentin. Monialis multis, & eximiis virtutum, & gratiarum, ac miraculorum donis a Domino illuſtrata fuerat; Nobiſque propterea pro parte eorumdem Ferdinandi Magni Ducis, & Mariæ Magdalenæ Archiduciſſæ, necnon Chriſtiernæ Magnarum Duciſſarum viduarum, ac Prioriſſæ, & Monialium humiliter ſupplicato, ut donec Canonizationis honor dictæ Ancillæ Dei Mariæ Magdalenæ ob ejus excellentia merita, divina aſpirante gratia, ab Apoſtolica Sede decernatur, eadem Ancilla Dei Maria Magdalena Beata nuncupari, atque Officium, & Miſſa de ea, ut infra, recitari, & celebrari poſſet. Nos re prius per Vener. Fratres Noſtros Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales ſacris Ritibus præpoſitos, quibus eam examinandam mandaveramus, maturè diſcuſſa, de eorumdem Cardinalium conſilio, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, ut ipſa Ancilla Dei Maria Magdalena Beata nuncupari, Officiumque, & Miſſa de ea tanquam de Communi Virginis non Martyris, juxta rubricas Miſſalis, & Breviarii Romani, in omnibus, & ſingulis Civitatis Florentin. Eccleſiis, & hic Romæ pro tunc præſente anno dumtaxat, in Eccleſia S. Joannis Baptiſtæ nationis Florentinorum, in qua Beatificationis hujuſmodi ſolemnitas celebranda erat, in ejuſdem Ancillæ Dei Mariæ Magdalenæ obitus, ſeu alia ſubſequenti non impedita die à quibuſvis Clericis, & Presbyteris tam ſecularibus, quam regularibus recitari, & celebrari reſpective poſſent, & valerent, apoſtolica auctoritate conceſſimus, & indulſimus, & alias, prout in aliis noſtris deſuper in ſimili forma Brevis expeditis literis, quarum tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus, pleniùs continetur.

Nunc declarat d. Beatam dũ vixit Ord. B. Mariæ de Monte Carmelo Monialem fuiſſe.

§.2. Nunc autem ſupplicationibus dilectorum filiorum Generalis, aliorumque Superiorum, & Fratrum Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo Nobis humiliter porrectis inclinati, De eorundem Fratrum conſilio, dictam Beatam Mariam Magdalenam de Pazzis dicti Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo Monialem, dum ipſa vixit, fuiſſe, tenore præſentium declaramus.

Et indultum recitandi Officium ad omnes d. Ordinis extendit.

§.3. Quodque in omnibus Monaſteriis, locis, & Eccleſiis d. Ordinis in ipſius B. Mariæ Magdalenæ obitus, ſeu alia ſubſequenti non impedita die, ſingulis annis, ab omnibus utriuſque ſexus ejuſdem Ordinis Religioſis Officium, & Miſſa, & a confluentibus ad Eccleſias dicti Ordinis in Alma Urbe noſtra, & in Civitate Florentin. exiſtentes, Miſſa dumtaxat de eadem B. Maria Magdalena tamquam de Communi Virginis non Martyris, juxta ipſius Ordinis Breviarium, à Sede Apoſtolica approbatum, & rubricas Breviarii ac Miſſalis Romani in futurum recitari, & celebrari liberè pariter, & licitè reſpectivè poſſint, & valeant, auctoritate, & tenore prædictis concedimus, & indulgemus.

Contrariis derogat.

§.4. Non obſtantibus omnibus, & ſingulis, quæ in dictis literis voluimus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptis fidem mandat.

§.5. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 23. Aprilis 1627. An. IV.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris, die 23. Aprilis 1627. Pontificatus Noſtri Anno IV.

Sequitur extenſio indulti recitandi Officium, & celebrandi Miſſam de B. Maria Magdalena de Pazzis in omnibus Eccleſiis, tam in Diœceſ. Florentin. quam in univerſa ditione temporali Magni Ducis Hetruriæ.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Refert, ſe Ven. Mariam Magdalenam BB. Albo adnumeraſſe.

§.1. ALias pro parte dilecti filii nobilis adoleſcentis Ferdinandi Hetruriæ ſibi ſubjectæ magni Ducis, ac dilectarum in Chriſto filiarum nobilium mulierum Mariæ Magdalenæ Archiduciſſæ Auſtriæ, & Chriſtiernæ à Lotharingia Hetruriæ ſimiliter ſibi

ſubje-

ſubjectæ Magnarum Duciſſarum Viduarum, necnon Prioriſſæ, & Monialium Monaſterii Sanctæ Mariæ Angelorum nuncupati in Burgo Sancti Fridiani Civitatis Florentin. Nobis expoſito, quod bon. mem. Ancilla Dei Maria Magdalena de Pazzis Florentin. Monialis multis, & eximiis virtutum, & gratiarum, ac miraculorum donis à Domino illuſtrata fuerat, & propterea pro parte dictorum exponentium Nobis humiliter ſupplicato, ut donec Canonizationis honor dictæ Ancillæ Dei Mariæ Magdalenæ ob ejus excellentia merita ab Apoſtolica Sede decernatur, eadem Ancilla Dei Maria Magdalena Beata nuncupari, atque Officium, & Miſſa de ea recitari, & celebrari poſſet. Nos re prius per Venerabiles fratres noſtros Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales ſacris ritibus præpoſitos, quibus eam examinandam mandaveramus, maturè diſcuſſa, de eorumdem Cardinalium conſilio hujuſmodi ſupplicationibus tunc inclinati, ut ipſa Ancilla Dei Maria Magdalena Beata nuncupari, Officiumque, & Miſſa de ea ſub certis modo, & forma tunc expreſſis recitari, & celebrari reſpectivè poſſet, & valeret, apoſtolica auctoritate conceſſimus, & indulſimus.

Ac declaraſſe, eam Monialem fuiſſe Carmelitam; & in Ordinis Eccleſiis Miſſam de ea celebrari poſſe.

§.2. Subinde vero ſupplicationibus dilectorum filiorum Generalis, aliorumque Superiorum, & Fratrum Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo Nobis humiliter porrectis pariter inclinati, de eorundem Cardinalium conſilio, dictam Beatam Mariam Magdalenam de Pazzis dicti Ordinis Monialē, dum visit. fuiſſe declaravimus, quodque in omnibus Monaſteriis, locis & Eccleſiis dicti Ordinis in ipſius Beatæ Mariæ Magdalenæ obitus, ſeu alia ſubſequenti non impedita die ſingulis annis ab omnibus utriuſque ſexus ejuſdem Ordinis Religioſis Officium, & Miſſa, & à confluentibus ad Eccleſias dicti Ordinis in Alma Urbe noſtra, & in Civitate Florentina exiſtentes Miſſa dumtaxat de eadem Beata Maria Magdalena, tanquam de Communi Virginis non Martyris juxta ipſius Ordinis Breviarium à Sede Apoſtolica approbatum, ac rubricas Breviarii, & Miſſalis Romani in futurum recitari pariter, & celebrari poſſet, ſimiliter conceſſimus, & indulſimus, prout in diverſis noſtris in ſimili forma Brevis expeditis literis, quarum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis haberi volumus, plenius continetur.

Nunc extendat prædictas Conſtit. prout in Rubr.

§.3. Nunc autem Ferdinandi Magni Ducis, ac Prioriſſæ, & Monialium prædictorum ſupplicationibus Nobis denuo humiliter porrectis inclinati, de eorundem Cardinalium conſilio: Quod in omnibus, & quibuſcumque Eccleſiis, tam in Diœceſi Florentina, quam in univerſa ditione temporali præfati Ferdinandi Magni Ducis exiſtentibus in ipſius Beatæ Mariæ Magdalenæ obitus, ſeu alia ſubſequenti non impedita die, ſingulis annis, & Officium, & Miſſa de eadem Beata Maria Magdalena, tanquam de Communi Virginis non Martyris, ut præfertur, recitari, & celebrari libere ſimiliter, & licitè poſſit, & valeat, dicta auctoritate tenore præſentium concedimus pariter, & indulgemus.

Contrariis derogat.

§.4. Non obſtantibus omnibus illis, quæ in dictis literis voluimus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptis credi mandat.

§.5. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ alicujus in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ ipſis præſentibus literis originalibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 18. Januarii 1628 An. V.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris, die 18. Januarii 1628. Pontificatus noſtri Anno V.

CCXXII.

Extinctio aſſertæ cujuſdam Congregationis Sancti Pauli primi Eremitæ in Regno Galliæ.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

ROmanus Pontifex, quem Salvator, & Dominus noſter omnium Eccleſiæ ſuæ Ordinum Patrem, & Paſtorem conſtituit, ut juxta propheticum verbum noxia evellat, & deſtruat, utiliaque, & ſalubria plantet, & ædificet, in his ſolicitudinis, & providentiæ ſuæ partes interponit, per quæ Sacrarum Religionum tanquam fructuoſarum plantarum in irriguo militantis Eccleſiæ agro a Sanctis Viris conſtitutarum puritas, & candor vigeat, & conſervetur, & ſi quas unquam adulterinas plantationes pullulare cognoſcit, eas vigilantiæ ſuæ ſtudio radicitus extirpat, prout conſpicit in Domino ſalubriter expedire.

Congregatio hæc erecta fuerat nullo Sedis Apoſtolicæ beneplacito.

§.1. Cum itaque, ſicut Nobis innotuit, in Regno Galliæ ab aliquot annis nulla Sedis Apoſtolicæ auctoritate, quin potius damnabili temeritate introducta fuerit quædam Congregatio ſub titulo S. Pauli primi Eremitæ, in eaque perplures tanquam in Religione approbata tria vota ſubſtantialia emiſerint, caputiumque detulerint, & nunc quoque deferant, ad inſtar fratrum Diſcalceatorum nuncupatorum Ordinis S. Auguſtini; Cumque nonnulli ea eadem Congregatione cognita nullitate fundationis, ac fraude, quam idemmet fundator paucis ante obitum diebus, conſcientiæ ſtimulis adactus, ut Nobis etiam innotuit, confeſſus eſt, ſe temere commentum fuiſſe, a Sede prædicta poſtulaverint declarari, ſe non eſſe Congregationi hujuſmodi alligatos, & poſſe libere ad ſeculum redire.

Eam ſupprimit Pontifex.

§.2. Nos dignum exiſtimantes, ut adulterinas hujuſmodi plantationes, quas non Pater Cœleſtis, ſed humanæ temeritatis audacia plantat, apoſtolici culminis cenſura divellat, nec patiatur in agro dominico illegitimæ Congregationis vepres excreſcere, cui proprium eſt, virtutes ſerere, ac vitia radici-

dicitus extirpare: Idcirco de Ven: fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium negotiis Regularium præpoſiturum conſilio, ſectam, ſtatum, & Congregationem hujuſmodi nullius firmitatis unquam fuiſſe, aut eſſe apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, decernimus, & declaramus, & quatenus de facto proceſſit, eiſdem auctoritate, & tenore penitus, & omnino revocamus, caſſamus, & annullamus, perpetuæque prohibitioni ſubiicimus, & ab Eccleſia Dei penitus abolemus; necnon omnibus, qui habitum, ut ſupra ſuſceperunt, profeſſionemque emiſerunt, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna interdicimus, & expreſſe prohibemus, ne ſectam, ſeu Congregationem hujuſmodi ab ipſis aſſumptam ſectentur ulterius, vel ipſam de novo aſſumere quoquo modo audeant, vel præſumant.

In ea profeſſis concedit, ut in ſeculo in habitu clericali vivant.

§.3. Et nihilominus iis, qui bona fide, vota, ut ſupra, emiſerunt, ut in ſeculo in habitu clericali ſub obedientia tamen Epiſcopi loci, ubi eos morari contigerit, voto caſtitatis adſtricti remanere libere, & licite valeant, auctoritate, & tenore prædictis concedimus, & indulgemus.

Monet tamen ut aliquam ex Religionibus approbatis ingrediantur.

§.4. Cæterum eos paterne in Domino hortamur, ut aliquam ingrediantur de Religionibus a Sede Apoſtolica approbatis, ibique reddant Domino vota ſua. In contrarium facien. non obſtantibus quibuſcumque.

Tranſumptis credi jubet.

§.5. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis etiam impreſſis, manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis eadem prorſus fides ubique habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 20. Maii 1627. An.IV.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die vigeſima Maii 1626. Pontificatus noſtri Anno IV.

CCXXIII.

Nova Erectio Collegii Illyrici in Civitate Lauretana pro Adoleſcentibus ex Illyricis Provinciis ſumptibus Domus Lauretanæ educandis cum Privilegiorum, & Indultorum elargitione.

URBANUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

ZElo Domus Dei Nos commovente, ut parvulis petentibus panem verbi Dei pro munere noſtro frangamus, quippe qui univerſarum gentium, populorumque Chriſti fidem profitentium ſalutem procurare, & promovere ſtudemus, dum omnes Chriſtiani Orbis partes oculis mentis noſtræ perluſtramus Illyricæ linguæ gentis, majorem Europæ, & maximam Aſiæ portionem incolentis, atque per Europam præſtantiſſimis Regnis, & Provinciis olim florentiſſimæ, ac inter plantas apoſtolicas in gremio Catholicæ Eccleſiæ primogenitæ, nunc vero maxima ex parte ſub impia Turcarum tyrannide gementis, Schiſmaticorumque Orientalium, hæreſumque Septentrionalium venenis per partes infectæ, pro debito noſtri paſtoralis officii, neceſſitatibus ſpiritualibus ſuccurrere cogimur, & admonemur.

Gregor. XIII. fundavit Collegium Illyricorum Laureti pro 30. Juvenibus in dictæ Nationis.

§.1. Cum itaque, ſicut Nobis innotuit, alias fel. recordationis Gregorius Papa XIII. prædeceſſor noſter miſeratione tantæ gentis, Collegium Illyricorum juventutis in Civitate Lauretan. illius Sacroſanctæ domus proventibus alendæ, boniſque artibus, & diſciplinis inſtruendæ, præfixo tunc temporis numero ad triginta adoleſcentes, apoſtolica auctoritate erexiſſet, & inſtituiſſet optimo æque conſilio, fructuque; cum brevi temporis intervallo juventus inibi bonis moribus, ac Literis inſtituta, patriæque juvandæ adhibita, magno divinæ gloriæ augmento, animarumque ſalute, Provincias Illyricas, præſertim vero litoralem Dalmatiam, diſcuſſis, quibus offundebatur, ignorantiæ tenebris, ad veræ pietatis media excitaverit.

Illud vero ad 12. fuerat redactum.

§.2. Cumque adeo pium opus aliquot poſt annis, quibuſdam de cauſis, admodum imminutum fuerit, redacto ad duodecim tantum alumnos adoleſcentium Romam Laureto, tranſlatorum numero, Lauretano Collegio penitus extincto.

Urbanus de novo Laureti fundat, & erigit pro 36 Juvenibus, ex Illyrica natione.

§.3. Nos, qui hanc ejuſcemodi tranſlationem, & numeri alumnorum imminutionem, in maximum damnum fidei in illis provinciis contigiſſe, certa ſcientia cognovimus, ad opus hoc, dictum Collegium in priſtinum, & quantum fieri poterit, meliorem ſtatum reſtituendum, & renovandum, animum, & mentem noſtram convertentes, maturo deſuper cum Ven. Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus Congregationi de propaganda fide præfectis, habito conſilio; Motu proprio, non ad alicujus Nobis deſuper oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, meraque liberalitate noſtris, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ad Dei Omnipotentis laudem, Sanctæque ipſius Eccleſiæ incrementum, ac præcipuam Illyricæ gentis ſalutem, & commodum, in Civitate Lauretan. præfata dictum Collegium Illyricorum appellandum, in quo in poſterum prior adoleſcentium numerus triginta ſex videlicet, Sacroſanctæ Domus Lauretanæ, ut olim, proventibus, & redditibus, & proviſionibus ſuſtentari, ali, educari, ac in bonis, eccleſiaſticiſque moribus, necnon in Grammaticæ, Philoſophiæ, & Theologiæ, ac ſacrorum Canonum, aliarumque facultatum neceſſitates Illyricas concernentium, diſciplinis, ac ſtudiis inſtrui: ita tamen, ut donec dicta Sacra domus, cujus proventus, ob multas expenſas in tranſlatione Alumnorum, & eſtructione domus Collegialis factas, tam magno Alumnorum numero ſuſtentando non facile ſufficere videtur, expenſarum mole levari cœperit, Collegio præfato viginti ſaltem Alumni

ni ex Illyricis Provinciis evocandi ali, educari, & inſtrui debeant.

Diſtributio, & aſſignatio locorum Eccl. Illyricor.

§.4. Et horum viginti Alumnorum loca, duodecim videlicet litoralibus Dalmatiæ urbibus ab exordio dicti Collegii deſtinata, perpetuo adoleſcentium ejuſdem Provinciæ immutabilia cenſeantur, & eſſe debeant, diſtributione, & aſſignatione dictorum duodecim locorum, ſequenti ratione inviolabiliter obſervanda. Nimirum, ut Spalaten. Raguſin. Jadren., & Antibaren. Eccleſiæ Metropolitanę ſingulæ unum ſemper Alumnum, ſeu unius Alumni locum habeant, & in illorum diſtributione, Spalaten. videlicet, oppidi Almiſienſis nunc ſuæ diœc., Antibaren. vero Buduanæ Civitatis ſuæ Provinciæ, Jadren. autem Eccleſiæ præfatæ Oppidi Pagenſis etiam ſuæ diœc. rationem habere debeant: ut ſcilicet tertia quæque ſucceſſio Alumnorum pertinentium ad dictas tres Metropoliticas Eccleſias ſit oppidorum, & Civitatis hujuſmodi. Similiter Sibenicen., Veglien., Pharen., ſive Leſineo., Auſſereo., Catharenſique Eccleſiis ſingulis locus unius Alumni competat: in quibus diſtribuendis Pharen., ſeu Leſineo. Brachiæ Inſulæ ſuæ Diœc., Auſſeren. vero Cherſi oppidi item ſuæ Diœc., Catharen. Eccleſiæ præfatæ Peraſti oppidi pariter ſuæ Diœc. eandem rationem, quæ ſupra tribus Metropoliticis Eccleſiis præfatis præſcripta eſt, habeant, & habere teneantur. Denique Eccleſiæ Curzolen. cum Stagnen. unum alternatim, Traguricn., & Nonen. itidem, ſicuti & Arben., & Senien. unum alternatim habere debeant, hoc tamen expreſſe ſervando.

Si Prælati negligenter mittere alumnos, quid ſervandum.

§.5. Ut quandocumque, vel negligentia Prælatorum, Capitulorumque Dalmaticorum, ad quos approbationem dictorum Alumnorum conjunctim, electionem vero, & admiſſionem eorum, qui, ut præfertur, approbati fuerunt, ad Cardinalem ejuſdem Collegii Protector. pro tempore exiſtentem perpetuo ſpectare, & pertinere volumus, vel quavis alia de cauſa loca alicujus, vel aliquorum Alumnorum eiſdem, ut præfertur, Eccleſiis aſſignatorum, ultra ſex menſes vacare contigerit, nullatenus illa ex aliis præfatis Dalmatiæ Eccleſiis litoralibus, ſed ex aliis Illyricæ nationis ſub Turca exiſtentibus, ea tantum vice, qua vacare contigerint, per quod tamen nullum præjudicium impuſterum aliis Eccleſiis præfatis generetur, ſuppleatur, & hoc toties, quoties ſimilis vacatio interceſſerit.

Quid agendi cum præſentibus Alumnis.

§.6. Quinimo ſi qui Alumni, plures videlicet ex una dictarum Eccleſiarum præter hanc noſtram declarationem in d. Collegio admiſſi de cętero reperiantur, ſine ulla mora protinus excludantur, locaque ſuis Eccleſiis aſſignata, vel aliis eorum loco nominatis ſine ulla interpretatione, indulgentiave reſtituantur. Reliqua vero octo loca pro nunc, donec Alumni ad antiquum numerum integrentur, ſic diviſa intelligantur, nimirum, Boſnen., Maccaren., Scardonen., necnon Samandri, & Uſcopien. Eccleſiæ, ſingulæ videlicet unicum Alumnum habeant, ſicuti & regio intra Dravum, Savumque fluvios conſtituta Boſnen. Adminiſtratoris curæ commiſſa unicum, in Albanenſi vero, ſive Epirotica Provincia, donec juxta ejuſdem prædeceſſoris mentem peculiare Collegium eidem conſtituatur, Eccleſiæ citra Drinum Fluvium conſtitutæ, unicum, ultra vero Drinum alium viciſſim habere debeant. Adaucto vero numero, in futurum illius beneficio prænominatæ Eccleſiæ ſub Turcis conſtitutæ, additis Tinien., Dumnen., ſeu Dalmaten., Stridunen., Tribunienſiſque, in Dalmatia Turcica, Boſnaque, Nillienſique, ac Priſrien., ſive Juſtinianea prima in Servia potiantur, & gaudeant, habita nihilominus ratione Eccleſiarum præfatarum majori auxilio indigentium, apoſtolica auctoritate præfata, eorumdem tenore præſentium, rurſus ex integro perpetuo erigimus, & inſtituimus.

Modus admittendi Alumnos ad Collegium.

§.7. Ut autem admiſſio, & receptio dictorum Alumnorum debito ordine procedat, ut nemo intra eorum numerum in præfato Collegio acceptetur, qui Literas teſtimoniales Ordinarii ſui, & Capituli loci, ubi fieri poterit, non habeat, quibus conſtet illum in, & de legitimo matrimonio natum, & ſaltem prima tonſura initiatum, nec eſſe Neophitum, multo minus aliquo tempore hæreſi, vel mahumetiſmo adhæſiſſe, ſitque ſanus, & abſque ulla infirmitate habituata, vel incurabili, ac ſine ullo vitio, vel deformitate notabili corporis, lingua minime impedita, parentibus Illyricis, Illyricæque linguæ, & ſi fieri poterit, literaturæ quoque Illyricæ peritus, qui vagus non fuerit, nihilque negotii, ac litium habeat, & præferat voluntatem, ac ſpeciem proficiendi in diſciplina pietatis, & literarum, ad effectum, ut evadat utilis operarius in cultura Illyricanæ Eccleſiæ, idemque non ſit inferior quatuordecim annis, nec vigeſimum annum excedat, habeatque aliquam Grammaticæ cognitionem: quæ omnia ſicut in duodecim Dalmaticis Alumnis ab Epiſcopis, & Capitulis, ut præfertur, deligendis, omni rigore, ita in ſubditis Turcarum mitius obſerventur.

Juramentum Alumnorum.

§.8. Et poſtquam aliquis præfato ordine inter Alumnos receptus fuerit, collegialem veſtem, non induat, niſi per ſemeſtre ſpatium probatus judicio Superiorum ejuſdem Collegii ſolemne juramentum in manibus ejuſdem Collegii Rectoris pro tempore exiſtentis emiſerit, juxta formam a Congregatione de Propaganda fide præſcriptam; & præterea juraverit, quod peractis ſtudiis, vel ob aliquā legitimam cauſam non prorſus abſolutis, dummodo tamen per annum, & dimidium in Collegio moram traxerit, nec ad aulas Principum, domoſque Magnatum diuturnioris moræ cauſa unquam ſe conferet, minuſque ad Univerſitates, aut alias publicas ſcholas, ſub quovis prætextu, niſi forte judicio, vel voluntate Superiorum in ſcriptis exprimenda.

Pœnæ contra facientium.

§.9. Contrafactores vero perjuri, & infames, inhabileſque perpetuo ad quæcumque beneficia, officia, dignitateſque, tam eccleſiaſticas, quam ſeculares exiſtant; atque etiam, ut ad rependendas, & exſolvendas

omnes

Digitized by Google

omnes illas espenſas, quas Sacra Domus pro hujuſmodi Alumnis, tam in convictu, quam veſtibus, libris, medicinis, viaticiſque inſumpſerit, cogi, & compelli poſſint, eiſdem auctoritate, & tenore etiam perpetuo ſtatuimus, & ordinamus.

Privilegia Alumnorum.

§.10. Quo vero dicti Alumni expeditiores, & alacriores ad ſuccurrendum patriç neceſſitatibus efficiantur, eiſdem Alumnis, ut eo temporis ſpatio, quo in Collegio præfato ſeſe continuerint, & Superiorum judicio in ſtudiis præfatis, & literarum profecerint, ad omnes etiam Sacros, & presbyteratus Ordines, etiam ſine literis dimiſſorialibus, niſi habeant Epiſcopos proprios, a quibus illæ obtineri poterint, cum ad Collegium dirigentur, & ſine Beneficii Eccleſiaſtici, aut patrimonii, ac etiam extra legitimarum ordinationum tempora, dummodo tamen aliàs ad id reperiantur idonei, promoveri poſſint, & valeant, iidemque ſic ad Ordines promoti in originalibus Eccl. cum beneficia, perſonatus, dignitateſque earum vacare contigerit, tam in Romana Curia, quam apud Ordinarios proprios, & Capitula, aliis omnibus, cæteris paribus, anteferri debeant, & ſecus factæ proviſiones irritæ, & inanes ipſo jure eſiſtant, auctoritate, & tenore præmiſſis, de ſpeciali gratia indulgemus.

Unio ſex adoleſcentium Bulgarorum cũ dictis alumnis, & eorum ſuſtentatio.

§.11. Adoleſcentes quoque Bulgarici Regni, qui ſex numero per Eleemoſynarium noſtrum ſecretum hic in Urbe in ſtudiis ſuſtentantur, auxilio afflictiſſimæ illorum patriæ, ut inter connationales Illyricos in pietate, & literis magis proficere poſſint, præfatis Alumnis in Lauretano Collegio adiungimus, quibus idem Eleemoſynarius noſter, ut impoſterum, uti hactenus conſuevit, omnia neceſſaria pro ſufficienti illorum ſuſtentatione, & educatione ſubminiſtrare debeat, abſolutiſque ab eiſdem Bulgaricis Alumnis ſtudiis ſemper alios viciſſim ſubſtitui, ſumique ex eodem Regno per eamdem Congregationem de propaganda fide, ad Epiſcopi Sophien. pro tempore exiſtentis nominationem eodem, quo hactenus numero, & proviſione declaramus.

Gubernium Collegii datur Presbyteris Soc. Jeſu.

§.12. Cæterum cum dilectorum filiorum Presbyterorum Societatis Jeſu in hoc educandorum, inſtituendorumque adoleſcentium munere diligentia, fides, & integritas in aliis ejuſmodi Collegiis, & in hoc ipſo, quandiu Laureti, & in Seminario Romano fuit, ſatis cognita ſit, atque perſpecta, Collegium, atque Scholares hujuſmodi ipſorum, ſicuti a prima illius origine fuit, regimini, inſtitutioni, doctrinæ, atque obedientiæ, ſub regulis, & conſtitutionibus per dictam Congregationem de Propaganda Fide approbatis, quas apoſtolica auctoritate confirmamus, eaſdem a Rectore, & Alumnis prædictis perpetuo obſervari mandamus, eadem auctoritate ſubiicimus, atque ſubmittimus.

Privilegia generalia Collegio, & præter- ... tim ſtudio generali Urbis conceſſa.

§.13. Et inſuper eidem Collegio, & Scholaribus, Rectoribus, & Gubernatoribus, ac Miniſtris omnia, & quæcumque privilegia, exemptiones, libertates, facultates, & indulta, quibus Studium Generale Almæ Urbis, & illius Rector, Doctoreſque in eo legentes, aliaque Collegia quarumcumque Nationum, & Seminariorum tam in eadem Alma Urbe, quam extra illam, per Prædeceſſores noſtros Romanos Pontifices inſtituta utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, quibuſque Collegium, Scholares, Rectores, & Gubernatores hujuſmodi non ſolum ad eorum inſtar, ſed etiam æque principaliter uti, potiri, & gaudere valeant, in omnibus, & per omnia, dicta auctoritate, communicamus.

Privilegia Superiorum Collegii ad favorem Alumnorum.

§.14. Præterea Regentibus, & Superioribus dicti Collegii, cum aſſiſtentia tamen Cardinalis Protectoris, qui pro tempore conſtitutus fuerit, & de ejus conſilio, & expreſſo conſenſu, illos, quos in dicto Collegio, & alibi per debitum tempus ſtuduiſſe, ac ſcientia, ac moribus idoneos eſſe repererint, in præfatis facultatibus ad Baccalaureatus, Licentiaturæ, Doctoratuſque, & Magiſterii gradus, ſervata forma Concilii Viennen. juxta Univerſitatis Almæ Urbis conſuetudinem, ſeu aliàs promovendi, & ipſorum graduum ſolita inſignia exhibendi; eiſque in facultatibus ſupraſcriptis ſic promotis, aut illa legitime interpretari, ac de eis diſputare, quoſcumque gradui, ſeu gradibus hujuſmodi convenientes actus exercere, ac omnibus, & ſingulis privilegiis, gratiis, favoribus, prærogativis, & indultis, quibus alii in præfata, ſeu aliis univerſitatibus, & alibi, juxta illius, & aliarum univerſitatum hujuſmodi conſtitutiones, & mores, ad gradus præfatos promoti de jure, vel conſuetudine utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt, quomodolibet in futurum, uti, potiri, & gaudere poſſint, & debeant, perinde ac ſi gradus præfatos in ipſa univerſitate, juxta conſuetudines, & mores præfatos ſuſcepiſſent, concedendi, & indulgendi plenam, & liberam facultatem, & auctoritatem, earumdem tenore præſentium, concedimus, & impartimur.

Deputatio Protect. Collegii.

§.15. Præterea, ut ejuſdem Collegii conſervationi, bonoque regimini, tam in his, quæ ad Scholarium inſtitutionem, & diſciplinam, quam quæ ad victum, veſtitum, aliaque hujuſmodi neceſſaria pertinent, opportunius conſulatur, & promptum eis, paratumque auxilium ſit, dilectum filium noſtrum Scipionem tituli S. Chryſogoni Presb. Card. Burgheſium nuncupatum Sacroſanctæ Domus Lauretanæ Protectorem, ejuſdem Collegii Illyrici Protectorem, & defenſorem, cujus auctoritate, conſilio, & ope tam ſupraſcripta, quam quæcumque alia ad eoſdem in dicto Collegio admittendos Scholares, retinendoſve, lociſve privandos, atque de Beneficiis Eccleſiaſticis providendos ſpectantia agantur, ſtatuantur, & ordinentur, dicta auctoritate conſtituimus, & deputamus.

Ejuſdem facultates.

§.16. Dantes eidem, & pro tempore exiſten-

Digitized by Google

exiſtentibus ejuſdem Collegii Protectoribus plenam, & liberam facultatem, & auctoritatem pro ſalubri directione, & conſervatione dicti Collegii, illiuſque bonorum, & rerum, ac jurium, tam temporalium, quam ſpiritualium Œconomos, Advocatos, Procuratores, alioſque Miniſtros, & Officiales in eo deputandi, amovendique, & alios eorum loco ſufficiendi; Ordinationes prætereà, ſtatuta, æqua tamen, & honeſta, ſacriſque Canonibus, & Concilii Tridentini, Sacræque Congreg. de Propaganda Fide Decretis circa Collegia Pontificia editis, non repugnantia, faciendi, eaque, cum opus viſum fuerit, revocandi, irritandi, corrigendi, aliaque de novo condendi, quæ poſtquam facta, edita, revocata, immutata, & correcta fuerint, perinde haberi volumus, ac ſi auctoritate apoſtolica approbata, & confirmata eſſent.

Decretum irritans.

§.17. Ac decernentes illa ab omnibus Rectoribus, & Magiſtris, Scholaribus, aliiſque perſonis in hujuſmodi Collegio ſervientibus, & miniſtrantibus, inviolabiliter obſervari, ac juxta eorum diſpoſitionem a quibuſvis Judicibus, ſublata quavis aliter judicandi facultate, judicari, & definiri debere: irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quocumq; quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, exceptis tamen iis, quæ in præſenti fundatione, vel in regulis, & Conſtitutionibus a Congregatione de Propaganda Fide approbatis, & a Nobis, ut præfertur, confirmatis, continentur.

Gratiæ ſpirituales Alumn. conceſſæ.

§.18. Ut vero etiam temporalibus commodis ſpiritualia munera addamus, quibus fidelium devotio, & merita creſcere magis, & augeri poſſint: De omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis Scholaribus, qui in dictum Collegium recepti fuerint, in ipſo ingreſſu, ac deinde in exitu, ſiquidem confeſſi, & contriti ſacram communionem devote receperint, atque etiam ſi in eodem Collegio decedere eos ab humanis contigerit, in mortis articulo plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem concedimus, & elargimur.

Exequutores præſentis bullæ.

§.19. Quocirca dilectis filiis cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, ac venerabilium fratrum noſtrorum Lauretan., & Anconitan. Epiſcoporum Vicariis in ſpiritualibus generalibus Motu ſimili mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Rectorum, & Scholarium hujuſmodi fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, illiſque efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra eaſdem præſentes, & in eis contenta hujuſmodi, ab omnibus, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, firmiter, & inviolabiliter obſervari, ac Rectores, & Scholares præfatos illis pacifice frui, & gaudere: non permittentes eos deſuper per quoſcumque quomodolibet indebite moleſtari, contradictores quoslibet, & rebelles per cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, ac cenſuras, & pœnas ipſas, ſervata forma Concilii Tridentini, & iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis.

Derogatio contrariorum.

§.20. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dictæ Civitatis Lauretan. juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis apoſtolicis quibuſvis Univerſitatibus, Collegiis, eorumque Rectoribus, & perſonis, etiam ſub quibuſcumque verborum tenoribus, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, etiam Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ac aliàs quomodolibet, etiam iteratis vicibus conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus pro eorum ſufficienti derogatione ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda, & tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, inſerti forent, eiſdem præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe, Motu pari derogamus: contrariis quibuſcumq; Aut ſi quibuſvis communiter, aut diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Exemplorum fides.

§.21. Volumus autem, quod earumdem præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo communi dicti Collegii, aut alicujus Curiæ Eccleſiaſticæ, ſeu perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra, ac alias ubicumque opus fuerit, habeatur, quæ haberetur eiſdem præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Sanctio pœnalis.

§.22. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ erectionis, inſtitutionis, ſtatuti, ordinationis, indulti, adjunctionis, declarationis, confirmationis, ſubjectionis, ſubmiſſionis, impartitionis, conſtitutionis, deputationis, decreti, conceſſionum, elargitionis, mandatorum, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Ma-

Dat. die 1. Junii 1627. An.IV.

Majorem Anno Incarnat. Dominicæ milleſimo ſeacenteſimo vigeſimoſeptimo. Kalendis Junii, Pontificatus noſtri Anno V.

CCXXIV.

Confirmatio, & innovatio Conſtitutionum Sixti V. Clem. VIII., & Pauli V. ſuper prohibitione alienandi Fortalitia, & Caſtra, aliaque bona juriſdictionalia in Statu Eccleſiaſtico exiſtentia, abſque Sedis Apoſtolicæ licentia.

Earumque declaratio, & extenſio reſpective quoad Caſtra diruta, Tenutas, & Prædia etiam non Juriſdictionalia in confinibus loci juriſdictionalis, etſi bona in dicto Statu in confinio Principum exterorum ſint, illorumque locationes, & cenſuum annuorum ſuper præmiſſis omnibus impoſitiones, & impoſitorum venditiones.

Prohibitionem Sixti V. de hujuſmodi alienationibus habes in Conſtit. VII. *Solicitudo*. Tom.IV. Par.IV. fol.134. Innovationem vero, & declarationem Clement.VIII. habes Tom.V. Par.II. Conſtitut.CCL. *Romanum* fol.271. Et earumdem confirmationem, ac pariter innovationem Pauli Quinti habes Conſtitut.CCLXXXI. *Paſtorale*. Tom.V. Par.IV. fol.246.

URBANUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

DEcens, & æquum eſſe cenſemus, ut Nos, qui ex onere paſtoralis officii, ſubditorum commodis aſſidue invigilamus, Sedis Apoſtolicæ jura tueri nullo pacto negligamus, ac proinde juriſdictiones temporales eidem Sedi ſubjectas quovis prætextu, vel colore a quoquam uſurpari, aut illis gravamina, ſeu incommoda inferri non permittamus: & ſi ſuper Conſtitutionibus Apoſtolicis per Rom. Pontifices prædeceſſores noſtros editis dubia aliqua oriri contingat, noſtræ declarationis remedio, abſtractiſque illarum interpretationibus, & quorumcumque contrahentium palliationibus occurramus, prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire.

Sixt. V. prohibuit ne Civitates, Oppida, Caſtra &c. venderentur, aut permutarentur abſque Sedis Apoſt. licentia.

§.1. Cum itaque aliàs fel. rec. Sixtus V. conſiderans convenire, quod ſi Civitates, Caſtra, Oppida, Juriſdictiones, Fortalitia præſertim feudalia vendantur, vel permutentur, ſeu etiam donentur ditioni temporali Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſubditis, ſive extraneis, vel forenſibus, id ad Principis notitiam deducatur, per ſuas ſub Dat. videlicet Kalend. Julii Pontificatus ſui Anno Primo, omnibus, & ſingulis cujuſcumque ſtatus, gradus, conditionis, qualitatis, & dignitatis exiſtentibus, etiam Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quavis auctoritate, & dignitate etiam eccleſiaſtica, quæ ſpecialem, & individuam mentionem requireret, præditi eſſent, ne Civitates, Caſtra, Oppida, Juriſdictiones, Fortalitia, & ſeu bona, aut loca juriſdictionalia hujuſmodi in alium, vel alios quoſcumque, niſi de expreſſa præcedente ſua, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis licentia vendere, permutare, vel donare valerent, ſub pœna nullitatis contractuum hujuſmodi, prohibuerit, aliaque etiam circa præmiſſa ſtatuerit.

Clem. VIII. prohibitioné confirmavit, & ampliavit.

§.2. Et ſucceſſive Clemens VIII. volens hominum malitiis, & fraudibus occurrere, & dubia, quæ tunc ſuper præmiſſorum interpretatione emergebant, declarare, per ſuas ſub Dat. Prid. Non. Julii, Pontificatus ſui Anno Decimo, prohibitionem, & ſtatuta prædicta confirmaverit, approbaverit, innovaverit, declaraverit, extenderit, & ampliaverit, pœnaſque amiſſionis bonorum, & aliorum prædictorum contrafacientibus, ac privationis officiorum Tabellionibus, & Notariis, qui de contractibus, ut præfertur, prohibitis ſe rogarent, impoſuerit, aliaque etiam juſſerit, & decreverit.

Et Paul. V. ea omnia confirmavit pariter, & declaravit, ac extẽdit ad quodcumq; genus contractuum, & conventionum.

§.3. Et inſuper Paulus etiam V. Roman. Pontifices prædeceſſores noſtri, ne diſpoſita per Sixtum, & Clementem prædeceſſores præfatos variis, & alienis ab eorum mente interpretationibus ſubverti, ac palliatis conventionibus eludi poſſent, etiam per ſuas ſub Dat. Duodecimo Kalend. Decembris, Pontificatus ſui Anno Tertiodecimo confectas literas, nedum præmiſſa confirmaverit, & innovaverit, ſed etiam declaraverit, & quatenus opus eſſet, ad quodcumque genus contractuum, & conventionum extenderit, & ampliaverit, ac licentiam prædictam in ſcriptis prius obtinuerit, & in actu celebrationis contractus apud Notarium exhiberi mandaverit, & contrafacientes nullitatis contractuum, & privationis rei alienatæ, ſeu translatæ, vel gravatæ, Tabelliones, ſeu Notarios pœnas falſi, ac privationis officiorum omnium, quæ obtinerent, & inhabilitatis ad illa, & alia impoſterum exercenda incurrere voluerit, aliaque ſimiliter diſpoſuerit, prout in ſingulis literis prædictis plenius continetur.

Nunc vero quia aliqui modi inventi ſunt alienandi abſque prædicta licentia, & contrahendi cum retentione Juriſdictionis;

§.4. Ab inde vero citra hominum verſutia, & artificium adverſus prædictarum literarum tenorem, vel ipſorum prædeceſſorum veriſimilem intentionem, & mentem, cautelas, & modos aliquos, abſque prædicta Romani Pontificis licentia alienandi, & contrahendi adinvenerit, & excogitaverit in alienando, & reſpective acquirendo Caſtra diruta, ſeu tenutas juriſdictionales etiam cum retentione, ſeu reſervatione juriſdictionis, ac etiam Barones, ſeu Domicelli, Caſalia, Tenutas, ſive prædia etiam non juriſdictionalia in confinibus Territorii alterius Civitatis, Caſtri, Oppidi, vel loci juriſdictionalis alterius Baronis, ſeu Domicelli exiſtentia, illa etiam, nulla Romani Pontificis obtenta licentia, alteri Baroni, ſeu Domicello convicino vendiderint, ſeu alie-

alienaverint ; & reſpective emerint, ſeu acquiſiverint, & ex prædictis alienationibus, & acquiſitionibus reſpective dubitari poſſit, ne tempore ſaltem procedente juriſdictio aliqua uſurpetur, ac termini, ſeu fines juriſdictionales confundantur, aut protrahantur, vel illam uſurpandi, ſeu illos confundendi, & protrahendi occaſio inde aliqua præbeatur, etiam in præjudicium Sedis, & Cam. Apoſt., ac præſertim in eventū cujuſcumque aperitionis feudi, & devolutionis, ſeu cujuſcumque alterius acquiſitionis Civitatum, Caſtrorum, Oppidorum, ſeu locorum juriſdictionalium, aut Caſalium, ſeu Tenutarum, ſive prædiorum eorumdem ;

Urban., Sixt., Clem., & Pauli Conſtitutiones approbat, confirmat, & innovat.

§. 5. Nos attendentes, prædictas literas ad hoc, ut omnia Principi innoteſcant, emanaſſe, & veriſimilem eorumdem Pontificum prædeceſſorum noſtrorum intentionem extitiſſe, ne ullo modo Cameræ præfatæ præjudicium aliquod inferri poſſit, eaſdemque rationes, etiam in hujuſmodi contractibus, alienationibus, ac acquiſitionibus militare, ex prædictis, & ſeu aliis rationabilibus cauſis animum noſtrum moventibus, & remedium opportunum exquirentibus adducti, ſingularum literarum præfatarum, ac alienationum, acquiſitionum, & contractuum quorumcumque, necnon omnium in ſingulis literis prædictis expreſſorum, & aliorum hic etiam de neceſſitate exprimendorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, & matura deliberatione, deque Apoſt. poteſtatis plenitudine, hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione, ſingulas Sixti, & Clementis, ac Pauli prædeceſſorum noſtrorum prædictorum literas prædictas approbamus, & confirmamus, ac etiam, quatenus opus ſit, innovamus.

Irritat venditiones, locationes &c. ultra triennium locorum Juriſdictionalium, vel non Juriſdictionalium.

§. 6. Præterea quaſcumque venditiones, ſeu alienationes, ac locationes ultra triennium cujuſcumque Civitatis, Oppidi, ſeu Caſtri diruti, ſeu Tenutæ juriſdictionalis, vel cujuſcumque Caſalis, Tenutæ, ſeu Prædii etiam non Juriſdictionalis in confinibus alterius Civitatis, Caſtri, Oppidi, ſeu loci Juriſdictionalis, ejuſve Territorii ſiti, & etiam ab uno tantum latere confinantis, hactenus a die dat. ultimo dictarum Literarum, per quemcumque Baronem, ſeu Domicellum cuicumque alteri Baroni, ſeu Domicello Civitatem, Oppidum, Caſtrum, ſeu locum quemcumque juriſdictionalem, ejuſve Territorium in confinio quomodolibet poſitum poſſidenti, cujuſcumque qualitatis, conditionis, ſtatus, gradus, & dignitatis, etiam eccleſiaſticæ, etiam ſpeciali, ut præfertur, & individua nota dignæ, ipſi alienantes, & locantes, ac etiam acquirentes, & conducentes fuerint, & ſint, ſive ſimpliciter, ſive cum aſſertione non exiſtentis Juriſdictionis, ſive cum juriſdictionis penes venditorem, ſeu alienantem retentione, ſeu reſervatione, aut aliàs quomodolibet factas, etiam hucuſque effectum plenum ſortitas, ultimodictarum Literarum diſpoſitioni, quoad nullitatem præfatarum alienationum, acquiſitionum, & contractuum dumtaxat ſubjacuiſſe, & ſubjacere, & hujuſmodi alienationes, acquiſitiones, & contractus inter Barones, ſeu Domicellos, ut præfertur, facta, & inde ſequuta quæcumque, nulla, nulliuſque roboris, aut momenti fuiſſe, & eſſe declaramus.

Mandat Notariis ſub pœnis ut hic, ut quaſcumque ſcripturas de ſuper confectas infra 60. dies a publicatione præſentium revelare Cam. Apoſt. debeant.

§. 7. Ac Tabelliones, & Notarios de illis rogatos, ſub eadem privationis Officiorum, aliiſque noſtro, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis arbitrio incurrendis pœnis, inſtrumenta, & ſcripturas deſuper jam facta Nobis, & Cameræ præfatæ intra ſexaginta dies a die infraſcriptæ publicationis præſentium computandos, revelare, & cum effectu exhibere teneri volumus, & mandamus.

Extendit dd. Conſt. ad omnes venditiones, locationes, &c. etiā ad triennium, vel minus tēpus faciendas.

§. 8. Denique ſingulas Literas prædictas, & in eis contenta quæcumque, tam ad venditiones, permutationes, & quaſcumque alienationes, & locationes etiam ad triennium, vel quantumvis minus tempus a quocumque etiam non Barone de Caſalibus, Tenutis, ſeu Prædiis non juriſdictionalibus, quæ in confinibus, etiam ab uno tantum latere alicujus Civitatis, Caſtri, Oppidi, vel Loci Juriſdictionalis, vel ejus Territorii conſiſtant, de cætero directe, vel indirecte, mediate, vel immediate, ac aliàs quomodolibet alicui Baroni, ut præfertur, Juriſdictionem, ſeu bona in confinio poſſidenti.

Necnon ad locationes bonorum in Statu Eccleſiaſtico exiſtentium in confinio domini Principis exteri Sedi Apoſt. quomodolibet ſubjecti cuivis extero pariter faciendas.

§. 9. Ac etiam ad quaſcumque locationes bonorum quorumcumque in Statu noſtro Eccleſiaſtico, in confinio tamen Dominii cujuſvis Principis exteri, etiam Nobis mediate, vel immediate ſubjecti exiſtentium, cuivis etiam non Baroni, qui tamen noſter ſubditus non ſit, vel eſſe quandocumque deſierit, eo ipſo illæ nullæ ſint, & reſolvantur, faciendas.

Ac etiā ampliat ad impoſitiones, vēditiones, ceſſiones, & alienationes cenſuum annuorum juxta formam Conſtit. Pii V.

§. 10. Quam etiam ad quaſcumque impoſitiones, venditiones, ceſſiones, alienationes cenſuum annuorum, juxta Conſtitutionem per piæ memoriæ Pium Papam Quintum etiam Prædeceſſorem noſtrum de creandis cenſibus editam ſuper prædictis Civitatibus, Caſtris, Oppidis, Locisve Juriſdictionalibus, aliiſque bonis non Juriſdictionalibus, in confinio alicujus Civitatis, Caſtri, Oppidi ſeu loci Juriſdictionalis, ut præfertur, ejuſve Territorii, etiam ab uno tantum latere confinantis, exiſtentibus, per quoſcumque Barones, ſeu Domicellos, & alios quoſcumque etiam Communitates, Univerſitates, & quorumque Monaſteriorum, Eccleſiarum, Beneficiorum Eccleſiaſticorum, & aliorum piorum locorum Superiores, & Conventus, Capitula, Rectores, Beneficiatos, & Gubernatores, ſeu Adminiſtratores reſpective in futurum imponendorum, ac tam quoad illos, quam etiam quoad antea jam impoſitos vendendorum, cedendorum, ſeu alienandorum ad favorem cujuſcumque, ita quod nullum jus prælationis in emendis præfatis Civitatibus, Caſtris, Oppidis, aut locis Juriſdictionalibus, ſive non Juriſdictionalibus præfatis Cenſuariis, aliiſve ab ipſis cauſam pro tempore quomodolibet habentibus, unquam tribuant in præjudicium dictæ Came-

ræ, quæ eiſdem Cenſuariis, & aliis præſatis ſemper erit præferenda, ſive emat ad effectum retinendi, ſive intra annum a die emptionis computandum cuilibet alteri rem emendam vendendi, vel cedendi, extendimus, & ampliamus.

Clauſula ſublata.

§.11. Sicque, & non aliter in omnibus, & ſingulis præmiſſis per quoſcumque judices ordinarios, & delegatos, & commiſſarios, & etiam Cameræ præfatæ Clericos. Præſidentes, necnon cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam Camerarium, & de latere Legatos judicari, & definiri, ac interpretari debere, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Mandatur obſervantia dictæ Conſtitutionis.

§.12. Injungentes, & mandantes in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub pœna indignationis noſtræ, eiſdem Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribos etiam Urbis, ac Judicibus, nunc, & pro tempore in eadem Urbe, & toto Statu noſtro Eccleſiaſtico exiſtentibus, & cuilibet eorum, ut præſentes noſtras, & in eis contenta quæcumque in Urbe, ac Statu præfatis ab omoibus, & ſingulis, ad quos quomodolibet ſpectat, & in futurum ſpectabit, perpetuo obſervari mandent, & faciant, & pro omnium, & ſingulorum præmiſſorum inviolabili obſervatione contra inobedientes, & præmiſſis in aliquo contravenientes, & alios, quos opus erit, omnibus juris, & facti remediis opportunis procedant, omni, & quacumque appellatione remota.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.13. Non obſtantibus præfata Pii V. ſuper creandis cenſibus, & noſtra de non tollendo jure quæſito, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac omnibus illis, quæ Sixtus, & Clemens, ac Paulus prædeceſſores præfati in dictis eorum literis voloeront non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque,

Publicatio in Urbe omnes ligare decernit.

§.14. Ut autem præſentes omnibus innoteſcant, volumus, & apoſtolica auctoritate decernimus, quod illæ in valvis Eccleſiæ Lateranen., & Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, necnon in acie Campi Floræ publicentur, & affigantur, quæ poſtquam ſic affixæ, & publicatæ fuerint, quoſcumque tam in Romaoa Curia, & Statu præfato, quam extra eos exiſtentes perinde obligent, & arctent, ac ſi unicuique eorum nominatim, & perſonaliter intimatæ fuiſſent.

Fides danda tranſumptis.

§.15. Quodque earum exemplis etiam impreſſis, manu Notarii publici, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ ipſiſmet præſentibus adhiberetur, ſi eſſeot exhibitæ, vel oſtenſæ.

Decretum pœnale adjungit.

§.16. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam approbationis, confirmationis, innovationis, declarationis, extenſionis, ampliationis, injunctionis, mandati, voluntatis, & decretorum noſtrorum infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Dat. die 1. Junii 1627. An.IV.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo vigeſimoſeptimo, Kalendis Junii, Pontificatus noſtri Anno Quarto.

Anno a Nativitate Domini Noſtri Jeſu Chriſti 1627. Indict. 10. die vero 20. menſis Junii, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri Domini Urbani divina providentia Papæ Octavi Anno ejus IV. retroſcriptæ literæ Apoſtolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt in valvis Baſilicarum Sancti Joannis Lateranenſis, & Principis Apoſtolorum de Urbe, & in acie Campi Floræ, dimiſſis ibidem eiſdem literis per aliquantulum temporis ſpatium appenſis, deinde amotis, per nos Paulum Bartoccium, & Camillum Fundatum SS. D. N. Papæ Curſ.

Brandimartes Latinus SS.D.N Papæ Curſ. pro Mag. Curſ.

CCXXV.

Nova erectio Collegii in Civitate Pragenſi Regni Boëmiæ pro Adoleſcentibus Germanicæ Nationis. Ac redditaum attributio; Indultorumque conceſſio, & communicatio.

Inſtituit olim hoc Collegium Gregor. XIII.

Unum Collegium pro Adoleſcentibus ex Illyricis Provinciis in Civitate Lauretana ſumptibus Sacroſanctæ Domus alendis, & ut ſupra imbuendis fundavit hic idem Pontifex ut in Conſtitut. CCXXIII. *Zelo Domus Dei*, hic ſupra fol.46.

URBANUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

QUoniam divinæ bonitati viſum eſt, humilitatem noſtram turbulentiſſimis chriſtianæ reipublicæ temporibus ad univerſalis Eccleſiæ regimen vocare, ea eo tempore Nus, ejuſdem adjuvante gratia, ea potiſſimum, ſicut officii noſtri ratio poſtulat, cogitare, & agere non deſtitimus, quæ ad divinum ubique cultum propagandum, & eccleſiaſticam diſciplinam reſtaurandam, & augendam, animarumque ſalutem procurandam cognovimus pertinere.

Regni Bohemiæ calamitates recenſet.

§.1. In primis vero animo recolentes ampliſſimum Boëmiæ Regnum, quod ſuperioribus ſeculis inter cæteras Germanicæ Nationis laudes, atque virtutes tanto ſinceræ fidei, & chriſtianæ religionis cultu eminere ſolebat, ut reliquis chriſtianæ reipublicæ

Digitized by Google

blie ex partibus oon minori exemplo, quam oruamento, atque decori eſſet, nunc tot, tantiſque in eo inſtinctu Satanæ exeitatis de religione diſſidiis ita miſerandum iu modum afflictum, & deformatum eſſe, ut nemo, vel mediocri pietate præditus, ſine lachrymis, tam gravem animarum lacturam recordari, nedum intueri queat, euram ſuſcepimus, ut quibuſvis poſſimus modis, uullis laboribus, nulliſve ſumptibus parcentes, apta ſanaodia illius vulneribus remedia adhibeamus.

Gregor. XIII. in Civitate Pragen. erexit Collegium pro 40. pueris Nationis Germanicæ aſſignata ſumma 1530. talerorum Imperialium a Camera Apoſtolica exſolvenda.

§.2. Ac provide conſiderantes fel. rec. Gregorium Papam XIII. Prædeceſſorem noſtrum, optimo quidem conſilio Colleginm in Civitate Pragen. dicti Regni Metropoli Quadraginta alendorum, ac Latinis literis, Logica, Phyſica, aliiſque liberalibus diſeiplinis, ae ſacra demum Theologia, neenon piis, & chriſtiano nomine dignia moribus inſtituendorum Germanieæ Nationis puerorum eauſa eidem Collegio mille quingentorum triginta talerorum Imperialium ſumma aſſignata, quam de præſenti Camera noſtra Apoſtolica perſolvit, alias apoſtolica auctoritate erexiſſe, & inſtitniſſe, ut ii non per ſe ſolum boni, doctique evaderent, ſed habendis concionibus, ac diſputationibus, reſellendis hæreſibus, fidcique orthodoxæ veritati dilucidandæ, ac præterea eaercendæ animarum curæ, aliiſque piis, & ſanctis operibus apti, & idonei eſſent, & quam maaimum in Eccleſia Dei fructum ex ſe proferrent.

Quod tamen parum profecit.

§.3. Id tameo ejus cœptum, atque conatum, tum propter obitum ipſius, tum ob varias, quæ poſtea ſequutæ ſunt, temporum, & rerum difficultates, parum proceſſiſſe, imo nec literas apoſtolicas ſuper hujuſmodi erectinne, & iuſtitutione expeditas fuiſſe veriſimiliter eredendum eſſe, eum factis plurimis, tam in Romana Curia, quam in dicta Civitate Pragen. diligentiis, talea literæ reperiri non potuerint.

Urbanus illud erigit pro 20. Alumnis.

§.4. Nos ad opus hoc propagationi fidei ntiliſſimum, præſertim hoc tempore, quo Reguum Boemiæ ſumma operariorum Catholieorum inopia laborat, totis viribus, prout ea ſuſceptæ ſervitutis officio tenemur, promovendum, animum, & mentem noſtram convertentes, ae cœptum, & conatum dicti Gregorii prædeceſſoria, quantum iu Nobis eſt, renovare iutendentes, mature deſuper cum Venerabilibus fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus Congregationi de propaganda Fide præſectis habito conſilio, Motu proprio, non ad alicujus Nobis deſuper oblatæ petitionis inſtantiam, ſed es certa ſeientia, meraque liberalitate noſtris, ae de apoſtolicæ poteſtatis pleoitudine, ad Dei omuipotentis laudem, ſanctæque ipſius Eeclesiæ inerementum, præcipuamque Germanicæ Nationis ſalutem, & commodum iu dicta Civitate Pragen. rurſus Collegium præſatum, Pragenſe appellandum, iu quo poſthac uon minus quam viginti Alumni, videlicet ea Boemia octo, ea Sileſia tres, ea Luſatia duo, ex utroque Palatinato etiam duo, ex Brandeburgiea Marchia ſimiliter duo, & ea ambabus Saaoniis aliı pariter duo, ex Haſſia vero unus colligendi, dictis ſcientiis, & diſciplinis, necnon ſacris Csnonibus inſtitui, atque erudiri; & ſi contigerit ex Sileſia, Luſatia, utroque Palarinatu, Brandeburgica, Haſſia, & utraque Saaonia Alumnos haberi nou poſſe, tune, & eo eaſu, poſt factas a Rectore dicti Collegii, & demum a dilecto filio moderno, & pru tempore eaiſteute noſtro, & Scdis Apoſtolicæ Nuntio apud charisſimum in Chriſto filium noſtrum modernum, & pro tempore etiam eaiſtentem Romanorum Regem in Imperatorem electum commoraute diligentias, Alumni Boemi in locum eorum aſſumi debeant, apoſtolica auctoritate præfata, tenore præſentium de novo ex integro perpetuo erigimus, & inſtituimos.

Illique ſic erecto pro perſonarum, & onerum ſuſtentatione 1510. taleros Imperiales annuos attribuit.

§.5. Illique ſie erecto, & inſtituto pro eongrua ejus dote, ac Alumoorum præfatorum, & illis iuſervientium perſonarum ſuſtentatione, onerumque illis incumbentium ſupportatione, redditus annuos mille quingentiorum trigiuta Talerorum hujuſmodi ea Cameræ Apoſtolicæ pecuniis quotannis ſumendos, & numerandoa diſtributa in trimeſtrea ſingulos pru rata ſolutione, quoad totidem reddituum ſumma in bonis ſtabilibus eidem Collegio a Nobis, vel ſuceeſſoribus noſtris proviſum fuerit, eiſdem auctoritate, & tenore coneedimua, & attribuimus.

Ac regimini, & inſtitutioni Presbyterorū Societ. Jeſu ſubmittit.

§.6. Cæterum enm dilectorum filiorum Presbyterorum Societatis Jeſu in hoc educandorum, inſtituendorumque adoleſcentium munere diligentia, fides, integritas, & in aliis hujuſmodi Collegiis, & io hoc ipſo ſatis cognita ſit, atque perſpecta, idem Collegium, atqne Scbolares illius ipſorum, ſicut prius fuit, regimini, inſtitutioni, doctrinæ, atque prudentiæ eadem auctoritate etiam perpetuo ſubiieimus, atque ſubmittimus.

Protectores dicti Collegii creat. Cardd. Congreg. de Propaganda Fide præfectos pro tempore exiſtentes, qui in Vice protectorem Archiepiſcopum Pragen. conſtituant.

§.7. Præterea, ut ejuſdem Collegii conſervationi, bonoqoe regimini tam in his, quæ ad Scholarium inſtitutionem, & diſeiplinam, quam quæ ad victum, veſtitum, aliaque hujuſmodi neceſſaria pertinent, opportunius conſulatur, & promptum eis, paratumque auxilium ſit, dictos Sanctæ Romanæ Eeeleſiæ Cardinalea Sacræ Congregationi præſatæ Præfectos nunc, & pro tempore exiſtentes ejuſdem Collegii Protectores, & Deſenſores, qui in Viceprotectorem illius Venerabilem fratrem noſtrum Archiepiſcopum Pragen. ſimiliter nuuc, & pro tempore exiſtentem, ita tamen, ut in gravioribus nihil præcipere, aut mandare, vel ſacere valeat ſine conſilio, & cooſenſu Nuntii præſati, quibus aliquid eorum, quæ in hac fundatione, vel in Regulis a Congregatione præſata approbatis continentur, immutare mioime licebit abſque ejuſdem Congregationia, vel Romani Pontifieis expreſſa licentia, deputare poſſint, & valeant, eadem auctoritate conſtituimus, & creamus.

Protectoribus, ac Vice-Protectori prædictis facultate dat.

§.8. Illiſque, ac Viceprotectori præfato pro ſalubri illius conſervatione, Alumnorum,

rum, bonorum, & rerum, ac jurium temporalium, & ſpiritualium ejuſdem Æconomos, Advocatos, Procuratores in eo deputandi, & amovendi, & alios eorum loco ſubſtituendi, differentias, lites, & controverſias inter quaſcumque perſonas tam Alumnorum, quam miniſtrantium Clericorum, & Laicorum, non tamen Presbyterorum ipſius Societatis exortas ſummarie, ſimpliciter, & de plano ſine figura, aut ſtrepitu Judicii, appellatione quacumque remota, decidendi, definiendi, terminandi, & exequendi, Statutaque, & ordinationes diſciplinam Scholaſticorum, & ſtudia Alumnorum præfatorum concernentia, æqua tamen, & honeſta, ſacriſque Canonibus, & Concilii Tridentini decretis non repugnantia, faciendi, & condendi, eaque, eum opus fuerit, revocandi, immutandi, & corrigendi, aliaque de novo condendi, quæ poſtquam facta, edita, revocata, immutata, & correcta fuerint, perinde habeantur, & obſerventur, ac ſi apoſtolica auctoritate approbata, & confirmata eſſent, prout illa ab omnibus dicti Collegii Alumnis ita haberi, & inviolabiliter obſervari mandamus, plenam, & liberam, auctoritate, & tenore præmiſſis concedimus facultatem.

Modum, & formam recipiendorum in ipſo Collegio præſcribit.

§.9. Quod autem ad dictorum Alumnorum admiſſionis modum, & formam deinceps habendam attinet; Rectorem presbyterum dicti Collegii pro tempore exiſtentem librum habere, in quo notentur nomina, & cognomina, ac patriæ, & parentes Alumnorum, qui recipientur in dicto Collegio, & ex eo dimittentur, ex dictoque libro ſingulis annis Catalogum eorum, qui recepti, & qui dimiſſi fuerint, cum die, & menſe ingreſſus, & egreſſus illorum ad Nuntium præfatum tranſmittere, ut ipſe Nuntius illum dictæ Congregationi tranſmittere poſſit. Quod ſi ex aliqua peculiari cauſa dimitti contigerit, eam etiam in dicto Catalogo exprimi; inſigniores vero Alumnorum præfatorum actiones in eodem libro adnotare, eaſque ſuo tempore eidem Nuntio ſignificare, ut pariter de illis eamdem Congregationem certiorem facere valeat, quas ad Nos, & ſucceſſores noſtros Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes per eamdem Congregationem deferri volumus, ut cum occaſio tulerit, præmio cohoneſtentur.

Aliaque circa adminiſtrationem bonorum temporalium ſervanda ſtatuit.

§.10. Ac denique alium librum, in quo dati, & accepti rationes diligentiſſime deſcriptæ ſint, illæque ſingulis annis ad minus eidem Nuntio reddantur, & in ejus manibus relinquatur folium, vulgo Bilancium nuncupatum, in quo proviſio Collegii, & alia, quæ ipſius Collegii, vel Alumnorum ratione acceperit, & ea, quæ illo anno pro ipſius Collegii, & Alumnorum ſuſtentatione impenderit, notata exiſtant, ut ſimiliter ab eodem Nuntio ad Urbem mitti poſſit, etiam habere. Si quod autem de tota ſumma penſionis Pontificiæ, redditis rationibus, ſupererit, id vel in aliis Alumnis evocandis, vel in neceſſariis libris emendis, vel in veſtiendis Alumnis dimittendis, vel etiam in redditibus augendis, aut in aliis Collegii neceſſitatibus arbitrio Nuntii, & Archiepiſcopi Pragen. præfatorum impendi debere, eadem auctoritate ſtatuimus, & ordinamus.

Privilegia Alumnis elargitur, & præcipue ſacros Ordines ſuſcipiendi.

§.11. Ut vero hujus Collegii Alumni poſt longos ſtudiorum vel cœptorum, vel conſummatorum labores expeditiores, & alacriores ad ſuccurrendum Patriæ neceſſitatibus reddantur, eiſdem Alumnis, ut cum ſolis literis teſtimonialibus dicti Collegii Rectoris pro tempore exiſtentis Archiepiſcopo Pragen. offerendis, ab eoque ſubſcribendis, ac ejus ſigillo muniendis, niſi forte Alumni præfati ſuos Ordinarios habuerint, a quibus dimiſſorias a Concilio Tridentino ordinatas habere poſſint, ad omnes etiam ſacros, & presbyteratus ordines ſine aliquo Beneficii, vel patrimonii titulo, etiam extra tempora ad id a jure ſtatuta, & intra annum, annique curriculo non expectato, minuſque ſervatis ad id a Concilio Tridentino præfato deſignatis interſtitiis, dummodo ad id aliàs reperiantur idonei, promoveri, & poſtquam promoti fuerint, in illis etiam in Altaris miniſterio miniſtrare, ac etiam tam ipſi, quam cæteri omnes in dicto Collegio degentes, ut Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ etiam die Paſchatis, & Extremæ-Unctionis Sacramenta a Confeſſario, aut alio Sacerdote ipſius Collegii a dicto Rectore conſtituendo ſuſcipere libere, & licite valeant, auctoritate, & tenore præmiſſis de ſpeciali gratia indulgemus.

Epiſcopos in illis partibus exiſtentes hortatur, ut in conferendis beneficiis ipſos Alumnos aliis præferant.

§.12. Verum ut, quantum fieri poterit, Alumnorum paupertati, & neceſſitati ſuccurratur, Archiepiſcopos, Epiſcopos, & alios antedictarum Provinciarum Beneficiorum Collatores, & Collatrices ſerio requirimus, & monemus, ut in illis conferendis, & præſertim ſi Beneficia hujuſmodi pro tempore obtinentibus immineat cura animarum, Alumnos præfatos aliis omnibus cæteris paribus præferant; Nuntios quoque Sedis Apoſtolicæ, alioſque Prælatos ſupradictarum Provinciarum, in quorum diœceſi Alumni præfati extiterint, ſimiliter monemus, & hortamur, ut in occurrentibus Beneficiorum, & præſertim curam animarum habentium vacationibus, quorum collatio, proviſio, vel diſpoſitio quoquomodo ad Sedem Apoſtolicam pertinuerit, de illis Alumnis antedictis pauperioribus, præcipueque noſtra pontificia gratia dignis, Nos, ſucceſſoreſque noſtros Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes certiores faciant, ut munificentiam noſtram erga illos, prout tempus, vel occaſio tulerit, exercere poſſimus. Et generaliter in Dignitatibus, Perſonatibus, Canonicatibus, & Præbendis, Parochialibus Eccleſiis, & aliis Beneficiis per collationem, vel electionem in Alumnorum patriis providendis, aliis omnibus cæteris patribus tam in Romana Curia, quam in Eccleſiis ſuis originalibus præferri volumus, & decernimus.

Collegio, & ejus perſonis communicat privilegia Studii generalis Urbis.

§.13. Atque inſuper eiſdem Collegio, & Scholaribus, Rectoribus, & Gubernatoribus, omnia, & quæcumque privilegia, exem-

Digitized by Google

eſemptiones,libertstes, facultates, & indulta, quibus Studium generale Almæ Urbis noſtræ, & illius Rectores, Doctoreſque, & in eo legentes quovis modo utuntur, potiuntur, & gaudeot, ac uti, potiri, & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet iu futurum, quibuſque Collegium, & Scholares, ac Rectores, & Gubernatores hujuſmodi noo ſolum ad eorum iuſtar, ſed pariformiter, & æquè principaliter uti, potiri, & gaudere valeant in omnibus, & per omnia eiſdem auctoritate,& tenore commuoicamus.

Indulgentias quoque concedit.

§.14. Ut vero temporalibus commodis ſpiritualia muuera quoque conjungamus, quibus fidelium devotio, & merita creſcere magis, & augeri poſſint, de omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctor tate confiſi, omuibus, & ſingulis Scholaribus, Rectoribus, & Miniſtris, qui in idem Collegium recepti fuerint, in ipſo iogreſſu, & deiude in exitu, ſiquidem confeſſi, & coutriti Sanctiſſimum Eucbariſtiæ Sacrameutum ſumpſerint, atque etiam ſi in eodem Collegio decedere eos ab humaois coutigerit, io mortis articulo,plenariam omnium peccatorum ſuorom Iudulgentiam, & remiſſiooem miſericorditer in Domino concedimus, & elargimur.

Statuta à Congregatione de Propaganda Fide pro regimine Collegii edita approbat, & obſervari mandat.

§.15. Poſtremo quaſcumque Regulss, & Couſtitutiones ad ejuſdem Collegii, illiuſque perſonarum, rerum, & bonorum ſpiritualium, & temporalium, curam, regimen, gubernium, directionem, & admioiſtratiouem, ac Alumnorum præfatorum receptionem, admiſſionem, victum, amictum, iuſtructionem, diſciplinam, & alis qoomodolibet pertinentia à dicta ſacra de Propaganda Fide Congregatione die nona Novembris milleſimi ſexcenteſimi vigeſimi ſexti edita etiam perpetuo approbamus, & couſirmamus,illaſque ab omnibus inviolabiliter obſervari volumus, & mandamus.

Clauſulas præſervativas addit.

§.16. Decernentes, præmiſſa omnia, & ſingula, ac præſentes nullo unquam tem pore ex quibuſvis cauſis de ſubreptionis, vel obreptiouis, aut uullitatis vitio, aut intentiouis noſtræ, vel quocumque alio defectu notari, impugnari, retractari, leu etiam revocari, ſuſpendi, reſtringi, limitari, aut iu jus, vel controverſiam vocari, ſeo ad terminos juris reduci poſſe, nec quemquam ad eaſdem præſentes in Camera Apoſtolica, justa Conſtitutiouem piæ memoriæ Pii Papæ IV. etiam Prædeceſſoris Noſtri deſuper editam, aut alias quandocumque præſentandum, inſinuandum, & regiſtrari faciendum teneri, ueque propterea illas irritas eſſe, ſed omni modo valere, ac ſi Conſtitutio præfata, & alia contraria minime emanaſſent.

Clauſula ſublata.

§.17. Sicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Cameræ Apoſtolicæ Præſideutes, Clericos, ejuſdem Sanctæ Romaoæ Eccleſiæ Camerarium, Vice-Camerarium, Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac alios ejuſdem S. Romanæ Eccleſiæ Cardioales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicaodi, & interpretandi ſacultate, & anctoritate judicari, & definiri debere, irritum quoque, & inane, quicquid lecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter cootigerit attentari.

Executores hujus Conſt. deputat.

§.18. Quocirca venerabili fratri Archiepiſcopo Pragen. a Nuntio præfato, ac dilecto fiſio cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori Motu pari maudamus, quatenus ipſi, vel duo, aut oous eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes noſtras literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus ſuerit, ac quoties pro parte Rectoris, & Alumuorum Collegii hujuſmodi fueriut requiſiti, ſolemuiter publicantes, illilque efficacis deſenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra eaſdem præſentes, & in eis contenta cujuſmodi ab omuibus, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, firmiter, & inviolabiliter obſervari, ac Rectorem, & Alumnos hujuſmodi illis pacifice frui, & gaudere, oon permitteutes eos deſuper per quoſcumque quomodolibet indebitè moleſtari, contradictores quoſlibet, & rebelles per ceuſuras,& pœnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatiooe poſtpoſita, compeſceodo, ac cenſuras, & pœnas ipſas ſervata forma ejuſdem Concilii Tridentini ctiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis.

Contraria abrogat.

§.19. Non obſtantibus uoſtra de gratiis ad inſtar non concedeudis, ac præfats Gregorii Prædeceſſoris hujuſmodi, quatenus opus ſit, & quatenus reperiretur, ac quibuſvis aliis Conſtitutiooibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, oecnon ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis quibuſvis Univerſitatibus, Collegiis, eorumque Rectoribus, & perſonis etiam ſub quibuſvis verborum tenoribus, & ſormis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritautibus, & aliis decretis in geoere, vel in ſpecie, etiam Motu, ſcieutia, & poteſtatis plenitudioe ſimilibus, & alias quomodolibet iteratis vicibus conceſſis, approbatis, & innovatis; Quibus omnibus, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus pro eorum ſufficienti derogatione ſpecialis, ſpecifica, & espreſſa, ac individua, & de verbo ad verbum, non autem per clauſulas geoerales idem importantes mentio, ſeu qoævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervauda ſoret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, inſerti forent, eiſdem præſeotibus pro plenè, & ſufficienter espreſſis habeotes, illis alias iu ſuo robore permaoſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe harum ſerie derogamus, coutrariis quibuſcumque. Aut ſi quibus communiter, aut diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici,ſuſpendi,vel excommunicari non poſſint per Literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad ver-

Digitized by Google

ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem.

Tranſumptis credi mandat.

§.20. Volumus autem, quod earumdem præſentium tranſumptis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo communi dicti Collegii, aut alicujus Curiæ Eccleſiaſticæ, ſeu perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides in judicio, & extra, ac alias ubicumque opus fuerit, habeatur, quæ haberetur eiſdem præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Sanctionem pœnalem ſuperaddit.

§.21. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ erectionis, inſtitutionis, attributionis, ſubjectionis, ſubmiſſionis, conſtitutionis, creationis, ſtatuti, ordinationis, indulti, communicationis, conceſſionum, elargitionis, approbationis, confirmationis, decretorum, mandatorum, derogationis, & voluntatum infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Dat. die 1. Junii 1627. An. IV.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſeptimo, Kalend. Junii, Pontificatus noſtri Anno Quarto.

CCXXVI.

Nova Inſtitutio Collegii in Civitate Viennæ Auſtriæ pro Scholaribus Germanicæ Nationis cum proventuum aſſignatione, & communicatione privilegiorum.

Viennenſe Collegium inſtitutum fuit a Gregorio XIII. Alia Collegia ab Urbano VIII. inſtituta, ſeu reſtituta, & ad propagationem Catholicæ Fidei utiliſſima, lege in Conſtitutione præcedenti.

URBANUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prœmium.

QUoniam divinæ bonitati viſum eſt, humilitatem noſtram turbulentiſſimis Chriſtianæ Reipublicæ temporibus ad univerſalis Eccleſiæ regimen vocare, ex eo tempore Nos, ejuſdem adjuvante gratia, ea cogitare, & agere non deſtitimus, quæ ſicut officii noſtri ratio poſtulat, ad divinum ubique cultum propagandum, & eccleſiaſticam diſciplinam reſtaurandam, & augendam, animarumque ſalutem procurandam maxime cognovimus pertinere.

Cauſæ iſtius Erectionis.

§.1. In primis vero animo recolentes ampliſſimam Germaniæ Provinciam, quæ ſuperioribus ſeculis inter fortiſſimæ ipſius Nationis laudes, atque virtutes, tanto ſinceræ fidei, & Chriſtianæ Religionis cultu eminere ſolebat, ut reliquis Chriſtianæ Reipublicæ partibus non minori exemplo, quam ornamento, atque decori eſſet: nunc tot, tantiſque in ea inſtinctu ſatanæ excitatis de religione diſſidiis, ita miſerandum in modum afflictam, & deformatam eſſe, ut nemo vel mediocri pietate præditus ſine lacrymis tam gravem animarum jacturam recordari, nedum intueri queat: eam præcipue curam ſuſcepimus, ut quibuſvis poſſimus modis, nullis laboribus, nulliſve ſumptibus parcentes, apta ſanandis illius vulneribus remedia adhibeamus: ac provide conſiderantes fel. rec. Gregorium Papam XIII. Prædeceſſorem noſtrum optimo quidem conſilio Collegium in Civitate Viennen. Auſtriæ quadraginta alendorum, ac latinis literis, Logica, Phyſica, aliis liberalibus diſciplinis, ac ſacra demum Theologia, necnon piis, & Chriſtiano nomine dignis moribus inſtruendorum Germanicæ Nationis puerorum cauſa eidem Collegio mille trecentorum octuginta ſcutorum monetæ ſumma aſſignata, quam de præſenti Camera noſtra Apoſtolica ſolvit, aliàs apoſtolica auctoritate erexiſſe, & inſtituiſſe, ut ii non per ſe ſolum boni, doctique evaderent, ſed habendis concionibus, & diſputationibus, refellendis hæreſibus, fideique orthodoxæ veritati dilucidandæ, ac præterea exercendæ animarum curæ, aliiſque piis, & ſanctis operibus apti, & idonei eſſent, & quam maximum in Eccleſia Dei fructum ea ſe proferrent, tamen id ejus cœptum, atque conatum, tum per obitum ipſius, tum ob varias, quæ poſtea ſequutæ ſunt, temporum & rerum difficultates parum proceſſiſſe, immo nec Literas Apoſtolicas ſuper hujuſmodi erectione, & inſtitutione expeditas eſſe veriſimiliter credendum ſit, cum factis plurimis tam in Romana Curia, quam in dicta Civitate Viennen. diligentiis, Literæ Apoſtolicæ ſuper hujuſmodi erectione non potuerint reperiri expeditæ.

Erectio, & inſtitutio Collegii Viennenſis, de quo in Rubrica.

§.2. Nos ad opus hoc propagationi Fidei utiliſſimum, præſertim hoc tempore, quo Germania ſumma operariorum Catholicorum inopia laborat, totis viribus, prout ex ſuſceptæ ſervitutis officio tenemur, promovendum, animum, & mentem noſtram convertentes, ac cœptum, & conatum dicti Gregorii Prædeceſſoris noſtri renovare intendentes, matura deſuper cum venerabilibus fratribus noſtris S.R.E. Cardinalibus Congregat. de Propaganda Fide præfectis habito conſilio, Motu proprio, non ad alicujus Nobis deſuper oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, meraque liberalitate noſtris, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ad Dei omnipotentis laudem, ſanctæque ipſius Eccleſiæ incrementum, præcipuamque Germanicæ Nationis ſalutem, & commodum in dicta Civitate Viennen. rurſus Collegium ipſum Viennenſe appellandum, in quo poſthac non minus quam viginti Alumni, videlicet ex ambabus Auſtriis quatuordecim, ſeptem ſcilicet ex Superiori, & ſeptem ex Inferiori Auſtria, duo ex Valleſia, duo ex Rhetia, & duo Bernenſes colligendi, & ſi contigerit ex Ver-

ex Vallcſia, Rhetia, & Bernia Alumnos haberi non poſſe, tunc & eo caſu, poſt factas à Rectore dicti Collegii, & demum à dilecto filio moderno, & pro tempore exiſtente noſtro, & Sedis Apoſtolicæ Nuutio apud chariſſimom in Chriſto filium noſtrum modernum, & pro tempore etiam exiſtentem Romanorum Regem in Imperatorem electum commorante diligentias, Alumni Auſtriaci in locum eorum aſſumi debeant, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium de novo ex integro perpetuò erigimus, & inſtituimus.

Dotis aſſignatio d. Collegio 1380. ſcutorum monetæ annuorũ.

§.3. Illique ſic erecto, & inſtituto pro congrua ejus dote, ac Alumnorum præfatorum, & illis inſervientium perſonarum ſuſtentatione, onerumque illis incumbentium ſupportatione, redditus annuos mille trecentorum octoginta ſcutorum monetæ hujuſmodi ex Cameræ Apoſtolicæ pecuniis quotannis ſumendos, & numerandos, diſtributa in trimeſtres ſingulos pro rata ſolutione, quoad de totidem redditaum ſumma in bonis ſtabilibus eidem Collegio à Nobis, vel ſucceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus fuerit proviſum, eiſdem auctoritate, & tenore concedimus, & attribuimus.

Ejuſdem Collegii regimen, & inſtitutio demandatur presbyt. Soc. Jeſu.

§.4. Cæterum, cum dilectorum filiorum Presbyterorum Societatis Jeſu in hoc educandorom, inſtituendorumque Alumnorum munere diligentia, fides, integritas, & in aliis hujuſmodi Collegiis, & in hoc ipſo ſatis cognita ſit, atque perſpecta, idem Collegium, atque Scholares illius Presbyterorum, ſicut adhuc ſunt, regimini, inſtitutioni, doctrinæ, atque prudentiæ eadem auctoritate etiam perpetuo ſubjicimus, atque ſubmittimus.

Protectorum, & Viceprotectoris Collegii deputatio.

§.5. Præterea, ut ejuſdem Collegii conſervationi, bonoque tam in his, quæ ad Scholarium inſtitutionem, & diſciplinam, quam quæ ad victum, veſtitum, aliaque hujuſmodi neceſſaria pertinent, opportunius conſulatur, & promptum eis paratumque auxilium ſit, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales Sacræ Congregationi de Propaganda Fide præfectos præfatos nunc, & pro tempore exiſtentes ejuſdem Collegii Protectores, & Defenſores, qui in Viceprotectorem illius Venerabilem fratrem noſtrum Epiſcopum Viennen. nunc, & pro tempore exiſtentem, ita tamen, ut in gravioribus nihil præcipere, aut mandare, vel facere valeat ſine conſilio, & conſenſu Nuntii præfati, quibus aliquid eorum, quæ vel in hac fundatione, vel in regulis à Congregatione præfata approbatis continentur, immutare minimè licebit abſque ejuſdem Congregationis, vel Romani Pontificis pro tempore exiſtentis expreſſa licentia, deputare poſſint, & valeant, eadem auctoritate conſtituimus, atque creamus.

Eorundem auctoritas, & facultates.

§.6. Illiſque, ac Viceprotectori præfato pro ſalubri illius conſervatione, Alumnorum, bonorum, & rerum, ac Jurium temporalium, & ſpiritualium ejuſdem plenam, & liberam facultatem, & auctoritatem Oeconomos, Advocatos, & Procuratores in eo deputandi, & amovendi, ac alios in eorum locum ſubſtituendi, differentias, lites, & controverſias inter quaſcumque perſonas, tam Alumnorum, quam miniſtrantium, Clericorum, & Laicorum, non tamen Presbyterorum ipſius Societatis exortas, ſummarie, ſimpliciter, & de plano ſine figura, aut ſtrepitu Judicii, appellatione quacumque remota, decidendi, definiendi, terminandi, & exequendi, ſtatutaque, & ordinationes, diſciplinam domeſticam, & ſtudia Alumnorum præfatorum concernentia, æqua tamen, & honeſta, ſacriſque Canonibus, & Concilii Tridentini Decretis non repugnantia faciendi, & condendi, eaque, cum opus fuerit, revocandi, immutandi, & corrigendi, aliaque de novo condendi, quæ, poſtquam facta, edita, revocata, immutata, & correcta fuerint, perinde habeantur, & obſerventur, ac ſi auctoritate apoſt. approbata, & confirmata eſſent, prout illa ab omnibus dicti Collegii Alumnis ita haberi, & inviolabiliter obſervari mandamus, plenam, & liberam, auctoritate, & tenore præmiſſis concedimus facultatem.

Modus, & forma admiſſionis Alumnorum.

§.7. Quod autem ad dictorum Alumnorum admiſſionis modum, & formam deinceps habendam attinet, Rectorem præfatum dicti Collegii pro tempore exiſtentem librum habere, in quo notentur nomina, & cognomina, ac patriæ, & parentes Alumnorum, qui recipientur in dicto Collegio, & ex eo dimittentur, ex dictoque libro ſingulis annis catalogum eorum, qui recepti, & qui dimiſſi fuerint, cum die, menſeque ingreſſus, & egreſſus illorum Nuntio præfato mittere, ut ipſe Nuntius illum præfatæ de Propaganda Fide Congregationi tranſmittere poſſit. Quod ſi ex aliqua peculiari cauſa dimitti contigerit, eam etiam in dicto Catalogo exprimi: inſigniores vero Alumnorum præfatorum actiones in eodem libro annotare, eaſque ſuo tempore eidem Nuntio ſignificare, ut pariter de illis eamdem Congregationem certiorem facere valeat, quas ad Nos, & ſucceſſores noſtros Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes per eamdem Congregationem deferri volumus, ut cum occaſio tulerit, præmio cohoneſtentur.

Ac adminiſtrationis bonorum temporalium.

§.8. Ac denique alium librum, in quo dati, & accepti rationes diligentiſſime, & clariſſime deſcriptæ ſint, illæque ſingulis annis ad minus eidem Nuntio reddantur, & in ejus manibus relinquatur folium, vulgo Bilancium nuncupatum, in quo proviſio Collegii, & alia, quæ ipſius Collegii, vel Alumnorum ratione acceperit, & ea, quæ illo anno pro ipſius Collegii, & Alumnorum ſuſtentatione impenderit, notata exiſtant, ut ſimiliter ab eodem Nuntio ad Urbem mitti poſſit, etiam habere. Si quid autem de tota penſionis Pontificiæ ſumma, redditis rationibus, ſupererit, id vel in aliis Alumnis evocandis, vel in neceſſariis libris emendis, vel in veſtiendis Alumnis dimittendis, vel etiam in redditibus augendis, aut in aliis Collegii neceſſitatibus arbi-

trio Nuntii, & Epiſcopi Viennen. præfatorum impendi debere, eadem auctoritate ſtatuimus, & ordinamus.

Alumnorum privilegia in ſuſceptione ſacrorum Ordinum.

§.9. Ut verò hujus Collegii Alumni poſt longos ſtudiorum aut cœptorum, vel conſummatorum labores expeditiores, & alacriores ad ſuccurrendum Patriæ neceſſitatibus reddantur, eiſdem Alumnis, ut cum ſolis literis teſtimonialibus dicti Collegii Rectoris pro tempore exiſtentis Epiſcopo Vienn. offerendis, eaſque ab eo ſubſcribendis, ac ſigillo muniendis, niſi forte Alumni præfati ſuos Ordinarios habuerint, a quibus dimiſſorias à Concil. Tridentino ordinatas habere poſſint, ad omnes etiam ſacros, & Presbyteratus Ordines ſine aliquo Beneficii, vel patrimonii titulo, etiam extra tempora ad id a jure ſtatuta, & intra annum, annique circulo non expectato, minuſque ſervatis ad id à Concilio Tridentino deſignatis interſtitiis (dummodo ad id aliàs reperiantur idonei) promoveri, & poſtquam promoti fuerint, in illis etiam in Altaris miniſterio miniſtrare, ac etiam tam ipſi, quam cæteri omnes in dicto Collegio degentes, ut Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ etiam die Paſchatis, & extremæ Unctionis Sacramenta à Confeſſario, aut alio Sacerdote ipſius Collegii a dicto Rectore conſtituendo ſuſcipere libere, & licitè valeant, auctoritate, & tenore præmiſſis de ſpeciali gratia indulgemus.

Et in proviſione Beneficiorum Eccleſiaſticorum.

§.10. Verum, ut quantum fieri poterit, dictorum Alumnorum paupertati, & neceſſitati ſuccurratur, Archiepiſcopos, Epiſcopos, & alios antedictarum Provinciarum Beneficiorum Eccleſiaſticorum Collatores, & Collatrices ſerio requirimus, atque monemus, ut in illis conferendis, & præſertim ſi Beneficia hujuſmodi pro tempore obtinentibus immineat cura animarum, Alumnos præfatos aliis omnibus cæteris paribus præferant; Nuntios quoque Sedis Apoſtolicæ, alioſque Prælatos ſupradictarum Provinciarum, in quorum diœceſi Alumni præfati extiterint, ſimiliter monemus, & hortamur, ut in occurrentibus Beneficiorum hujuſmodi, & præſertim curam animarum habentium vacationibus, quorum collatio, proviſio, vel diſpoſitio quoquomodo ad Sedem Apoſtolicam pertinuerit, de illis Alumnis antedictis pauperioribus, præcipueque noſtra Pontificia gratia dignis, Nos, Succeſſoreſque noſtros Romanos Pontifices pro tempore ſimiliter exiſtentes certiores faciant, ut munificentiam noſtram erga illos, prout tempus, vel occaſio tulerit, exercere poſſimus. Et generaliter in Dignitatibus, Perſonatibus, Canonicatibus, & Præbendis, Parochialibus Eccleſiis, & aliis Beneficiis Eccleſiaſticis per collationem, vel electionem in Alumnorum Patriis providendis aliis omnibus cæteris paribus tam in Romana Curia, quam in Eccleſiis ſuis originalibus præferri volumus, & decernimus.

Communicatio omnium privilegiorũ. & indultorum ſtudio generali Urbis conceſſorum.

§.11. Atque inſuper eiſdem Collegio, & Scholaribus, Rectoribus, & Gubernatoribus omnia, & quæcumque privilegia, exemptiones, libertates, facultates, & indulta, quibus ſtudium generale Almæ Urbis noſtræ, & illius Rectores, Doctoreſque, & in eo legentes quovis modo utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum, quibuſque Collegium, & Scholares, ac Rectores, & Gubernatores hujuſmodi non ſolum ad eorum inſtar, ſed pariformiter, & æquè principaliter uti, potiri, & gaudere poſſint, & valeant, in omnibus, & per omnia eiſdem auctoritate, & tenore communicamus.

Indulgentiæ plenariæ elargitio.

§.12. Ut verò temporalibus commodis ſpiritualia munera quoque conjungamus, quibus fidelium devotio, & merita creſcere magis, & augeri poſſint, de ejuſdem omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis Scholaribus, Rectoribus, & Miniſtris, qui in idem Collegium recepti fuerint, in ipſo ingreſſu, & deinde in exitu, quidem confeſſi, & contriti Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint, atque etiam ſi in eodem Collegio decedere eos ab humanis contigerit, in mortis articulo plenariam omnium, & ſingulorum peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus, & elargimur.

Approbatio ſtatutorum à Congregat. de Propag. Fide pro ipſius Collegii gubernio editorum eorundemque obſervantia.

§.13. Poſtremo quaſcumque regulas, & conſtitutiones ad ejuſdem Collegii, illiuſque perſonarum, rerum, & bonorum ſpiritualium, & temporalium curam, regimen, gubernium, & directionem, & ad miniſtrationem, ac Alumnorum præfatorum receptionem, admiſſionem, victum, amictum, inſtructionem, diſciplinam, & alia quomodolibet pertinentia à dicta ſacra de Propaganda Fide Congregatione die nona Novembris milleſimi ſexcenteſimi vigeſimi ſexti edita etiam perpetuo approbamus, & confirmamus, illaſque ab omnibus inviolabiliter obſervari volumus, & mandamus.

Clauſulæ præſervativæ.

§.14. Decernentes, præmiſſa omnia, & ſingula, ac præſentes noſtras Literas nullo unquam tempore ex quibuſcumque cauſis de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quocumque alio defectu notari, impugnari, retractari, ſeu etiam revocari, ſuſpendi, reſtringi, limitari, aut in jus, vel controverſiam vocari, ſeu ad terminos juris reduci poſſe, nec quemquam ad eaſdem præſentes in Camera Apoſtolica, juxta Conſtitutionem piæ memoriæ Pii Papæ IV. etiam Prædeceſſoris Noſtri deſuper editam, aut alias quandoque præſentandum, inſinuandum, & regiſtrari faciendum teneri, neque propterea illa invalida eſſe, ſed omni modo valere, ac ſi Conſtitutio præfata, & alia contraria minime emanaſſent.

Clauſula ſublata.

§.15. Sicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Cameræ Apoſtolicæ Præſidentes & Clericos, ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerarium, Vicecamerarium, & cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac alios dictæ Romanæ Eccle-

Digitized by Google

Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, irritum quoque, & inane, quicquid ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executorum iſtius Conſt. deputatio.

§.16. Quocirca Venerabili fratri Epiſcopo Vieno. & Nuntio præfato, ac non dilecto filio cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori Motu pari per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes noſtras literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Rectoris, & Alumnorum Collegii hujuſmodi fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, illiſque efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra eaſdem præſentes, & in eis contenta hujuſmodi ab omnibus, ad quos ſpectat, & in futurum pro tempore ſpectabit, firmiter, & inviolabiliter obſervari; ac Rectorem, & Alumnos hujuſmodi illis pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos deſuper per quoſcumque quomodolibet indebite moleſtari: Contradictores quoſlibet, & rebelles per cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, ac cenſuras, & pœnas ipſas, ſervata forma ejuſdem Sacri Concilii Tridentini, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis.

Contrariorum abrogatio.

§.17. Non obſtantibus noſtra de gratiis ad inſtar non concedendis, ac præfata Gregorii Prædeceſſoris hujuſmodi, quatenus opus ſit, & quatenus reperiretur, necnon quibuſvis Apoſtolicis Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis quibuſvis Univerſitatibus, Collegiis, eorumque Rectoribus, & perſonis etiam ſub quibuſvis verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, etiam Motu, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, & aliis quomodolibet iteratis vicibus conceſſis, approbatis, & innovatis: Quibus omnibus, etiamſi pro eorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica & expreſſa, ac individua, & de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in eis tradita obſervata, inſerti forent, eiſdem præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe harum ſerie derogamus, contrariis quibuſcumque. Aut ſi quibuſvis communiter, aut diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per Literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem.

Tranſumptorum fides.

§.18. Volumus autem, ut præſentium tranſumptis manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo communi dicti Collegii, aut alicujus Curiæ Eccleſiaſticæ, ſeu perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides in judicio, & extra habeatur, quæ haberetur eiſdem præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Decretum pœnale.

§.19. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ erectionis, inſtitutionis, attributionis, ſubjectionis, conſtitutionis, creationis, ſtatuti, ordinationis, indulti, requiſitionis, monitionum, exhortationis, communicationis, conjunctionis, conceſſionum, elargitionis, approbationis, confirmationis, decretorum, mandatorum, derogationis, & voluntatum infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Dat. die 1. Junii 1627. An. IV.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſeptimo, Kalendis Junii, Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

CCXXVII.

Declaratio, quod Fratres Cappuccini ſunt vere Fratres Minores Ordinis S. Franciſci, ac ex illius vera, & nunquam interrupta linea deſcendunt, ſub illius Regula militant, & militarunt.

Hoc idem decreverat Paul.V. in Conſt.CXXI. Eccleſiæ. *Tom.V. Par.III. fol. 348. Et eiſdem ut Crucem propriam in publicis Proceſſionibus ubique locorum deferre poſſent induſit in Conſtit.CCLXXIX.* Paſtoralis. *Tom.V. Par.IV. fol.244. Ac habitus eorum, vel conſimilis delationem prohibuit Gregor.XV. in Conſtit. XLV.* Ex injuncto. *ibid. fol.416. Ubi aliam Gregor. XIII. habes ſuper eadem materia Conſt. inſertam. Et de tota ipſorum Religione pleue actatum eſt ad Conſt.XXIV.* Religionis. *Tom.III. Par.III. fol.73.*

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Proœmium.

SAlvatoris, & Domini noſtri, qui charitas eſt, & Deus pacis, vices (licet immeriti) gerentes in terris, inter graviſſimas multipliceſque apoſtolicæ ſervitutis curas, in eam peculiari ſolicitudine jugiter incumbimus, ut Chriſtifideles, qui in ſortem Domini vocati ejus obſequiis diu, noctuque mancipati ſunt, ſublatis quibuſlibet dubiis, & controverſiis, Altiſſimo reddant abundanter fructus ſuos; nec ab iis, quorum eſt

evangelizare pacem, & bona, veritatem vero temere impugnando, pacem eum ſcandalo puſillorum ſcindere non verentur, a ſua ſancta vocatione diſtrahantur.

Dubitatum fuit tempore Pauli V. utrū Fratres Capuc. eſſent de vera linea S. Franciſci.

§. 1. Aliàs ſiquidem a fel. rec. Paulo Papa V. prædeceſſore noſtro accepto a nonnullis in dubium revocari, an Fratres Ordinis ejuſdem Sancti Franciſci Capuccini nuncupati eſſent vere Fratres Minores, & etiam quoniam regulam Sancti Franciſci profitentur, filii Sancti Franciſci, cum tempore Sancti Franciſci inſtituti non fuerint, pariterque an eorum Conſtitutiones aliquid haberent, quod Regulæ Sancti Franciſci repugnaret?

Qui omnibus benevisis declaravit eſſe in ſua Conſt. in Rubrica citat.

§. 2. Idem Paulus prædeceſſor ſua perpetuo valitura Conſtitutione declaravit, Fratres Capuccinos eſſe vere Fratres Minores, ac etiam quamvis tempore Sancti Franciſci minime inſtituti fuerint, cum tamen ejus regulam profiteantur, atque eorum inſtituta congruant tam regulæ ſtatutis, quam ejuſdem regulæ declarationibus, quæ habentur in Conſtitutione fel. rec. Clementis Papæ V. prædeceſſoris noſtri, in generali Concilio Viennen. edita, quæ incipit. *Exivi de Paradiſo*, filios Sancti Franciſci, eorum præterea Conſtitutiones nihil continere, quod non ſit regulæ Sancti Franciſci præfatæ conſentaneum, irritanti etiam decreto deſuper appoſito, & aliàs prout in dicti Pauli Prædeceſſoris deſuper in ſimili forma Brevis ſub die 15. Octobris 1608. expeditis literis, quarum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis haberi volumus, plenius continetur.

Modo hoc iddī in dubium revocatur prætextu nonnullorum verborum.

§. 3. Cum autem, ſicut dilectus filius Franciſcus Genuenſis, eorumdem Fratrum Capuccinorum Procurator Generalis, Nobis nuper exponi fecit, prætextu illorum verborum, videlicet: Quanquam tempore Beati Franciſci inſtituti non fuerint: a nonnullis in dubium revocetur, an iidem Fratres Capuccini ex vera, & nunquam intermiſſa linea S. Franciſci originem trahant.

Quod iſte Pont. omnino tollit declarādo eſſe ex vera, & nunquam interrupta linea, & ſub ipſa Sancti Franciſci regula militaſſe, & militare.

§. 4. Nos æquum, & rationi conſonum fore cenſentes, ut qui verbo, & exemplo veros ſe Beati Franciſci imitatores oſtendunt, tales ab omnibus abſque ulla controverſia habeantur, attentiuſque conſiderantes, eorumdem Fratrum Capuccinorum originem, ſeu principium illorum eſſe realiter, & cum effectu computandum a tempore primævæ, & originalis inſtitutionis regulæ Seraphicæ, cujus obſervantiam ipſi Fratres Capuccini ſemper ſine aliqua interruptione continuarunt; eorumdem Fratrum Capuccinorum quieti, quantum Nobis ex alto conceditur, conſulere, eoſdemque Fratres Capuccinos ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus dicti Franciſci Procuratoris Generalis totius Ordinis eorumdem Fratrum Capuccinorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati; re prius per Venerabiles Fratres noſtros S. R. E. Cardinales negotiis Regularium præpoſitos mature diſcuſſa, de eorumdem Cardinalium conſilio, hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione, Fratres Capuccinos præfatos fuiſſe, & eſſe ex vera, & nunquam interrupta linea, ac veros, & indubitatos Fratres Ordinis Sancti Franciſci, & illius regulæ obſervatores, ſubque ipſius Beati Franciſci regula militaſſe, & ad præſens quoque militare.

Clauſula ſublata.

§. 5. Sicque ab omnibus, & ſingulis cenſeri, ac reputari, & judicari debere, irritumque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium decernimus, & declaramus.

Exequutores deputat.

§. 6. Quocirca omnibus, & ſingulis venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac dilectis filiis noſtris, & Apoſtolicæ Sedis Nuntiis, per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte Fratrum Capuccinorum præfatorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, illiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra eos præmiſſis omnibus, & ſingulis, juxta præſentium continentiam, & tenorem, pacifice frui, & gaudere. Non permittentes, eos deſuper a quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebite moleſtari, contradictores quoſlibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, legitimiſque ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, cenſuras, & pœnas ipſas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecolaris.

Derogatio contrariorum

§. 7. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Fides danda tranſumptis.

§. 8. Volumus autem, ut præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 28. Junii 1627. An. IV.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die vigeſimaoctava Junii 1627. Pontificatus noſtri Anno IV.

Facul-

CCXXVIII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Facultas Antonio Cardinali Barberino in caſu devolutionis Status Urbini inſpiciendi, & retinendi ſcripturas ad Sedem Apoſtolicam pertinentes, ac declarandi infra duos menſes, quam Tormentorum bellicorum, & aliorum quorumvis armorum, nec non ſalis quantitatem pro eadem Sede voluerit.

Dilecto filio noſtro Antonio Tituli Sancti Honuphrii Presbytero Cardinali noſtro ſecundum carnem fratri Germano.

URBANUS PAPA VIII.

Dilecte fili noſter ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Exordium.

SPectata diu eircumſpectinnis tuæ in graviſſimis noſtris, & hujus Sanctæ Sedis negotiis pertractandis fides, prudentia, & integritas, aliaque eximia inſignium virtutum dona, quibus illarum largitor Altiſſimus perſonam tuam multipliciter inſignivit, plane exigunt, ut ea illi munia demandemus, quæ Nobis maxime cordi ſunt, firma ſpe in Domino freti, Te in eis obeundis deſiderio noſtro cumolate ſatia facturum.

Recenſet facultates Card. Barberino, aliiſque delegatas in caſu devolutionis Ducatus Urbini.

§.1. Cum itaque Nos pridem Ven. Fratri Paulo Æmilio Archiepiſcopo Urbinaten., ac dilectis filiis Provinciæ Marchiæ Ancomtanæ, necnon Civitatis Peruſin., ejuſque Comitatus, & Diſtrictus, Provinciæque Umbriæ Gubernatoribus, ac Provinciæ noſtrarum Romandiolæ, atque Exarcatus Ravennæ Præſidi, nonnulliſque aliis diverſas facultates per noſtras in ſimili forma Brevis deſuper expeditas literas, quibus illis caſu aperitionis, ac devolutionis ad Nos, & Romanam Eccleſiam, Sedemque, & Cameram Apoſtolicam Feudi Ducatus Urbini, necnon Civitatum Senogallien., & Piſauren., ac Status Montisferetran. illorumque Dominiorum, Civitatum, Oppidorum, Terrarum, Fortalitiorum, & locorum quorumcumque, etiam ſpeciali nota, & expreſſione dignorum in, & ſub Statu dicti Ducatus Urbini ad præſens quomodolibet compræhenſorum, ſeu per ipſum Ducem quomodolibet poſſeſſorum quandocumque, & quomodocumque eveniente, ſeu ſuccedente, uti valerent, ac etiam circumſpectioni tuæ ſimiles, vel alias facultates præmiſſorum occaſione conceſſerimus, prout in dictis literis, quarum tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus, plenius continetur.

Nunc eidem Card. facultatem tribuit, de qua in Rubrica.

§.2. Ideirco, ut ea, quæ tuæ fidei commiſimus, eo melius, atque ſalubrius exercere, atque obire valeas, quo amplioribus fueris a Nobis, & eadem Sede facultatibus ſuffultus, opportune providere volentes, motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Tibi, ut caſu aperitionis, ac devolutionis prædictarum, quandocumque, & quomodocumque eveniente, ſeu ſuccedente juxta Inſtrumentum Concordiæ deſuper ſub die 30. Aprilis 1624. celebratum per Te, vel alium, ſeu alios, Te, quoties tibi videbitur, deputan., & ſubſtituen., quaſcumque ſcripturas ad eamdem Sedem ſpectantes, & pertinentes diligenter inſpicere, & retinere, ac infra duos menſes a die habitæ poſſeſſionis hujuſmodi computandos, quam Tormentorum bellicorum, & quorumvis aliorum armorum, cujuſvis generis, necnon ſalis quantitatem pro eadem Sede volueris, declarare, aliaque omnia, & ſingula in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, & quomodolibet opportuna, etiamſi talia ſint, vel fuerint, quæ magis ſpecialem, ſpecificam, & expreſſam requirerent mentionem, quandocumque Tibi videbitur, auctoritate noſtra facere, dicere, gerere, mandare, jubere, & eaequi libere, & licite poſſis, & valeas, tenore præſentium plenam, liberam, & amplam facultatem, & auctoritatem concedimus, & impartimur.

Mandatum de parendo.

§.3. Mandantes propterea omnibus, & ſingulis ſubditis noſtris immediatis, & mediatis, necnon etiam Eccleſiaſticis ſecularibus, & regularibus perſonis cujuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exiſtentibus, & quacumque auctoritate, poteſtate, munere, ſive officio fungentibus in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub indignationis noſtræ, necnon rebellionis, & etiam excommunicationis latæ ſententiæ pœnis, ut tibi in præmiſſis omnibus, & ſingulis quacumque excuſatione, tergiverſatione, & impedimento remotis, in omnibus, & per omnia prompte pareant, obediant, & aſſiſtant, tuaque, & perſonarum a Te forſan deputandarum monita, juſſa, & mandata, ea qua decet obedientia, & fide exequantur, & adimpleant, alioquin ſententiam, ſive pœnam, quam rite tuleris, ſeu ſtatueris in rebelles, ratam habebimus, & faciemus auctore Domino inviolabiliter obſervari.

Obſtantibus derogat.

§.4. Non obſtan. omnibus illis, quæ in literis prædictis voluimus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 3 Julii 1627. An.IV.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die tertia Julii 1627. Pontificatus noſtri Anno IV.

Sepa-

CCXXIX.

Confirmatio nonnullorum Capitolorum, quæ inita ſunt inter FF. Ord. B. M. de Mercede Redempt. Captiv., occaſione ſeparationis Diſcalceatorum a Calceatis.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

IN Sede Principis Apoſtolorum nullis licet noſtris ſuffraganiibus meritis, divina providentia conſtituti, Religioſorum Ordinum in Eccleſia Dei militantium proſperum ſtatum, felicemqoe directionem ſinceris deſiderantes affectibus, ea, quæ propterea concorditer facta fuiſſe dicuntur, ut firma perpetuo, & illibata remaneant, Apoſtolicæ confirmationis robore libenter communimus, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Capitula obſervanda pro pacifica ſeparatione.

§.1. Cum itaque, ſicut accepimus, aliàs inter dilectos filios Fratres Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum Calceatos ex una, ac Fratres ejuſdem Ord. Congregat. Diſcalceatorum nuncupatorum ea altera partibus infraſcripta Capitula occaſione ſeparationis, ac totalis diſmembrationis Diſcalceatorum hujuſmodi a Fratribus Calceatis prædictis de mandato dilecti filii noſtri Gaſparis tit. S. Crucis in Hieruſalem Presbyteri Cardinalis Borgiæ nuncupati, ejuſdem Ordinis apud Nos, & Apoſtolicam Sedem Prorectoris, intervenientibus, & aſſiſtentibus dilectis ſimiliter filiis Joanne de Antillon tunc uti Vicario Generali, & Provinciali, ac Procuratore Generali in Romana Curia, ac Petro de Giſman, etiam tunc Procuratore Provinciæ Caſtellæ ejuſdem Ordinis, necnon Didaco de S.Paulo tunc ſimiliter ejuſdem Ordinis Procuratore Generali, inita fuerint tenoris ſubſequentis, videlicet.

De eligendo Vicario Gen. Recollectorũ.

§.2. In primis ſtatuitur, quod ſupplicetur Suæ Sanctitati nomine partium ſupradictarum, ut pro hac vice dumtaxat dignetur nominare unum Vicarium generalem Recollectum, qui habeat eamdem auctoritatem, Juriſdictionem, præeminentiam, & ſuperioritatem ſuper omnes Recollectos, illiuſque Monaſteria utriuſque ſexus, quam habet Reverendiſſ. Generalis ſuper totam Religionem Calceatorum, & qui ſimiliter poſſit nominare Provinciales, Diffinitores, Electores, & Procuratores Generales Provinciarum Caſtellæ, Bœticæ, ac Siciliæ pro hac vice dumtaxat, & aſſignare locum, in quo ſit celebrandum Capitulum Generale futurum, ac dividere, & nominare Provincias.

Tempus officii ejuſdem deſignatur.

§.3. Item, quod Vicarius Generalis Apoſtolicus gubernet Recollectionem uti ſupremum caput a die notificationis Bullæ, ſeu Motus proprii emanandi in confirmationem horum Capitulorum uſque ad primum Capitulum Generale celebrandum in die Pentecoſtes anni proximi venturi 1622. in quo poterit reeligi, ſi ſic bene viſum fuerit convenire Recollectioni.

Capitula Gen. quolibet ſexennio celebranda.

§.4. Item quod a die Pentecoſtes anni 1622. in poſterum futuris perpetuo temporibus quolibet ſexennio debeat celebrari Capitulum generale Recollectionis in die Pentecoſtes, ſervando in omnibus ordinem, qui ſervatur a Patribus Calceatis. Interim quod non fiant Conſtitutiones a Diſcalceatis.

Calceati nullam vocem habent in his Capitulis.

§.5. Item, quod vox tam activa, quam paſſiva pro electione hujuſmodi Vicarii Generalis ſolum competat Religioſis Recollectis, abſque eo quod Patres Calceati, & eorum Reverendiſſ. Generalis poſſint modo aliquo concurrere, nec intervenire in illa, nec in illis actibus Capitularibus.

Vocales, qui eſſe debeant.

§.6. Item, quod Vicarius Apoſtolicus Generalis eligat in qualibet Provincia unum Procuratorem Generalem, & quatuor Diffinitores, ad quos pertineat, una cum Procuratore Generali Romanæ Curiæ, electio futuri Vicarii Generalis, qui debeat reſidere, vel nominare Præſidentem in omnibus Capitulis.

Quid præſtandum eveniente obitu Vicarii Generalis.

§.7. Item, quod ſi contigerit Vicarium Generalem Apoſtolicum ex hac vita migrare ante nominationem Provincialium, in tali caſu ſuccedat in officio ejuſdem Vicarii Generalis Commiſſarius, qui fuerit Bœticæ, & in illius defectum Commendator, qui tunc temporis fuerit Monaſterii S. Barbaræ Oppidi Matriti, & eo non exiſtente, Commendator Recollectus Civitatis Hiſpalenſis, & in defectum talis Commendatoris, ille, qui fuerit Monaſterii nuncupati de San Lucar de Barrameda; quod ſi talis mors eveniat facta jam nominatione Provincialium, tunc temporis ſuccedat in dicto Officio Vicarii Generalis Provincialis ejuſdem Provinciæ, cujus erat Vicarius Generalis, & eo deficiente Vicarius Provincialis, & illo non exiſtente, Diffinitor antiquior ejuſdem Provinciæ.

Ceſſiones favore Diſcalceatorum.

§.8. Item, quod Reverendiſſ. Generalis, & Patres Provinciales Calceati renunciant omni meliori modo de jure locum habente Juriſdictioni, poteſtati, ſuperioritati, & præeminentiæ illis quomodolibet ſpectanti, vel quæ in futurum quomodolibet poterit ſpectare, vel pertinere ſuper Recollectionem, illiuſque Monaſteria utriuſque ſexus. Item, quod ſimiliter renunciant actioni interveniendi Capitulis Generalibus, & Provincialibus Diſcalceatorum, in quibus nullus Calceatus poſſit intervenire, nec modo aliquo vocem habere. Item, quod ſimiliter Patres Calceati renunciant omni ſuperioritati, juriſdictioni, electioni, & actioni quomodolibet competentibus illis, vel pro tempore competituris ad obtinendum prælationes in Monaſteriis Religioſorum Recollectionis utriuſque ſexus nunc, & pro tempore exiſtentibus, excepto Monaſterio Monialium Recollectarum Oppidi Matriti, quia hoc Monaſterium debet remanere ſub eadem obedientia, ſub qua modo militat.

Et vice verſa.

§.9. Item, quod Patres Recollecti non poſſint aſſiſtere Capitulis Generalibus, vel Provincialibus Calceatorum, nec in illis

haben-

Digitized by Google

habere vocem, ſive active, ſive paſſive, & quoad hunc articulum renunciant omni actioni, & juri nunc, & pro tempore quomodolibet eis competenti. Item, quod ſimiliter renunciant, & abdicant a ſe quamcumque prætenſionem, actionem, vel jus, quæ nunc habent, & pro tempore quomodolibet habere, vel prætendere poſſunt ad obtinendas prælationes in Monaſteriis Calceatorum utriuſque ſexus, illis, vel illius Provinciis hucuſque annexis.

Vicarius Gener. Recollectorum a Generali Ordinis confirmandus.

§.10. Item pro quanto Recollectio rationabiliter veretur, ne tempus oblivioni mandet tot beneficia accepta a dicta Religione Calceatorum ejus matre, ſtatuitur, quod Vicarius Generalis Recollectus infra tres menſes a die ſuæ electionis teneatur illam præſentare Reverendiſs. Generali Ordinis, qui, ſi fuerit canonica, neceſſario illam confirmet: & hæc ſola præeminentia reſervatur Reverendiſs. Generali ſuper Recollectionem: quod ſi facere recuſet intra quindecim dies ab illius præſentatione, accedat, & recurſum habeat pro illius confirmatione ad Nuncium Suæ Sanctitatis in Regnis Hiſpaniarum commorantem.

Procuratoribus Provincialibus vocalitas afferta,

§.11. Item ob paucitatem ſuffragiorum, quæ pro nunc in Capitulo Generali vocem habebunt, ſtatuitur, quod Procuratores Provinciales cujuſcumque Provinciæ Diſcalceatorum in electione Vicarii Generalis habeant vocem activam, ſicut Definitores Capituli Generalis.

Diſcalceati nequeunt ſe negocio Redemptionis immiſcere.

§.12. Item, quod Miniſterium Redemptionis ſolum ſpectet Religioſis Calceatis, & quod Patres Recollecti non ſe intromittant in recipiendis legatis a Chriſtifidelibus relictis ad dictum effectum, nec poſſint petere in ſuis Monaſteriis, nec extra pro redimendis captivis, nec habere cippos, nec capſas, nec aliquid aliud pro eleemoſyna petenda hac de cauſa, quia totum hoc debet mandari curæ, & ſolicitudini Patrum Calceatorum dumtaxat, ſicut uſque nunc fuit in conſuetudine. Et ad tollendos ſcrupulos, & ſedandas conſcientias, ſtatuitur, quod nomine partium fiat inſtantia SS. D. N. quatenus dignetur declarare, Religioſos Recollectionis liberos, & deobligatos eſſe ab executione quarti voti, & ſimiliter prædictarum partium nomine eidem Sanctiſſimo ſupplicetur, quatenus etiam dignetur communicare, & concedere Recollectioni omnia indulta, & privilegia, quæ hucuſque in favorem Religionis Calceatorum a Sede Apoſtolica emanarunt, & impoſterum emanabunt, etiam illa, quæ intuitu Redemptionis eidem Religioni ſunt conceſſa, taliter quod talis extenſio dumtaxat fiat quantum ad fructus ſpirituales, nullum reſervando, & non quantum ad jus adminiſtrandi dictam Redemptionem, & percipiendi fructus, eleemoſynas, & alia ad eam quomodolibet ſpectantia, nam quantum ad hoc excluſi, & privati in perpetuum manebunt.

Debent tamen reliquas Conſt. Apoſt. ſervare.

§.13. Item, quod omnia decreta, & Bullæ Apoſtolicæ in favorem Recollectionis conceſſa adimpleantur de verbo ad verbum, dummodo in toto, vel in parte non contra- [illegible] Capitulis.

Vicarius Gen. his debet ſtare Capitulis.

§.14. Item, quod Vicarius Generalis Recollectionis a Sua Sanctitate electus ſtatim, quod fuerit a Notario publico requiſitus cum Brevi Apoſtolico, teneatur exercere ſuum officium, primitus, & ante omnia jurando adimplere in omnibus hæc Capitula, & quodcumque illorum: & contrarium faciendo gratia Sanctiſſimi ſit, & intelligatur nullius valoris.

Hæc Concordia a partibus ratificanda.

§.15. Item, quod concordia debeat tam a Religioſis Calceatis, quam Diſcalceatis in ſuis primis Capitulis Generalibus reſpective ratificari, & quod ſi quælibet ex partibus huic concordiæ contravenerit in toto, vel in parte, vel illam non ratificaverit, videatur amittere jus, quod habebat contra aliam: Et ſimiliter incurrere in pœnam viginti mille ducat. applicandorum alteri parti.

§.16. Item, quod ab utraque parte unanimiter ſupplicetur Suæ Sanctitati, ut dignetur approbare, & confirmare hanc concordiam per viam Motus proprii, vel alio meliori modo ſibi beneviſo, ut in totum finis imponatur litibus inter dictos Religioſos pendentibus. Item, quod ſupraſcripta Capitula, & conventiones ad majus robur, & vim illorum a Procuratoribus Generalibus Calceatorum, & Diſcalceatorum prædictæ Religionis ſuis nominibus ſubſcribi, & firmari debeant.

Confirmatio præfatorum Capitulorum.

§.17. Nos inviolabili Capitulorum hujuſmodi obſervantiæ, felicique dictæ Congregationis regimini, atque gubernio, quantum cum Deo poſſumus, conſulere, necnon ejuſdem Congregationis fratres ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, eorumque ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes: Motu proprio, & ex certa ſcientia noſtris, præinſerta Capitula hujuſmodi, citra tamen diſpenſationem ſuper quarto voto hujuſmodi apoſtolica auctoritate, tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illiſque inviolabilis apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes, & ſingulos, tam juris, quam facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus.

Reſervatio quarti Voti.

Decretum irritans.

§.18. Decernentes, eadem præinſerta Capitula, necnon præſentes literas valida, firma, & efficacia exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, & ab omnibus, ad quos ſpectat, & in futurum quomodolibet ſpectabit, firmiter, & inviolabiliter obſervari; ſicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Exequutores deputat.

§.19. Quocirca Venerabilibus fratribus Joanni Baptiſtæ Patriarchæ Antiocheno moder-

Digitized by Google

moderno, & pro tempore exiſtenti noſtro, & Sedis Apoſtolicæ in Regnis Hiſpaniarum Nuncio, & Archiepiſcopis, & Epiſcopis, in quorum Diœceſi Monaſteria, Domus, & alia dictorum fratrum Diſcalceatorum loca regularia erecta, & inſtituta ſunt, & pro tempore erigi, & inſtitui eontigerit, per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte eorumdem Fratrum Diſcalceatorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra Fratres Diſcalceatos prædictos præmiſſorum commodo, & effectu pacifice frui, & gaudere, oon permittentes illos deſuper a quoqoam quomodolibet moleſtari, vel perturbari.

Contravenientium pœnæ.

§.20. Contradictores quoſlibet, & rebelles per ſeutentias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, iuvocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit anxilio brachii ſecolaris. Non obſtantibus fel. record. Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri de nna, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dictas aliquis auctoritate præſentium ad judicium non trahatur, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, dictique Ordinis etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate roboratis ſtatntis, & conſuetudinibus, privilegiis qnoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis.

§.21. Quibns omnibus, & ſingulis, eorum omnium tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, illis aliás in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 8. Julii 1627. An.IV.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, ſub annulo Piſcatoris, 8. Julii 1627. Pontificatus noſtri Anno IV.

V. Theat.

CCXXX.

Committitur Collectori Spoliorum in Regno Portugalliæ, ut Officiales Cameræ Ulyſipponenſis abſolvat a cenſuris, in quas incurrerant ob exacta ab Eccleſiaſticis nonnulla vectigalia ad derivandam aquam in Urbem, in alios vero uſus impenſa.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Venerab. fratri Laurentio Epiſcopo Hieracen. moderno, & pro tempore exiſtenti Jurium, & Spoliorum Cameræ Apoſtolicæ in Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis Collectori generali.

URBANUS PAPA VIII.

Ven. Frater ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Officialium Cameræ Ulyſipponenſis preces.

§.1. EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Præſidens, & Officiales Cameræ Civitatis Ulixbonen., qnod ipſi provide conſiderantes, Civitatem prædictam, quæ numeroſo admodum Populo referta exiſtit, aquarum dulcium, & Fontium penuria non mediocriter laborare, & aquam ad eamdem Civitatem non niſi e locis ab ea multum diſtantibus derivari poſſe; Communitatis vero, & Hominum ejuſdem Civitatis facultates gravibus expenſis attritas eſſe, ac gravioribus propterea ſubeundis minime ſuppetere, habitis prius deſuper variis tractatibus, cum expenſas hujuſmodi nulla alia faciliori ratione, ac minori Communitatis, & Hominum prædictorum incommodo fieri poſſe judicarent, Gabellam unius regalis monetæ illarum partium, valoris autem unius quatreni circiter monetæ Romanæ ſuper qualibet libra Carnis, necnon dimidii regalis hujuſmodi ſuper qualibet Vini, quod in Cauponis venditur, menſura Foglietta vulgo nuncupata per Carnes, & vinum ementes tam eccleſiaſticos, quam ſeculares perſolvendam impoſuerunt, impoſitamque nonnullorum annorum ſpatio exegerunt, & ex ejuſdem Gabellæ pecuniis certam aquæ qnantitatem, ſed non eam, quæ ſublevandis Communitatis, Civitatis, & Hominum prædictorum neceſſitatibus ſatis eſſet, in eamdem Civitatem derivari curarunt, unde cum pecunias, quæ ex continuata dictæ Gabellæ exactione provenerant, in reſiduæ, atque neceſſariæ aquæ derivationem erogare decreviſſent; alia vero ea parte animo revolverent clar: mem: Philippum III. Hiſpaniarum Regem Catholicum, qui de anno 1619. iter in Portugalliæ Regnum pro felici ipſius ſtatu, gubernio, atque regimine ſuſceperat, pro defenſione fidei catholicæ, necnon obedientiæ erga Romanam Eccleſiam in omnibus Regnis, atque Ditionibus ſuis conſervatione adeo magnos ſumptus feciſſe, ut non ſolum ordinarios, & extraordinarios Regnorum ſuorum, ſed etiam patrimonii ſui regalis redditus, omniaque illorum æraria fere abſumpſiſſet: Inſuper diverſas Nationes Religionis

Digitized by Google

gionis catholicæ inimicas non ſolum omnia dicti Regni Maria infeſta reddidiſſe, multos Chriſtifideles in miſerabilem ſervitutem abducere, & pro earum redemptione ingentem pecuniarum vim e dicta Civitate extrahi; verum etiam ſuſcepta a multis annis citra in Indias Orientales navigatione, ingentique navium multitudine comparata, nonnullas Arces, & Propugnacula in diverſis Indiarum prædictarum partibus occupaſſe, ſive conſtruxiſſe, & animum ad alia occupanda adjicere, neque eas tot claſſes, & arma tam in eiſdem Indiarum, quam Regni prædicti partibus cum immenſis etiam patrimonii chariſſimi in Chriſto filii noſtri Philippi IV. Hiſpaniarum Regis Catholici impenſis ad hunc finem inſtructa debellare potuiſſe; immo illas prævaluiſſe præſertim poſt occupatum a Perſis earumdem nationum auxilio ſuffultis Propugnaculum Ormuſii, itaut niſi de aliqua ſubventione eidem Philippo IV. Regi provideretur, evidentiſſimum periculum adeſſet, ne cætera ejuſdem Philippi IV. Regis propugnacula, & loca ibi exiſtentia amitterentur; his, & aliis ſimilibus urgentibus cauſis fidei catholicæ defenſionem, & propagationem concernentibus permoti, unum ducentorum, & octoginta millium Philippo III., & aliud ducentorum millium ſcutorum monetæ dicti Regni ſervitia, ſive donativa nuncupata Philippo IV. Regibus prædictis tam ex pecuniis dictæ Gabellæ, quam ex quorumdam cenſuum juros vulgo nuncupatorum ſuper fructibus dictæ Gabellæ per eoſdem Præſidentem, & Officiales venditione conflata obtulerunt, & conceſſerunt, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas per Sacros Canones, & Conciliorum generalium, necnon Bullæ in die Cœnæ Domini legi ſolitæ diſpoſitionem contra Gabellas a perſonis eccleſiaſticis quoquo modo exigentes inflictas damnabiliter incurrendo.

Commiſſio; de qua in rubrica.

§.2. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, aquæ prædictæ in dictam Civitatem derivatio non modo laicorum, ſed etiam Eccleſiaſticorum uſibus inſerviat, ac propterea Præſidens, ac Officiales prædicti Nobis humiliter ſupplicari fecerint, ut ſibi de abſolutionis beneficio in præmiſſis opportune providere de benignitate apoſtolica dignaremur; Nos igitur Præſidentis, & Officialium prædictorum conſcientiarum quieti, quantum cum Domino poſſumus, benigne conſulere, illoſque ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequen. harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, ſupplicationibus illorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Fraternitati tuæ per præſentes committimus, & mandamus, ut Præſidentem, & Officiales prædictos, & quoſcumque alios, ſi hoc a Te humiliter petierint, impoſita illis, & eorum cuilibet arbitrio tuo pœnitentia ſalutari, & aliis injunctis injungendis, & dummodo a ſimilibus de cætero abſtineant, a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis per eos, & eorum quemlibet præmiſſorum occaſione, uſque ad diem publicationis præſentium quomodolibet incurſis, auctoritate noſtra, abſolvas, & totaliter liberes, illiſque dictas pœnas, ac pecunias ad quamcumque ſummam aſcendentes ab Eccleſiaſticis ex dicta Gabella per eoſdem Præſidentem, & Officiales, & alios prædictos quomodolibet exactas, gratioſe remittas, & condones, eoſque in priſtinum, & eum, in quo, antequam præmiſſa emanarent, quomodolibet erant ſtatum, reſtituas, reponas, & plenarie reintegres, ſive ad ejuſdem Præſidentis ſupplicationem, ſive Officialium, & aliorum prædictorum tibi faciendam facultatem hujuſmodi, viceſque tuas in præmiſſis quibuſvis confeſſariis idoneis ubilibet exiſtentibus, & ab Ordinariis locorum approbatis, modo, & forma ſimilibus communices, & ſubdeleges.

Obſtantium derogatio.

§.3. Non obſtantibus Apoſtolicis, ac in univerſalibus, provincialibuſque Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus, Conſtitutionibus, & Ordinationibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 14. Julii 1627. An.IV.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die Decimaquarta Julii 1627. Pontificatus noſtri Anno IV.

CCXXXI.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Commiſſio eidem Collectori permittendi impoſitionem vectigalis etiam Eccleſiaſticis ſuper aqua dulci Ulyſſiponem inducenda.

Ven. Fratri Laurentio Epiſcopo Hieracen. moderno, & pro tempore exiſtenti Jurium, & Spoliorum Cameræ Apoſtolicæ debitorum in Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis Collectori generali.

URBANUS PAPA VIII.

Ven. Frater ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Ea refert, quæ in præcedenti conſtitutione ſancita ſunt.

§.1. HOdie pro parte dilectorum filiorum Præſidentis, & Officialium Cameræ Civitatis Ulyſbonen. Nobis expoſito, quod ipſi provide conſiderantes, Civitatem prædictam numeroſo admodum Populo refertam aquarum dulcium, & Fontium penuria non mediocriter laborare, & aquam ad eamdem Civitatem nonniſi e locis ab ea multum diſtantibus derivari poſſe: Communitatis vero, & hominum ejuſdem Civitatis facultates gravibus expenſis attritas eſſe, ac gravioribus propterea ſubeundis minime ſuppetere, habitis prius deſuper variis tractatibus, cum expenſas

huiuſ-

hujuſmodi nulla alia faciliori ratione, ac minori Communitatis, & hominum prædictorum incommodo fieri poſſe judicarent, Gabellam unius regalis monetæ illarum partium, valoris autem unius quatreni circiter monetæ Romanæ, ſuper qualibet libra carnis, necnon dimidii regalis hujuſmodi ſuper qualibet vini, quod in cauponis venditur, menſura, foglietta vulgo nuncupata, per carnes, & vinum ementes tam eccleſiaſticos, quam ſeculares perſolvendam impoſuerunt, impoſitamque nonnullorum annorum ſpatio exegerunt, & ex ejuſdem Gabellæ pecuniis certam aquæ quantitatem, ſed non eam, quæ ſublevandis Communitatis, Civitatis, & hominum prædictorum neceſſitatibus ſatis eſſet, in eamdem Civitatem derivari curarunt: unde cum pecunias, quæ ea continuata dictæ Gabellæ exactione provenerant, in reſiduæ, atque neceſſariæ aquæ hujuſmodi derivationem erogare decreviſſent; alia verò ex parte animo revolverent cla: me; Philippum III. Hiſpaniarum Regem Catholicum, qui de anno 1619. iter in Portugalliæ Regnum pro felici ipſius ſtatu, gubernio, atque regimine ſuſceperat, pro defenſione fidei Catholicæ, necnon obedientiæ erga Romanam Eccleſiam in omnibus Regnis atque ditionibus ſuis conſervatione adeò magnos ſumptus feciſſe, ut non ſolum ordinarios, & extraordinarios Regnorum ſuorum, ſed etiam patrimonii ſui regalis redditus, omniſque illorum æraria ferè abſumpſiſſent. Inſuper diverſas Nationes Religionis Catholicæ inimicas non ſolum omnia dicti Regni Maria infeſta reddidiſſe, multos Chriſtifideles in miſerabilem ſervitutem adducere, & pro earum redemptione ingentem pecuniarum vim e dicta Civitate extrahi, verum etiam ſuſcepta à multis annis citra in Indias orientales navigatione, ingentiq. Navium multitudine comparata, nonnullas arces, & Propugnacula in diverſis Indiarum prædictarum partibus occupaſſe, ſive conſtruxiſſe, & animum ad alia occupanda adjicere; neque eas tot claſſes, & arma tam in eiſdem Indiarum, quam Regni prædicti partibus cum immenſis etiam patrimonii chariſſimi in Chriſto filii noſtri Philippi IV. Hiſpaniarum Regis Catholici impenſis ad hunc finem inſtructa debellare potuiſſe, immò illas prævaluiſſe, præſertim poſt occupatum à Perſis earumdem Nationum auxilio ſuffultis propugnaculum Ormutii, ita ut, niſi de aliqua ſubventione eidem Philippo IV. Regi provideretur, evidentiſſimum periculum adeſſet, ne cætera ejuſdem Philippi IV. Regis propugnacula, & loca ibi exiſtentia amitterentur; his, & aliis ſimilibus urgentibus cauſis fidei catholicæ defenſionem, & propagationem concernentibus permoti, unum ducentorum, & octoginta millium Philippo III. & aliud ducentorum millium ſcutorum monetæ dicti Regni ſervitia, ſive donativa nuncupata Philippo IV. Regibus prædictis tam ex pecuniis dictæ Gabellæ, quam ea quorumdam cenſuum juros vulgo nuncupatorum ſuper fructibus dictæ Gabellæ, per eoſdem Præſidentes, & Officiales venditione conflata obtulerunt, & conceſſerunt, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas per ſacros Canones, & Conciliorum Generalium, necnon Bullæ in die Cœnæ Domini legi ſolitæ diſpoſitionem contra Gabellas a perſonis eccleſiaſticis quoquo modo exigentes inflictas damnabiliter incurrendo;

§.2. Nos Præſidentis, & Officialium prædictorum ſupplicationibus Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Fraternitati tuæ per alias noſtras in ſimili forma Brevis expeditas Literas commiſimus, & mandavimus, ut Præſidentem, & Officiales prædictos, & quoſcumque alios, ſi hoc à te humiliter petiiſſent, impoſita illis, & eorum cuilibet arbitrio tuo pœnitentia ſalutari, & aliis injunctis injungendis, & dummodo à ſimilibus de cætero abſtinerent, à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis per eos, & eorum quemlibet præmiſſorum occaſione uſque ad diem publicationis Literarum prædictarum quomodolibet incurſis, auctoritate noſtra abſolveres, & totaliter liberares, illiſque dictas pœnas, ac pecunias ad quamcumque ſummam aſcendentes ab Eccleſiaſticis ex dicta Gabella per eoſdem Præſidentem, & Officiales, alioſque prædictos quomodolibet exactas gratioſè remitteres, & condonares, eoſque in priſtinum, & eum, in quo, antequam præmiſſa committerent, quomodolibet erant ſtatum, reſtitueres, reponeres, & plenariè reintegrares, ſive ad ejuſdem Præſidentis ſupplicationem, nomine officialium, & aliorum prædictorum tibi faciendam facultatem hujuſmodi, viceſque tuas in præmiſſis quibuſvis confeſſariis idoneis ubilibet exiſtentibus, & ab Ordinariis locorum approbatis modo, & forma ſimilibus communicares, & ſubdelegares, & alias, prout in dictis Literis, quarum tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus, plenius continetur.

§.3. Cum autem, ſicut Præſidens, & Officiales prædicti Nobis denuò exponi fecerunt, aqua in eamdem Civitatem hucuſque derivata, non ejus eſt quantitatis, quæ ſublevandis Communitatis, & hominum prædictorum neceſſitatibus ſufficiat, ipſius vero aquæ derivatio non modo laicorum, ſed etiam eccleſiaſticorum uſibus inſerviat, & propterea quod non ſolum cenſus prędictos extinguere, ſed etiam reſiduam aquæ quantitatem ad ſublevandas neceſſitates hujuſmodi requiſitas in eamdem Civitatem derivare valeant, Gabellam prædictam modo, & forma præmiſſis de novo imponere, eamque ad effectus prædictos exigere poſſe deſiderent, ſi noſtra ad id ſibi licentia ſuffragetur, & facultas: Nos Præſidentem, & Officiales prædictos amplioribus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel

Commiſſio, de qua in Rubrica.

cauſa

cauſa latis, ſi quibusquomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus etiam eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, tibi per præſentes committimus, & mandamus, ut de præmiſſis te diligenter informes, & ſi per informationem eamdem preces veritate niti repereris, ſuper quo conſcientiam tuam oneramus, Præſidenti, & Officialibus prædictis, ut pro extinguendis cenſibus hujuſmodi, ac reſiduæ aquæ prædictæ quantitate in dictam Civitatem derivanda, Gabellam prædictam de nuvo imponere, illamque etiam à perſonis eccleſiaſticis tam regularibus, quam ſecularibus cujuſcumque ſtatus, gradus, & conditionis exiſtant, abſque ullo conſcientiæ ſcrupulo, aut cenſurarum, & pœnarum eccleſiaſticarum incurſu, ut præfertur, exigere, pecuniaſque ex eadem Gabella proventuras, in eorumdem cenſuum extinctionem in primis, & ante omnia, ac deinde per tempus tibi beneviſum dumtaxat, reſiduæ aquæ hujuſmodi ad ſublevandas neceſſitates, ut præfertur, requiſitæ derivationem, & non alios uſus convertere, & erogare libere, & licite valeant, licentiam, & facultatem auctoritate noſtra concedas.

Derogatio contrariorum. §.3. Non obſtantibus apoſtolicis, ac in univerſalibus, Provincialibuſque Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus, Conſtitutionibus, & Ordinationibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Mandatum, ne pecuniæ colligendæ in alios uſus distrahantur. §.4. Volumus autem, quod pecuniæ ab eccleſiaſticis prædictis ratione dictæ Gabellæ veriſimiliter exigendæ penes perſonam fide, & facultatibus idoneam à Præſidente, & Officialibus prædictis eligendam, & ab eodem Collectore probandam omnino deponantur, quodque perſona ſic electa de pecunias hujuſmodi ad effectū eoſdem cenſus extinguendi, & prædictam reſiduę aquę quantitatem in dictam Civitatem derivandi, numerando, Præſidens vero, & Officiales de illas in alios uſus non erogant, ſub pœna nullitatis præſentis, necnon excommunicationis tam ab ipſa perſona, quam ab aliis, qui pecunias hujuſmodi in alios, quam prædictos uſus erogaverint, ipſo facto incurrendæ, ſolitum præſteot in manibus tuis juramentum.

Dat. die 15. Julii 1627. An.IV. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 15. Julii 1627. Pontificatus noſtri Anno Quarto.

CCXXXII.

Revocatio reſervationum penſionum perpetuarum ſuper Beneficiis Eccleſiaſticis ad Collegiorum, & Piorum Locorum favorem factarum, & Indultorum imponendi penſiones etiam temporales quibuſvis conceſſorum.

De penſionibus ultra diſpoſita a ſacris Canonibus, & a Concil. Trident. ſcias a Pio V. fuiſſe revocatas facultates transferendi penſionis quibuſcumque Militiis conceſſas, ut in ſua Conſt.XCVIII. Sacroſanctum *Tom.IV. Par.III. fol.38.*

Quomodo vero, & quando ſuper Eccleſiarum fructibus penſiones reſervari poſſint definivit Leo X. in Conſt.VIII. *Supernæ*. Tom.III. Par.III. fol.395.

Cauſæ hujus conſt. SAnctiſſimus D. N. Urbanus divina providentia Papa VIII. qui pridem Beneficiorum Eccleſiaſticorum conſervationi, & exonerationi conſultum volens, uniones Beneficiorum hujuſmodi præterquam in certos caſus factas, necnon facultates transferendi penſiones, quæ effectum integraliter ſortitæ non eſſent, pro ſumma, quæ medietatem veri valoris fructuum Beneficiorum, ſuper quibus penſiones hujuſmodi impoſitæ forent, excederent, ſpecialibus deſuper editis regulis revocavit; libertati eorumdem Beneficiorum plenius proſpicere, & quod in antiquorum onerum moderatione præcavit, multo fortius in novorum impoſitione avertere cupiens;

Revocatio facultatum reſervationum penſionū perpetuarum. §.1. Quaſcumque reſervationes penſionum perpetuarum ſuper fructibus certis, vel incertis quorumvis Beneficiorum, non tamen juri ſpatronatus laicalis exiſtentium, etiam in favorem quorumcumque Collegiorum, Capitulorum, Univerſitatum, Locorum, & Beneficiorum, etiam per Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales obtentorum, etiam apoſtolica auctoritate, non tamen pro fundatione, ſeu dotatione, augmento, vel conſervatione Collegiorum, & aliorum piorum, & religioſorum locorum ad fidei catholicæ defenſionem, & propagationem, bonarumque artium cultum inſtitutorū factas, quæ ſuum necdum ſortitæ ſunt effectū;

Necnon indultorum imponendi penſiones etiam temporales. §.2. Necnon omnes, & quaſcumque facultates, indulta, & privilegia imponendi quaſcumque penſiones etiam temporales ſuper quibuſvis Beneficiis, non tamen Juriſpatronatus laicalis exiſtentibus, ſeu ad penſiones jam antea, apoſtolica auctoritate, deſuper forſan, non tamen certis perſonis reſervatas, perſonas ſibi beneviſas nominandi, etiamſi ad nominationem hujuſmodi jam forſan ſit proceſſum, quatenus tamen per Notarii deſuper rogati, & duorum teſtium atteſtationem non conſtet de reali, & integrali ſolutione alicujus termini ſingularum penſionum hujuſmodi ſpecialiter, & expreſſe in eam cauſam ante publicationem præſentium facta quibuſvis perſonis etiam Abbatiali, Epiſcopali, Archiepiſco-

pali, Patriarchali, vel alia quavis dignitate, etiam Cardinalatus honore fulgentibus, quovis intuitu, & conſideratione, etiam Motu proprio, & ea certa ſcientia, ac poteſtatis plenitodine, ac etiam quod in eis, quod illa ſub revocationibus, & contrariis diſpoſitionibus per Romanos Pontifices pro tempore eaiſtentes comprehendi non poſſe, aut debere, conceſſum foret, & aliàs cum quibuſvis aliis etiam derogatoriarum derogatoriis, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, quorum tenores, perinde ac ſi de verbo ad verbum infererentur, & esprimerentur, haberi voluit pro expreſſis, vel aliàs quovis modo, & ex quavis cauſa per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores ſuos hactenus conceſſa revocavit, caſſavit, & annullavit, ac viribus, & effectu evacuavit.

Clauſula ſublata. §.3. Decernens ſic in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ipſoſquemet Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, necnou irritum, & inane, quidquid ſecus ſuper præmiſſis per quoſcumque, etiam prætextu facultatum, indultorum, & privilegiorum prædictorum, ſcienter, vel iguoranter contigerit attentari.

Contrariorũ derogatio. §.4. Facultatibus, indultis, & privilegiis, aliiſque præmiſſis, necnon regula de jure quæſito non tollendo, ſtatuto, ordinatione, & declaratione Suæ Sanctitatis in craſtinum ejus aſſumptionis ad ſummi Apoſtolatus apicem editis, & in Cancellaria Apoſtolica ſub die 21. menſis Octobris anni milleſimi ſexceoteſimi vigeſimi tertii poblicatis, quodque dicti Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinsles in Conſtitutionibus, & Regulis per Sanctitatem Suam poſt priorum ſuarum Conſtitutionum, & Regularum editionem, & publicationem faciendoo includantur, niſi illæ eorundem Cardinalium favorem concernant, vel ipſæ Conſtitutiones, & Regulæ edendæ de ipſorum Cardioalium, vel majoris partis eorum conſilio editæ fuerint, aliiſque regulis, Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque, nequaquam obſtantibus.

Papæ ſubſcriptio. Pl. publicetur, & deſcribatur. M.

Publicata 20. Julii hora decimaquarta in Cancellaria Apoſtolica 1627. A. Reg.

Publicatio facta die 20. Julii. *Lecta, & publicata fuit ſupradicta Conſtitutio Romæ in Cancellaria Apoſtolica Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſeptimo, die vero Martis 20. Julii, & regiſtrata fuit in Quinterno Cancellariæ Apoſtolicæ, Pontificatus SS. D. N. Papæ Anno IV.*

Marcus Antonius Aſcentius Procuſtos.

CCXXXIII.

Erectio Collegii Urbani de Propaganda Fide. *Ex Regeſt. in Secret. Brev.*

URBANUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium. IMmortalis Dei Filius noſtram mortalitatem induere volens, ut tenebras infidelitatis, atque inſipieotiæ umbras dejiceret, quæ hominum animas oppleverant, veluti Sol fulgentiſſimus eſt exortus, & veræ fidei igniculos ubique terrarum per Apoſtolos, cæteroſque Evangelii præcones, tamquam per oitidiſſima Sydera diffundere curavit. Quoniam verò, vel quædam ſuperſunt Regiones, quæ ut penitus locorum intercapedine diſſitæ, vel barbara feritate diſſociatæ, lumen adhuc divinæ legis, ac fidei minime eaceperunt, aut nonnullæ reperiontur, quibus olim quidem Sacroſancti Evangelii ſplendor affulſit, ſed vel hæreticæ labis tenebris iterum obvolutæ, vel infidelium, paganorumque impiorum catholicæ fidei deſertorum colluvione obrutæ, vel ſi quæ paucæ in Fide permanſerunt, deſertæ à Paſtoribus in atra perfidiæ, vel ignorautiæ nocte verſantur, atque deliteſcunt. Idcircò Nobis, qui licet immeritò divini, atque increati Solis ſpeciem viſibilem in terris referimus, onus iocumbit, ut miniſtri idonei eligantur, qui ad illas gentes cœcitate ſpirituali captas profecti vitæ probæ, ac morum fulgore micantes, doctrinæ evangelicæ, ac zelo animarum ardore flagrantes, veluti Candelabra ſuper montium jugis ſita, tenebras tam Infidelitatis, quam Hæreſeos pro viribus diſſolvant, atque diſſipent.

J. B. Vives Palatium pro erigendo Collegio donat. §.1. Cùm itaque, ſicut Nobis innotuit, dilectus Filius Magiſter Ioannes Baptiſta Vives Presbyter Valentinus Citerioris Hiſpaniæ, in utraque Signatura noſtra Referendarius, Prælatuſque domeſticus, ac familiaris, & continuus commenſalis noſter, ac dilectæ in Chriſto filiæ Nobilis mulieris Iſabellæ Claræ Eugeniæ Infantis Hiſpaniarum, ac Belgicarum Provinciarum Principiſſæ, & Gubernatricis apud Nos, Sedemque Apoſtolicam ordinarius reſidens Legatus, zelo domus Dei, animarumque ſalutis, ac propagationis, & tuitionis ſanctæ fidei catholicæ, aliiſque piis rationibus, & devotione ductus, Palatium quoddam in Platea Sanctiſſimæ Trinitatis Montis Pincii nuncupatæ de Urbe, ſub Regione Columnæ, intra ſua notiſſima latera, Plateamque prædictam, ac vias publicas ſitum, aliàs delli Farratini nuncupatum, quod ad præſens inhabitat, unà cum ſuis membris, area, cortile, ſtabulis, remiſſis, uſibus, commoditatibus, adjacentiis, & pertinentiis univerſis, ad effectum in illo, illiuſque ſitu Collegium, ſeu Seminarium unum Apoſtolicum Sacerdotum, ſeu Clericorum Se-

cula-

culatium ; qui ſaltem ad Sacros Ordines majores, ſeu eorum ad minus aliquem infra aunum a die eorum in illo receptionis computandum, omnino promoveri debeant, & teneantut, ex omni gente, & natione deſumendorum, & per Nos, Romanoſque Pontifices ſucceſſores noſtros pro tempore esiſtentes ad fidem prædictam in toto orbe terrarum, univerſiſque illius partibus propagandam, dilatandam, & tuendam perpetuis futuris temporibus, & quouſque electorum uumerus completus, unuſque Paſtor, & unum Chriſti Ovile facta fuerint, duraturum, ſub Regulis, Legibus, Statutis, Conſtitutiouibus, & Ordinationibus, Nobis, & Succeſſoribus noſtris bene viſis edendis, & ſtabiliendis, erigendi, inſtituendi, & creandi, & pro illius dote, ſeu

Doteınque pro Alumnorum ſuſtentatione conſtituit.

dotis nomine, Alumnorumque in dictum Collegium, ſeu Seminarium pro tempore introduceudorum ſuſtentatione, viginti tria Fidei, & triginta Sancti Bonaventuræ, ac quinquaginta Salis reſpective nuncupata loca Montium de Urbe, una cum eorum omnibus, & ſingulis fructibus, ac proventibus inſimul ad quingenta ſexaginta quinque, vel eireitet ſcuta monetæ Romanæ, ad rationem decem juliorum pro ſingulo ſcuto hujuſmodi annuatim aſcendentia, ac cenſum annuum aliorum centum quadraginta ſcutorum ſimilium, aliàs ad commodum quondam Diomedis Muſſi Cremonenſis pro ſorte principali duorum millium ſcutorum ſimilis monetæ ſuper bonis quondam Joannis Franciſci Ugolini, per acta dilecti filii Rinaldi Buratti Curiæ Cauſarum Cameræ noſtræ Apoſtolicæ Nutarii, ſub die vigeſima nona Aprilis anni Domini milleſimi ſexceteſimi vigeſimi quarti, ad rationem ſeptem pro centenario, & anno conſtitutum, ac poſtmodum ad opus dicti Joannis Baptiſtæ, per acta dilecti etiam filii Laurentii Bonincontri Curiæ Capitolii Notarii, ſub die ſeptima Auguſti ejuſdem Anni venditum, & ceſſum, ac ad præſens per dilectos filios, natos, & hæredes dicti quondam Joannis Franciſci ſolvi ſolitum, & denique reliqua omnia ſua bona mobilia, & immobilia, præſentia, & futura, pecuniarum ſummas, actiones, & credita, juraque, & alia quorumvis Montium loca, quæ tempore ſui obitus habebit, & poſſidebit, ſeu ad eum quomodolibet ſpectare, & pertinere dignoſcentur in hac noſtra Urbe, & illius diſtrictu dumtaxat exiſtentia, exceptis tamen tribus millibus ſcutis ſimilis monetæ Romanæ, ad eamdem rationem Juliorum decem pro ſingulo ſcuto hujuſmodi ex promptioribus ſuis bonis mobilibus depromendis, per eum aliàs in animæ ſuæ refrigerium Hoſpitali, & Eccleſiæ Beatæ Mariæ de Monte Serrato nuncupatæ etiam de Urbe, donatione cauſa mortis, ſub die prima menſis Decembris Anni ejuſdem Domini milleſimi ſexceteſimi vigeſimi quinti, per acta dilecti filii Jacobi Morer Clerici conjugati Elnen. Diœceſis, in Archivio Romanæ Curiæ deſcripti Notarii legatis, nec non quoad vixerit, dicti Palatii, cum præfatis

Reſervatio uſufructus ſua vita durante.

ſuis membris, adjacentiis, & pertinentiis, uſu, & habitatione, ac præfatorum, & aliorum quorumcumque locorum Montium, cenſuſque prædicti, & reliquorum omnium, tam mobilium, quam immobilium, præſentium, & futurorum, quovis nomine nuncupatorum bonorum ſuorum uſufructu, & de ſcutis centum auri in auro ad beneplacitum ſuum teſtamentaliter diſponendi facultate ſibi reſervatis, expenſaque funeralium, & exequiarum ſuarum, juxta ſtatus ſui exigentiam, & qualitatem dempta Nobis, & Succeſſoribus noſtris canonicè intrantibus, cum conditione tamen, quod ſi Collegium, ſeu Seminarium hujuſmodi in dicto Palatio, ſuiſque membris, & pertinentiis, cum applicatione dictorum bonorum pro illius dote, & Alumnorum in eo introducendorum ſuſtentatione aſſignatorum, vita noſtra durante, non fundaverimus, ereserimus, vel inſtituerimus, infraſcripta donatio ſucceſſori noſtro immediate ſequenti, ſub eadem conditione, & eo etiam in his deficiente, aliis Romanis Pontificibus ſucceſſoribus noſtris, ut præfertur canonice intrantibus in infinitum, donec, & quouſque intentio, & pia voluntas dicti Joannis Baptiſtæ, modo præmiſſo, ſuum plenum ſortiatur effectum, & non aliàs, nec alio modo facta eſſe cenſeatur, donatione ſpontanea, & irrevocabili, quæ dicitur inter vivos fieri, per acta dilecti filii Chriſantis Roſcioli Fulginaten. ſimiliter Curiæ Cauſarum Cameræ noſtræ Apoſtolicæ Notarii, ſub die prima menſis Junii anni ejuſdem Domini 1626. dederit, donaverit, ceſſerit, & tranſtulerit, & pro obſervatione Statutorum Urbis circa inſinuationes ſimilium donationum faciendas editorum ſponte, omnique meliori modo, quo potuit, & debuit, dilectum filium Subſtitutum dilecti filii Commiſſarii generalis Cameræ noſtræ prædictæ ad ſpecialiter, & expreſſe donationem, ceſſionem, & translationem prædictas, coram quovis Ordinario, vel alio Romanæ Curiæ Judice, & coram quibus opus eſſet, ſuo nomine inſinuandas, ſignificandas, & notificandas Procuratorem ſuum fecerit, & conſtituerit.

§. 2. Nobiſque præterea tenore dicti Inſtrumenti, quatenus donationem, ceſſionem, & translationem hujuſmodi pro illarum majori ſubſiſtentia, & perpetua roboris firmitate, de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine confirmare, & approbare, omneſque tam formales, & ſubſtantiales, quam alios quoſvis, tam juris, quam facti defectus, qui quomodolibet in iiſdem intervenerint, de ejuſdem poteſtatis plenitudine ſupplere, & tollere vellemus, & dignaremur, inſtanter ſupplicaverit, prout in Inſtrumento deſuper per dictum Chriſantem Notarium rogato plenius continetur. Poſtmodum vero dilectus filius Joannes Altovitus ſupradicti Commiſſarii generalis Subſtitutus, ſicut accepimus, facultate procuratoria hujuſmodi utens, coram dilecto filio Stephano Vajo prædictæ Curiæ Capitolinæ primo Collaterali nuncupato, Romanæque

Inſtrument prædicta a Pontifice confirmatur.

Curiæ

Curiæ ordinario, & ad interponenda Decreta in contractibus voluntariç juriſdictionis a Nobis ſpecialiter deputato Judice donationem, ceſſionem, & translationem prædictas originaliter exhibuerit, inſinuaverit, & ſignificaverit, illaſque ad plenam, & veram dicti Judicis notitiam, juxta Statutorum prædictorum formam, & tenorem deduxerit, & tandem illas per dictum Judicem pro Tribunali ſedentem, cauſa cognita, admitti, & pro inſinuatis haberi, & in actis publicis dilecti filii Joannis Baptiſtæ de Octavianis dictæ Curiæ Capitolinæ Notarii, juxta formam dictorum Statutorum regiſtrari, auctoritatemque, & decretum per dictum Judicem deſuper quomodolibet neceſſaria, opportune interponi, ſub die ſexta ejuſdem menſis Junii obtinuerit.

Præ'dicta omnia confirmat Urbanus.

§.3. Nos igitur, qui catholicæ religionis incrementum, hæreſumque extirpationem non ſolum ſinceris deſideramus affectibus, ſed ad univerſarum gentium, & animarum ſalutem procurandam, ac fidem catholicam in univerſum mundum propagandam, tuendamque debitores Nos eſſe fatemur, ac propterea laudabili deſiderio, & piæ voluntati dicti Joannis Baptiſtæ, conditionique in dictæ donationis Inſtrumento quoad appoſitæ ſatisfacere cupientes, ipſumque Joannem Baptiſtam a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ac Palatii prædicti, ſingulorumque locorum, & membrorum ſuorum ſituationes, confinia, qualitates, vocabula, & denominationes, ac donationis, & deſuper confecti Inſtrumenti, illiuſque inſinuationis, decreti, aſſignationis, aliorumque ſuperius relatorum Inſtrumentorum totos tenores, etiam veriores, ac datæ, præſentibus pro expreſſis habentes; Motu proprio, non ad ejuſdem Joannis Baptiſtæ, vel alterius pro eo Nobis deſuper oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex mera ſcientia, & deliberatione noſtris, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, donationem, ceſſionem, & translationem hujuſmodi, omniaque in Inſtrumento deſuper, ut præfertur, celebrato contenta acceptantes, illaque grata, & rata habentes, eadem apoſtolica auctoritate, tenore præſentium perpetuò approbamus, & confirmamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos, tam juris, quam facti, alioſque etiam ſubſtantiales defectus, ſi qui deſuper forſan intervenerint, eiſdem auctoritate, & tenore ſupplemus.

Collegium Urbanum nuncupandum decernit.

§.4. Et inſuper ad majorem Omnipotentis Dei gloriam, & fidei catholicæ incrementum unum in Palatio prædicto, illiuſque membris, & adjacentiis Collegium Pontificium, ſeu Seminarium Apoſtolicum, ſub invocatione Sanctorum Petri, & Pauli Apoſtolorum Paſtorale Urbanum̃ nuncupandum, pro propaganda, ac tuenda catholica, & apoſtolica fide.

Alumnorum qualitates, & numera deſignat.

§.5. In quo Sacerdotes, ſeu Clerici dumtaxat ſeculares, qui ad ſacros, & majores ordines, ſeu ſaltem eorum aliquem intra annum ad minus a die eorum in hujuſmodi Collegio, ſeu Seminario receptionis computandum, promoveri omninò debeant, & teneantur, ex omni natione, & gente recipi, ac bonis moribus, veraque pietate, & ſancta doctrina, ac aliis catholico homine dignis virtutibus, ad effectum dictam fidem catholicam, apoſtolicamque in partibus infidelium, in quibus aliqui Orthodoxæ Fidei cultores remanſerunt, tuendi, & conſervandi, necnon eamdem fidem in iiſdemmet partibus, quando recepta fuerit, totoque terrarum orbe propagandi, & dilatandi inſtrui, & pro dictæ fidei tuitione, incremento, dilatatione, & propagatione vitæ periculum, & martyrium, ſi opus fuerit, ſubire omnino debeant, perpetuis futuris temporibus, & quouſque electorum numerus completus, unuſque Paſtor, & unum Chriſti ovile facta fuerint, duraturum, auctoritate, & tenore præmiſſis, etiam perpetuò erigimus, & inſtituimus.

Confirmat quoque dotem a J.B. Vives conſtitutam.

§.6. Illique ſic erecto, & inſtituto pro ejus Dote, & commoda illius Oeconomorum, Rectoris, Magiſtrorum, Præceptorum, & Alumnorum in eo pro tempore exiſtentium ſuſtentatione, viginti tria prædictæ Fidei, ac alia triginta Sancti Bonaventuræ, ac quinquaginta Salis reſpectivè, nuncupata loca Montium prædicta, una cum eorum fructibus, & proventibus, ad quingenta ſexaginta quinque, vel circiter ſcuta monetæ Romanæ, ad rationem prædictam pro ſingulo ſcuto hujuſmodi annuatim, ut etiam accepimus, aſcendentia, & prætereà Cenſum annuum dictorum centum, & quadraginta ſcutorum ſimilium, ut præfertur, ſorte principali duorum millium ſcutorum ſimilis monetæ ſuper bonis dicti Joannis Franciſci Ugolini, ad rationem ſeptem pro centenario, & anno dicto Jo: Baptiſtæ debitum, & per dilectos filios ejus natos, & hæredes ad præſens ſolvi ſolitum. Et deinde reliqua omnia dicti Jo: Baptiſtæ bona mobilia, & immobilia præſentia, & futura, juraque, actiones, & pecuniarum ſummas, ac credita, dictorumque, & quorumvis aliorum Montium loca, & jura, quæ dictus Jo. Baptiſta tempore ſui obitus habebit, & poſſidebit, ſeu ad eum quomodolibet ſpectare, & pertinere dignoſcentur in Urbe prædicta, & in illius diſtrictu dumtaxat conſiſtentia, tribus tamen millibus ſcutis ſimilibus monetæ prædictæ Romanæ Hoſpitali, & Eccleſiæ Beatæ Mariæ de Monte ſerrato de Urbe ex promptioribus ſuis mobilibus deſumendis, ut præfertur, per eum in refrigerium animæ ſuæ donatis demptis, & exceptis, necnon Palatii prædicti cum omnibus ſuis membris, & pertinentiis, quoad dictus Joannes Baptiſta vixerit, uſu, & habitatione, dictorumque, & aliorum quorumcumque locorum Montium,

tinm, ac Cenſus prædiċti, reliquorumque omniom aliorum, tam mobilium, quam immobilium præſentium, & futurorum, quovis nomine ouncupatorum, bonorum ſuorum uſufructu, ac de ſcutis centum auri in anno, ad beneplacitum ſuum teſtamentaliter diſponendi facultate ſibi reſervatis, expenſiſque funeralium, & exequiarum ſuarum demptis; auctoritate, & tenore præmiſſis ſimiliter perpetuò aſſignamus, concedimus, appropriamus, & incorporamus.

Deputat tres Canonicos trium Patriarchalium in Adminiſtratores.

§.7. Et ut dicti Collegii, ſeu Seminarii de Propaganda, ac tuenda Fide conſervationi, bonoque regimini, & gubernio conſulamus, tres Canonicos actu præbendatos ex tribus Eccleſiis Patriarchalibus Urbis, illarumque Capitulo, videlicet ex Lateranenſi unum, & Principis Apoſtolorum alterum, ac Sanctæ Mariæ Majoris nuncupatæ reliquum, ſingulos nempe ex ſingulis Patriarchalibus Eccleſiis hujuſmodi, quoad perſonaliter tamen apud eaſdem Patriarchales Eccleſias reſederint, & in illis actu præbendati fuerint, & non amplius, noſtro, & Succeſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum pro tempore exiſtentium, arbitrio eligendos, & deſumendos, prout pro hac prima vice Julium Zimpolinum Spoletanum Lateranenſem, ac Magiſtrum Marcum Aurelium Maraldum Ceſenatenſem in utraque Signatora noſtra Referendarium Principis Apoſtolorum, ac Pompejum de Angelis Romanum Sanctæ Mariæ Majoris prædictæ reſpective Patriarchalium Eccleſiarum Canonicos actu præbendatos, & perſonaliter apud eas reſidentes dilectos filios in Adminiſtratores, Directores, Gubernatores, & Oeconomos dicti Collegii, ſeu Seminarii, ita quod iis, ſeu unum ex iis Canonicatum, & Præbendam in dictis Patriarchalibus Eccleſiis ex quavis cauſa obtinere ceſſantibus, ſtatim alius ex Capitulo dictæ Patriarchalis Eccleſiæ, in qua ultimo loco defecit, Canonicus etiam actu Præbendatus in ejus locum ſub eadem limitatione per Nos, & Succeſſores noſtros dumtaxat ſubrogetur, auctoritate, & tenore hujuſmodi pariter perpetuò conſtituimus, & deputamus.

Iiſque concedit facultatem deputandi Rectorem, & Officiales, illoſque amovendi;

§.8. Illiſque ſic conſtitutis, & deputatis Rectorem, Præceptores, Magiſtros, Officiales, Oeconomos, & alias Perſonas in dicto Collegio, ſeu Seminario deputandi, illoſque amovendi, & alios in eorum locum ſufficiendi, ac Statuta, Ordinationes, & Decreta quæcumque licita tamen, & honeſta, Sacriſque Canonibus, Apoſtoliciſque Conſtitutionibus minimè adverſantia, vel repugnantia faciendi, & edendi, ac illa, quoties pro rerum, & temporum qualitate, ſeu alias expedire videbitur, immutandi, corrigendi, moderandi, reformandi, interpretandi, ac etiam alia ex integro condendi, ita ut ubi edita, immutata, correcta, moderata, reformata, & condita fuerint, eo ipſo apoſtolica auctoritate confirmata, & approbata cenſeantur, plenam, & liberam facultatem, & omnimodam auctoritatem itidem perpetuò concedimus, & elargimur.

Statuta condendi, & illa immutandi.

Collegium eximit a jurisdictione quorumcumque Tribunalium Urbis, ac Ordinariorum locorum.

§.9. Ac inſuper Collegium, ſeu Seminarium hujuſmodi, illiuſque Oeconomos, Rectorem, Magiſtros, Præceptores, & Alumnos pro tempore exiſtentes, illorumque domeſticos, Officiales, & Miniſtros, ac ipſius Collegii, ſeu Seminarii bona mobilia, & immobilia, præſentia, & futura cujuſcumque qualitatis, & quantitatis exiſtentia, & ubique locorum conſiſtentia, ab omni juriſdictione, dominio, ſuperioritate, & poteſtate pro tempore exiſtentium dilectorum filiorum Vicarii, Senatoris, Conſervatorum, & Reformatorum, ac Rectoris Studii generalis dictæ Urbis, ac Ordinariorum locorum, aliorumque Judicum, & Officialium quorumcumque, tam in ipſa Urbe, quam extra eam, & ubicumque conſtitutorum.

Et a ſolutione quarumvis Gabellarum ad inſtar Clericorum Cameræ Apoſtolicæ.

§.10. Et præterea dictum Collegium, ſeu Seminarium, illiuſque Alumnos, & Scholares, perſonaſque in eo commorantes ab omnibus, & ſingulis Portarum, Molendinorum farinæ, trium pro centenario, ac quatuor juliorum pro quolibet vegete Vini ſolvi ſolitorum, aliiſque Datiis, pedagiis, vectigalibus, angariis, tam terræ, mariſque gabellis, Dohanis, bollettinis, & quibuſvis aliis oneribus ordinariis, & extraordinariis hactenus quomodolibet impoſitis, & imponendis etiam ad inſtar exemptionis dilectorum filiorum Cameræ Apoſtolicæ, etiam ratione Ripæ, Ripettæ, Dohanæ Terræ, etiam Graleiæ nuncupatæ Urbis prædictæ, ac Carnium, Vini, Frumentorum, Pannorum Lini, Lanæ, Serici, Librorum, Chartarum, & quarumcumque aliarum rerum ad humanum victum, & veſtitum neceſſariarum, apoſtolica auctoritate, & tenore prædictis eximimus, & liberamus, ac ſub Beati Petri, & dictæ Sedis, atque noſtra protectione ſuſcipimus, Nobiſque, & eidem Sedi immediate ſubjicimus.

Concedit quoque privilegia, gratias, ac indulta aliis Collegiis, & Seminariis conceſſa.

§.11. Ipſiſque Collegio, ſeu Seminario, Rectori, Scholaribus, Præceptoribus, Magiſtris, Oeconomis, Officialibus, Miniſtris, & Perſonis, ut quibuſcumque Privilegiis, exemptionibus, libertatibus, facultatibus, gratiis, & indultis, quibus Studium generale dictæ Urbis, & alia Germanicæ, Anglicæ, & Græcæ nationum Collegia in ipſa Urbe à Prædeceſſoribus noſtris inſtituta, illorumque Rectores, Scholares, Præceptores, Magiſtri, Oeconomi, Officiales, Miniſtri, & Perſonæ quovis modo utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum, non ſolum ad eorum inſtar, ſed æque principaliter, & pariformiter in omnibus, & per omnia uti, potiri, & gaudere valeant, dicta auctoritate pariter perpetuò de ſpeciali gratia indulgemus: diſtrictius inhibentes, ne quis quavis auctoritate ſuffultus Collegium, ſeu Seminarium hujuſmodi, illiuſque Rectorem, Scholares, Magiſtros, Præceptores, Oeconomos, Officiales, & Miniſtros prædictos, ſeu eorum aliquem in præmiſſis, quovis modo moleſtet, aut moleſtari permittat.

Clauſula pro præſervatione Literarum firmitate.

§.12. Ac decernentes, prædicta omnia, ac ſingula, ac eaſdem præſentes, nullo umquam tempore, ſive ex eo quod cauſæ, propter quas hæc omnia facta ſunt, coram pro tempore exiſtente dictæ Urbis Vicario, vel quocumque alio exactore verificatæ, & approbatæ, ac quicumque intereſſe habentes [ad id vocati non fuerint, ſive aliàs ex quibuſcumque cauſis de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel quocumque alio defectu notari, impugnari, retractari, ſeu etiam revocari, ſuſpendi, reſtringi, limitari, aut in Jus, vel controverſiam vocari, ſeu ad terminos Juris reduci poſſe; ſicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & deffiniri debere: irritum quoque, & inane, quicquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executores deputantur.

§.13. Quocirca Venerabili Fratri Epiſcopo Oſtienſi, ac prædicto noſtro in Urbe, ejuſque diſtrictu Vicario, necnon dilecto filio Cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori motu ſimili mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes Literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Rectoris, Scholarium, Magiſtrorum, Præceptorum, Œconomorum, Officialium, & Miniſtrorum prædictorum, ſeu alicujus eorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, illiſque efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra eaſdem præſentes, & in eis contenta hujuſmodi ab omnibus, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, firmiter, & inviolabiliter obſervari, ac Rectorem, Scholares, Magiſtros, Præceptores, Œconomos, Officiales, & Miniſtros prædictos, eorumque ſingulos illis pacificè frui, & gaudere, non permittentes eos deſuper per quoſcumque directe, vel indirecte, quovis quæſito colore, vel ingenio quomodolibet indebite moleſtari, Contradictores quoſlibet, & rebelles per cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna Juris, & Facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, ac cenſuras, & pœnas ipſas, ſervata forma Concilii Tridentini, etiam iteratis vicibus aggravando: invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis.

Clauſula derogatoria amplior.

§.14. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Urbis, locorum, & Cameræ hujuſmodi juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & conſuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis illis, ac Vicario, Senatori, Conſervatoribus, Reformatoribus, Ordinariis, aliiſque Judicibus, & Officialibus, ac Camerario, Præſidentibus, & Clericis prædictis, ac quibuſ-

CCXXXIV.

Inſtructio Particularis circa conficiendos Proceſſus Inquiſitionis in qualitates eorum, qui promovendi ſunt ad regimina Cathedralium, aut aliarum Superiorum Eccleſiarum, vel Monaſteriorum, ut in dictis Proceſſibus conficiendis ſerventur Sacri Canones, Concilium Tridentinum, & Conſtitutio Gregorii Papæ XIV. ſuper forma hujuſmodi Proceſſuum conficiendorum.

Conſtitut. XVI. Gregorii XIV. quæ incipit: Onus Apoſtolicæ. *Dat. die* 15. *Maii* 1591. *Vid. Tom. V. Par. I. fol.* 268.

Circa perſonas ad quas ſpectat dictos Proceſſus conficere.

SI Proceſſus Inquiſitionis conficiendus ſit extra Romanam Curiam, hoc munus ſpectat ad Legatos Sedis Apoſtolicæ, vel ad Nuncios Provinciarum in locis, in quibus commorantur: Si non adſint Legati, neque Nuncii, ſpectat ad Ordinarios perſonarum promovendarum, & ipſis deficientibus, ad Ordinarios viciniores: qui ordo gradatim ſervandus eſt, nec quiſquam debet ſibi hoc munus arrogare præter ordinem ſupradictum, niſi Romano Pontifici per ſpeciale mandatum alicui alteri illud demandare placuerit. Quo caſu apparere debet de mandato ſpeciali in principio Proceſſus.

Si aliquis ex Prælatis, ad quem ordine ſupradicto ſpectat proceſſum conficere, conſanguinitate, vel affinitate uſque ad tertium gradum incluſive promovendum contingat, ille excludatur ab hoc munere: quod eo caſu deferatur ad illum, qui proxime ſequitur, ſervato eodem ordine, & gradu.

Si quis etiam ſit legitime impeditus, ut per ſe ipſum Proceſſum conficere non poſſit, & ea adimplere, quæ continentur in §. inferius ſcripto, qui incipit: *Quicumque confecturus eſt*, ea cura transferatur eodem ordine, & gradu ad alium Prælatum viciniorem Prælato impedito.

Si Proceſſus ſit conficiendus in Romana Curia, videndum eſt, an Eccleſia, vel Monaſterium, cui eſt providendum, ſit ad nominationem, vel præſentationem Imperatoris, vel alicujus Regis, aut Principis: quo caſu munus conficiendi Proceſſum in Curia ſpectat ad Cardinalem, qui apud Pontificem, & Sedem Apoſtolicam eſt Protector illius Provinciæ, in qua ſita eſt Eccleſia, vel Monaſterium.

Quod ſi Eccleſia, vel Monaſterium non ſit ad nominationem, aut præſentationem, ut præmittitur, Proceſſus conficiendus erit per Cardinalem a Romano Pontifice deligendum, qui de hujuſmodi deputatione curabit aliquid apparere, vel ſaltem vigore ſuæ aſſertionis aliquid narrari a Notario in principio Proceſſus.

Quando contingat Proceſſum confici debere de qualitatibus Archiepiſcopi vel Epiſcopi extra Romanam Curiam degentis, qui ab una ad alteram Eccleſiam ſit transferendus, hoc munus, deficiente Legato, vel Nuntio Apoſtolico illius Provinciæ, vel Regni, ubi ſita eſt Eccleſia, a qua aliquis transferendus erit, ſpectat ad Metropolitanum, ſi perſona transferenda eſt Epiſcopus, ſi vero eſt Metropolitanus, ſpectat ad Epiſcopum ſuum ſuffraganeum antiquiorem reſidentem.

Si Prælatus inquirens ob locorum diſtantiam non poſſet commode per ſe ipſum teſtes examinare ſuper aliquo articulo, ut puta, ſuper legitimis natalibus, ætate, aut aliquo ejuſmodi, licebit ei partem illam alteri perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ ſubdelegare, non autem univerſam Inquiſitionem.

Quoad Proceſſus conficiendos, pro habenda informatione ſtatus Eccleſiarum, vel Monaſteriorum, quibus providendum erit, hoc etiam conficere debeant iidem Prælati, qui Proceſſum de qualitatibus promovendorum confecturi ſunt. Si vero contingat in alia Provincia, vel Regno eſſe Eccleſiam, & in alia promovendum, tunc Prælatus inquirens poterit ſubdelegare Epiſcopo, qui erit vicinior ipſi Eccleſiæ, vel Monaſterio, munus conficiendi Proceſſum ſuper ſtatu dictæ Eccleſiæ, vel Monaſterii.

Quomodo conficiendi ſint Proceſſus, ut dici poſſint, & videantur confecti per viam Inquiſitionis.

QUicumque confecturus eſt Proceſſum inquiſitionis in qualitates promovendi, etiamſi ſit Legatus, non per ſuos Vicarios, Auditores, vel alios Miniſtros, ſed per ſe ipſum id munus exercere debet, licet poſſit ab hujuſmodi perſonis, vel aliis viris peritis adjuvari; Hæc autem in ſpecie ſervanda ſunt.

Non recipiantur teſtes a promovendo, vel pro parte ſua inducti, neque articuli ab ipſo, vel nomine ſuo producti, ſed Prælatus inquirens interrogatoria, ſeu articulos per ſe ipſum formatos habeat, & ſuper eis examinet teſtes, quos de rebus inquirendis ſincerum, & fidele teſtimonium daturos eſſe exiſtimet. Ipſe ex officio ſuo ſecreto vocari mandet, & ſecreto examinet, ipſemet recipiat in manibus ſuis ſingulorum teſtium juramentum, quod ab Epiſcopis præſtetur tacto pectore: a cæteris vero inferioribus cujuſcumque qualitatis ſint, tactis ſacris ſcripturis: & ita reſpective referat Notarius Proceſſum ſcripturus, qui etiam aſſerat, teſtem fuiſſe ex officio vocatum, & examinatum a Prælato inquirente. Inſuper Prælatus ipſe teſtes interroget ſuper unoquoque articulo: Ipſorum autem teſtium dicta una cum reliquis hoc negocium tangentibus ſcribat aliquis Notarius publicus, qui debebit etiam tam dicta teſtium, quam ſcripturas, & documenta producenda, ut inferius dicetur, in proceſſum, & in publicum inſtrumentum reducere. Articuli autem, & interrogatoria inferius deſcri[illegible]

Circa qualitates teſtium vocandorum, & examinandorum quoad perſonam promovendi.

TEſtes ſint viri graves, pii, prudentes, docti, & qui de qualitatibus promovendorum rectum judicium ferre valeant, ſincerumque, ac fidele teſtimoniom veriſimiliter ſint daturi; præſertim vero hujuſmodi qualitates eſſe debent in teſtibus, qui interrogandi erunt de fide catholica, vita, moribus, doctrina, & aptitudine promovendi ad regendam Eccleſiam. Scire enim debent ipſi teſtes, quæ requirantur in eo, qui recturus eſt Eccleſiam Cathedralem, ad hoc ut ſit idoneus ad alios docen., aptus ad illam gubernandam, & dignus, qui ad eam promoveatur.

Non ſunt recipiendi in teſtes cognati, vel nimium familiares, aut inimici, ſive æmuli perſonæ promovendæ.

In inveſtigandis teſtium qualitatibus adhibenda eſt diligentia per Prælatum inquirentem, ut cognoſcere poſſit, quàm ſint erga promovendum affecti, exindeque conjicere, utrum ex affectu, an ex veritate teſtimonium dicant.

Si aliquando Prælato inquirenti ita expedire videbitur, teſtibus ad memoriam reducet vim juramenti, & gravitatem perjurii, admonebitque ipſos reos futuros apud Deum eorum omnium, quorum, vel committendo, vel omittendo rei erunt, qui promovebuntur, ſi vel falſa narrando, vel reticendo vera, cauſa erunt, ut homines indigni, vel minus idonei Eccleſiis præficiantur.

Quomodo Prælatus inquirens procedere poſſit per viam inquiſitionis, quando non habet notitiam perſonæ promovendæ.

SI contingat, Prælatum inquirentem non habere ſufficientem notitiam perſonæ promovendæ, ad hoc ut poſſit deligere, & vocare teſtes ex officio, abſque ſcientia ipſius promovendi, & ſecreto poterit curare, ut ipſemet promovendus, vel aliquis alius det ei ſchedulam, in qua ſint ordine deſcripta nomen dicti promovendi, cognomen, patria, ætas, parentes, ordo, gradus, profeſſio, functio, ſi quam is forte exercuit, loca, in quibus Theologiæ, vel Juri Canonico operam dederit, aut longo tempore verſatus fuerit, amici, & familiares, aliæve perſonæ, quæ tam ipſum, quam parentes ejus intime norint.

Cum autem hujuſmodi ſchedula petenda ſit tantummodo ad habendam quandam extrajudicialem notitiam eorum, quæ Prælatum inquirentem ſcire oportet pro inquiſitione facienda, non debebit ipſa ſchedula inſeri proceſſui, neque de ea aliqua mentio in dicto proceſſu fieri, ſed ad partem ſervari, donec inquiſitio perficiatur, & ea perfecta, poterit lacerari, ſi Prælato videbitur.

Interrogatoria, quæ neceſſaria ſunt ad inquirendum omnes qualitates, quæ in promovendis requiruntur.

1. AN teſtis cognoſcat promovendum; quomodo, a quo tempore citra, an ſit ipſius conſanguineus, cognatus, affinis, nimium familiaris, æmulus, vel odioſus?

2. An ſciat in qua Civitate, vel Loco, & Diœceſi promovendus ſit natus, & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

3. An ſciat ipſum natum eſſe ex legitimo matrimonio, atque honeſtis, & catholicis parentibus, & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

4. An ſciat cujus ætatis ſit, præſertim, an expleverit annum 30., & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

5. An ſciat eum eſſe in ſacris ordinibus conſtitutum, quibus, a quo tempore citra, præſertim an ante ſex menſes, & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

6. An ſciat eum eſſe in Eccleſiaſticis functionibus, & in exercitio Ordinum ſuſceptorum diu verſatum, in ſuſceptione Sacramentorum frequentem, & devotum, & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

7. An ſciat eum ſemper catholice vixiſſe, & in fidei puritate permanſiſſe, & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

8. An ſciat eum præditum eſſe innocentia vitæ, boniſque moribus, & an ſit bonæ converſationis, & famæ, & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

9. An ſciat eum eſſe virum gravem, prudentem, & uſu rerum præſtantem, & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

10. An ſciat eum aliquo gradu in Jure Canonico, vel in ſacra Theologia inſignitum eſſe, quibus in locis, quanto tempore, & quo fructu ipſi Theologiæ, vel Juri Canonico operam dederit, & an vere ea doctrina polleat, quæ in Epiſcopo requiritur, ad hoc ut poſſit alios docere, & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

11. An ſciat eum aliquo munere aliquando functum eſſe, vel circa curam animarum, aut regimen alterius Eccleſiæ ſe exercuiſſe, & quomodo in eis ſe geſſerit, tam quoad doctrinam, quam quoad prudentiam, integritatem, & mores, & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

12. An ſciat eum aliquando publicum aliquod ſcandalum dediſſe circa fidem, mores, ſive doctrinam, vel aliquo corporis, aut animi vitio, aliove Canonico impedimento teneri, quominus poſſit ad Eccleſiam Cathedralem promoveri, & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

13. An eum idoneum exiſtimet ad bene regendam Eccleſiam Cathedralem, & præſertim eam, ad quam ipſe eſt promovendus, an dignum, qui ad illam promoveatur, & an ipſius promotionem eidem Eccleſiæ utilem, & proficuam futuram eſſe cenſeat, & quare ita exiſtimet. Depoſitiones teſtium ſeriatim, & per extenſum ſcribantur: neque præciſe affirmationes, ſeu negationes tantummodo admittantur.

Quæ

Quæ requiruntur ad perfectam inquiſitionem præter ea, quæ ex teſtibus habebuntur.

QUoad ſacros ordines, petendæ ſunt a promovendo, & proceſſui inſerendæ originales Bullæ, vel literæ teſtimoniales collationum ipſorum Ordinum, vel ſaltem earum exemplaria in forma authentica, præſertim ſi teſtes in ſufficienti numero non depoſuerint, ſe non modo vidiſſe eum cantantem Epiſtolam, & Evangelium, vel celebrantem, ſed etiam legiſſe dictas bullas, vel literas teſtimoniales, vel interfuiſſe collationibus Ordinum ei collatorum.

Quoad gradum ſimiliter inſerendum eſt proceſſui privilegium originale, vel ejus exemplar in authentica forma.

Si Prælato inquirenti, vel promovendo videbitur, proceſſui etiam adjungantur aliqua Brevia, literæ patentes, vel aliæ ſcripturæ, aut publica documenta, quibus major, aut melior probatio habeatur de natalibus, & functionibus promovendi, vel aliud ejuſmodi: præſertim ſi teſtes circa ea ſufficienter, & plene non depoſuerint; recipiantur, & adjungantur.

Si forte promovendus nullum habet gradum in Sacra Theologia, vel in Jure Canonico, neceſſe eſt, ut præter probationem aliunde habendam circa ejus doctrinam, juxta præinſertum decimum interrogatorium, pro parte promovendi exhibeatur publicum alicujus Academiæ teſtimonium, quo idoneus eſſe declaratur ad alios docendos, quæ populum chriſtianum ſcire oportet. Perſona promovendi enuntietur hac nota, videlicet ſi ſit Prælatus Admodum R.P., ſi vero non ſit R.N.N. Promovendus numquam vocetur electus, neque ipſe ſe talem vel nominet, vel ſcribat, niſi ubi præceſſerit electio Capituli, aut Conventus.

Quid ſervandum quoad probationem doctrinæ quando promovendi orti ſunt in Provinciis in quibus non ſunt Univerſitates Studiorum, neque conſuetum eſt ſuſcipi gradum aliquem.

IN hujuſmodi locis, & perſonis ſufficiet, ſi teſtimonio virorum gravium, & Sacræ Theologiæ, vel Juris Canonici peritorum conſtet, promovendos ea ſcientia Theologiæ, vel Canonum vere pollere, ut idonei ſint ad ea docenda, quæ populum chriſtianum ſcire oportet, ac muneris ſibi injungendi neceſſitati valeant ſatisfacere: Ideo formandum erit interrogatorium ad hunc ſenſum, juxta quod ſi teſtes depoſuerint, ſe de ſcientia promovendorum certos redditos eſſe, ex eo quod prædictos promovendus ſpecimen ſuæ doctrinæ publice, vel privatim dediſſe cognoverint; hoc modo ſufficiens cauſa ſcientiæ dici poterit: aliàs non plene probabunt doctrinam ad mentem ſupradictæ Conſtitutionis Gregorii De-

Quid ſervandum ſi promovendus ſit Regularis.

OMnia, quæ ſervari debent in promovendo ad Eccleſiam Cathedralem, ſi ſit ſecularis, ſervanda etiam ſunt, ſi ſit regularis.

Sed quia regulares non ſolent ut plurimum ſuſcipere inſignia Doctoratus in Univerſitatibus Studiorum, neceſſe eſt juxta decretum Concil. Trident., ut promovendus Regularis a ſuis Superioribus regularibus teſtimonium habeat ſufficientis doctrinæ, & quod ſit aptus ad alios docendos. Nomine autem Superiorum intelligendi ſunt dumtaxat, qui nullum ſui Ordinis Superiorem agnoſcunt, ſive ii cujuſvis Ordinis Abbates, Magiſtri, Miniſtri, aut Præpoſiti Generales, vel quarumlibet Congregationum Præſidentes, ſive Definitores, aut Viſitatores, Capitulum Generale repræſentantes, ſive alio quocumque vocabulo nuncupentur: & in eorum abſentia ipſorum Vicarii, ſeu Commiſſarii Generales, vel in Romana Curia Procuratores Generales Ordinum, aut Congregationum ſuccedunt.

Animadvertendum tamen, quod præter ſupraſcriptum Superiorum teſtimonium, eſt etiam aliunde inquirendum in hujuſmodi regularium doctrinam, quemadmodum dictum eſt de ſeculari, qui habet ſuæ doctrinæ teſtimonium a publica aliqua Academia.

Quid ſervandum in translatione alicujus Epiſcopi ad alteram Eccleſiam.

SErvanda eſt eadem forma inquirendi ex officio, quæ ſuperius dicta eſt.

Si Epiſcopus transferendus promotus fuit poſt publicationem Concilii Tridentini, & conſtat in proceſſu tunc temporis confecto, plene probata eſſe omnia requiſita, ſufficiet inquirere, & teſtes examinare ſuper infraſcriptis articulis: Si vero non conſtet de hujuſmodi probatione in totum, vel in partem, expediens erit teſtes examinare ſuper omnibus articulis ſuperius deſcriptis, vel ſaltem ſuper illis, de quorum probatione non conſtiterit, & præterea ſuper articulis ſequentibus erunt utroque caſu omnino examinandi teſtes, & de contentis in eis facienda inquiſitio ex officio, videlicet.

1. An teſtis cognoſcat Epiſcopum transferendum, quomodo, a quo tempore citra, an ſit ipſius conſanguineus, cognatus, affinis, nimium familiaris, inimicus, æmulus, vel odioſus?

2. An ſciat ipſum conſecrationis munus ſuſcepiſſe, & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

3. An ſciat per quot annos fuerit Epiſcopus illius Eccleſiæ, & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

4. An ſciat eum in ſua Eccleſia, & Diœceſi aſſidue reſediſſe?

5. An ſciat eum diligenter, & ſæpedictam ſuam Eccleſiam, & Diœceſim viſitaſ-

Digitized by Google

curriſſe, & promoviſſe, ...
mandata debitæ exequutioni demandari curaſſe, & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

6. An ſciat eum ſæpe ſolemniter celebraſſe, ordinationes juxta neceſſitatum exigentiam habuiſſe, confirmationis ſacramentum miniſtraſſe, cæteraque Pontificalia exercuiſſe, & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

7. An ſciat eum pietatis, charitatis, & prudentiæ in gubernando ſpecimen dediſſe, ac verbo, & exemplo profeciſſe, & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

8. An ſciat eum prudenter ubilibet, & diligenter ſe geſſiſſe in defendendis, conſervandis, & augendis juriſdictionibus ſpirituali, & temporali, juribus, ac bonis omnibus ſuæ Eccleſiæ, & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

9. An ſciat vere ea doctrina ipſum ad præſens pollere, quæ in Epiſcopo requiritur, ad hoc ut poſſit alios docere, & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

10. An dignum eum exiſtimet, qui transferatur ad Eccleſiam N., & an cenſeat ejus tranſlationem fore ipſi Eccleſiæ N. utilem, & proficuam, & quare ita exiſtimet, & cenſeat.

Quid ſervandum circa inquiſitionem faciendam in qualitates eorum, qui in Conſiſtorio promovendi ſunt, vel confirmandi ad dignitates Abbatiales, & Prioratus, & regimina Monaſteriorum, vel alias Regularium Præfecturas.

EAdem omnia ſervanda ſunt, quæ dictum eſt, ſervari debere in promovendis ad Eccleſias Cathedrales, præſertim quando præter curam, & regimen Monachorum annexa eſt Monaſterio juriſdictio ſpiritualis, vel temporalis in populum.

Ideo ſuper ejuſdem interrogatoriis examinandi ſunt teſtes, mutatis tamen mutandis, reſpectu Eccleſiæ Cathedralis, & reſpectu Monaſterii, vel dignitatis regularis.

Addatur interrogatorium circa profeſſionem Ordinis, & tempus, a quo eam emiſit: Circa vero ætatem ſufficiat interrogare, & ſcire, cujus ætatis ſit, non reſtringendo ſe ad trigeſimum annum expletum; poſtea enim videbitur, an in hujuſmodi promovendo ſit ætas legitima reſpectu dignitatis, ad quam promoveri debet.

Quoad doctrinam, cum promovendi ad hujuſmodi dignitates regulares non ſint per Concilia generalia adſtricti ad gradum Doctoratus, ſive Licentiæ, vel ad publicæ Academiæ teſtimonium, & nihilominus æquum ſit, ut ea doctrina polleant, qua onus ſibi imponendum ſuſtinere valeant; Prælati inquirentes ſtudioſe, ac diligenter inquirere debebunt ſuper doctrina ejuſmodi perſonarum juxta modum, & formam ſuperius notatam, ut Romanus Pontifex habita informatione, quæ nam ſit promovendi doctrina, judicare poſſit, an ſit talis, qualem dignitas illa exigit, & requirit.

...vendis tam ad Eccleſias Cathedrales, quam ad dignitates Regulares.

FIdei profeſſio debet emitti in manibus Prælati, ad quem inquiſitio (ſervato ordine ſuperius dicto) pertinet, a quo ſi promovendus longe diſtet, poterit idem Prælatus ſubdelegare receptionem dictæ profeſſionis Ordinario, cui promovendus vicinior erit.

Prælatus recipiet profeſſionem fidei a promovendo, præſente Notario publico, ac teſtibus, ipſe autem promovendus eam emittet genibus flexis ante Prælatum, & in fine tangendo ambabus manibus ſacroſancta Evangelia, & ſpondendo, vovendo, ac jurando, prout in forma, ea deoſculabitur.

Profitens duobus in locis, in quibus nomen, & cognomen ſuum exprimendum erit, ea dumtaxat ſua propria manu adſcribet.

Prælatus propriæ etiam manus ſubſcriptione in fine exemplaris dictæ profeſſionis teſtabitur, eam a ſe receptam fuiſſe ſub hac forma, ego N. fidei profeſſionem juxta ſupraſcriptam formam a R. P. D. N. in manibus meis ad verbum emiſſam recepi, & ita teſtor manu propria.

Demum Notarius, qui præſens fuit publico inſtromento, in calce ejuſdem exemplaris immediate poſt ſubſcriptionem Prælati inquirentis, exteſo fidem faciet de prædictæ profeſſionis emiſſione, ac receptione præſentibus teſtibus, quorum nomina, & cognomina exprimet.

Maxime curandum eſt, ut exemplaria profeſſionis fidei tranſmittantur abſque mendis, ne levibus quidem, cum nec in minimis liceat immutare formam a Sede Apoſtolica præſcriptam, nimiſque non modo Notarii ſcribentis, ſed etiam præcipue Prælati inquirentis incuria circa hoc notetur in Sacro Conſiſtorio, quando in eo ſit relatio proceſſus, & mendorum in profeſſione fidei repertorum: cum neceſſe ſit, ea etiam nominatim referre: ideo expediens erit ad tollendam occaſionem errorum provenientium ex incuria ſcribentis, ut ubique imprimantur exemplaria, juxta formam Romæ impreſſam, & maxima diligentia adhibeatur, ne mendoſe imprimantur. Cum vero tranſmittenda ſunt inſtrumenta profeſſionis fidei, hæc ipſa ſubſcribantur a profitente, & a Prælato inquirente, & in eiſdem Notarius extendat inſtrumentum, prout dictum eſt.

Interrogatoria pro habenda informatione Status Eccleſiæ.

1. AN teſtis ſciat in qua Provincia ſita ſit Civitas N. cujus ſitus, qualitatis, & magnitudinis ſit, quot conſtetur domibus, & a quot Chriſtifidelibus inhabitetur, cujus dominio in temporalibus ſubjaceat, & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

2. An ſciat in illa Civitate eſſe Eccleſiam Cathedralem, vel Metropolitanam, ſub qua invocatione, cujus ſtructuræ, & quali-

qualitatis, ao aliqua reparatione indigeat, & quæ ſit cauſa ſcientiæ ?

3. Si eſt Eccleſia Archiepiſcopalis, an ſciat, quot Epiſcopos ſuffraganeos habeat, & qui ſint, ſi eſt Epiſcopalis, an ſciat cui Archiepiſcopo ſit ſuffraganea, & quæ ſit cauſa ſcientiæ ?

4. Quot, & quales ſint in dicta Eccleſia Dignitates, & Canonicatus, & alia Beneficia Eccleſiaſtica, quis ſit numerus omnium Presbyterorum, & Clericorum inibi in divinis inſervientium, quæ ſit dignitas major poſt Pontificalem, quales ſint redditus Dignitatum, Canonicatuum, & aliorum Beneficiorum, & an adſint Præbenda Theologalis, & Pœnitentiaria, & quæ ſit cauſa ſcientiæ ?

5. An in ea cura animarum exerceatur, per quem, an ſit in ea fons Baptiſmalis, & quæ ſit cauſa ſcientiæ ?

6. An habeat Sacrarium ſufficienter inſtructum ſacra ſuppellectili, cæteriſque rebus ad divinum cultum, & etiam ad Pontificalia exercenda neceſſariis, chorum, organum, campanile cum campanis, & cœmeterium, & quæ ſit cauſa ſcientiæ ?

7. An ſint in ea corpora, vel aliquæ inſignes Reliquiæ Sanctorum, quomodo aſſerventur, & quæ ſit cauſa ſcientiæ ?

8. An habeat domum pro Archiepiſcopi, vel Epiſcopi habitatione, ubi, & qualem, quantum diſtet ab Eccleſia, & an reparatione indigeat, & quæ ſit cauſa ſcientiæ ?

9. An ſciat verum valorem redditūum menſæ Archiepiſcopalis, vel Epiſcopalis, adquam ſummam annuatim aſcendant, in quibus conſiſtant, an ſint aliqua penſione onerati, ad cujus, vel quorum favorem dicta penſio ſit reſervata, & quæ ſit cauſa ſcientiæ ?

10. Quot exiſtant in illa Civitate Eccleſiæ Parochiales, & an unaquæque habeat Fontem Baptiſmalem, quot item in illa exiſtant Collegiatæ, quot Monaſteria virorum, & mulierum, quot Confraternitates, & Hoſpitalia, & an ibi ſit Mons Pietatis, & quæ ſit cauſa ſcientiæ ?

11. Quantum ſit ampla Diœceſis, quot, & quæ loca complectatur, & quæ ſit cauſa ſcientiæ ?

12. An in ea erectum ſit Seminarium: quot in eo pueri alantur, & quæ ſit cauſa ſcientiæ ?

13. Ao ipſa Eccleſia vacet, quomodo, a quo tempore citra, & quæ ſit cauſa ſcientiæ ?

De ſtatu Eccleſiarum, quæ ſunt in partibus infidelium, quantum fieri poterit, diligens examen inſtituatur, neque admittantur Tituli in Provinciali non deſcripti, vel qui in ſcripturis Sacri Collegii non reperiuntur.

Interrogatoria pro habenda informatione ſtatus alicujus Monaſterii.

1. IN qua Provincia, & Diœceſi ſit Monaſterium, & quæ ſit cauſa ſcientiæ ?

2. Cujus Ordinis ſit, & quæ ſit cauſa ſcientiæ ?

3. Quis ſit numerus Monachorum, & quis eos tanquam caput regere conſueverit, & quæ ſit cauſa ſcientiæ ?

4. Sub qua invocatione ſit Eccleſia ipſius Monaſterii, cujus ſtructuræ, & qualitatis. Ao indigeat reparatione, & quæ ſit cauſa ſcientiæ ?

5. Qui ſint redditus menſæ Abbatialis, vel Prioralis, qui redditus menſæ Conventualis, & quæ ſit cauſa ſcientiæ ?

6. An Monaſterium habeat aliquam juriſdictionem temporalem, aut ſpiritualem, quam, & in quos, & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

7. An habeat curam animarum, per quē hæc exerceatur, & quæ ſit cauſa ſcientię?

8. Ao vacet, quomodo, & a quo tempore citra, & quæ ſit cauſa ſcientiæ ?

Quid agendum perfecta Inquiſitione.

CUm totum examen, ſeu Inquiſitio de perſona promovenda, & informatio de ſtatu Eccleſiæ, ſeu Monaſterii perfectæ fuerint, Notarius eas, una cum ſcripturis, & documentis publicis, & authenticis, ac Profeſſione Fidei inſtrumentum publicum rediget.

Si Proceſſus Inquiſitionis confectus fuerit extra Rom. Cur. Prælatus, qui eam confecerit, ad Pontificem clauſum, & obſignatum tranſmittet, ſi Eccleſia, vel Monaſteria non ſint ad nominationem, vel præſentationem Imperatoris, vel alicujus Regis: ſi vero de hujuſmodi nominatione, vel præſentatione, tranſmittet proceſſum ad Cardinalem illius Regni, vel Provinciæ Protectorem, in qua eſt Eccleſia, vel Monaſterium providendum.

Ipſe autem Prælatus, vel per literas ſeparatas, ſimul tamen cum proceſſu mittendas, vel per ſubſcriptionem hujuſmodi proceſſus ſignificabit, quanta fides teſtibus examinatis, eorumque dictis, & ſcripturis productis ſuo judicio habenda ſit, ſimul etiam quid de promovendo ipſe ſentiat.

Proceſſus ſic formatus, & tranſmiſſus primum a Cardinale, cui illum in Conſiſtorio referendi munus incumbet, deinde a tribus Cardinalibus Prioribus Ordinum ſubſcribetur: & poſtea fiet relatio in Conſiſtorio.

Cardinalis relator monere debet promovendum, ſi præſens in Curia ſit, ut juxta Concilium Lateranen. noviſſime celebratum omnes Cardinales, vel majorem partem Collegii adeat, antequam Eccleſia, vel Monaſterium proponatur, ut quæ a referente Collega ſunt audituri, oculata fide, quantum ad perſonam ipſius promovendi attinet, cognoſcere poſſint.

CCXXXV.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Facultas Epiſcopo Cæſenaten. Status Urbini Gubernatori, auctoritate, & nomine Sanctæ Sedis prohibendi quibuſvis ſubditis Sedis Apoſtolicæ Eccleſiaſticis, & ſecularibus, etiam Principibus, ne eveniente obitu Ducis Urbini Populos ad arma convocare, militum copias cogere &c. audeant.

Ven. fratri Laurentio Epiſcopo Ceſenaten.

URBANUS PAPA VIII.

Ven. frater ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Exordium.

CReditum humilitati noſtræ, nullo licet meritorum ſuffragio, per abundantiam divinæ gratiæ Apoſtolatus officium poſtulat, ut licet communi totius gregis dominici ſaluti ſolicitis ſtudiis jugiter invigilemus, peculiari tamen Populorum noſtro, & S. R. E. temporali dominio ſubjectorum ſecuritati, & quieti ſtudio incumbamus; æquum reputantes, & rationi conſonum, ut hæc Sancta Sedes, quæ univerſos fideles ſublevare ſolet, hos potiſſimum in ſuam tutelam ſpecialiter receptos ab omni injuria vindicet, illæſoſque tueatur, & defendat.

Franciſcus M. Urbini Dux Epiſcopum Cæſenaten. illius Ducatus Gubernatorē deputat.

§.1. Cum itaque aliàs dilectus filius Nobilis vir Franciſcus Maria Urbini Dux provide conſiderans, Ducatum Urbini, necnon Civitates Senogallien., & Piſauren. ac Sancti Leonis cum Terra, & Arce Majoli, totumque Statum Montisferetran., aliaque dominia, Civitates, Oppida, Caſtra, Terras, Arces, propugnacula, ſeu fortalitia, & loca quæcumque, etiam ſpeciali nota, & expreſſione digna, in & ſub Statu dicti Ducatus Urbini ad præſens quomodolibet compræhenſa ejus anteceſſoribus dudum a Romanis Pontificibus prędeceſſoribus noſtris in ſeudum data, & conceſſa, ſeu aliàs per eum quomodolibet poſſeſſa per obitum ſuum ſine liberis, & deſcendentibus maſculis legitimis, & naturalibus ob lineam finitam, cum omnibus eorum Territoriis, Diſtrictibus, Juriſdictionibus, membris, Juribus, etiam prohibendi, ac pertinentiis univerſis, excepto Caſtro Podii Hybernorum, & aliis bonis non feudalibus, neque juriſdictionalibus relaxatis, & reſervatis Franciſco M. Duci prædicto, ejuſque hæredibus, & ſucceſſorihus in Inſtrumento Concordiæ ſub die 30. Apr. 1624. celebrato aperta, ac ad nos, & Rom. Eccleſiam Sedemque, & Cameram Apoſtolicam reverſura, & devoluta iri, ac pertinere: Se vero provectæ ætatis jam exiſtere, necnon menſurabiles dies ſuos, humanamque vitam in imagine pertranſeuntem ſibi ob oculos proponens, ut curis, aliiſque impedimentis ſecularibus ſolutus, de ſubſtantia ſua, quæ apud Deum eſt, tutius adipiſcenda ſolidiori meditationum, aliorumque piorum operum exercitio cogitare valeret; Te Generalem, quoad ipſe vixerit, Ducatus, & aliorum Dominiorum prædictorum Gubernatorem ad electionem noſtram deputaverit.

Urbanus prohibet, quominus eveniente Ducis obitu, quiſquam arma cogat, Milites ſcribat &c.

§.2. Nos ne ſi quid humanitus eidem Franciſco Mariæ Duci contingat, nihil quod ad muneris noſtri partes pro noſtrorum, & Sedis prædictæ ditionis temporalis populorum ſecuritate, & quiete ſpectat, prætermittere volentes, Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque apoſtolicæ poteſtatis plenitudine Tibi, Tuiſque, & aliis quibuſcumque quacumque dignitate Eccleſiaſtica, ſive etiam laicali fungentibus in gubernio ſeu adminiſtratione Status, & Dominii hujuſmodi ſucceſſoribus, ſive aliis eamdem Sedem in eis repræſentantibus ex nunc, prout poſtquam dictus Franciſcus Maria Dux viam univerſæ Carnis ingreſſus fuerit, univerſis, & ſingulis Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis locorum Ordinariis ſub Interdicti ingreſſus Eccleſiæ, ac ſuſpenſionis a divinis, & tam iis, quam quibuſvis Ducibus, Principibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, & Domicellis, necnon Vicariis, Feudatariis, Magiſtratibus, Communitatibus, Univerſitatibus, Officialibuſque, & Miniſtris, ac aliis perſonis etiam Eccleſiaſticis Secularibus, & Regularibus, demumque univerſis, & ſingulis ſubditis noſtris immediatis, & mediatis cujuſcumque ſtatus, conditionis, præheminentiæ, & dignitatis etiam de neceſſitate exprimendæ exiſtentibus in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub indignationis noſtræ, necnon excommunicationis latæ ſententiæ, & rebellionis, necnon confiſcationis omnium bonorum, & ultimi ſupplicii pœnis per contrafacientes eo ipſo, abſque ulla declaratione, incurrendis, ne caſu aperitionis, ſeu devolutionis prædictarum per obitum ipſius Franciſci Mariæ Ducis, ſeu aliàs quomodocumque, & quandocumque eveniente, ſeu ſuccedente, ipſi, ſeu eorum aliquis per ſe, vel alium, ſeu alios directe, vel indirecte quovis quæſito colore, ingenio, vel prætextu, aut ex quavis cauſa, etiam quantumvis pia, rationabili, privilegiata, & juſta, Militum copias cogere, comparare, vel ducere, neve Populos, vel ſigillatim ſingulares perſonas publice, aut privatim, palam, vel occulte ad arma convocare, conclamare, concitare, neque armorum manus, cœtus, conventus, ſeu illicitas, & tumultuoſas collectas, ſive Cavalcatas, vel adunatas facere, vel ſimul congregare, aut milites, vel collectas hujuſmodi in propriis, ſeu aliis Domibus, ſeu locis recipere, habere, vel retinere, aut aliquid hujuſmodi moliri, vel machinari.

Ane quiſquã hujuſmodi interſit convocationibus ſine ejuſdem Epiſcopi licentia.

§.3. Ipſis vero particularibus perſonis, ut præfertur, vel aliàs quomodolibet qualificatis, ne collectis Militum hujuſmodi, tam armatis, quam inermibus, ſive convocationibus, conclamationibus, aut Conventibus, cœtibus, & tumultibus hujuſmodi intervenire, aut præmiſſis auxilium, conſilium, vel favorem quovis modo, & ex quacumque cauſa præſtare, abſque expreſſa licentia tua audeant, ſeu præſumant, ſive illorum

Digitized by Google

ſorum sliquis audeat, vel præſumat, ſed in quavis illorum prætenſione ad Te recurſum habeant, ſeu habeat, auctoritate, & nomine noſtris diſtricte prohibendi, & interdicendi.

Facultas eidem conceditur inobedientes puniendi.

§.4. Omnes vero, & ſingulos ſupra expreſſos, & quaſlibet alias ſingulares perſonas, etiam Eccleſiaſticas tam ſeculares, quam quorumvis Ordinnm, & Militiarum etiam S. Joannis Hieroſolymitani regulares, ſi quæ earum, aut aliquis illorum mandatis, juſſis, & monitionibus tuis hujuſmodi obtemperare recuſaverint, aut illis quoquo modo contradixerint, vel ſe ſe oppoſuerint, tanquam noſtris, & apoſtolicis mandatis, juſſis, & monitionibus parere recuſantes illiſque contradicentes, ac ſe opponentes, noſtros, & S. R. E., ac Sedis Apoſtolicæ rebelles declarandi, & publicandi, ac contra illos ſummarie, ſimpliciter, & de plano ſine ſtrepitu, & figura Iudicii manu regia, nullo Juris ordine ſervato, nec aliquo formato proceſſu, more militari, & Jure belli, ad privationem officiorum, Feudorum, & bonorum quorumcumque etiam allodialium per eos in quibuſcumque locis poſſeſſorum, ſeu quovis modo obtentorum reſpective, omni, & quacumque appellatione, & recurſu poſtpoſitis, procedendi, ac ubi juſtitia ita exegerit, & ordo dictaverit rationis, ſeu cum ita expedire judicaveris, eoſdem contradictores, & rebelles quacumque pecuniaria, vel corporali, ac etiam ultimi ſupplicii pœna affici faciendi, ac generaliter omnia, & ſingula in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, & quomodolibet opportuna, etiamſi talia ſint, vel fuerint, quæ ſub generali verborum ſignificatione non venirent, ſed ſpecialibus indigerent vocabulis, ſpecialemque, expreſſam, & individuam requirerent mentionem, faciendi, dicendi, gerendi, & exequendi, plenam, liberam, & amplam facultatem, & auctoritatem tenore præſentium concedimus, & impartimur.

Ab hoc Decreto excipiuntur Commiſſarii ad Ducatus poſſeſſionem capiendam a S. Sede deputati,

§.5. Sub prohibitione autem, & interdicto per Te vigore præſentium faciendis, & publicandis nolumus comprehendi, nec comprehenſos ullo modo cenſeri armorum Gubernatores, Arcium Præfectos, ſive Caſtellanos, & Militiarum Capitaneos, nec alios, qui pro capienda Civitatum, Arcium, Fortalitiorum, Terrarum, Caſtrorum, Palatiorum dominii totius Status hujuſmodi, ac bonorum feudalium, ſive juriſdictionalium Sedis, & Cameræ prædictarum poſſeſſione, ac eorum contra omnes, & quoſcumque, qui illa invadere præſumerent, defenſione una cum Militibus ſuæ curæ commiſſis, tua, ſeu aliorum a Nobis auctoritatem, & facultatem ad id habentium juſſa, & mandata in eventus hujuſmodi ea, qua decet, promptitudine exequi debent, & tenentur.

Contraria tolluntur.

§.6. Non obſtantibus præmiſſis, necnon omnibus illis, quæ in prædictis Literis voluimus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§.7. ...

transſumptis, ſeu exemplis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in Judicio, & extra ubique locorum habeatur, quæ præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Tranſumptis danda fides.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 14. Auguſti 1627. Pontificatus noſtri Anno Quinto.

Dat. 14. Auguſti 1627. An.V.

CCXXXVI.

Confirmatur Decretum Congregationis Concilii ſuper matrimoniis, quæ inter traſferentes domicilium contrahuntur.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Dubia ab Archiepiſc. Colonien. propoſita.

§.1. EXponi Nobis nuper fecit Venerabilis frater Archiepiſcopus Colonien., quod habito nuper per eum ad Venerabiles fratres noſtros S.R.E. Cardinales Sacri Concilii Tridentini interpretes recurſu ſuper infraſcriptis dubiis videlicet, Primo: An Incolæ tam Maſculi, quam Fœminæ loci, in quo Concilium Tridentinum in puncto matrimonii eſt promulgatum, & acceptatum, tranſeuntes per locum, in quo dictum Concilium non eſt promulgatum, retinentes idem domicilium, valide poſſint in iſto loco matrimonium ſine Parocho, & teſtibus contrahere. 2. Quid ſi eò prædicti Incolæ tam maſculi, quam fœminæ ſolo animo ſine Parocho, & Teſtibus contrahendi ſe transferant, habitationem non mutantes? 3. quid ſi iidem Incolæ tam maſculi, quam fœminæ eò transferant habitationem, illo ſolo animo, ut abſque Parocho, & Teſtibus contrahant.

Solutio Congreg. Concil.

§.2. Iidem Cardinales ad primum, & ſecundum, non eſſe legitimum matrimonium inter ſic ſe transferentes, & tranſeuntes cum fraude. Ad tertium vero dubiorum hujuſmodi ſi domicilium vere transferant, matrimonium eſſe validum reſponderunt, & reſolverunt, prout in Decreto deſuper emanato plenius continetur.

Petitur pontificia auctoritate confirmari.

§.3. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, dictus Archiepiſcopus reſponſum, ſeu dubiorum prædictorum reſolutionem hujuſmodi pro illius ſubſiſtentia, & validitate firmioribus, apoſtolicæ noſtræ confirmationis robore communiri ſummopere deſideret;

Confirmatur.

§.4. Nos eumdem Archiepiſcopum ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, ſupplicationibus illius nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, reſponſum, ſeu dubiorum prædictorum reſolutionem hujuſmodi, auctoritate apoſtolica, tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illiſque inviolabilis apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus.

Clauſulæ.

§.5. Decernentes, illud, ſeu illam, nec-

Digitized by Google

cacia exiſtere, & fore ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri,& obtinere:ſicque, & juxta illa per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, ac diffiniri debere: ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §.6. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque,

Dat. die 14. Auguſti 1627. An.V. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 14. Auguſti 1627. Pontificatus noſtri Anno V.

CCXXVII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Jubilæum Chriſtifidelibus in Æthiopiæ Imperio commorantibus.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Proœmium. PAſtoralis Officii Nobis divina providentia commiſſi res exigit, ut de ſalute dominici gregis ſoliciti ad eos Chriſtifideles mentis noſtræ aciem, & paternæ charitatis affectum præcipue dirigamus, quos in partibus ab hac Sancta Sede remotiſſimis conſtitutos, ſpiritualibus commodis, & gratiis carere cognoſcimus.

Æthiopum Jubilæum conceditur. §.1. Hinc eſt, quod Nos attendentes, Chriſtifideles in Ethiopia, ac aliis locis Cariſſimi in Chriſto filii noſtri Sulthani Sagued Ethiopiæ Imperatoris dominio ſubjectis commorantes ob maximam ab alma Urbe noſtra diſtantiam, aliaque legitima impedimenta ad eamdem Urbem pro percipiendis ſpiritualibus anni Jubilæi proxime præteriti fructibus accedere non potuiſſe, & proinde ſuper eorum ſtatu in intimis animi, & miſericordiæ viſceribus commoti eos ſpeciali Indulgentiarum, ac Jubilæi munere conſolari volentes, ſupplicationibus quoque dicti Sulthani Imperatoris nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, de omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis

Qui præſcripta hic opera adimpleverint. utriuſque ſexus illarum partium Chriſtifidelibus vere pœnitentibus, & confeſſis, ac ſacra communione refectis, quod unam ſeu plures Eccleſiam, ſeu Eccleſias, vel loca pia per Venerabilem fratrem Patriarcham Ethiopiæ deputan. per quindecim dies continuos, vel interpolatos, quos pro perſonis Infirmis, ſenibus, prægnantibus, Virginibus, Viduis, & aliis quovis alio legitimo impedimento detentis, ac Capitulis, Congregationibus, tam ſecularium, quam regularium, Sodalitatibus, Univerſitatibus, ac Confraternitatibus, Eccleſiam, ſeu Eccleſias, vel Cappellas, aut loca pia hujuſmodi proceſſionaliter viſitantes, atque ob alias cauſas, prout eidem Patriarchæ videbitur, ad minorem numerum illius arbitrio reduci poſſe volumus, devote, ac reverenter viſitando reſpective, & ibi quinquies Orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam pro peccatorum ſuorum remiſſione, ac pro pace inter Principes Chriſtianos conſervanda, & hæreſum extirpatione, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione pie ad Deum orando plenariam ejuſdem anni Jubilæi omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem ſemel tantum conſequantur: perinde, ac ſi quatuor Eccleſias dictæ Almæ Urbis pro conſequendo Jubilæo hujuſmodi ſtatutis ad id diebus perſonaliter viſitaſſent, & alia ad hoc requiſita adimpleviſſent.

Chriſtifidelibus facultas conceditur eligendi Confeſſarium &c. §.2. Et ad hunc effectum illis, ut confeſſarios, quos idem Patriarcha Jubilæi hujuſmodi cauſa in ſtatutis Eccleſiis reſpective deputaverit, ſibi eligere valeant presbyteros ſeculares, vel cujuſvis Ordinis regulares, qui confeſſionibus illorum diligenter auditis, eos, ac eorum quemlibet a quibuſvis peccatis, criminibus, exceſſibus, & delictis, etiam Sedi Apoſtolicæ reſervatis, ac in Literis, quæ in Die Cœnæ Domini legi conſueverunt, contentis, necnon cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis ad effectum ipſius Jubilæi conſequendum tantum, injuncta eis pœnitentia ſalutari, abſolvere poſſint.

Jubilæum conſequi iterum poſſunt, qui illud Romæ ſunt conſequuti. §.4. Necnon, & ut illi, qui Romam forſan venerunt, ac Jubilæum ipſum quovis modo conſequuti ſunt, denuo etiam illud juxta tenorem præſentium conſequi valeant concedimus.

Aliæ facultates Patriarchæ conceſſæ. §.5. Præterea eidem Patriarchæ, ut cujuſvis Ordinis Monialibus, & orphanorum, aliarumque mulierum in communi viventium Congregationibus ad Jubilæum ipſum intra Monaſterium, Domoſve ſuas conſequen. conditiones, modum, & tempus præſcribere, & denique in præmiſſis omnibus, & ſingulis illius arbitrio facere, ordinare, providere, & quæcumque ſibi viſa remedia opportuna adhiberi poſſit prout animarum ſaluti expedire judicaverit, facultatem tribuimus, & impartimur. Præſentibus ad tres menſes tantum a die illarum publicationis computan. tantum valituris.

Tranſumptis danda fides. §.6. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in Judicio, & extra ubique adhibeatur, quæ ipſis originalibus literis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 31. Auguſti 1627. An.V. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris Die 31. Auguſti 1627. Pontificatus noſtri Anno V.

Indul-

Digitized by Google

CCXXXVIII.

Indultum celebrandi Miſſam, & recitandi Officium die quinta Februarii de Viginti tribus Martyribus ex Ord. FF. Min. Sancti Franciſci de Obſervantia Provinciæ Diſcalceatorum Sancti Gregorii, Philippinarum, & Japoniæ pro Fratribus d. Ordinis ubique exiſtentibus, & pro aliis quibuſcumque Manilen. Diœceſis tantum.

Iſti Beati fuerunt Martyrio coronati una cum tribus aliis è Societate Jeſu de quibus etiam celebrari Miſſam poſſe idem conceſſit Pontifex in Conſt. ſeq.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. SAlvatoris, & Domini Noſtri Jeſu Chriſti, qui Milites ſuos inclytos, quorum mors pretioſa in conſpectu ejus, immortalitatis corona donat in Cœlis, vices quamquam immeriti gerentes in terris, pia Chriſtifidelium præſertim Catholicorum Regum vota, per quæ eorumdem Sanctorum militum veneratio promovetur, & laudatur Dominus in Sanctis ſuis, ad exauditionis gratiam libenter admittimus, favoribuſque, & gratiis proſequimur opportunis.

Supplicatum fuit Pont. pro facultate, de qua in Rubr. §.1. Cum itaque, ſicut dilectus filius Petrus Baptiſta Procurator Fratrum Ordinis Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia, Diſcalceatorum nuncupatorum, Provinciæ Sancti Gregorii Philippinarum, & Japoniæ, Nobis nuper exponi fecit, venerabiles Fratres noſtri S.R.E. Cardinales Sacris Ritibus præpoſiti in Cauſa Canonizationis Viginti trium Martyrum, videlicet, Petri Baptiſtæ, & Sociorum ejus ex dicto Ordine, quorum nempe ſex profeſſi, cæteri vero laici, & familiares, coadjutores eorumdem ſex profeſſorum erant, quique omnes pro Chriſti nomine in Oppido Civitate nuncupato Nangaſaqui extra muros in Regno Japoniæ Cruci affixi, & tranſverberati fuerunt, in Sacro Rotæ Auditorio, & deinde de mandato noſtro ab eiſdem Cardinalibus, referente dilecto filio noſtro Tiberio Tituli S. Priſcæ Presbytero Cardinale Muto nuncupato, diſcuſſa, cenſuerint conſtare de martyrio, & miraculis: ideoque ad actualem illorum Canonizationem quandocumque deveniri poſſe; Superiores vero dicti Ordinis pro eo, quem erga eoſdem Martyres gerunt devotionis affectu, Officium, & Miſſam de illis, donec ad ſolemnem eorum Canonizationem, pro qua non ſolum dictus Petrus eorumdem Fratrum nomine, verum etiam chariſſimus in Chriſto filius noſter Philippus Rex Catholicus, ac chariſſima in Chriſto filia noſtra Iſabella Regina Catholica Hiſpaniarum, necnon univerſa Civitas Manilen., & Chinen., ſeu Machanen. aliique Nobis per eorum literas ad Nos tranſmiſſas humiliter ſupplicarunt, deveniatur, ut infra recitari poſſe plurimum

§.2. Nos piis eorumdem Superiorum votis bujuſmodi, quantum cum Domino poſſumus, annuere, illoſque ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, eorumque ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpen., & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus d. Petri, & eorumdem Superiorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati; De eorumdem Cardinalium conſilio, ut de eiſdem Martyribus, tam ab omnibus dicti Ordinis Sancti Franciſci Religioſis ubique exiſtentibus, quam etiam aliis eccleſiaſticis, & ſecularibus perſonis Manilen. Diœceſis dumtaxat, ubi præcipue dictorum Martyrum pro Chriſti fide labores valde profecerunt, Officium, & Miſſa de Communi plurimorum Martyrum die eorum Natali, videlicet die quinta Februarii recitari, & celebrari reſpective libere, & licite poſſit, & valeat, apoſtolica auctoritate tenore præſentium licentiam, & facultatem concedimus, & impartimur. Qui modo eſt concedit.

§.3. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Contraria removendo.

§.4. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Tranſumptiſque credi mandando.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris, die 14. Septembris 1627. Pontificatus noſtri Anno V. Dat. die 14. Septem. 1627. An. V.

CCXXXIX.

Indultum celebrandi Miſſam, & recitandi Officium de tribus Martyribus Paulo Michi, Joanne de Goto, & Didaco Quizai è Societate Jeſu quotannis die quinta Februarii pro omnibus d. Societatis Religioſis.

Hoc indultum ad omnes Sacerdotes tum Seculares, quam Regulares ad Eccleſias hujus Societatis confluentes extendit Sacra Rituum Congregatio, ut in Decreto mox ſubſequente quod Urban. VIII. approbavit.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium. SAlvatoris, & Domini Noſtri Jeſu Chriſti, qui Milites ſuos inclytos, quorum mors pretioſa eſt in conſpectu eius, immortalitatis corona donat in Cœlis, vices quamquam immeriti gerentes in terris, pia Chriſtifidelium præſertim Catholico-

Digitized by Google

ſtorum militum veneratio promovetur, & laudatur Dominus in Sanctis ſuis, ad exauditionis gratiam libenter admittimus, favoribuſque, & gratiis proſequimur opportunis.

Supplicatio facta Pontif. pro hujuſmodi Indulto.

§.1. Cum itaque, ſicut dilecti filii Præpoſitus Generalis, & Presbyteri Societatis Jeſu Nobis nuper exponi fecerunt, Venerabiles fratres noſtri Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales Sacris Ritibus præpoſiti in cauſa Canonizationis trium Martyrum, videlicet, Pauli Michi, ac Joannis de Goto, & Didsci Quizai ex dicta Societate, qui pro Chriſti nomine in Oppido Civitate nuncupato Nangaſaqui extra muros in Regno Japponiæ Cruci affixi, & tranſverberati fuerunt, in Sacro Rotæ Auditorio, & deinde de mandato noſtro ab eiſdem Cardinalibus, referente dilecto filio noſtro Tiberio Tituli S. Priſcæ Presbytero Cardinale Muto nuncupato, diſcuſſa, cenſuerint, conſtare de martyrio, & miraculis; Ideoque ad actualem illorum Canonizationem quandocumque deveniri poſſe. Præpoſitus vero, & Presbyteri prædicti pro eo, quem erga ipſos Sanctus Martyres geruut devotionis affectu, Officium, & Miſſam de illis, donec ad ſolemnem eorum Canonizationem (pro qua non ſolum iidem Præpoſitus, & presbyteri, verum etiam chariſſimus in Chriſto filius noſter Philippus Rex Catholicus, ac chariſſima in Chriſto filia noſtra Iſabella Regina Catholica Hiſpaniarum, necnon univerſa Civitas Manilen., & Chinen., ſeu Machanen, aliique Nobis per eorum literas ad Nos tranſmiſſas humiliter ſupplicarunt) deveniatur, ut infra recitari poſſe plurimum deſiderent;

Conceſſio, de qua in Rubr.

§.2. Nos piis ipſorum Præpoſiti, & Presbyterorum votis quantum cum Domino poſſumus, annuere, illoſque ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, eorumque ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpen., & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus Præpoſiti, ac Presbyterorum prædictorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati; De eorumdem Cardinalium conſilio, ut de eiſdem Martyribus ab omnibus dictæ Societatis Religioſis ubique exiſtentibus, Officium, & Miſſa de Communi plurimorum Martyrum die eorum Natali, videlicet, die quinta Februarii recitari, & celebrari reſpective libere poſſit, & valeat, apoſtolica auctoritate tenore præſentium licentiam, & facultatem concedimus, & impartimur.

Derogat in contrariorum.

§.3. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptorum fides.

§.4. Volumus autem, ut præſentium tranſumptis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 15. Septem. 1627. An. V.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 15. Septembris 1627. Pontificatus noſtri Anno V.

Sequitur Decretum Sacræ Rituum Congregationis, quo prædictum Indultum extenditur ad omnes Sacerdotes tum Seculares, quam Regulares ad Eccleſias d. Societatis confluentes.

CUm aliàs ſub die 3. Julii 1627. Sacra Rituum Congregatio, annuente Sanctiſſimo, conceſſerit, ut de tribus Sanctis Martyribus e Societate Jeſu Paulo Michi, Joanne de Goto, & Didaco Quizai in Japponia pro Chriſti fide Cruci affixis, Officium ac Miſſa de Communi plurium Martyrum ipſa die eorum Martyrii, nempe 5. Februarii, ab omnibus presbyteris ejuſdem Societatis, ubique exiſtentibus, recitari, & celebrari poſſet; inſtante Generali Patrum Societatis Jeſu, indultum prædictum, ad omnes Sacerdotes, tam ſeculares, quam regulares ad eorum Eccleſias confluentes, extendi poſſe eadem Sacra Congregatio cenſuit. Facto verbo cum Sanctiſſimo, Sanctiſſimus annuit die: 26. Septembris 1629.

Jo. Baptiſta Card. Detus.

F. Fulv. Benign. Secr.

CCXL.

Præfigitur terminus trium menſium ab iſtius Conſtitutionis publicatione partibus ad retractandum omnia contra Conſtitutiones Sixti V. Clementis VIII., & Pauli V. ſuper prohibitione alienandi Fortalitia, & Caſtra, aliaque bona Juriſdictionalia in Statu Eccleſiaſtico exiſtentia abſque Sedis Apoſtolicæ licentia, & contra illarum declarationem, & extenſionem reſpective quoad Caſtra diruta, & alia in eis expreſſa a Sanctitate Sua emanatas, geſta, & Notariis, etiam Sedis Apoſtolicæ, etiam de numero participantium ad inſtrumenta, de quibus ſunt rogati, exhibendum, & in eorum margine caſſationes adnotandum. Et inſuper mandatur teſtibus, quatenus contractus omnes, quibus interfuerint, intra ſimilem terminum a die contractus revelar. & de eis notam dare debeant.

Prohibitionem hujuſmodi alienationum a Sixto V. editum habes in ipſius Conſtitut. VII. Solicitudo *Tom.IV. Par.IV. fol.*134. *Et Clem.VIII. declarationem, & extenſionum lege in ejuſdem Conſt. CCL.* Romanum *Tom.V. Par.II. fol.*371. *Ac Pauli V. innovationem in Conſt.CCLXXXI.* Paſtorale *Tom.V. Par.IV. fol.*246. *ampliavit Urbanus VIII. in Conſt.CCXXIV.* Decens *ut ſupra fol.*50.

Quin

Quia vero multæ alienationes contra tenores dictarum Conſtitutionum factæ fuerant, ne temporis progreſſu juriſdictio aliqua uſurpetur, ſeu fines juriſdictionales confundantur, erexit Congregationem de Confinibus Status Eccleſiaſtici, Sedi Apoſtolicæ mediate, vel immediate ſubjecti, nuncupandam, ut in Conſt. 241. Debitum. *fol.* 85.

URBANUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

SEdes Apoſtolica pia mater filiis pœnas, quas illi per inobedientiam, vel negligentiam incurrerint, aliquando remittere, & condonare conſuevit, ad hoc ut illi benignitatem experti, ad ea, quæ ſibi injuncta ſunt, fidelius peragenda incitentur, eos vero, qui clementiam ſuam agnoſcere non curant, timore pœnæ perterrere non deſiſtit.

Refertur Cõſtitutio ab ipſo edita quam habes indicatam in Rubr.

§.1. Nuper ſiquidem per alias noſtras, ſub Dat. videlicet Kal. Junii Pontificatus noſtri anno 4. confectas literas Conſtitutiones per fel. record. Sixtum V., Clementem VIII., ac Paulum etiam V. Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros ſuper prohibitione Fortalitia, & Caſtra, aliaque bona juriſdictionalia in Statu Eccleſiaſtico exiſtentia abſque Sedis Apoſtolicæ licentia alienandi editas confirmavimus, & innovavimus, eaſque quoad Caſtra diruta, Tenutas, & Prædia etiam non juriſdictionalia in confinibus loci juriſdictionalis, & bona in dicto Statu in confinio Principum exterorum ſita, illorumque locationes, & cenſuum annuorum ſuper præmiſſis omnibus impoſitarum, & impoſitorum venditiones extendi declaravimus, & reſpective extendimus, prout in dictis literis plenius continetur.

Partibus quæ Conſt. Clem. VIII. Sixt. V. & hujus Pont. contravenerunt præfigitur terminus trium menſiũ ad retractandum geſta contra ipſas Conſt., & pœnas exigi prohibetur d. termino durante.

§.2. Licet autem omnes, & ſinguli, qui ad venditiones, alienationes, locationes, aliaque in ſingulis Conſtitutionibus, ac etiam noſtris literis prædictis reſpective fieri prohibita, aut eorum aliquod nulla Sedis Apoſtolicæ præcedente in ſcriptis obtenta licentia, vel illa apud Notarium in actu celebrationis contractus minime dimiſſa devenerint, & ſeu eſequutioni demandaverint, pœnas omnes in Conſtitutionibus, & earum qualibet, ac etiam in noſtris literis prædictis contentas eo ipſo incurrerint, & incurriſſe cenſeri debeant; Nihilominus ex noſtra benignitate mitius agendo, Motu proprio, non ad alicujus oblatæ Nobis deſuper petitionis inſtantiam, ſed ex mera noſtra ſcientia, & deliberatione, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnibus, & ſingulis, qui in præmiſſis, aut eorum aliquo hactenus contravenerint, terminum trium menſium, a die publicationis præſentium computandum, intra quem omnes, & ſinguli tam emptores, quam venditores, cæterique quomodolibet contravenientes omnia, & ſingula per eos geſta, & inde ſequuta [illegible] retractaſſe, & [illegible] ſimili in priſtinum, prout ante ſequutam aliquo modo contraventionem erant, repoſuiſſe, & reſtituiſſe debeant, apoſtolica auctoritate præfigimus per præſentes, quo quidem termino durante pœnas prædictas, tam ab ipſis contrahentibus, ſcilicet, venditoribus, alienantibus, & locatoribus, ac emptoribus acquirentibus, & conductoribus, quam a Notariis exigi nolumus.

Quo elapſo tamquã contra non parentes manu regia, & exequutive procedatur, & pœnæ exigantur.

§.3. Ipſo autem termino elapſo, & præmiſſis non parito, tam Cameræ noſtræ Apoſtolicæ Commiſſarium, quam Fiſci Procuratorem generalem dilectos filios poſſe, & debere ejuſdem Cameræ nomine, & nemine vocato, ac manu regia, & eſequutive, ac etiam de facto, citra vitium ſpolii, nullitatis, & attentatorum, poſſeſſionem bonorum venditorum, alienatorum, vel locatorum capere ad effectum retinendi & fructus illorum percipiendi ad utilitatem dictæ Cameræ, ac reſpective poſſeſſionem ſuo tempore conſignandi juxta Conſtitutionum, & noſtrarum literarum prædictarum formam perſonis in eiſdem Conſtitutionibus, & noſtris literis deſignatis; necnon etiam deſuper agere coram quocumque, Romanæ Curiæ, ſeu Status noſtri Eccleſiaſtici Judice pro effectuali, & integra revocatione, & repoſitione omnium, & ſingulorum in priſtinum, non obſtante taciturnitate, negligentia, ac etiam contradictione ipſorummet contrahentium, & cujuſlibet eorum, ita quod etiam illis, ſeu altero eorum non inſtantibus, quinimo etiam invitis, & contradicentibus, omnia, ut præfertur, etiam manu regia in priſtinum quam primum reponantur, & contravenientes, ac omnia, & ſingula in priſtinum infra dictum terminum trium menſium non reponentes in pœnas prædictas ipſo jure, abſque aliqua declaratione, etiamſi quoad contrahentes, & eorum quemlibet pretia reſtituta, aut alia in recompenſam ſoluta, tradita, vel in eis quomodolibet promiſſa adimpleta non fuerint, incurriſſe, & in illas incidiſſe.

Notarii omnes inſtrumenta hujuſmodi exhibeant, & in margine caſſationes adnotentur intra d. terminum.

§.4. Notarios quoque etiam Sedis Apoſtolicæ nuncupatos, etiam de numero participantium, intra eumdem trium menſium terminum, tam in eshibendo inſtrumento, quam etiam ulterius in adnotando in margine ipſorum inſtrumentorum caſſationem, retractationem, reſtitutionem, & repoſitionem in priſtinum omnium contra Conſtitutionum, & literarum prædictarum tenorem actorum, paruiſſe debere, aliàs privationis officiorum ſuorum, & alias omnes pœnas in eiſdem Conſtitutionibus, & literis inflictas incurriſſe, eadem auctoritate decernimus, & declaramus.

Teſtes, qui hujuſmodi cõtractibus interfuerint, revelent contractus, & Notarios de illis rogatos infra terminum 3. menſium.

§.5. Et inſuper, ne Conſtitutiones, & noſtræ literæ prædictæ ex occultis contractibus fraudari contingat, præcipimus, & mandamus, quod omnes, & ſinguli teſtes, qui in prædictis contractibus, ſcilicet, venditionis, alienationis, locationis, & aliis, ut præfertur, prohibitis de cætero celebrandis adhibiti fuerint, infra terminum trium menſium a die cujuslibet celeb[illegible]

Digitized by Google

pro tempore exiſtentis Romani Pontificis arbitrio imponendis, contractus, quibus intervenerint, revelare, & de eis, ac Notariis de illis rogatis notam dare teneantur, etiamſi contractus ipſi in exequutionem judicati, vel in vim ſubhaſtationis, aut aliàs quomodolibet celebrati extiterint.

Licentiæ, & beneplacitum Sedis Apoſt. ſuper præmiſſis, vel ſimilibus conceſſa, ſeu concedenda, ad favorem Sedis, & Cameræ Ap. conceſſa intelligantur.

§.6. Demum licentias, & beneplacitum Apoſtolicum a Sede Apoſtolica in quorumcumque Baronum, & aliorum quomodolibet nuncupatorum Montium erectione, ſeu cenſuum impoſitione, vel aliàs quomodolibet conceſſa hactenus, & impoſterum quovis tempore concedenda, ac etiam Motu proprio, & aliàs quomodolibet emanata hactenus, & in futurum emananda, etiam quoad omnia in eiſdem licentiis, & beneplacito expreſſa, & exprimenda, ſine præjudicio quorumcumque jurium Cameræ Apoſtolicæ, in quemcumque caſum, ſeu eventum cujuſcumque devolutionis, ſeu cadocitatis ex quocumque capite hactenus quomodolibet forſan incurſæ, ſeu de cætero quomodolibet incurrendæ, & purificatæ, ſeu purificandæ ad favorem Sedis, & Cameræ prædictarum in, & ſuper Civitatibus, Caſtris, Oppidis, Terris, & locis jurisdictionalibus, & non juriſdictionalibus, ac etiam bonis per prædictas Conſtitutiones, & noſtras literas qualificatis, nec alias, aliter, aut alio modo intelligi debere, aut poſſe harum ſerie ſimiliter declaramus.

Clauſulæ.

§.7. Sicque, & non aliter in omnibus, & ſingulis præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, delegatos, & commiſſarios, & etiam Cameræ prædictæ Clericos Præſidentes, necnon cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam Camerarium, & de latere Legatos judicari, & definiri, ac interpretari debere, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, etiam decernimus.

Præceptum obſervantiæ hujus Conſt.

§.8. Injungentes, & mandantes in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub pœna indignationis noſtræ eiſdem Legatis, ac dilectis filiis Prolegatis, Gubernatoribus, etiam Urbis, ac Judicibus nunc, & pro tempore in eadem Urbe, & toto Statu noſtro prædicto exiſtentibus, & cuilibet eorum, ut præſentes noſtras, & in eis contenta quæcumque in Urbe, ac Statu prædictis ab omnibus, & ſingulis, ad quos quomodolibet ſpectat, & in futurum ſpectabit, perpetuo obſervari mandent, & faciant, & pro omnium, & ſingulorum præmiſſorum inviolabili obſervatione contra inobedientes, & præmiſſis in aliquo contravenientes, & alios, quos opus erit, omnibus juris, & facti mediis opportunis ſimiliter manu regia, & via exequutiva, ac omni, & quacumque appellatione remota, procedant.

Derogatio contrariorum

§.9. Non obſtantibus noſtra de non tollendo jure quæſito, ac aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac omnibus illis, quæ Sixtus, & Clemens, ac Paulus prædeceſſores prædicti in dictis Conſtitutionibus, & Nos in literis noſtris volumus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Forma, & effectus publicationis.

§.10. Ut autem præſentes omnibus innoteſcant, volumus, & apoſtolica auctoritate pariter decernimus, quod illæ in valvis Eccleſiæ Lateranen., & Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, necnon in acie Campi Floræ publicentur, & affigantur, quæ poſtquam ſic affixæ, & publicatæ fuerint, quoſcumque tam in Romana Curia, & Statu prædicto, quam extra eos exiſtentes perinde obligent, & arctent, ac ſi unicuique eorum nominatim, & perſonaliter intimatæ fuiſſent.

Exemplorum fides.

§.11. Quodque earum exemplis, etiam impreſſis, manu Notarii publici, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides adhibeatur, quæ ipſiſmet præſentibus haberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Sanctio pœnalis.

§.12. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ præfixionis, præcepti, declarationum, injunctionis, mandatorum, voluntatis, & decretorum infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Dat. die 27. Sept. 1627. An. V.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſeptimo 5. Kalendas Octobris Pontificatus noſtri Anno Quinto.

Anno a Nativitate Domini Jeſu Chriſti 1627. Indict. 10. Pont. Sanctiſſ. in Chriſto Patris, & D. N. D. Urbani divina providentia Papæ VIII. anno ejus 5. die vero 5. menſis Octobris, retroſcriptæ literæ Apoſtolicæ publicatæ, & affixæ fuerunt ad valvas Principis Apoſt. de Urbe, S. Joannis Lateran., & in acie Campi Floræ per nos Paulum Bartoccium, & Auguſtinum de Bellis Apoſt. Curſ.

Matthias Magiſter.

CCXLI.

Erectio Congregationis ſuper Confinibus Status Sedi Apoſt. mediate, vel immediate ſubjecti, cum deputatione illius Præfecti, & Conſultorum, & facultatibus eiſdem conceſſis.

Sixtus V. prohibuit alienari bona in forenſes, & Caſtra, aliaque bona juriſdictionalia tam in forenſes, quam in ſubditos abſque Sedis Apoſt. licentia, ut in ejus Conſt. VII. Solicitudo *Tom. IV. Par. VI. fol. 134. Quam prohibitionem innovarunt Clem. VIII. in Conſt. XCCL.* Romanom *Tom. V. Par. II. fol. 371. Et Pauli V. Conſt. CCLXXXI.* Paſtorale *Tom. V. Par. IV. fol 246. Et pariter iſte Pont. eas confirmavit, declaravit, & ampliavit in Conſt. CCXXIV.* Decens, *ut ſupra fol. 50. At cum multæ alienationes contra prædict. Conſt. factæ fuiſſent, præfixit partibus terminum ad eas revocandum abſque pœnarum incurſarum inflictione, ut in Conſt. CCXL.* Sedes *ibid. fol. 82. Quod cum parum profuiſſet hanc Congregationem erexit, & inſtituit.*

URBANUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

DEbitum Paſtoralis officii Nobis meritis licet imparibus divina diſpoſitione commiſſi mentem noſtram continua pulſat inſtantia, ut ad ea, quæ noſtræ, & Sedis Apoſtolicæ Civitatum, Oppidorum, & locorum, aliorumque bonorum, Confinium, & terminorum manutentionem, & conſervationem, ac illorum incolarum noſtrorum, & dictæ Sedis ſubditorum ſecuritatem, & tranquillitatem concernunt, etiam per novarum Congregationum præmiſſis ſedulo vigilantium erectionem procuranda, opem, & operam, quantum Nobis ex alto conceditur, efficaces impendamus, aliaque deſuper diſponamus, prout ad Cameræ noſtræ, & ſubditorum eoromdem utilitatem, & Status noſtri Eccleſiaſtici tuitionem conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Sixt. V. Clem. VIII. & Paul. V. ediderūt Conſt. cit. in Rubrica quas iſte Pont. innovavit, & extendit, ut in Conſt. pariter cit. in Rubr.

§. 1. Nuper ſiquidem ex præmiſſis, & certis aliis tunc expreſſis rationibus, & cauſis adducti, ac Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes, unam a fel. record. Sixto V. ſub Kalendis Julii Pontificatus ſui Anno I., qua cavetur, ne bona in forenſes, & Caſtra, aliaque Juriſdictionalia tam in forenſes, quam in ſubditos abſque Sedis Apoſtolicæ licentia alienentur, ac aliam a piæ mem. Clemente VIII. ſub pridie nonas Julii Pont. ſui anno 10. prædictæ Sixti innovatoriam, ac extenſivam, ac reliquam perpetuo valituras Conſtitutiones a recol. me. Paulo etiam V. Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris ſub 12. Kalend. Decembris Pontific. ſui anno 13. reſpective datas, editas, ac prædictas Sixti, & Clementis prædeceſſorum tantum apoſtolica auctoritate perpetuo approbavimus, confirmavimus, & innovavimus, ſed etiam ad Caſtra diruta, Tenutas, prædia etiam non juriſdictionalia in confinibus loci juriſdictionalis, & ad bona in noſtro, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Statu, ac confinio Principum exterorum ſita, illorumque locationes, ac cenſuum annuorum ſuper præmiſſis impoſitiones, & impoſitorum venditiones d. auctoritate etiam perpetuo extendimus, & ampliavimus, prout in noſtris deſuper ſub Dat. Kal. Junii Pontificatus noſtri Anno Quarto.

Cauſæ erectionis hujus Congregationis.

§. 2. Verum quia ſicut Nobis poſtea non ſine gravi animi noſtri mœrore innotuit, variæ impune contra Conſtitutionum, & Literarum prædictarum tenores factæ fuerunt alienationes, & niſi in præmiſſis aliquod opportunum remedium adhibeatur, periculum eſt, ne temporis progreſſu, & varietate juriſdictio aliqua uſurpetur, & termini, ſeu fines juriſdictionales confundantur, ſeu confuſioni, & uſurpationi hujuſmodi ocaſio præbeatur;

Erectio Congreg. de Confinibus Status Eccleſ. Sedi Apoſt. mediate, & immediate ſubjecti nuncupanda.

§. 3. Nos in præmiſſis, quantum cum Domino poſſumus, opportune providere volentes, ac Conſtitutionum, & Literarum hujuſmodi, a quibus per præſentes recedere non intendimus, ſed in earum primævo robore eas perpetuo remanere volumus, totos, & integros tenores etiam veriores, ac datas, perinde ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, Motu proprio, non ad alicujus Nobis deſuper oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, meraque deliberatione noſtris, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Congregationem de Confinibus Status Eccleſiaſtici Nobis, & Sedi Apoſtolicæ mediate, vel immediate ſubjecti nuncupandam, quæ uni ex ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, qui Præfectus, & aliis partim ex ſacra Conſulta Status hujuſmodi, partim ex Camera Apoſtolica prædicta, necnon etiam aliquibus aliis inſignibus a Romano Pontifice pro tempore exiſtente ſeligendis viris, qui Conſultores dictæ Congregationis reſpective exiſtant, conſtare debeat;

Quæ ſint Cauſæ ob ea cognoſcendæ.

§. 4. Et apud quam, ac Præfectum, & Conſultores hujuſmodi omnes, & ſingulas venditiones, permutationes, alienationes, & quaſcumque alias diſpoſitiones contra, vel præter tenorem, & formam dd. Conſtitutionum, & Literarum factas, ac faciendas, tam partibus inſtantibus, quam ex officio cognoſcendi, examinandi, ac prout eis viſum fuerit, in toto, vel in parte caſſandi, annullandi, aut nullas declarandi, moderandi reſtringendi, revocandi, confirmandi, & approbandi, aut de novo concedendi, dubitationes quaſcumque ſuper eiſdem Conſtitutionibus, & Literis, cauſis, & occaſione alienationum hujuſmodi ortas, vel oriundas tollendi, declarandi, & decidendi, necnon controverſias, & lites quaſcumque ſive inter Nos, Sedem, Cameram Apoſtolicam, & quaſcumque perſonas tam ſecula-

Digitized by Google

gnitatis, gradus, ordinis, ſtatus, eruditionis, & præeminentiæ, etiam de quibus ſpecialis, & individua mentio facienda foret, & quaſcumque Civitates, Caſtra, Oppida, Univerſitates, Collegia, Monaſteria, & loca etiam pia, & religioſa, regularia, & ſecularia, etiam exempta quovis nomine nuncupata; ſive etiam inter eaſdem perſonas, Civitates, Collegia, Monaſteria, & loca prædicta motas, ſeu movendas, ac omnes, & ſingulas alias cauſas Civiles, & Criminales, & Capitales, ac mixtas audiendi, cognoſcendi, & quoad Criminales, dummodo ſententiam ſanguinis per ſe ipſos non ferant, abſque alicujus irregularitatis incurſu definiendi, & decidendi; & confines quoſcumque Status hujuſmodi, & ſingularum illius Civitatum, Oppidorum, Terrarum, & quorumvis aliorum locorum inviſendi, declarandi, ponendi, & amovendi, perturbantes, occultantes, amoventes, incidentes, aut ponentes terminos, ſeu aliàs quomodolibet, & qualitercumque in, & ſuper confinibus, & terminis, & circa confinia, ſeu ab eis dependentia, annexa, vel connexa delinquentes, aut aquas in vel prope confinia quomodolibet derivantes, aut ab eiſdem amoventes, aut ædificium quovis nomine nuncupatum conſtruentes, & quamcumque ſervitutem prope vel in confinibus imponentes, civiliter, & dummodo ſententiam ſanguinis, ut præfertur, per ſe ipſos non ferant, criminaliter eorum arbitrio omni, & quacumque appellatione remota, puniendi, vel cujuſcumque perſonæ ſibi bene viſæ etiam in dignitate eccleſiaſtica non conſtitutæ, quæ tamen a Præfecto, & Conſultoribus hujuſmodi ad id idonea judicata fuerit, cauſas hujuſmodi committendas, ſive eam in toto, vel in parte eum iiſdem facultatibus ſubdelegandi; ac unum, vel plures Commiſſarios, vel Notarios ad capiendas informationes, conficiendoſque proceſſus, quando, quoties, ac eum quibus opus fuerit, & ad confines inviſendos, illorumque plantas, & deſcriptiones conficiendas cum proviſionibus, ſalariis, atque expenſis per Præfectum, & Conſultores prædictos declarandis, ac per locorum communitates, atque alios intereſſe habentes, vel etiam per noſtram Cameram arbitrio ipſorum Præfecti, & Conſultorum perſolvendis, transmittendi, & deputandi, ac perſonis quibuſcumque in, vel prope confinia Status prædicti habitantibus pro confinium hujuſmodi defenſione arma quæcumque (non tamen brevioris menſuræ) deferendi ſimili arbitrio licentiam concedendi, necnon omnes, & ſingulas cauſas, lites, controverſias, & quæſtiones de, & ſuper Confinibus, vel eorum annexis, ſeu connexis principaliter, vel ſecundario, ut præfertur, motas, & movendas a noſtris Sacræ Conſultæ, Boni Regiminis, & Aquarum, & aliis quibuſcumque Tribunalibus, Judicibus, Præſidentibus, Gubernatoribus etiam Urbis, necnon Cameræ Apoſtolicæ generali, & Sacri Palatii Apoſtolici cauſarum Auditoribus noſtris etiam, & dictæ Sedis de latere Legatis tam ex officio, quam ad partium inſtantiam reaſſumendi, & avocandi, citandi, & inhibendi etiam ſub cenſuris, & pœnis pari arbitrio imponendis, moderandis, & applicandis, & illas ſic reaſſumptas, & avocatas, omnes, & quaſcumque alias præmiſſa quomodolibet concernentes ſummarie, ſimpliciter, & de plano, ſola facti veritate inſpecta, ac manu regia, & ſine ſtrepitu, & figura judicii, ſimiliter quacumque appellatione remota, cognoſcendi, ſeu eiſdem Congregationibus, Tribunalibus, Legatis, Judicibus, & aliis perſonis eidem Congregationi bene viſis remittendi, & committendi eum iiſdem facultatibus etiam ſimili arbitrio, & reſpective cum participatione tamen noſtra, & non aliàs ea omnia agendi, & gerendi, quæ ſuper Confinibus, Territoriis, & alienationibus, venditionibus, permutationibus, præmiſſiſque omnibus, & ſingulis, & circa ea Nos, & Sedes Apoſt. facere poſſemus, quæque pro noſtrorum ſubditorum quiete, & dicti Status conſervatione neceſſaria, ſeu quomodolibet opportuna per eos reſpective judicabuntur, etiam privative ad Congregationes, Tribunalia, perſonas, & Judices prædictos, & alios etiam quomodolibet qualificatos ſive incidenter, & ſive principaliter agatur, plena, libera, & abſoluta poteſtas reſideat, apoſtolica auctoritate prædicta earumdem tenore præſentium ſimiliter perpetuo erigimus, & inſtituimus.

Deputatio Præfecti, & Conſultorum Congregat.

§.5. Ac in Congregationis ſic erectæ, & inſtitutæ pro ejus felici regimine, & adminiſtratione dilectos filios noſtrum Martium S. Mariæ Novæ Diaconum Cardinalem Ginettum nuncupatum Præfectum, Stephanum vero Duratium noſtrum, & Cameræ Apoſtolicæ Theſaurarium generalem, & Joannem Beninum ejuſdem Cameræ Clericum, ac Franciſcum Vitellium Sacræ Conſultæ prædictæ Prælatum, necnon etiam pro tempore exiſtentem ejuſdem Conſultæ Secretarium, ac Antonium Cerrum noſtri Conſiſtorii, Cameræ, & Fiſci Advocatum, & Cæſarem Racagnum ejuſdem Cameræ Apoſtolicæ Commiſſarium generalem, & Felicem Contelorium Bibliothecæ noſtræ Vaticanæ, & illius, ac Jo. Baptiſtam Confalonerium in Theologia Magiſtrum Arcis S. Angeli Archiviorum Cuſtodes Sedis Apoſtolicæ Notarios in Conſultores, & eumdem Felicem in Secretarium eiſdem auctoritate, & tenore conſtituimus, & deputamus.

Clauſulæ præſervativæ.

§.6. Decernentes, præſentes literas de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, vel impugnari nunquam poſſe, ſed illas ſemper, & perpetuo validas, & efficaces fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, illaſque ſub quibuſvis revocationibus, ſuſpenſionibus, derogationibus, aliiſque contrariis, etiam totum tenorem continentibus diſpoſitionibus minime comprehendi, ſed ſemper ab illis excipi; & quoties illas revocari, vel limitari, aut ſuſpendi, ſeu eis derogari contigerit, toties in priſtinum ſtatum reſtitutas

tutas, repoſitas, & plenarie reiotegratas, ac de novo conceſſas eſſe, & fore.

Clauſula ſublata, praeceptum obſervantiæ, & exequutionis hujus Conſt.

§.7. Sicque, & non aliàs in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque Judices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardioales etiam de latere Legatos, & Vicelegatos, dictæque Sedis Nuntios, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facoltate, & auctoritate, ubique, & in quacumque inſtantia judicari, & definiri debere; irritum quoque, & inane, quicquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.8. Mandantes propterea prædictis, ac pro tempore exiſten. Præfecto, necnon Conſultoribus dictæ Congregationis, & eorum ſingulis, ut præſentes noſtras literas obſervent, & exequantur, ac faciant ab aliis, quantum in eis erit, omnibus opportunis juris, & facti remediis firmiter, & inviolabiliter obſervari.

Derogatio contrariorum

§.9. Non obſtan., quatenus opus ſit, noſtra de Jure quæſito non tollen., ac ſimilis me. Pii Papæ Quarti etiam Prædeceſſoris noſtri de ſimilibus, ſeu aliis gratiis intereſſe Cameræ prædictæ quomodolibet concernen. io eadem Camera regiſtrandis, & inſinuandis, itaut præſentes abſque alia io eadem Camera admiſſione, & regiſtratione validæ ſint, ſuumque debitum ſortiautur effectum, aliiſque Apoſtolicis etiam in Provincialibus, Synodalibus, & univerſalibus Conciliis editis ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac Cameræ, & Conſultæ hujuſmodi, aliarumque Congregationum, ſeu Tribunalium, ſi quæ ſint, necnon Urbis, Civitatum, Terrarum, Oppidorum, Villarum, & locorum quorumcumque etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis Cameræ, Conſultæque, ac Congregationibus, ſeu Tribunalibus hujuſmodi, etiam ſuper Jure ſimiles cauſas etiam privative quoad alios cognoſceodi, & terminandi, ac Commuoitatibus, Univerſitatibus, Baronibus, & aliis quibuſvis, etiam Motu ſimili, etiam conſiſtorialiter, aut aliàs in contrariom quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis; quibus omnibus, etiam ſi aliàs illorum pro ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitos omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, inſerti forent, eiſdem præſentibus etiam pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs io ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe harum ſerie derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcum-

§.10. Volumus aotem, quod earumdem præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii dictæ Cameræ Apoſtolicæ ſubſcriptis, ac Capitis, ſeu Præfecti, vel alicujus ex modernis, & pro tempore exiſten. Conſultoribus hujuſmodi ſigillo munitis, eadem prorſus, tam in judicio, quam extra illud in omnibus, & per omnia fides exhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Tranſumptorum fides.

§.11. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ erectionis, ioſtitutionis, & conſtitutionis, deputationis decreti, mandati, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc atteotare præſumpſerit, indignationem Omoipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Sanctio pœnalis.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, Aono Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo vigeſimoſeptimo, Kalendis Octobris, Pontificatus noſtri Anno Quinto.

Dat. die 1. Octobr. 1627. An. V.

CCXLII.

Indultum recitandi Officium, & celebrandi Miſſam de Beata Rita de Caſſia Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini pro univerſi Ordinis prædicti Fratribus, & Monialibus, & pro aliis in tota Spoletana Diœceſi.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

IN ſupremo apoſtolatus ſolio, meritis licet imparibus, divina diſpoſitione conſtituti, ad ea, per quæ ſervorum, & ancillarum Chriſti honos, & veneratio in terris promovetur, juxta creditum Nobis deſuper apoſtolatus officium, libenter intendimus, piiſque Chriſtifidelium, præſertim ſanctimonialium, votis peculiarem erga illos cultum, & venerationem reſpicientibus benigne annuimus, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Supplicatio facta Pontif. pro facultate de qua in Rubrica.

§.1. Sane nomine dilectarum in Chriſto filiarum Prioriſſæ, & Monialium Monaſterii Beatæ Ritæ Ordinis Sancti Auguſtini de Caſſia Spoletanæ Diœceſis, Nobis nuper expoſitum fuit, quod ipſæ pro eo, quem erga dictam Beatam Ritam de Caſſia gerunt devotionis affectu, Officiom, & Miſſam de ea ut infra, recitari, & celebrari poſſe ſummopere deſiderant. Quare Nobis humiliter ſupplicari fecerunt, ut de opportuna in præmiſſis licentia providere de benignitate apoſtolica dignaremur.

Quam Pont. concedit.

§.2. Nos igitur piis Prioriſſæ, & Monialium præfatarum votis hujuſmodi, quantum cum Domino poſſumus, votis annuere, illaſque ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & earum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpen-

Digitized by Google

ſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus illarum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati: de Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium Sacris Ritibus Præpoſitorum conſilio, ut de dicta Beata Rita in tota Diœc. Spoletan., ac ab omnibus utriuſque ſexus dicti Ordinis Religioſis ubique exiſtentibus Officium, & Miſſa tamquam de Communi nec Virginis, nec Martyris juxta Rubricas Breviarii, & Miſſalis Romani, ac Breviarium ipſius Ordinis a Sede Apoſtolica approbatum reſpective recitari, & celebrari libere, licite poſſit, & valeat, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium licentiam, & facultatem impertimur.

Contraria removet.

§.3. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptis fidem mandari mandat.

§.4. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, ac manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 2. Octobr. 1627. An. V.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die 2. Octobris 1627. Pontificatus noſtri Anno V.

Sequitur extenſio ſupradictæ Conceſſionis pro confluentibus ubique terrarum ad Eccleſias prædicti Ordinis, & in tota Spoletana Diœceſi ad omnes Eccleſias.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Recenſet indultum conceſſionem in præced. Conſtit. contentam.

NUper pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Priorissæ, & Monialium Beatæ Ritæ de Caſſia Ordinis Sancti Auguſtini Spoletan. Diœceſ. Nobis expoſito, quod ipſæ pro eo, quem erga Beatam Ritam gerebant, devotionis affectu, Officium, & Miſſam de ea recitari, & celebrari poſſe deſiderabant; Nos earum hac in parte ſupplicationibus inclinati; de Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium Sacris Ritibus Præpoſitorum conſilio, ut de dicta Beata Rita in tota Diœceſi Spoletana, ac ab omnibus utriuſque ſexus dicti Ordinis religioſis ubique exiſtentibus Officium, & Miſſa tamquam de Communi nec Virginis, nec Martyris juxta Rubricas Breviarii, & Miſſalis Romani, ac Breviarium ipſius Ordinis a Sede Apoſtolica approbatum reſpective recitari, & celebrari libere, & licite poſſet, & valeret, apoſtolica auctoritate licentiam, & facultatem impertiti ſumus, prout in noſtris deſuper in ſimili forma Brevis expeditis li[illegible], quarum tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus, plenius continetur.

Quod nunc extendit ut in Rubrica.

§.2. Nunc autem dilectorum filiorum Prioris Generalis, & Fratrum totius Ordinis hujuſmodi, necnon Prioriſſæ, & Monialium præfatarum ſupplicationibus Nobis denuo humiliter porrectis inclinati, de eorumdem Cardinalium conſilio, ut in die feſtivo de eadem Beata Rita Miſſa tamquam de Communi nec Virginis, nec Martyris juxta Rubricas Miſſalis Romani hujuſmodi ab omnibus Presbyteris ſecularibus ad omnes totius Ordinis præfati, ac Diœceſis Spoletan. Eccleſias confluentibus celebrari libere ſimiliter, & licite poſſit, & valeat, eadem auctoritate, tenore præſentium licentiam, & facultatem impertimur.

Obſtantia tollit.

§.3. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptis fides danda.

§.4. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus ubique fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 4. Februar. 1628. An. V.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 4. Februarii 1628. Pontificatus noſtri Anno V.

CCXLIII.

Facultas erigendi Hoſpitium in partibus Africæ pro ſeu Religioſis Congregationis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum Diſcalceatorum, ſeu Recollectorum nuncupatorum.

De his Fratribus vide in Conſtit. CLXXIX. In ſupremo. *Tom. V. Par. V. fol.* 419.

URBANUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

INter cætera pietatis opera, quibus ex debito paſtoralis officii Nobis injuncti adſtricti ſumus, illud præcipue in animo noſtro incidit ardentius, ut perſonæ Chriſti fidem colentes, & in Captivitatem deductæ, & ſub poteſtate infidelium conſtitutæ, a Captivitate hujuſmodi liberentur, & in priſtinæ libertatis gloriam deducantur, ac interim ſpiritualiter conſolentur: illos quoque ſpecialis gratiæ favore proſequimur, qui ad opus hujuſmodi adjutrices, & liberales manus extendunt.

Cauſæ hujus Conſtitut.

§.1. Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Juſtini Antolines Decani Eccleſiæ Granatenſis, ac Didaci de Sancto Raymundo moderni Congregationis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum Diſcalceatorum, ſeu Recollectorum nuncupatorum Procuratoris Generalis petitio continebat, quod ipſe Juſtinus cha-

charitatis erga proximum ſervore acceuſus de bonis ſuis uoum Hoſpitium pro ſex Religioſis Congregationis hujuſmodi pro nunc, & Deo dante etiam pro majori ipſorum Religioſorum numero in partibus Africæ, ad hoc ut ipſi Religioſi juxta laudabile eorum Inſtitutum Chriſtifideles inibi ſub dira Turcarum ſervitute conſtitutos, quos poſſunt, ab illa eximere queant, eoſque in Domino conſolentur, illiſque eccleſiaſtica ſacramenta adminiſtrent, ac eorum denique animarum ſaluti meliori, qua poterunt ratione, incumbere valeant, conſtrui facere, ac reditu annuo quingentorum ſaltem ducatorum monetæ Hiſpaniarum dotare intendat, ſi infraſcripta ſibi per Nos benigne concedantur.

Conceſſio, de qua in Rubr.

§.2. Quare pro parte Juſtini, & Didaci prædictorum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quateous infraſcriptis annuere de benignitate apoſtolica dignaremur.

Extenduntur privilegia Ordinis huic Hoſpitio.

§.3. Nos igitur Chriſtifidelium in captivitate hujuſmodi conſtitutorum libertati, & ſpirituali conſolationi, quantum cum Deo poſſumus, conſulere cupientes, ac Juſtinum, & Didacum prædictos, ac eorum quemlibet a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodulibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, eiſdem Juſtino, & Didaco, ſi, & poſtquam ipſe Juſtinus redditum annuum quingentorum ſcutorum hujuſmodi tutum, & ſecurum pro dicti Hoſpitii fundatione vere, & realiter aſſignaverit, & non antea, aliter, nec alio modo, ut gentilitia familiæ dicti Juſtini tamquam Fundatoris, & Dotatoris, ac Patroni dicti Hoſpitii ſuper ipſius Hoſpitii januis, & portis, necnon lapidem in aliquo dicti Hoſpitii pariete cum inſcriptione fundationis, & ſeu dotationis per dictum Juſtinum factæ apponere, necnon Religioſis prædictæ Congregationis in eodem Hoſpitio pro tempore degentibus, ut omnibus, & ſingulis gratiis, & indultis, ac privilegiis, quibus cætera ejuſdem Ordinis Hoſpitia, illorumque Religioſi quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudeot, ac uti, frui, potiri, & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum, dummodo illa ſint in uſu, hactenuſque non revocata, nec ſub aliqua revocatione compræhenſa, ac Sacris Canonibus, & Concilii Tridentini Decretis, Regularibuſque dicti Ordinis Inſtitutis non adverſentur, ac in erectione Hoſpitii hujuſmodi forma Apoſtolicarum Conſtitutionum, præſertim felicis recordationis Clementis VIII., & Pauli V., ac Gregorii XV. Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum, ac norlariom Præpoſitorum uti, frui, potiri, & gaudere poſſint, & valeant, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium concedimus, & indulgemus.

Decretum irritans.

§.4. Decernentes, præſentes Literas, & in eis contenta quæcumque ſemper, & perpetuo valida, & efficacia eſſe, & fore, ac dictæ Congregationi, & Religioſis hujuſmodi in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, ac irritum, & inane, quicquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§.5. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcomque.

Clauſulæ pœnales.

§.6. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ abſolutionis, conceſſionis, indulti, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Dat. die 15 Octobr. 1627 An. V.

Datum in Arce Gandulphi Diœceſis Albanenſis. Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo vigeſimoſeptimo. Idibus Octobris, Pontificatus noſtri Anno V.

CCXIV.

Ex Regeſt. ſec. Secret. Brev.

Eccleſiaſticis Regni Galliarum facultas conceditur ſubſidium Regi præſtandi pro Hæreticorum profligatione.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ven. Fratribus Primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, cæteriſque Eccleſiarum ſecularium, & regularium Prælatis Capitulis, Collegiis, & Conventibus, & Perſonis Eccleſiaſticis quibuſcumque per Regnum Franciæ conſtitutis ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Proœmium.

IN ſuprema militantis Eccleſiæ ſpecula, nullo licet meritorum ſuffragio, immenſa Dei, & Domini noſtri benignitate conſtituti, & intra mentis noſtræ arcana attentius conſiderantes, Principes, & Poteſtates tenebrarum, adverſus quos Eccleſia ſancta aſſidue colluctatur, ad ejuſdem Eccleſiæ perniciem, & catholicæ fidei excidium inceſſanter vigilare, non poſſumus totis viſceribus non commoveri: & licet certam ſpem, & fiduciam habeamus in Domino Deo exercituum, qui ſponſam ſuam Eccleſiam ſanctam ſub omnipotentiæ clypeo protegit: cogimur tamen ex credita humilitati noſtræ dominici gregis cura in id omni cogitatione, omnique ſtudio incumbere, ut præcautionis noſtræ miniſterio non ſolum oves Chriſti adverſus rapacium luporum ... communitæ reddant Domino

Digitized by Google

tium, quibus nefarii hoſtium ipſius fidei auſus reprimi, & diſſipari valeant, propitium ſortiantur effectum.

Adlaborantí Regi in hæreticorum profligatione,

§. 1. Cum itaque, ſicut noſtra in Domino lætitia accepimus, chariſſimus in Chriſto filius noſter Ludovicus Francorum Rex Chriſtianiſſimus non immemor, quantum ipſæ divinæ debeat bonitati, quæ eum ſedere fecit in ſolio Patris ſui, & ſuper florentiſſimum Franciæ Regnum conſtituit, apponens manus ad fortia, hæreticos ſui Regni, ſavente Domino, debellare, & nefarios eorum conatus, ac machinationes reprimere fortiter cœperit, utque tam piæ, & ſanctæ expeditioni de cætero facilius vacare, & immenſa expenſarum onera ſubeunda perſerre, imminenteſque, ac urgentiſſimas nomine Majeſtatis ſuæ Nobis expoſitas, in quas propterea Regnum ipſum redactum eſt, neceſſitates, tam eccleſiaſticis, quam laicis communes ſupportare valeat, ſubſidio unius millionis ſcutorum maximopere indigeat; Quia vero ad hoc laicorum eorumdem facultates minime ſuppetunt, ad vos, qui bona eccleſiaſtica in eodem Regno, Dei benignitate, & fidelium beneficentia poſſidetis, confugere, ſubſidiumque hujuſmodi a vobis in prædictos, & non alios uſus convertendum, ſi noſtra, & hujus Sanctæ Sedis licentia deſuper ſuffragetur, obtinere intendat.

Pontifex ſubſidium ab Eccleſiaſticis præſtari hortatur.

§. 2. Nos pro ea paſtorali, quam univerſali Eccleſiæ debemus, ſolicitudine, proque noſtro præcipuo paternæ erga eumdem Ludovicum Regem, Regnumque prædictum charitatis affectu, ei in tanto rerum diſcrimine, ac tam neceſſario tempore nullatenus deeſſe volentes, immo tam pium, & chriſtianiſſimo Rege dignum propoſitum ratum, & gratum habentes, vos paterne hortamur, quatenus dicti Ludovici Regis, & Regni neceſſitatibus hujuſmodi compatientes, ſubſidium pecuniarum pro ſumma, quæ a vobis, ſeu veſtris deputatis, non tamen ultra prædictam ſummam, declarata fuerit, in locis, & terminis per vos, ſeu deputatos hujuſmodi ſtatuendis, eidem Ludovico Regi perſolvendum, & per eum in uſus prædictos dumtaxat erogandum juxta Sacrorum Canonum diſpoſitionem, ſicut gravitas cauſæ poſtulat, pro hac vice dumtaxat ſolvatis, & contribuatis.

Atque hortatur.

§. 3. Licet autem de veſtra pietate, prudentia, & charitate erga patriam, ac zelo fidei catholicæ propagandæ, nedum conſervandæ plurimum in Domino confidamus, tamen pro noſtro paſtoralis officii debito facere non potuimus, quin vobis, ut merito exiſtimamus, ſponte currentibus, literarum noſtrarum calcar adderemus, ut ſicut ex piis dicti Ludovici Regis armis ad hæreticorum extirpationem, & Eccleſiarum dicti Regni non modicam commoditatem, & utilitatem ex Dei beneficio ſecundos exitus ſperamus, ita libentius, & cumulatius officio veſtro ſatisſaciatis: præſertim cum Nobis rem tantæ curæ merito eſſe, & re ipſa intelligere poteſtis, divinæ retributionis ſpem vobis proponere ſupervacaneum ducimus, cum de Dei cauſa defendenda agatur, ſuper cujus familiam miniſtri ſumus conſtituti, ut demus illi in tempore tritici menſuram, audituri, ſi fideles, & prudentes erimus, intrate in gaudium Domini veſtri.

Neceſſariaſq; illud exigendi facultates elargitur.

§. 4. Cæterum, ut ſublatis impedimentis quibuslibet ad ejuſdem ſubſidii contributionem devenire valeatis, vobis, ſeu veſtris deputatis ſubſidium prædictum imponendi, petendi, & exigendi tempus, locumque ſolutionis, ac modum, & formam, quantitatemque præſcribendi, quaſcumque perſonas ad ipſius ſubſidii exactionem conſtituendi, & deputandi, quaſcumque promiſſiones, & obligationes neceſſarias, & opportunas, etiam juramento vallatas conficiendi; Contradictores quoslibet, & rebelles per ſententias, & pœnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, omni, & quacumque appellatione, recurſu, & reclamatione prorſus poſtpoſitis, compeſcendi, & compellendi, cæteraque omnia, & ſingula alia in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, & quomodolibet opportuna, etiamſi talia ſint, vel fuerint, quæ magis ſpecialem, ſpecificam, & expreſſam requirerent mentionem, faciendi, dicendi, gerendi, & exequendi, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, plenam, liberam, & amplam facultatem, & auctoritatem concedimus, & impertimur.

Contraria tollit.

§. 5. Non obſtantibus Apoſtolicis, ac in univerſalibus, provincialibuſque, & ſynodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac Eccleſiarum, Monaſteriorum, Prioratuum, & Ordinum quorumcumque etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis, in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, eorum omnium, & ſingulorum tenores, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Nonnullos a præſtatione ſubſidii eximit.

§. 6. Volumus autem, quod ſubſidio hujuſmodi ſemel contributo, & perſoluto præſentes nullæ ſint, neque exactioni amplius ſit locus: quodque propterea bona ſtabilia Eccleſiarum, Monaſteriorum, & Beneficiorum minime alienentur: & quod ſub impoſitione, & exactione ſubſidii hujuſmodi Eccleſiæ Cathedrales, quorum mille, ac curata, quorum redditus annui centum ducatorum auri de Camera non excedunt: Inſuper Ordines Mendicantes, ac Hoſpitalia hoſpitalitatem actu exercentia, Fratreſque Milites Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani nullatenus compræhendantur, ſed omnino excipiantur, prout illos, & illa exceptos, & excepta eſſe, & fore decernimus.

In ejuſque exactione canonicas lege[...]

§. 7. Præterea juxta Ordinationem a C[...] deſuper editam, Sacri

Calices, Libri, & alia ornamenta Eccleſiarum, Beneficiorum, & aliorum ſupradictorum divino cultui dicata ex cauſa pignoris, vel aliàs occaſione ſolutionis ſummæ hujuſmodi nullo modo capiantur, diſtrahantur, vel occupentur;

Ac demum Transumptis ſidem addit.

§.7. Et pariter, quod præſentium tranſumptis Sigillo alicujus Prælati Eccleſiaſtici, & publici Notarii ſubſcriptione munitis, eadem prorſus fides adhibeatur in Judicio, & extra illud, quæ ipſis originalibus literis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum die 5. Nov. 1627. An.V.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris die 5. Novembris 1627. Pontificatus noſtri Anno V.

CCXLV.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Societas Monachorum Sancti Benedicti Reformatorum Provinciæ Britannicæ Congregationi Sancti Mauri ejuſdem Ordinis in Gallia erectæ unitur.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

AD militantis Eccleſiæ regimen, nullis licet Nobis ſuffragantibus meritis, divina diſpoſitione evecti, illud præ cæteris curam propoſuimus, ut Eccleſiaſticorum, & Religioſorum Ordines quoslibet ad priſtini cujuſque regularis eorum inſtituti normam, a qua non parum deflexerunt, quantum cum Domino poſſumus, reduceremus, ac propterea qui ſua ſponte religionis, & arctioris vitæ zelo ducti priſtinæ Regulæ, quam ſuæ Religionis authores ſuſceperunt, obſervantiam amplecti, & ſectari deſiderant, eoſdem non ſolum in eorum propoſito confovere, ſed etiam opportunis favoribus, & gratiis libenter proſequi ſolemus.

Cauſa faciendæ Unionis.

§.1. Cum itaque, ſicut accepimus, a viginti circiter annis nonnulli Monachi Ordinis Sancti Benedicti Congregationis Gallicanæ, accedente Superiorum ſuorum licentia, Regulam ejuſdem Sancti Benedicti Congregationis Caſſinenſis dicti Ordinis adamuſſim obſervare decreverint, & ad hunc effectum Prioratum de Lebon prædicti, ſeu alterius Ordinis Machlovien. Diœceſis ſibi concedi obtinuerint: ac divina favente clementia in Regulæ, & Conſtitutionum hujuſmodi obſervantia, vitæque ſanctimonia adeo profecerint, ut ad eamdem obſervantiam in plura dicti Ordinis Provinciæ Britanniæ Monachorum Monaſteria introducen., & ſtabilienda vocati fuerint, ut proinde unam Monachorum hujuſmodi Societatem Britannicam nuncupatam de licentia, & auctoritate dilectorum filiorum noſtrorum Franciſci Sanctæ Praxedis de Sourdis, ac Franciſci Sancti Calliſti titulorum Presbyterorum Cardinalium de la Rorum, ac alias canonice crexerint, & inſtituerint, in eaque Superiores, Viſitatores, & Definitores ad inſtar dictæ Congregationis Caſſinen. abſque ulla a dicta Congregatione Gallicana, ejuſque Superiorum dependentia habeant.

Pontificium Indultum.

§.2. Nos ut Societas hujuſmodi felicioribus in dies in ſanctitate, & juſtitia coram Domino proficiat incrementis, quantum cum Domino poſſumus, providere volentes, de Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium negotiis regularium præpoſitorum conſilio, motu proprio, & ex certa ſcientia noſtris Societatem Monachorum Sancti Benedicti in Provincia Britannica reformatorum hujuſmodi, una cum illius Monaſteriis, & perſonis profeſſis Congregationi S. Mauri ejuſdem Ordinis in Galliis, apoſtolica auctoritate erectæ, ita ut de cætero Monaſteria, & perſonæ tam Societatis, quam Congregationis hujuſmodi ſint unum corpus, & unicam conſtituant Congregationem ſub titulo ejuſdem Sancti Mauri, dicta auctoritate, tenore præſentium, perpetuo unimus, & incorporamus.

Exequutores deſignati.

§.3. Quocirca ne quæ difficultas exequutionem unionis, & incorporationis hujuſmodi impediat, aut remoretur, dilectis filiis noſtro Petro Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbytero Cardinali Berullo nuncupato, ac noſtro, & Apoſtolicæ Sedis apud cariſſimum in Chriſto filium noſtrum Ludovicum Francorum Regem Chriſtianiſſimum Nuncio per præſentes injungimus, ac reſpective mandamus, ut conjunctim procedentes conſultis aliquibus Patribus gravioribus, ac rerum uſu peritioribus tam ejuſdem, quam aliorum Ordinum ſibi beneviſis conditiones in unione, & incorporatione prædictis obſervandas præſcribant, ac firment, eaſdemque unionem, & incorporationem, una cum eiſdem conditionibus, auctoritate prædicta exequantur.

Clauſulæ.

§.4. Decernentes, præſentes Literas validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac Societati, & Congregationi Sancti Mauri hujuſmodi in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari; Sicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, ac definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Obſtantium derogatio.

§.5. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenus opus ſit, Congregationum, & Ordinum prædictorum, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, approbatis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus eo-

ſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 8. Nov. 1627. An.V.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 8. Novembris 1627. Pontificatus noſtri Anno V.

CCXLVI.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Ratificatio Actorum per Torquatum de Comitibus in reſtitutione Tormentorum Bellicorum, & aliarum rerum in Fortalitiis Vallis Tellinæ exiſtentium Comiti Aloyſio Trotto Procuratori a Gubernatore Mediolanenſi nomine Regis Catholici deputato.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Facti ſeries.

CUM ſicut Nobis innotuit, dilectus filius nobilis vir Torquatus de Comitibus Dus Guadagnoli, uti Procurator noſter, in reſtitutione per eum facta dilecto filio Comiti Aloyſio Trotto Campi Magiſtro Peditum Italorum chariſſimi in Chriſto filii noſtri Philippi Hiſpaniarum Regis Catholici uti Procuratori a dilecto pariter filio nobili viro Gonzalez Fernandez de Corduba Status Mediolani Gubernatore, etiam de mandato ejuſdem Philippi Regis ad hoc conſtituto, Tormentorum Bellicorum, Armorum, Munitionum, Victualium, & aliarum rerum in Propugnaculis, ſive Fortalitiis Vallis Tellinæ, & Claveonæ exiſtentium, & quondam Horatio Ludoviſio Duci Fiani ſub die 6. Junii 1623., ac dilecto pariter filio Nicolao ex Comitibus Guidibalnei Marchioni Montisbelli ſub die 13. Nov. ejuſdem anni in actu depoſiti, in fe:re: Greg. PP. XV. Prædec. noſtri, ac noſtris manibus reſpective facti, conſignatarum, reſtitutionem eamdem a Nobis ratam habitum iri promiſerit, dummodo tamen idem Philippus Rex reſtitutionem ipſam, & inſtrumentum deſuper ſub die 18. Martii 1627. celebratum, etiam ratum haberet;

Ratificatio, de qua in rubrica.

§. 2. Idcirco præſuppoſito, quod idem Philippus Rex valide, & ſufficienter rata habuit omnia, & ſingula acta, & geſta per Gonzalez Gubernatorem, & Comitem Aloyſium prædictos, alioſque deputatos ad noſtrum, & hujus Sanctæ Sedis favorem omne, & totum id, quod a dicto Torquato Duce, quoad reſtitutionem Tormentorum Bellicorum, Armorum, Munitionum, Victualium, atque etiam quoad alia quæcumque promiſſa, reſervata, & expreſſa in Inſtrumento, ſeu Inſtrumentis per eumdem Torquatum Ducem celebratis, ad quæ Nos in omnibus, & per omnia referimus, actum, & exequutioni demandatum fuit, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, approbamus, ratumque, & gratum habe-

Derogatio contrariorum.

§. 3. In contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque.

Dat. die 10. Nov. 1627. An.V.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 10. Novembris 1627. Pontificatus noſtri Anno V.

CCXLVII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Nonnullæ Indulgentiæ pro Exercitu Regis Poloniæ contra Hæreticos Pruſſiæ profecturo.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

DE ſalute dominici gregis curæ noſtræ divinitus commiſſi paterna charitate ſolliciti, ad eam procurandam cæleſtes Eccleſiæ theſauros libenter erogamus.

Militibus præſcripta hic peragentibus Indulgentia conceditur.

§. 1. Cum itaque, ſicut accepimus, Chariſſimus in Chriſto Filius noſter Sigiſmundus Poloniæ, & Sveciæ Rex Illuſtris validum militum exercitum contra hæreticos Pruſſiæ deſtinaverit; Nos cupientes, ut Milites omnes dicti exercitus non ſolum corporalibus adverſus viſibiles, ſed etiam ſpiritualibus armis adverſus inviſibiles humani generis hoſtes armati divinam opem in hoc ſeculo, & æternam ſalutem in cœlis facilius conſequantur; ſupplicationibus dicti Sigiſmundi Regis nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, omnibus, & ſingulis Militibus, & aliis Chriſtifidelibus univerſis, qui in dicto exercitu militaverint, aut operam, & auxilium quovis modo præſtiterint, qui una hebdomada, poſtquam omnes ſimul convenerint, per Cappellanum Majorem dicti exercitus deſignanda, quarta, & ſexta feriis, ac Sabatho, vel ſaltem uno ex his diebus arbitrio Confeſſarii jejunaverint, & infra prædictam hebdomadam peccata ſua confeſſi ſequenti Dominica Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint, & pro felici dictæ expeditionis ſucceſſu, Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, ac ſanctæ fidei catholicæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, pleniſſimam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, veniam, & remiſſionem ten. præſentium miſericorditer in Domino concedimus, & elargimur.

Facultas quoque datur Confeſſarium eligendi, qui eos a caſibus reſervatis S. A. abſolvat.

§. 2. Utque facilius Indulgentiam hujuſmodi conſequi valeant, ſupradictis omnibus, & ſingulis, ut confeſſorem idoneum ex approbatis ab Ordinario eligere valeant, qui ipſorum confeſſionibus diligenter auditis, eos ab omnibus peccatis, exceſſibus, & delictis quantumcumque gravibus, & enormibus, & cenſuris eccleſiaſticis, a quibuſcumque caſibus etiam Nobis, & Apoſtolicæ Sedi quomodolibet reſervatis, etiam contentis in Bulla Die Cœnæ Domini legi ſolita in foro conſcientiæ tantum, injuncta cuique illorum pœnitentia ſalutari abſolve-

Digitized by Google

Quæ ab ægrotis &c. ſint præſtanda. §.3. Ii vero; qui ægroti, vulnerati, aut alias quocumque impedimento detenti, ut præfertur, jejunare, aut etiam Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſumere nequiverint, ut Præſbiter confeſſarius, ut præfertur, approbatus, quem elegerint, jejunium, in aliud pietatis opus commutare, aut in aliud proximum tamen tempus commodum differre valeat, pariter concedimus, & indulgemus.

Aliæ etiam conceduntur Indulgentiæ. §.4. Præterea eiſdem omnibus, & ſingulis ſupradictis cæteris quibuſque vicibus, quibus vere contriti peccata ſua confeſſi fuerint, & ſi commode potuerint, Sacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint, quinque annos, & totidem quadragenas qualibet vice: quoties vero orationi mentali, vel vocali vacaverint, aut quodcumque pietatis opus peregerint, toties quinquaginta dies de injunctis eis, ſeu aliàs quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Eccleſiæ conſueta relaxamus.

Ac præſertim in mortis articulo. §.5. In mortis vero articulo conſtitutis atque in prædicta expeditione, vel pugna, ſeu præliis morientibus ſaltem contritis plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus.

Poteſtas Epiſcopis facta Militibus benedicendi. §.6. Inſuper ut quicunque Antiſtes aut alia perſona in dignitate eccleſiaſtica conſtituta exercitum prædictum, ac univerſos, & ſingulos Milites, ac Chriſtifideles ad hanc expeditionem profecturos auctoritate noſtra apoſtolica benedicere valeat facultatem impartimur.

Contraria tolluntur. §.7. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 12. Nov. 1627. An.V. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die 12. Novembris 1657. Pontificatus noſtri Anno V.

CCXLVIII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev. Subſidium decies Centenorum millium ſcutorum Clero Galliarum imponitur Regi perſolvendum.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Proœmium a calamitatibus Regni Galliarum petitum. Cum primum ad ſummi Apoſtolatus apicem, licet immeriti, divina favente clementia, aſſumpti fuimus, etſi nihil antiquius habuerimus, quam eccleſiaſticas perſonas, quas in viſceribus gerimus charitatis, a quibuſvis gravaminibus, ſive impoſitionibus immunes præſervare; nihilominus dum ſolerti mentis noſtræ indagine conſideramus, quantis fides catholica nefariorum hoſtium oppugnationibus, atque inſultibus in florentiſſimo Franciæ Regno conſiſte- quin implorato divinæ miſericordiæ præſidio, ad eccleſiaſticarum perſonarum ſubſidia recurramus: Nobis omnino perſuadentes, illas, quæ in communi periculo verſantur, partem redituum ſuorum Eccleſiaſticorum potius erogaturas, ut totum conſervetur, quam partem conſervando, totum in diſcrimen adducatur.

Petitio Regis. §.3. Cum itaque, ſicut dictus Ludovicus Rex Nobis nuper exponi fecit, ipſe, ut imminentibus, ac urgentiſſimis neceſſitatibus ſui Regni, tam Eccleſiaſticis, quam laicis communibus, quibus ob fidei Catholicæ defenſionem premitur, ſubvenire valeat, ſubſidio unius millionis ſcutorum maximopere indigeat, laicorum vero facultates, propter alia onera eis incumbentia, ſubſidio hujuſmodi comparando minime ſuppetant.

Pontifex ſubſidium, de quo in Rubr. ei ab Eccleſiaſticis præſtari jubet. §.2. Nos eidem Ludovico Regi de aliquo ſubventionis auxilio ex Eccleſiarum Regni Franciæ peculio, Chriſtique Domini, cujus cauſa agitur, patrimonio, providere volentes, ſupplicationibus ejuſdem Ludovici Regis nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, ſubſidium unius millionis cum dimidio Francorum dictæ monetæ a quarumcumque tam metropolitanarum, quam Cathedralium Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, necnon illarum, ac Collegiatarum Eccleſiarum Præpoſitis, Decanis, Capitulis, & Canonicis, ac Parochialium, & aliarum Eccleſiarum Rectoribus, Beneficiatis, cæteriſque perſonis Eccleſiaſticis ſecularibus, quæcumq. alia Beneficia Eccleſiaſtica quomodolibet nuncupata, & qualitercumque qualificata in dicto Regno conſiſtentia, etiam ex quibuſvis conceſſionibus, & diſpenſationibus apoſtolicis, vel aliàs quomodolibet obtinentibus,

Iis exceptis, qui hic recenſentur. exceptis tamen ex Cathedralibus illis, quarum miliie, & ex curatis iis, quorum annui redditus ſummam centum ducatorum auri de Camera non excedunt: Nec non Prioratibus, Præceptoriis, & Eccleſiis Fratrum Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani, ac Hoſpitalibus hoſpitalitatem actu exercentibus, ac etiam quorumcumque Monaſteriorum, domorum, & Prioratuum Conventualium, Ciſtercien., S. Benedicti, S. Auguſtini, Cluniacen., Fontis Ebrandi, Præmonſtraten., Grandimonten., Cartuſien., Camaldulen., Montis Oliveti, Vallis Umbroſæ, Cruciferorum, S. Hieronymi, & aliorum quorumcumque Ordinum non tamen Mendicantium, ac etiam Caſſinen., S. Juſtinæ de Padua, S. Bernardi, Valliſcholarium, Lateranen., ac S. Salvatoris, aliarumque Congregationum tam virorum, quam mulierum in Regno prædicto ſimiliter exiſtentium, & ſimiliter Abbatibus, Prioribus, Commendatariis, Abbatiſſis, Prioriſſis, & aliis quibuſcumque quocumque nomine ...

Digitized by Google

Epiſcopo Cervien. noſtro, & Sedis Apoſtolicæ in dicto Regno Nuncio, ac perſonis ab illo, ſi ei videbitur, & a Clero prædicto nominandis, & deputandis pro reddituum, & proventuum quantitate facien., ac modum, & formam, tempus, locumque ſolutionis præſcriben., peten., & exigen. apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, imponimus.

Neceſſariaſque ad id facultates Deputatis concedit.

§.3. Eidemque Joanni Franciſco Archiepiſcopo, & Nuncio, ac Clero præfato quaſcumque perſonas Eccleſiaſticas ad exactionem ſubſidii hujuſmodi pariter conſtituen., & deputan., quodque ut pecuniæ ea ſubſidii hujuſmodi exactione provenientes perſonæ a dicto Clero Regni prædicti ſimiliter deputandæ per eam in præfatos, & non alios uſus erogandæ conſignentur, mandandi, & præcipiendi; Contradictores quoslibet, & rebelles, ac ſibi in præmiſſis non parentes, per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna Juris, & facti remedia, omni, & quacumque appellatione, recurſu, & reclamatione prorſus remotis, & poſtpoſitis compeſcen., & compellen., aliaque in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, & quomodolibet opportuna, etiamſi talia ſint, vel fuerint, quæ magis ſpecialem, ſpecificam, & expreſſam requirerent mentionem, faciendi, dicendi, gerendi, & exequendi, plenam, liberam, & amplam facultatem concedimus, & impartimur.

Pœnas prædictos Deputatos impedientibus infligit.

§.4. Diſtrictius inhibentes Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Præpoſitis, Decanis, Capitulis, Canonicis, Rectoribus, Beneficiatis, necnon Abbatibus, Prioribus, Commendatariis, Abbatiſſis, Prioriſſis, & Superioribus, aliiſque ſupradictis ſub excommunicationis majoris, a qua non niſi per ſummum Pontificem pro tempore exiſtentem, præterquam in mortis articulo conſtituti abſolvi poſſint, necnon privationis omnium, & ſingulorum Dignitatum, Canonicatuum, & Præbendarum, Monaſteriorum, Officiorum, Adminiſtrationum, & aliorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum per eos obtentorum, inhabilitatiſque ad illa, & alia impoſterum obtinenda, aliiſque arbitrio noſtro ſtatuendis, moderandis, & infligendis pœnis, ne eumdem Joannem Franciſcum Archiepiſcopum, & Nuncium, ſeu ab eo, & Clero prædicto deputandos ſuper præmiſſis omnibus, & ſingulis, etiam vigore quorumcumque privilegiorum, Indultorum, Immunitatum, exemptionum, & aliarum gratiarum eis, vel eorum Eccleſiis, Ordinibus, Monaſteriis, Domibus, & Prioratibus quomodolibet conceſſorum, confirmatorum, approbatorum, & innovatorum impedire, perturbare, moleſtare, vel inquietare audeant, ſeu præſumant.

Clauſulæ.

§.5. Decernentes, præſentes Literas validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere; ſicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores ubique judicari, & definiri debere, ac irritum, & quoquam

quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum

§. 6. Non obſtantibus fe: re: Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, ac noſtra de Jure quæſito non tollendo, aliiſque apoſtolicis, ac in univerſalibus, provincialibuſque, & ſynodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac Eccleſiarum, necnon Ordinum, Congregationum, Monaſteriorum, Domorum, & Prioratuum prædictorum etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, legibus etiam municipalibus, & Inſtitutis, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis, illis, eorumque Eccleſiis, bonis, & Beneficiis, ac Superioribus, & perſonis etiam per viam legis, aut ſtatuti perpetui, ac etiam Juramenti, ſeu ſtipulati contractos, ac aliàs ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, ac aliàs in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum omnium, & ſingulorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

In exactione ſubſidii leges Concilii Vienenſis ſervandæ.

§.7. Volumus autem, quod dicta ſumma unius millionis cum dimidio Francorum hujuſmodi ſemel ſoluta, præſens gratia nullatenus ſuffragetur, neque exactioni amplius locus ſit; Quodque etiam juxta ordinationem in Concilio Vienenſi ſuper hoc editam Sacri Calices, libri, & alia ornamenta Eccleſiarum, Beneficiorum, & aliorum ſupradictorum divino cultui dicata ex cauſa pignoris, vel aliàs occaſione ſolutionis ſummæ hujuſmodi nullatenus capiantur, diſtrahantur, vel occupentur, neque propterea bona ſtabilia Eccleſiarum, Monaſteriorum, Prioratuum, & aliorum Beneficiorum prædictorum ullo modo alienentur, exceptis tamen iis, quæ dudum de licentia Sedis Apoſtolicæ cum pacto, ſeu facultate illa redimendi alienata reperiuntur, quæ ſi in eventum, in quem redimantur, illa pro præſentibus neceſſitatibus ſublevandis, iterum cum pacto, & facultate redimendi ſimilibus quibuſvis perſonis meliorem conditionem offerentibus alienari poſſe concedimus.

Fides danda tranſumptis.

§.8. Et pariter, quod præſentium tranſumptis ſigillo alicujus Prælati Eccleſiaſtici, & publici Notarii ſubſcriptione munitis.

& estra illod, quæ ipſis originalibus literis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 12. Nov. 1627. An. V.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 12. Novembris 1627. Pontificatus noſtri Anno V.

CCXLIX.

Confirmatio, & Innovatio Conſtitutionis Pii Papæ V. contra Monetarios, ejuſdemque ad quaſcumque perſonas Eccleſiaſticas, ſeculares, ac cujuſque Ordinis, necnon etiam Militiarum Regulares.

Pii V. Conſtitut. quæ hic innovatur, ac extenditur vid. Tom. IV. Par. III. fol. 130. *ejuſque initium eſt* Cum nil magis.

URBANUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

IN ſuprema paſtorali ſpecula, meritis licet imparibus, a Domino conſtituti, ut noxia ab ejus grege arcentes ejuſdem ſalutari regimini proſpiciamus, non ſine magno animi mœrore videmus, eo noſtri temporis iniquitates eſſe progreſſas, ut iis, quibus onus incumberet pacem evangelizandi, & charitate proximum proſequendi, ſuæ vocationis immemores, a cupiditatum vortice abrepti, adulterinæ monetæ crimen perpetrare, ſive perpetrantibus opem præſtare non erubeſcant, nec reformident. Quare Prædeceſſorum noſtrorum Conſtitutiones deſuper editas innovantes, extendentes, & ampliantes, hujuſmodi perditorum hominum, quos ſuæ eſiſtimationis conſideratio in officio non continet, condigna pœnarum ſeveritate temerarios, & nefarios auſus intendimus coercere.

Pius V. edidit Conſt. contra monetarios in dicatam in Rubrica.

§.1. Cum itaque ſel. re. Pius Papa V. Prædeceſſor noſter attendens, quod licet monetarum aurearum tonſoribus de jure ultimi ſupplicii eſſet inflicta pœna, argenteas tamen monetas tondentibus ſatis minor erat impoſita, omnes eos, qui argenteas tonderent, ultimi ſupplicii, & eadem, qua aurearum tonſores eatenus puniti ſuerant, & de jure puniri debent, pœna puniendos eſſe ſtatuerit, prout in cedula Motus proprii manu ejuſdem Pii Prædeceſſoris ſubſcripta plenius continetur,

Eam Urbanus approbat, & innovat.

§.2. Nos Motu proprio, ac ex certa ſcientia, meraque deliberatione noſtris, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione, ſtatutum, voluntatem, & mandatum Pii Prædeceſſoris præfati tenore præſentium approbamus, confirmamus, & innovamus.

Et ad omnes perſonas Eccleſ. in Italia

§.3. Ac ad omnes, & ſingulas perſonas eccleſiaſticas etiam quomodolibet exem-ptas ...

Militiarum quarumcumque, etiam Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani regulares non ſolum in Statu Eccleſiaſtico mediate, vel immediate Nobis, & Sedi Apoſtolicæ ſubjecto, ſed etiam in omnibus, & ſingulis Provinciis, Regnis, Civitatibus, Terris, Oppidis, Caſtris, & locis in Italia dumtaxat exiſtentibus, qui aureas, vel argenteas monetas tondere, ſabricare, colorare, vel aliàs adulterare, ſeu etiam quomodolibet adulteratas ſcienter erogare, aut exponere præſumpſerint, extendimus, & ampliamus.

Reos prævia degradatione Curiæ ſeculari tradi jubet.

§.4. Volentes, ut culpabiles in præmiſſis reperti, prævia degradatione, Curiæ ſeculari puniendi tradantur.

Materiam, ſeu opem ad præmiſſa præſtantibus pœnas imponit.

§.5. Pecunias vero ſic, ut præfertur, adulteratas ſcienter detinentibus, ſeu de loco ad locum transferentibus, aut materiam, inſtrumenta, ſive opem ad præmiſſa præſtantibus pœnam Triremium per decennium imponimus.

Judices hujuſmodi cauſarū deputat.

§.6. Et cognitionem cauſarum hujuſmodi, quoad perſonas eccleſiaſticas præfatas, tam ſeculares, quam regulares in Provinciis Nobis, & Sedi præfatæ ſubjectis, ad Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales in eiſdem Provinciis de latere Legatos, & Prolegatos pro tempore exiſtentes, in aliis vero omnibus, & ſingulis Provinciis, Regnis, Civitatibus, Oppidis, Caſtris, & locis tam ſub noſtra, & dictæ Sedis, quam cujuſvis alterius Principis ditione, in Italia tantum comprehenſis, privative quoad omnes etiam Superiores Religioſorum, ipſiſque Superioribus penitus excluſis, ad Ordinarios locorum ſpectare etiam volumus; Mandantes propterea Venerabilibus Fratribus noſtris Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ſingulis videlicet in ſuis Civitatibus, & Diœceſ., & quoad loca intra fines alicujus Diœceſis, non tamen de Diœceſi exiſtentia, ipſarum diœceſum, intra quarum fines eadem loca extiterint, quo vero ad ea, quæ extra fines alicujus Diœceſis conſiſtunt, vicinioribus eorumdem locorum Ordinariis, quatenus ad inſtantiam cujuſvis fiſci, vel etiam cujuſvis denunciatoris cauſarum hujuſmodi cognitiones ſuſcipientes, prævia etiam avocatione a quibuſvis aliis in cauſis ipſis modo præmiſſo procedant, omnibus juris, & facti remediis opportunis, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, brachii ſecularis auxilio.

Cognitionem hujuſmodi cauſarum impedientibus pœnas infligit.

§.7. Inhibentes inſuper tam Decanis, & Capitulis Eccleſiarum Cathedralium, Metropolitanarum, & Patriarchalium, necnon quorumvis Ordinum, & Locorum Regularium, Societatum, & Inſtitutorum, ac etiam Hoſpitalis præfatorum Superioribus, Conventibus, & Fratribus quantumvis exemptis, ne ſub privationis beneficiorum, & officiorum per eos reſpective obtentorum, ac inhabilitatis ad alia in futurum obtinenda, vociſque activæ, & paſſivæ, pœnæ excommunicationis ...

Digitized by Google

dire, moleſtare, aut perturbare audeant, vel præſumant, ac etiam mandantes, ut quoties ad id fuerint requiſiti, religioſos ipſos, etiamſi Superiores alicujus loci regularis actu fuerint, ipſis Legatis, Prolegatis, & Ordinariis, vel aliis, quibus iidem Legati, Prolegati, & Ordinarii mandaverint, conſignent cum ſcripturis, & actis, ſi quæ facta fuiſſe reperiantur.

[Clauſulæ.] §.8. Sicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, delegatos, & Commiſſarios, & etiam Cameræ prædictæ Clericos Præſidentes, nec non cauſarum Palatii Apoſtolici, & Curiæ ejuſdem Cameræ Gener. Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerarium, & alios Cardinales, etiam de latere Legatos, necnon Vice-Camerarium judicari, & definiri, ac interpretari debere, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ac irritum, & inane, quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

[Obſtantium derogatio.] §.9. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Provinciarum, Regnorum, Civitatum, Terrarum, Oppidorum, Locorum, Eccleſiarum, Monaſteriorum, Militiarum, Hoſpitalium, etiam Saucti Joannis præfatorum, & aliorum religioſorum, ac piorum locorum etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis eiſdem Provinciis, Regnis, Civitatibus, Terris, Oppidis, Locis, Eccleſiis, Monaſteriis, Hoſpitalibus, & Militiis etiam Sancti Joannis, ut præfertur, & aliis religioſis, & piis locis, Univerſitatibus, Capitulis, Superioribus, & perſonis in contrarium quomodolibet conceſſis, ac etiam pluries iteratis vicibus approbatis, confirmatis, & innovatis; quibus omnibus, & ſingulis, etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, eorum omnium tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur, præſentibus pro expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad effectum præſentium dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

[Publicatio in Urbe omnes in Italia exiſtentes afficit.] §.10. Volumus autem, quod præſentes in valvis Eccleſiæ Lateranen., & Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, necnon Cancell. Apoſt., & in acie Campi Floræ publicentur, & affigantur, quæ poſtquam ſic affixæ, & publicatæ fuerint, poſt duos menſes a die publicationis hujuſmodi commutandos, quoſcumque tam in St...

[Exemplorum fides.] §.11. Quodque earum exemplis etiam impreſſis, manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides adhibeatur, quæ iiſdem præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

[Decretum pœnale.] §.12. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam approbationis, confirmationis, innovationis, extenſionis, ampliationis, impoſitinnis, voluntatum, derogationis, mandatorum, & decreti noſtrorum infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

[Dat. die 13 Nov. 1627 An. V.] Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnat. Dominicæ 1627. Idibus Novembris, Pontificatus Noſtri Anno Quinto.

Anno a Nativitate D. N. Jeſu Chriſti 1628. Indict. undecima, die vero vigeſima octava menſis Januarii Pont. Sanctiſſ. D. N. D. Urbani divina providentia Papæ Octavi Anno ejus 5. retroſcriptæ literæ Apoſtolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Baſilicarum S. Joannis Later., & Principis Apoſt. de Urbe, Cancell. Apoſt., & in acie Campi Floræ, dimiſſis ibidem præſentibus literis per aliquod temporis ſpatium appenſis, & deinde amotis, ut moris eſt, per nos Auguſtinum de Bolis Romanum, & Brandimartem Latinum Apoſtolicos Curſ.

Martinus Spada Magiſter.

CCL.

Confirmatio Decreti Congregationis Sacrorum Rituum ſoper præcedentia Confratrum Ordinis Joannis Dei, ac Fratrum Ordinum Mendicantium; & quarumcumque controverſiarum ſuper præmiſſis pendentium extinctio.

Præcedentias inter Ordines Mendicantium, & Confraternitates Laicorum in Proceſſionibus, declaravit Greg. XIII. in Conſtitut. CLII. Expoſcit. *Tom. IV. Par. IV. fol. 38. Et de hac Religione vide plura in Pauli Quinti Conſt. CLXXIII.* Romanus *Tom. V. Par. IV. fol. 2. & hujus Pontificis Conſt. LIX.* Sacroſanctum *Tom. V. Par. V.*

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

[Proœmium.] Commiſſi Nobis per abundantiam divinæ gratiæ paſtoralis officii debitum poſtulat, ut Sacrarum Religionum, & Congregationum in Eccleſia Dei ad illius laudem, & gloriam, pauperumque ſolamen.

Google

ut perſonæ ipſæ ſublatis controverſiarum materiis in pacis amœnitate vota ſua Domino reddant.

Facti ſeries, & S. Congr. Decretum.

§. 1. Cum itaque, ſicut dilectus filius Seraphinus Leviſellus Procurator Generalis Congregationis Confratrum Joannis Dei, nobis nuper exponi fecit, Confratribus prædictis multis in locis a fratribus Ordinum Mendicantium nonnullæ controverſiæ de, & ſuper præcedentia moverentur, ac provide habito per ipſum eorumdem Confratrum nomine ad Venerabiles Fratres noſtros Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales ſacris Ritibus Præpoſitos recurſu, iidem Cardinales, referente dilecto filio noſtro Tiberio Tituli Sanctæ Priſcæ Presbytero Cardinale Muto nuncupat. cenſuerint in eorumdem Confratrum favorem literas in forma Brevis fel. rec. Gregorii Papæ XIII. Prædeceſſoris noſtri, ſub die 15. Julii 1583. ſuper Fratrum Mendicantium Ordinum hujuſmodi præcedentia editas ſervari debere, a tempore tamen quo dicti Confratres declarati fuerunt Religioſi, prout in decreto deſuper emanato plenius dicitur contineri;

Quod confirmatur.

§. 2. Nos præmiſſis, quantum cum Domino poſſumus, obviam ire, pacique, & quieti dictorum Confratrum ſemotis controverſiarum incommodis conſulere, ipſoſque Confratres ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpen., & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus dicti Seraphini Congregationis hujuſmodi nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum prædictum apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, perpetuo approbamus, & confirmamus: illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes, & ſingulos tam juris, quam facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus.

Super hujuſmodi controverſiis perpetuum ſilentiū imponitur.

§. 3. Necnon omnes, & quaſcumque controverſiarum hujuſmodi cauſas, & moleſtias ſuper præmiſſis, & illarum occaſione hactenus quomodolibet motas, & pendentes cum omnibus ſuis annexis, & depen. ad Nos harum ſerie avocantes, illas penitus extinguimus, ac tam Confratribus, quam Fratribus Mendicantibus prædictis, & quibuſvis aliis intereſſe habentibus, ſeu prætendentibus perpetuum ſuper præmiſſis ſilentium imponimus.

Cum inhibitione &c.

§. 4. Diſtrictius inhibentes quibuſvis Judicibus, & perſonis quavis auctoritate fungentibus, ne Fratres Mendicantes hujuſmodi, ſeu alios pro eis ſuper præmiſſis ulterius audire, ſeu alias deſuper ſe ingerere eorum favorem emanati hujuſmodi formam, & continentiam habeant, illaque perpetuo fruantur, & gaudeant, irritumque, & inane, quicquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter attentatum forſan eſt, vel impoſterum contigerit attentari.

Executores hujus Confirmationis deſignantur.

§. 5. Quocirca Venerabilibus fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, aliiſque locorum Ordinariis, in quorum Diœceſibus Congregationis hujuſmodi Hoſpitalia erecta reperiuntur; per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte fratrum prædictorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra Confratres prædictos præſentibus literis, illarumque commodo, & effectu adverſus quoſcumque perturbatores pacifice frui, & gaudere, non permittentes illos deſuper a quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebite moleſtari: contradictores quoslibet, & rebelles per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Contraria tolluntur.

§. 6. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis eiſdem Mendicantium Ordinibus, illorumque Superioribus, & quibuſvis aliis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritan., & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, ac alias in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda eſſet, illorumque tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptis fides additur.

§. 7. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides ubique adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 26. Nov. 1627.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, ſub annulo Piſcatoris, die 26. Novembris 1627. Pontificatus noſtri Anno V.

Digitized by Google

dire, moleſtare, aut perturbare audeant, vel præſumant, ac etiam mandantes, ut quoties ad id fuerint requiſiti, religioſos ipſos, etiamſi Superiores alicujus loci regularis actu fuerint, ipſis Legatis, Prolegatis, & Ordinariis, vel aliis, quibus iidem Legati, Prolegati, & Ordinarii mandaverint, conſignent cum ſcripturis, & actis, ſi quæ facta fuiſſe reperiantur.

Clauſulæ.

§.8. Sicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, delegatos, & Commiſſarios, & etiam Cameræ prædictæ Clericos Præſidentes, necnon cauſarum Palatii Apoſtolici, & Curiæ ejuſdem Cameræ Gener. Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerarium, & alios Cardinales, etiam de latere Legatos, necnon Vice-Camerarium judicari, & definiri, ac interpretari debere, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ac irritum, & inane, quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Obſtantium derogatio.

§.9. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Provinciarum, Regnorum, Civitatum, Terrarum, Oppidorum, Locorum, Eccleſiarum, Monaſteriorum, Militiarum, Hoſpitalium, etiam Sancti Joannis præfatorum, & aliorum religioſorum, ac piorum locorum etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis eiſdem Provinciis, Regnis, Civitatibus, Terris, Oppidis, Locis, Eccleſiis, Monaſteriis, Hoſpitalibus, & Militiis etiam Sancti Joannis, ut præfertur, & aliis religioſis, & piis locis, Univerſitatibus, Capitulis, Superioribus, & perſonis in contrarium quomodolibet conceſſis, ac etiam pluries iteratis vicibus approbatis, confirmatis, & innovatis; quibus omnibus, & ſingulis, etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, eorum omnium tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad effectum præſentium dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Publicatio in Urbe omnes in Italia exiſtentes afficit.

§.10. Volumus autem, quod præſentes in valvis Eccleſiæ Lateranen., & Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, necnon Cancell. Apoſt., & in acie Campi Floræ publicentur, & affigantur, quæ poſtquam ſic affixæ, & publicatæ fuerint, poſt duos menſes a die publicationis hujuſmodi computandos, quoſcumque tam in Statu noſtro, quam extra eum ubique locorum, in Italia tamen exiſtentes, perinde arctent, & afficiant, ac ſi unicuique nominatim, & perſonaliter intimatæ fuiſſent.

§.11. Quodque earum exemplis etiam impreſſis, manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides adhibeatur, quæ iiſdem præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Exemplorum fides.

§.12. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam approbationis, confirmationis, innovationis, extenſionis, ampliationis, impoſitionis, voluntatum, derogationis, mandatorum, & decreti noſtrorum infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Decretum pœnale.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnat. Dominicæ 1627. Idibus Novembris, Pontificatus Noſtri Anno Quinto.

Dat. die 13 Nov. 1627 An.V.

Anno a Nativitate D. N. Jeſu Chriſti 1628. Indict. undecima, die vero vigeſima octava menſis Januarii Pont. Sanctiſſ. D.N. D. Urbani divina providentia Papæ Octavi Anno ejus 5. retroſcriptæ literæ Apoſtolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Baſilicarum S. Joannis Later., & Principis Apoſt. de Urbe. Cancell. Apoſt., & in acie Campi Floræ, dimiſſis ibidem præſentibus literis per aliquod temporis ſpatium appenſis, & deinde amotis, ut moris eſt, per nos Auguſtinum de Bolie Romanum, & Brandimartem Latinum Apoſtolicos Curſ.

Martius Spada Magiſter.

CCL.

Confirmatio Decreti Congregationis Sacrorum Rituum ſuper præcedentia Confratrum Ordinis Joannis Dei, ac Fratrum Ordinum Mendicantium: & quarumcumque controverſiarum ſuper præmiſſis pendentium extinctio.

Præcedentias inter Ordines Mendicantium, & Confraternitates Laicorum in Proceſſionibus, declaravit Greg. XIII. in Conſtitut. CLII. Expoſcit. *Tom.IV. Par.IV. fol.38. Et de hac Religione vide plura in Pauli Quinti Conſt.CLXXIII.* Romanus *Tom.V. Par.IV. fol.2. & hujus Pontificis Conſt. LIX.* Sacroſanctum *Tom.V. Par.V.*

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

COmmiſſi Nobis per abundantiam divinæ gratiæ paſtoralis officii debitum poſtulat, ut Sacrarum Religionum, & Congregationum in Eccleſia Dei ad illius laudem, & gloriam, pauperumque ſolamen, atque ſubſidium pie ſancteque inſtitutarum, illarumque perſonarum paternam curam gerentes, in his præcipue mentis noſtræ aciem aſſidue intendamus, per quæ illarum paci, & quieti, felicique ſtatui conſulitur, ut

ut perſonæ ipſæ ſublatis controverſiarum materiis in pacis amœnitate vota ſua Domino reddant.

Facti ſeries, & S. Congr. Decretum.

§.1. Cum itaque, ſicut dilectus filius Seraphinus Leviſellus Procurator Generalis Congregationis Confratrum Joannis Dei, nobis nuper exponi fecit, Confratribus prædictis multis in locis a fratribus Ordinum Mendicantium nonnullæ controverſiæ de, & ſuper præcedentia moverentur, ac provide habito per ipſum eorumdem Confratrum nomine ad Venerabiles Fratres noſtros Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales ſacris Ritibus Præpoſitos recurſu, idem Cardinales, referente dilecto filio noſtro Tiberio Tituli Sanctæ Priſcæ Presbytero Cardinale Muto nuncupat. cenſuerint in eorumdem Confratrum favorem literas in forma Brevis ſel. rec. Gregorii Papæ XIII. Prædeceſſoris noſtri, ſub die 15. Julii 1583. ſuper Fratrum Mendicantium Ordinum hujuſmodi præcedentia editas ſervari debere, a tempore tamen quo dicti Confratres declarati fuerunt Religioſi, prout in decreto deſuper emanato plenius dicitur contineri;

Quod confirmatur.

§.2. Nos præmiſſis, quantum cum Domino poſſumus, obviam ire, pacique, & quieti dictorum Confratrum ſemotis controverſiarum incommodis conſulere, ipſoſque Confratres ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpen., & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus dicti Seraphini Congregationis hujuſmodi nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum prædictum apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, perpetuo approbamus, & confirmamus: illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes, & ſingulos tam juris, quam facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus.

Super hujuſmodi controverſiis perpetuum ſilentiũ imponitur.

§.3. Necnon omnes, & quaſcumque controverſiarum hujuſmodi cauſas, & moleſtias ſuper præmiſſis, & illarum occaſione hactenus quomodolibet motas, & pendentes cum omnibus ſuis annexis, & depen. ad Nos harum ſerie avocantes, illas penitus extinguimus, ac tam Confratribus, quam Fratribus Mendicantibus prædictis, & quibuſvis aliis intereſſe habentibus, ſeu prætendentibus perpetuum ſuper præmiſſis ſilentium imponimus.

Cum inhibitione &c.

§.4. Diſtrictius inhibentes quibuſvis Judicibus, & perſonis quavis auctoritate fungentibus, ne Fratres Mendicantes hujuſmodi, ſeu alios pro eis ſuper præmiſſis ulterius audire, ſeu alias deſuper ſe ingerere quoquomodo audeant, ſeu præſumant, ac volentes, & eadem auctoritate decernentes, & declarantes, quod Confratres prædicti præcedentiam juxta dictarum literarum ipſius Gregorii Prædeceſſoris, decretique in eorum favorem emanati hujuſmodi formam, & continentiam habeant, illaque perpetuo fruantur, & gaudeant, irritumque, & inane, quicquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter attentatum forſan eſt, vel impoſterum contigerit attentari.

Executores huius Conſtitutionis deſignantur.

§.5. Quocirca Venerabilibus fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, aliiſque locorum Ordinariis, in quorum Diœceſibus Congregationis hujuſmodi Hoſpitalia erecta reperiuntur, per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte fratrum prædictorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra Confratres prædictos præſentibus literis, illarumque commodo, & effectu adverſus quoſcumque perturbatores pacifice frui, & gaudere, non permittentes illos deſuper a quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebite moleſtari: contradictores quoslibet, & rebelles per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Contraria tolluntur.

§.6. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis eiſdem Mendicantium Ordinibus, illorumque Superioribus, & quibuſvis aliis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritan., & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, ac alias in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda eſſet, illorumque tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptis fides adhibetur.

§.7. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides ubique adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 26. Nov. 1627. An. V.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, ſub annulo Piſcatoris, die 26. Novembris 1627. Pontificatus noſtri Anno V.

CCLI.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Liparenſem Eccleſiam a jure Metropolitico Meſſanenſis eximit, & Sedi Apoſtolicæ immediate ſubjicit.

URBANUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

ROmanus Pontifex, cujus Principatum ſuper omnes extulit Altiſſimus, Cathedralium Eccleſiarum Præſules interdum a metropolitica, cui ſuppoſiti ſunt, ſubjectione ſegregandos, & Sedis Apoſtolicæ patrocinio, ac juri titulari immediate ſubdit, quos erga dictam Sedem obſequia multipliciter commendant, & amplioribus meritis juvari agnoſcit, ac eorum contemplatione ſui favoris prærogativam in ſucceſſores, & illis ſubditos derivare libenter permittit, ut ſub tranquilla ipſius protectione vivere gaudeant, & aliorum animi ſervitiorum illi fideliter præſtitorum gratiam geſtiant promereri.

Refert electũ nuper a ſe Epiſcopum Liparenſem.

§. 1. Cum itaque Nos hodie Eccleſiæ Liparen. tunc per obitum bonæ memoriæ Alberti Epiſcopi Liparenſis extra Romanam Curiam defuncti Paſtoris ſolatio deſtitutæ de perſona dilecti filii Joſephi electi Liparenſis, ac familiaris, & continui commenſalis noſtri Nobis, & Ven. Fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus ob ſuorum exigentiam meritorum accepta de Fratrum eorumdem conſilio, apoſtolica auctoritate providerimus, ipſumque illi in Epiſcopum præfecerimus, & paſtoralem curam, regimen, & adminiſtrationem ipſius Eccleſiæ Liparen. ſibi in ſpiritualibus, & temporalibus plenarie committendo, prout in noſtris deſuper expeditis Literis plenius continetur; Nos eumdem Joſephum electum, ejuſque gratorum familiaritatis, & devotionis Nobis, & Apoſtolicæ Sedi hactenus impenſorum obſequiorum, & meritorum intuitu, & illius in dicta Eccleſia Liparen. Succeſſores Præſules, ſeu Adminiſtratores pro tempore exiſtentes, ac Eccleſiam ipſam, & Civitatem Liparen. aliqua potiori prærogativa proſequi volentes; ipſumque Joſephum electum a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes;

Eumque, ac Succeſſores a jure metropolitico Meſſanen Archiep. eximit;

Motu proprio, non ad ipſius Joſephi electi, ſeu alterius pro eo deſuper oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia noſtra, meraque deliberatione, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, habita prius ſuper his cum eiſdem Fratribus deliberatione matura, de ſimili Fratrum eorumdem conſilio, ipſum Joſephum electum, ejuſque in dicta Eccleſia Liparen. ſucceſſores Præſules, ſeu Adminiſtratores pro tempore exiſtentes, ac Eccleſiam ipſam Liparen., & Dilectos filios illius Capitulum, Canonicos, Clericos, Beneficiatos, & quoſvis alios Miniſtros, Officiales, & perſonas, ac Epiſcopalis, & Capitularis Liparen. Menſarum bona, res, jura quæcumque, cujuſcumque qualitatis, & quantitatis exiſtant, ac Civitatem Liparenſem prædictam, omniaque, & ſingula Oppida, Loca, Caſtra, Terras, Villaſque Epiſcopo Liparen. pro tempore exiſtenti in ſpiritualibus ſubjecta, ſi quæ ſint, eorumque, ac ſingulorum ipſorum Territoria, terminos, diſtrictus, Communitates, Univerſitates, Cives, Incolas, Habitatores, Eccleſiarum Rectores, Vicarios, Cappellanos, Beneficiatos, & alios inibi Beneficia Eccleſiaſtica quomodolibet nuncupata, & qualificata obtinentes, necnon Collegia, Seminaria, Hoſpitalia, Confraternitates, conſortia, Prioratus, ac Eccleſias, Monaſteria etiam Monialium, & Domos Regulares cujuſcumque Ordinis, aliaque tam ſecularia, quam regularia, & pia Loca quæcumque ab omni, & quacumque nunc, & pro tempore exiſtentium Meſſanen., & quorumvis aliorum Archiepiſcorum, Patriarcharum, & Primatum, eorumque Judicum, Officialium, Miniſtrorum, ac ipſorum Eccleſiarum Capitulorum, Canonicorum, & Dignitates in eis obtinentium juriſdictione, correctione, viſitatione, dominio, ſuperioritate, poteſtate, & univerſo jure metropolitico, ac ſolutione decimarum, ſi quæ eis debitæ ſint, de cætero facienda: itaut Archiepiſcopus Meſſanenſis, & alii præfati in illos, & illa aliquem viſitationis, juriſdictionis, ac ſuperioritatis, vel juris metropolitici actum exercere, aut aliquam ſententiam, cenſuram, aut pœnam promulgare, aut recognitionem ſuperioritatis, vel Decimarum hujuſmodi præſtationem ab eiſdem petere, aut pretendere nullatenus poſſint, apoſtolica authoritate prædicta, tenore præſentium perpetuo penitus, & omnino eximimus, & totaliter liberamus,

Ac Sedi Ap. immediate ſubdit.

illaque omnia, & ſingula Nobis, & Sedi Apoſtolicæ prædictæ immediate etiam perpetuo, dicta auctoritate, ſubjicimus, & ſupponimus, ac ſub Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum cura, & protectione recipimus. Decernentes Joſephum electum, & ſucceſſores, necnon Eccleſiam, & Civitatem Liparen. ac omnia Territoria, & perſonas, aliaque præmiſſa ex nunc de cætero perpetuis futuris temporibus ab Archiepiſcoporum, Patriarcharum, Primatum, ac Judicum, Officialium, & Miniſtrorum, aliorumque prædictorum juriſdictione, correctione, viſitatione, dominio, ſuperioritate, poteſtate, jure metropolitico, & Decimarum ſolutione hujuſmodi libera, & exempta, ac Nobis, & Sedi prædictæ immediate ſubjecta, ac ſub cura, & protectione hujuſmodi recepta eſſe, & fore, & quamcumque viſitationem, juriſdictionem, aut ſuperioritatem aliquam quomodolibet denotantia, & quaſcumque promulgationes, quas per Archiepiſcopum Meſſanenſem. & alios

alios prædictos, vel eorum aliquem, quibus omnimodam bæc deinceps faciendi, ac decimas hujuſmodi eaigendi, aut petendi undecumque, & quomodocumque illis atiributam motu pari abrogamus auctoritatem, ac ſi quæ contra tenorem præſentium fieri contigerit, nulla, invalida, nulliuſque roboris, & momenti ſore, & eſſe, ac pro nullis, & infectis haberi debere.

Clauſulæ!

§.2. Eaſdemque præſentes ſemper, & perpetuo validas, & effieaces eaiſtere, neque ex eo quod Archiepiſcopi, Patriarchæ, Primates, ac Miniſtri, Judiees, & Officiales prædicti, aliique in præmiſſis jus forſan habentes, aut habere prætendentes vocati, & auditi, & cauſæ, propter quas præmiſſa a Nobis emanarint, coram eiſdem Archiepiſcopis, Patriarehis, Primatibus, ſeu aliis d. Sedis Delegatis juſtificatæ, & verificatæ non fuerint, aut quavis alia de cauſa de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, vel impugnari unquam poſſe: ſieque, & non aliàs per quoſcumque Judices ordinarios, vel delegatos quacumque auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſt. Auditores, ac S.R.E. Cardinales etiam de Latere Legatos, & Vieelegatos, dictæque Sedis Nuneios, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judieandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judieari, & definiri debere, irritum quoque, & inane, quidquid ſecus ſuper bis a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Obſtantiæ tolluntur,

§.3. Non obſtantibus præmiſſis, ac noſtra de jure quæſito non tollendo, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac eorumdem Archiepiſcoporum, Patriarcharum, Primatum, Eecleſiarum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis illis, ac Archiepiſcopis, Patriarchis, Primatibus, Judicibus, & Officialibus bujuſmodi, aliiſque perſonis in contrarium forſan quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiamſi aliàs pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpeeialis, ſpecifica, expreſſa, ac individua, ae de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia eapreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda ſoret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, inſerti forent, præſentibus pro plene, & ſuffieienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, bac vice dumtaxat conſilio, & poteſtatis plenitudine paribus ſpecialiter, & eapreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Clauſulæ pœnales.

§.4. Nulli ergo omnino hominum liceat, banc paginam noſtræ abſolutionis, exemptionis, liberationis, ſubjectionis, ſuppoſitionis, receptionis, abrogationis, Decreti, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem ſeeus hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1627. Tertio Kalendas Decembris, Pontificatus noſtri, Anno V.

Dat. die 19. Nov. 1627. An.V.

CCLII.

Nuntius Hiſpaniarum Commiſſarius deputatur ad exigendam ſummam 1500. ſcut. ſeu ejus reſiduum pro fabrica Eccleſiæ S. Joannis Lateranenſis ratione ampliationis facultatum Cruciatæ impoſitam.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Venerabili Fratri Joanni Baptiſtæ Patriarchæ Antiochcno noſtro, & Apoſtolicæ Sedis in Regno Hiſpaniarum Nuncio.

URBANUS PAPA VIII.

Ven. frater ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Recenſet prorogatum a ſe Cruciatæ Indultum ea ſub lege, ut 1500. ſcuta quotannis pro fabrica Baſilicæ Lateranen. perſolvantur.

§.1. CUm Nos alias facultates Sanctæ Crueiatæ in Regnis Hiſpaniarum in locis tunc expreſſia per Romanos Pontifiees Prædeceſſores noſtros conceſſas, & ſæpius prorogatas ſub certis modo, & forma tunc ſimiliter expreſſis aliqua ex parte ad quinquennium tunc proximum ampliaverimus, prout in noſtris deſuper in ſimili forma Brevis ſub die 14. Junii 1624. expeditis literis, quarum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis haberi volumus, plenius continetur; & quoniam Rodericus Gomez de Silva Dux Paſtranæ tunc Chariſſimi in Chriſto filii noſtri Philippi Hiſpaniarum Regis Catholici apud Nos, & Apoſtolicam Sedem orator ejuſdem Philippi Regis nomine pollicitus fuerit, quod Theſaurarii pecuniarum ex facultatibus hujuſmodi provenìendarum ſum. 1500. ſcut. Nobis, aut cui per Nos ordinatum fuiſſet, in ſubventionem fabricæ S. Joannis Lateranen. de Urbe quotannis, durante tempore conceſſionis facultatum prædictarum, perſolvent:

Exactorem deputat Nuncium Apoſtolicum.

§.2. Nos cupientes fabricam hujuſmodi omni ope promovere, ac de tuis fide, integritate, & diligentia plurimum in Domino confiſi, Te, & pro tempore exiſtentem noſtrum, & Apoſtolicæ Sedis in dictis Regnis Nuntium ad ſummam 1500. ſcut. hujuſmodi, ſeu dictæ ſummæ reſiduum debitis temporibus a prædictis Theſaurariis, ſeu aliis perſonis pecunias prædictas ſolvere debentibus per te, vel alium, ſeu alios loco tui, periculo tamen tuo, deputatis peten., exigen., levan., & recuperan., ac de exactis, levatis, & recuperatis quietan., & abſolven. noſtrum, & prædictæ fabricæ Procuratorem, & commiſſarium auctoritate apoſtolica ten. præſentium facimus, conſtituimus, & deputamus.

Qui hujuſmodi pecuniam Romam mittat.

§.3. Volentes, quod omnes, & ſingulas pecuniarum ſummas per te pro tempore ſic exactas, ac prout illas in dies exigi contigerit, Romam traiicias, ac Præfectis per Nos deputandis, vel quibus iidem Præfecti ſeu eorum major pars ordinaverit, realiter, & cum effectu perſolvas, ac perſolvi facias.

Ratumque habet, quidquid ab eo geſtum fuerit.

§.4. Nos enim, quidquid per te in præmiſſis actum, geſtum, dictum, & procuratum fuerit, gratum, ratum, & firmum habebimus, teque de omni, & toto eo, quod Præfectis, aut aliis pro tempore de eorum mandato perſolveris, aut perſolvi feceris, ex nunc prout ex tunc auctoritate, & ten. prædictis liberamus, quietamus, & abſolvimus.

Obſtantibus derogat.

§.5. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac ipſius fabricæ etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus etiam certam formam in confectione quietantiarum requiren., cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 24. Decem. 1627. An. V.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die vigeſima quarta Decembris 1627. Pontificatus noſtri An.V.

CCLIII.

Prohibitio tranſeundi ab Ordine Fratrum Reformatorum B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, ad Fratres Calceatos ejuſdem Ordinis, abſque Romani Pontificis expreſſa licentia.

De Fratribus B. Mariæ de Mercede, & toto eorum ſtatu vide in Conſtit. XLII. Gregorii IX. Devotionis. *Tom. III. fol.* 284. *Et privilegia eidem Ordini conceſſa noviſſime confirmavit iſte Pontifex in Conſtitut.* Ex clementi. *Tom. V. Par. V. Et demum Diſcalceatos a Calceatis ſeperavit Conſtitut. CCXXIX.* In Sede. *ſupr. fol.* 62.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

INjuncti Nobis apoſtolici muneris ratio poſtulat, ut Religioſorum votis, qui ſpretis hujus ſeculi vanitatibus, divini numinis obſequiis ſub ſuavi Religionis jugo ſeſe mancipatunt, paternam curam gerentes, ea ſtatuamus, & decernamus, per quæ proſpero, felicique eorum ſtatui, & directioni opportune conſulatur, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Cauſa iſtius Conſtit.

§.1. Cum itaque, ſicut dilecti filii Vicarius, & Prior generalis Fratrum Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum Reformatorum nuncupatorum Nobis nuper exponi fecerunt, nonnulli ex Fratribus hujuſmodi aliquando nullis, aliquando vero levibus ex cauſis, nulla tamen ſuper hoc ab Apoſtolica Sede obtenta licentia, ad Fratres Ordinis Calceatos nuncupatos ſe transferre procuraverint, & in dies procurent, non ſine Regularis obſervantiæ detrimento, ac Fratrum tam Calceatorum, quam Reformatorum prædictorum inquietudine.

Prohibitio tranſitus de quo in Rubr.

§.2. Nos pro noſtri paſtoralis officii debito præmiſſis, quantum Nobis ex alto conceditur, obviam ire, proſperoque Fratrum eorumdem ſtatui, & quieti conſulere volentes, ſupplicationibus Vicarii, & Procuratoris generalium hujuſmodi Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati: Quod de cætero perpetuis futuris temporibus, nulli fratrum Reformatorum hujuſmodi abſque ſpeciali noſtra, & Sedis Apoſtolicæ licentia ad Fratres Calceatos prædictos quovis prætextu, aut ex quavis quantum vis juſta, legitima, & privilegiata cauſa ſub apoſtaſiæ, & infamiæ perpetuæ nota, necnon excommunicationis, ac privationis vocis activæ, & paſſivæ pœnis ipſo facto, abſque ulla declaratione incurrendis tranſire;

Prohibitio ne Fratres Calceati hujus Ordinis hujuſmodi tranſeuntes recipiant.

§.3. Minuſque Fratribus Calceatis prædictis, illorumque Superioribus eoſdem Fratres Reformatos ſic, ut præfertur, de facto tranſeuntes, etiamſi novam profeſſionem regularem emiſerint, ſub privationis ſuorum officiorum, ac excommunicationis pœnis hujuſmodi etiam, ut præfertur, incurrendis, recipere, vel retinere ullo modo liceat, ſed Fratres Reformati prædicti, qui ſecus fecerint, cum primum, deſuper moniti fuerint, nulla mora, aut excuſatione, vel appellatione etiam ad Nos, ſeu Sedem Apoſtolicam interpoſitis ad ſuam propriam Congregationem redire, & ſuorum Superiorum correctioni ſe ſubmittere; Fratres vero Calceati, ſeu illorum Superiores hujuſmodi ipſos Fratres Reformatos de facto tranſeuntes, ut præfertur, ipſorum Reformatorum Superioribus, ſeu ab eis deputandis, ſtatim abſque Judicis miniſterio tradere, & conſignare debeant, & teneantur, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium declaramus.

Decretum irritans.

§.4. Decernentes ſic, & non aliter per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§.5. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, & quatenus opus ſit, Ordinis hujuſmodi etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, eorum omnium tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Intimationis effectus.

§.6. Volumus autem, quod præſentes Literæ, poſtquam in Alma Urbe noſtra publicatæ, ac Fratrum tam Reformatorum, quam Calceatorum hujuſmodi Procuratoribus intimatæ fuerint, omnes, & ſingulos,

quos illæ concernunt, & concernent in futurum, perinde arctent, & afficiant, ac ſi unicuique perſonaliter intimatæ fuiſſent.

Tranſumptorum fides.

§.7. Quodque præſentium tranſumptis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo a cujus perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 19. Januar. 1628. An. V.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 19. Januarii 1628. Pontificatus noſtri Anno V.

CCLIV.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Statuta nonnolla pro Reformatione Monachorum Ordinis Sancti Benedicti Congregationis Sancti Mauri.

URBANUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

IN ſupereminenti Apoſtolicæ dignitatis ſpecula, meritis licet imparibus, divina diſponente clementia conſtituti, ad univerſa orbis Monaſteria noſtræ conſiderationis intuitum dirigentes, eorumque decori, & venuſtati conſulere ſatagentes, ad ea, per quæ divinus in illis cultus augeatur, propenſis ſtudiis libenter intendimus, ac ea, quæ pro illorum proſpero, & felici ſtatu, perſonarumque in eis ſub ſuavi Religionis jugo Altiſſimo famulantium provide, ac religioſe ordinata fuiſſe dicuntur, ut firmiora perpetuo, & illibata perſiſtant, libenter, cum a Nobis petitur, apoſtolico munimine roboramus, ipſoſque Religioſos, ut eorum vota ad id facilius concurrant, ſpiritualibus muneribus, indulgentiis videlicet, & peccatorum remiſſionibus confovemus, ac alias deſuper diſponimus, prout eorumdem Religioſorum ſpiritualis devotio, & Chriſtianiſſimorum Regum vota expoſcunt, & conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Hujus Congr. erectionem refert.

§.1. Dudum ſiquidem fe: rec: Gregorio Papæ XV. Prædeceſſori noſtro pro parte Chariſſimi in Chriſto filii noſtri tunc ſui Ludovici Francorum, & Navarræ Regis Chriſtianiſſimi, ac dilectorum filiorum Auguſtini prope, & extra Muros Lemovicen., ac Sancti Juliani de Nobiliaco Pictavenſis Diœceſis, & Sancti Faronis prope, & extra muros Meldenſis, necnon Sancti Petri de Gemeticis Rotomagenſis Diœceſis, ac aliorum Monaſteriorum Priorum, & Monachorum Ordinis Sancti Benedicti, humiliter ſupplicato, quatenus in Regno Franciæ unam Congregationem ejuſdem Ordinis ſub titulo, & invocatione, ſeu denominatione Sancti Mauri ad inſtar Congregationis Caſſinenſis, ſeu Sanctæ Juſtinæ de Padua erigere, dictiſque Prioribus, & Monachis, ut ad eum effectum prædicta inſimul congregare, ac omnia alia non reformata Monaſteria ejuſdem Ordinis, quorum Monachos antiquioris diſciplinæ regularis obſervantiam in ſemetipſis renaſci facere amor excitaret, eis aggregare poſſent, & valerent, concedere, aliaſque in præmiſſis opportune providere de benignitate apoſtolica dignaretur; Dictus Prædeceſſor ſupplicationibus ſibi, ut præfertur, porrectis tunc annuens, de voto tunc exiſtentium S. R. E. Cardinalium Decretorum Concilii Tridentini Interpretum Congregationem Sancti Mauri hujuſmodi erexit, & inſtituit, cum facultatibus, & indultis tunc expreſſis, ac alias, prout in Literis Apoſtolicis ſub die 17. menſis Maii Anni Domini milleſimi ſexcenteſimi vigeſimi primi Pontificatus ſui Anno primo deſuper in forma Brevis expeditis, plenius continetur.

Neceſſitatem, quæ conceſſa ei privilegia augeantur.

§.2. Cum autem, ſicut exhibita Nobis nuper pro parte dicti Ludovici Regis, ac dilectorum filiorum Præſidentis, Definitorum, Viſitatorum, Priorum, & Monachorum Monaſteriorum dicti Ordinis, Congregationis Sancti Mauri hujuſmodi petitio continebat, poſt hujuſmodi erectionem breviſſimo inde temporis ſpatio plures diverſorum ejuſdem Ordinis Monaſteriorum Abbates, & Monachi pio quodam deſiderio ſaltem de bonis aliquibus ſucceſſoribus in ipſis Monaſteriis providendi excitati, Superiores, & Monachos Congreg. reformatæ hujuſmodi continuis precibus requiſiverint de ipſa reformatione in non reformatos introducenda, & numerus eorum, qui id poſtulent, ita in dies augeri dignoſcatur, ut clare, & evidenter concipiatur, omnia dicti Ordinis Monaſteria in Regni prædicti Provinciis exiſtentia intra paucos ab hinc annos, Deo favente, & Sede Apoſtolica annuente, iri penitus reformata; & ſicut eadem petitio ſubjungebat, etiamſi prædictus Prædeceſſor per dictas Literas ſuas erectionis hujuſmodi Congregationem ipſam Sancti Mauri nonnullis prærogativis, utpote unionis officiorum clauſtralium menſis conventualibus Monaſteriorum ejuſdem Congregationis Sancti Mauri, & aliis gratiis, quarum favore Congregatio ipſa Sancti Mauri palmites ſuos jam longe, lateque extendere cœpit, decoraverit; experientia tamen compertum ſit, quod ad perfectionem tanti operis (univerſalem ſcilicet Reformationem totius Ordinis hujuſmodi in tam amplo Regno ſtabiliendam) omnino neceſſarium videatur, gratias, & prærogativas dictæ Congregationi Sancti Mauri per eumdem Prædeceſſorem conceſſas, diverſis aliis indultorum, ac facultatum favoribus ampliari, & defectui multorum aliorum, quorum neceſſitas tempore erectionis prædictæ minus prævisa fuit, & ſine quibus cœptum tam grande finem ſuum perfectum conſequi non poteſt, ſuppleri.

Ac præſertim ut bona non reformatorũ Reformatis applicentur.

§.3. Propterea Præſidens, Definitores, Viſitatores, & Priores dictæ Congregationis Sancti Mauri prædicti attendentes, reformationem prædictam in nonnullis Monaſteriis ſtabiliri, ac perfectam obſervantiam

inibi

Digitized by Google

ibi exerceri non poſſe, niſi prius omnia loca regularia eorumdem Monaſteriorum in integra, & libera poſſeſſione dictorum Reformatorum conſtituta, & totalis etiam diſpoſitio temporalium reddituum Menſarum Conventualium pro victu, & veſtitu Monachorum, prout, & officiorum Clauſtralium eis affecta remaneant, & inſuper ad ſubveniendum tot, tantiſque Monaſteriis, quæ in dies eidem Congregationi Sancti Mauri offeruntur, ſibi magno Superiorum numero opus eſſe, & diverſarum gratiarum auxiliis illam indigere.

Quod a Gall. Rege, ac hujus Congreg. Superioribus efflagitatur.

§.4. Quare tam ipſius Ludovici Regis nomine per dilectum filium nobilem virum Philippum de Bethune, ipſius Ludovici Regis apud Nos, & Sedem prædictam oratorem extraordinarium, quam pro parte Præſidentis, Definitorum, Viſitatorum, Priorum, & Monachorum reformatorum præfatorum, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus in præmiſſis opportune providere de ſimili benignitate dignaremur.

Urbanus Monaſteria omnia, eorumque redditus &c. Reformatis attribuit.

§.5. Nos igitur, qui devotionis, & piorum operum incrementum, ac divini cultus augmentum, & Religionis propagationem, ac quorumlibet Ordinum, & Monaſteriorum Reformationem ubique promoveri ſinceris optamus affectibus, Præſidentem, Definitores, Viſitatores, Priores, & Monachos Reformatos prædictos amplioribus favoribus, & gratiis proſequi volentes, ipſoſque, ac dictæ Congregationis Sancti Mauri ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, necnon Literarum Prædeceſſoris præfati tenores præſentibus pro expreſſis habentes, poſterioribus ſupplicationibus hujuſmodi inclinati, ex voto Venerabilium Fratrum noſtrorum ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium negotiis Regularium præpoſitorum, Superioribus, & Monachis dictæ Congregationis Sancti Mauri, quod ut omnis via Religioſos non reformatos perpetuandi in Monaſteriis, in quibus reformati ipſi introducti fuerint, præcludatur, illi cum Abbatibus, & perpetuis Commendatariis, ac officialibus clauſtralibus, Monachis, Cappellanis, ſeu Beneficiatis Regularibus non reformatis Monaſteriorum dicti Ordinis, ſeu Prioratuum Conventualium, & non Conventualium, ac Cappellaniarum, & Beneficiorum Regularium ab illis dependentium, ſuper titulorum, & functionum officiorum clauſtralium, & tam illorum, quam temporalium reddituum, menſarum Conventualium hujuſmodi, necnon juriſdictionum eorumdem dimiſſione in favorem dictorum Reformatorum ſub conceſſione, & reſervatione præſtationis certæ annuæ ſummæ pecuniarum, & quantitatis Vini, Frumenti, & aliarum rerum ipſis pro eorum portionibus monachalibus, ſive aliis debitis redditibus per dictos Reformatos danda, cum qua dicti non Reformati, de ſpeciali noſtra licentia, in particularibus ædibus ſeparatim, & ſeorſim a Communitate dictorum Reformatorum, & extra loca regularia eis, ut præfertur, relicta, intra tamen ſepta eorumdem, ſeu aliorum ejuſdem Ordinis Monaſteriorum, quouſque diem ſuum claudant extremum, ſeu quouſque bonis dictorum Reformatorum vitæ, ac morum exemplis inducti reformationem Congregationis Sancti Mauri hujuſmodi amplecti velint, & viceverſa ipſi Monachi non Reformati deſuper cum eiſdem Reformatis valeant convenire, ita quod ex tunc dicti Officiales Clauſtrales, Cappellani, & Beneficiati Regulares non Reformati redditus menſarum, ac officia, Cappellanias, & Beneficia Monaſteriorum, ſeu Prioratuum, ac aliorum Regularium locorum ab ipſis Monaſteriis dependentium hujuſmodi redditus quidem menſarum, & officiorum in favorem Menſarum Conventualium dictorum Reformatorum, Cappellanias vero, Beneficia, & Prioratus hujuſmodi in favorem particularium dictæ Congregationis Sancti Mauri Monachorum cedere, & de non reſignandis officiis, Cappellaniis, & Beneficiis per eos obtentis, in aliorum, quam Reformatorum eorumdem favorem promittere, & ad id ſe obligare; dicti vero Reformati Officialibus Clauſtralibus, Cappellanis, & Beneficiatis hujuſmodi, partem aliquam, etiam majorem, vel forte totalem fructuum, reddituum, & proventuum Officiorum, Cappellaniarum, & Beneficiorum Regularium prædictorum, vita dictorum non Reformatorum durante dumtaxat, reſervare, & aſſignare poſſint.

Pluraque pro hujuſ. Reformationis faciliori progreſſu ſtatuit.

§.6. Et inſuper eidem Congregationi Sancti Mauri, ſeu illius Capitulo Generali, ut attenta penuria Monachorum Reformatorum naſcentis Congregationis hujuſmodi, & quantitate locorum Regularium, ad quæ pro introducenda in illis Reformatione ipſi vocantur, ejuſdem Congregationis Sancti Mauri Monachos, etiam Prioratus aliquos, ac officia clauſtralia, & alia quæcumque quomodolibet nuncupata, & qualificata Beneficia regularia dicti, ſeu Cluniacenſis Ordinis obtinentes, a Monaſteriis, a quibus illa dependent (etiamſi teneantur ratione fundationis illorum, & Proviſionum ſibi de illis apoſtolica, ſeu ordinaria auctoritate, ſeu ex nunc in futurum faciendarum, ad reſidentiam in dictis Monaſteriis, ſeu aliis locis Regularibus a quibus, ut præfertur dependentia fuerint) ad alia Monaſteria, ſeu loca Regularia dictæ Congregationi Sancti Mauri jam aggregata, ſeu in futurum aggreganda, pro functionibus, ſeu muneribus, ad quæ ab eorum Superioribus habiles, & idonei viſi fuerint, ſubeundis, ac alias pro eorumdem Monaſteriorum, ſeu locorum regularium Reformatorum neceſſitate, & novitiorum, aut aliarum in illis degentium perſonarum, tam in literarum, & ſcientiarum, quam diſciplinæ regularis dictæ Congregationis reformatæ eruditione, & inſtru-

ctione

ctione, ſupportatis interim per alios ejuſdem Congregationis Sancti Mauri Monachos Prioratuum, Cappellaniarum, & Beneficiorum prædictorum debitis, & conſuetis oneribus, ad tempus ſibi beneviſum transferre: Priores quoque, & Novitiorum Magiſtros, ac alios quoſcumque Superiores Monaſteriorum, in quibus reformatio hujuſmodi jam introducta eſt, ſeu introducetur in futurum, etiamſi ipſi in dicta Congregatione Sancti Mauri per tempus in illius Conſtitutionibus, & Literis prædictis præfixum non remanſerint, ſed ſuperioritates, munera, officiaque hujuſmodi, dummodo alias ad id idonei reperti fuerint, canonice eligere, & eos, ſeu alios, ſeu etiam definitores, ac Viſitatores ad tempus, tam citra, quam ultra terminum in dictæ Congregationis conſtitutionibus, & illius erectionis literis præfixum, ſi ad id cogat neceſſitas, & ſuperiorum capacium penuria quoad uſque validior fiat dicta Congregatio Sancti Mauri, & pro bono illius, ad arbitrium Capituli Generalis, in ſuis ſuperioritatibus, officiis, & muneribus continuare, & Monachos ad Sacros Ordines ſuſcipiendos, non expectato tempore præfixo per eaſdem conſtitutiones, & erectionis Literas, dummodo etiam alias ætate, moribus, & doctrina ad id ſint idonei, ac ſervatis ſervandis tranſmittere: necnon ſtatuta, & conſtitutiones, prout neceſſe fuerit condere, & jam condita, & condenda, ſi id per Capitulum generale dumtaxat legitime congregatum omnino neceſſarium videatur pro majori Dei gloria, & feliciori ſucceſſu totius Congregationis Sancti Mauri hujuſmodi, moderari, immutare, & abrogare. Et inter alia, quod Monachi ejuſdem Congregationis Sancti Mauri omnia beneficia dicti, & Cluniacenſis Ordinum, quamvis etiam a diverſis Monaſteriis, in quibus Congregatio Reformata hujuſmodi introducta non eſt, deſcendentia, ſeu officia clauſtralia, & quaſcumque penſiones, quæ ſive ante profeſſionem regularem, ſive poſt illam obtinuerint, ſive in futurum obtinebunt, in titulum quidem illa teneant, ita tamen, ut nullo modo in poſterum de titulis ipſis, neque de fructibus eorum, ſeu penſionum poſſint in particulari diſponere, ſed omnimoda eorum diſpoſitio penes Superiores, & officiarios dictæ Congregationis Sancti Mauri, ſeu illius Monaſteriorum, ac in communem uſum tantum remaneant, ſtatuere.

Indulgentiarum concessio

§.7. Et denique iiſdem Monachis Reformatis, ac omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, qui Eccleſias Monaſteriorum Congregationis Sancti Mauri hujuſmodi in ſingulis diebus Feſtivis Sanctorum Benedicti, & Mauri, necnon titularium, ſeu Patronorum Eccleſiarum earumdem, vere pœnitentes, ac Sacra Communione refecti viſitaverint, piaſque ad Deum preces pro Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione, hæreſum extirpatione, & Chriſtianorum Principum concordia effuderint, ut plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam conſequi.

Privilegiorum communicatio.

§.8. Eidem vero Congregationi Sancti Mauri, ac illius Monachis profeſſis, & nondum profeſſis, Converſis, Famulis, Officialibus, Domeſticis, & aliis quibuſcumque ab illa dependentibus, ac ei, & illius Monaſteriis inſervientibus, ut non ſolum omnibus, & ſingulis tam dictæ Caſſinenſis, ſeu S.Juſtinæ de Padua, SS.Vitoni, & Hydulphi Congregationū, ſed etiam aliarum omnium, & quarumcumq; ſive non Mendicantium, ſive Mendicantium, & Hoſpitalium ac aliorum piorum locorum privilegiis, facultatibus, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, indultis, indulgentiis, & aliis quibuſvis gratiis, & prærogativis eiſdem Congregationibus, & Ordinibus, aut Militiis per Nos, & quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros conceſſis, ſeu deinceps a Sede prædicta concedendis, non ſolum per participationem, communicationem, ſeu illorum extenſionem, ſed perinde, ac ſi illa omnia in ſpecie eidem Congregationi Sancti Mauri per Nos conceſſa fuiſſent, uti, frui, potiri, & gaudere libere, & licite poſſint, & valeant perpetuo, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, concedimus, & indulgemus.

Pacta, conventiones &c. canonice facta pro Reformatione confirmantur.

§.9. Poſtremo conventiones tam ſuper dictis portionibus monachalibus, & diſpoſitionibus locorum regularium, quam aliis ſupradictis omnibus, ſi quæ jam inter Superiores, & Monachos reformatos, ſive illorum Abbates, aut perpetuos Commendatarios, ut præfertur, canonice factæ ſint, ac alias, quas in futurum ſuper ſimilibus inter eoſdem, in toto, vel in parte, etiam canonice fieri contigerit, necnon dictorum Monachorum Reformatorum Beneficiatorum, ut præfertur, translationes ad effectum ſupradictum factas, ſtatuta quoque, illorumque moderationes, abrogationes, ſeu immutationes per dictum Capitulum Generale, ut præfertur, facienda, aliaque præmiſſa, & nunc, prout ex tunc, & e contra, poſtquam facta fuerint, etiam una cum erectione ejuſdem Congregationis Sancti Mauri, ut præfertur, facta, & in illa contentis quibuſcumque, præterquam ſupradictis Indultis, a Nobis conceſſis adverſantibus auctoritate Apoſtolica, & tenore ſimilibus, etiam perpetuo approbamus, & confirmamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes, & ſingulos ſive cogitatos, ſive incogitatos, aut alios quoſcumque tam juris, quam facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint in eiſdem, ſupplemus, illaque tam per Reformatos Monachos, quam non Reformatos, illorumque Abbates, & Superiores nunc, & pro tempore exiſtentes hujuſmodi obſervari, & adimpleri debere, nec ab illis ullo unquam tempore reſiliri, minuſque eos deſuper a quoquam, quavis auctoritate moleſtari, perturbari, inquietari, aut alias quomodolibet in Judicio, vel extra impediri poſſe.

Clauſulæ.

§.10. Præſentes quoque literas, nullo unquam tempore de ſubreptionis capite, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis

tionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, retractari, annullari, ſeo in jus, vel controverſiam revocari, aut infringi poſſe, ſed ſemper, omni tempore, & adverſus qoaſcumque diſpoſitiones, & obſtacula quæcumque validas, & efficaces exiſtere, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & ſingulis obſervari debere, neque ſub quibuſcumque, ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, derogationibus, & aliis quibuſcumqoe, diſpoſitionibus etiam per Nos, & ſucceſſores noſtros Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis, etiam derogatoriarum derogatoriis pro tempore quomodolibet, compræhendi, vel confundi, ſed ab illis ſemper, & perpetoo excipi, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, & validiſſimom ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenarie reintegratas, ac de oovo etiam ſub quacumque poſteriori data quandocumque eligenda conceſſas, eſſe, & fore; ſicqoe per quoſcomqoe Judices, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & vice Legatos, dictæque Sedis Nuncios jodicari, & definiri debere, ac quidquid ſecus ſuper his a quoqoam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

Exequutorum deputatio.

§.11. Quocirca dilectis filiis Venerabilium Fratrum noſtrorum Pariſienſis, & Rothomagenſis, ac Burdegalenſis Archiepiſcoporum Officialibus per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorom per ſe, vel alium, ſeu alios, eaſdem præſentes Literas, & in eis contenta quæcumqoe, ubi, & quaodo opus fuerit, & quoties pro parte Præſidentis, Definitorum Viſitatorum, Priorum, & Monachorum, Monaſteriorum Ordinis, & Congregatioois Sancti Mauri prædictorum, aut eorum ſucceſſorum, aut cujuſvis eorum, fuerint requiſiti, ſolemniter poblicantes, eiſdemque Præſidenti, Definitoribus, Viſitatoribus, Prioribus, & Monachis Congregatioois Sancti Mauri hujuſmodi, ac eorum ſingulis, in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra eaſdem præſentes Literas, & in eis contenta quæcumque ab omnibus, ad quos ſpectat, & pro tempore quomodolibet ſpectabit, firmiter, & inviolabiliter obſervari: non permittentes eoſdem Præſidentem, Definitores, Priores, & Monachos Congregationis Sancti Mauri hujuſmodi, ac eorum ſingulares perſonas deſuper a quoquam quomodolibet indebite moleſtari, impediri, aut perturbari; Contradictores quoslibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaque juris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, ac legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus, ſervata tamen forma Concilii hujuſmodi, aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, brachii ſecularis auxilio.

Derogatio contrariorum

§.12. Non obſtaotibus piæ memoriæ Booiſacii Papæ Octavi etiam Prædeceſſoris noſtri, qua cavetor, ne quis extra ſuam Civitatem, & Diœceſim, niſi in certis expreſſis caſibus, & in illis ultra unam dietam a fine ſuæ Diœceſis ad judicium evocetur, ſeu ne Judices a Sede præfata deputati extra Civitatem, vel Diœceſim, io qua deputati fuerint, contra quoſcumque procedere præſumant, & in Concilio Generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis vigore præſentium ad judicium non trahatur, ac aliis Conſtitutiooibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necoon Sancti Benedicti, & Cluoiacenſis Ordioum præfatorum juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, illis, illorumque Monaſteriis, Abbatibus, Superioribus, & Monachis, ac aliis perſoois ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac eom quibuſvis clauſulis, & decretis in contrarium forſan quomodolibet conceſſis: quibus omnibus, & ſiogulis, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat harum ſerie ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcomque. Volumus autem quod reſignationes Prioratuum, & aliorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum, non tamen officiorum Clauſtralium per Monachos non reformatos obtentorum, qoas in futurum ad favorem reformatorum fieri, ac penſiones, quas ſuper illorum fructibus reſervari contigerit, a Sede præfata dumtaxat admitti, & reſervari debeant.

Clauſulæ pœnales.

§.13. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ abſolutionis, conceſſionis, indulti, approbationis, confirmationis, adjectionis, ſuppletionis, decreti, mandati, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipoteotis Dei, ac beatorom Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſorum.

Dat. die 21. Januar. 1628. An.V.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1628. 12. Kalendas Februarii, Pontificatus noſtri Anno V.

Con-

CCLV.

Confirmatio Privilegiorum, ac Jurium Eccleſiæ, & Capituli Sanctæ Mariæ ad Martyres ſuper Platea ante dictam Eccleſiam.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

ROmanus Pontifex æqui, bonique ſupremus aſſertor inter graviſſimas, multipliceſque apoſtolicæ ſervitutis curas in eam peculiari ſtudio jugiter incumbit, ut Eccleſiarum omnium, præſertim Collegiatarum Inſignium Almæ Urbis noſtræ jura, proprietates, & dominia ſarta tecta conſerventur, & quæ propterea a Prædeceſſoribus ſuis facta, & decreta ſunt, ut ab omnibus perpetuo inviolabiliter obſerventur, apoſtolicæ confirmationis patrocinio corroborat, aliaque ſtatuit, ordinat, & diſponit, prout perſonarum in eiſdem Eccleſiis Altiſſimo famulantium quieti, utilitatibuſqoe, & commodis conſpicit in Domino ſalubriter espedire.

Recenſentur Sixti Papæ V. hac ſuper re Literæ;

§.1. Aliàs ſiqoidem a felicis recordationis Sixto Papa Quinto Prædeceſſore noſtro emanarunt Literæ, tam ſub plumbo, quam in ſimili forma Brevis, tenoris ſubſequentis, videlicet. Sixtus Papa V. Ad perpetuam rei memoriam. Nuper a Nobis emanarunt Literæ tenoris ſubſequentis, videlicet. Sixtus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Cunctarum Orbis Eccleſiarum regimini, auctore pacis annuente, præfecti Eccleſiarum ipſarom, præſertim Collegiatarum Inſignium Almæ Urbis, & perſonarum divinis inibi obſequiis adſcriptarum ſtatum feliciter dirigi, ac earum deinde quietem perſonarum conſuveri cupientes, ea, quæ illis per Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros conceſſa fuiſſe dicuntur, apoſtolico munimine roboramus, aliaſque deſuper diſponimus, prout conſpicimus in Domino ſalubriter espedire. Etſi dilecti filii Archipresbyter, & Capitulum Eccleſiæ Beatæ Mariæ Rotundæ de dicta Urbe ab immemorabili tempore fueriut, & ſint Domini, & Patroni totius Plateæ Sanctæ Mariæ Rotondæ nuncupatæ ante Eccleſiam prædictam exiſtentis, & in pacifica hactenus poſſeſſione extiterint tenendi bancos, & illos locandi, ac pretium inde proveniens percipiendi, unde nemini, nec Judici, nec Magiſtratui, aut Superiori licuerit, nec liceat, Archipresbyterum, & Capitulum prædictos in ipſa eorum poſſeſſione, minuſque eorum locatarios, quominus Banchis, & Platea prædictis libere uti poſſint, moleſtare, aut ab ipſis locatariis prætextu dictæ Plateæ aliquid exigere, petere, vel recipere: imo ſoliti ſint, tam in dicta Platea, quam extra, & prope eam in viis publicis ab illa ad quinque cannas, vel circiter diſtantibus fructus, herbas, panem, piſces, & alia tam comeſtibilia, quam incomeſtibilia vendere volentibus licentiam deſuper concedere, ac quoſcumque, qui pro ejectione luti, ac immunditiarum dictæ Plateæ ratam partem ſolvere recuſant, omneſque in hujuſmodi Platea, ac locis viciois dictis Archipresbytero, & Capitulo ſubjectis, vendentes, illis dumtaxat exceptis, qui in locis ordinariis, & per eoſdem Archipresbyterum, & Capitulum deputatis de eorum licentia manent, aut illos in Dominos recognoſcunt, illos quoque habitantes, qui ante eorum apothecas banchos ultra debitum, ſeu tabulata, & tabulas, ſuper quibus res vendendæ teneri, & exhiberi ſolent, a pariete apothecæ ultra quatuor palmos diſtantes habent, aut ſub dictis banchis, & tabuliabarilia, tinas, ſive ut vulgo dicunt, tinozas, aliaſque res tenent, ad ſolutionem, & coutributionem debitam cogere, & compellere; nihilominus ſicut accepimus nonnulli vicini, domos in circuitu ejuſdem Plateæ poſſidentes, & habitantes, neſcitur quo jure, abſque licentia dictorum Archipresbyteri, & Capituli juxta ſuos parietes, & ante eos erigere præſumpſerunt bauchos ad oſum macelli, & pro vendeodis piſcibus, pro quibus etiam aliquid prædictis Archipresbytero, & Capitulo ſolvere recuſant, in grave eorum damnum, & præjudicium.

Quibus omne jus Capituli ſuper plateam competens confirmatum fuit.

§.2. Nos, qui ne per varias, quæ pro commiſſionibus, ſeo mandatis, & declarationibus habendis in cauſis plerumque fierent, ſuggeſtiones juſtitia proponeretur. dudum inter alia decrevimus, & declaravimus noſtræ intentionis eſſe, quod deincepa per quamcumque Signaturam, ſeu conceſſionem, aut gratiam, vel Literas Apoſtolicas pro commiſſionibus, ſeu mandatis, aut declarationibus hujuſmodi, etiamſi motu proprio, & ex certa ſcientia, ac etiam ante motam litem a Nobis emanarent, vel de mandato noſtro faciendaa nulli jus ſibi quæſitum quomodolibet tolleretur, quique ad indemnitatem perſonarum eccleſiaſticarum, ac Eccleſiarum ipſarum attendimus, & ut bona, juriſdictiones, immunitates, privilegia, & gratiæ earumdem potius augeantur, quam minuantur, diligenter procuramus, ipſorom Archipresbyteri, & Capituli indemnitati in præmiſſis pro noſtri paſtoralis officii munere opportune providere volentes, ac Archipresbyterum, & Capitulum prædictos a qoibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendnm, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, necnon ſingulorum conceſſionum, mandatorum, & ſententiarum infraſcriptorum tenores, ac datam cum inde ſequutis præſentibus pro expreſſis habentes, motu ſimili, non ad ipſorum Archipresbyteri, & Capituli, vel aliorum pro eis Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed es mera liberalitate, ac ſimili ſcientia noſtris, deque apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnia, & ſingula privilegia, indulta, juriſdictio-

dictiones, libertates, immunitates, eaemptiones, facultates, & gratias Eccleſiæ, necnon Archipresbytero, & Capitulo prædictis per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros hactenus, & quomodocumque, ae qualitercumque conceſſa, uſum dictæ Plateæ, & ſibi adjaeentium locorum, illorumque conceſſionem concernentia, in quorum paeifica poſſeſſione, & uſu hactenus extiterunt, necnon mandata, & ſententias de, & ſuper manutentione poſſeſſionis dictæ Plateæ per quoſvis Palatii Apoſtoliei cauſarum Auditores, ſive eorum Locumtenentes, aut alios quoslibet Romanæ curiæ Judices hactenus latas emanata, & relaxata, prout rite, & recte geſta ſunt, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium perpetuo confirmamus, & approbamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus, omneſque, & ſingulos, tam juris, quam facti, & etiam ſolemnitatum quarumlibet quomodolibet omiſſarum defectus, ſi qui forſan intervenerunt in eiſdem, ſupplemus, illaque omnia, & ſingula, etiam perpetno valere, & tenere, ac ab illis, ad quos nunc ſpectat, & pro tempore ſpectabit, inviolabiliter perpetuo obſervari debere, nec ab illis ullo unquam tempore reſilire poſſe, ſed ad præmiſſorum omnium, & ſingulorum obſervationem perpetuo obligatos ſure, & eſſe, ac ad id etiā cenſuris Eccleſiaſticis, ac pecuniariis pœnis cogi, & compelli poſſe decernimus.

Et quatenus opus ſit, de novo conceditur.

§.3. Et nihilominus quamcumque litem, ſeu quaſcumque lites, & cauſas, ac controverſias ſuper platea, & adiacentibus locis antedictis coram quocumque ejuſdem Curiæ Judice ordinario, vel extraordinario, in qoibuſcumque ſtatu, & terminis exiſtant, etiamſi aliquæ ſententiæ jam deſuper quomodolibet latæ eatiterint, ad Nos harum ſerie avocamus, illaſque penitus extinguimus, neenon Plateam prædictam, ac loca ſibi circumquaque adiacentia in viis publicis exiſtentia, & ab ea per quinque cannas diſtantia hujuſmodi, quorum omnium ſituationes, eonfines, qnalitates, qnantitates, vocabula, & dominationes, etiam præſentibus baberi volumus pro expreſſis, etiamſi dictam Plateam ullo unquam tempore per quaſcumque perſonas eujuſcumque gradus, & conditionis eaiſtentes augeri, eatendi, & ampliari contigerit, etiam cum augmento ampliationis, & eatenſionis hujuſmodi, quantumcumque fuerit, quo adveniente, etiam loca in viis publicis, & ab ea per quinque eannas diſtantia hujuſmodi computari, & eompræhendi volumus, eum omnibus, & ſingulis juribus, & pertinentiis ſuis, ae etiam omnibus, & quibuſcumq; illurum fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, & emolumentis univerſis Eccleſtæ, Archipresbytero, & Capitulo prædictis dicta apoſtolica auctoritate ſimiliter perpetuo, & irrevocabiliter donamus, eoncedimus, & elargimur, ae omne illius, & illorum jus, & dominium, etiamſi ad Nos, & Cameram Apoſtulicam, aut alios quoſcumque particulares ſpectet, in Eccleſiam, & Arebipresbyternm, & Capitulum hujuſmodi transſerimus, eoſque in noſtrum, & Cameræ, ac particularium prædictornm quomodolibet locum, & jura quoad hæc ea nunc pariter perpetuo ſubſtituimus, & ſubrogamus: itaut liceat Arcbipresbytero, & Capitulo prædictis Plateæ, & adiacentinm locorum ſic ſpeeificatorum, ae jurium, obveutionum, & emolumentorum prædictorum per ſe, vel alium, ſeu alios poſſeſſionem per eos captam, nt præfertur, continuare, & quatenus opus ſit, de novo propria auctoritate libere appræhendere, illamque perpetuo retinere, necnon fructus, redditus, & proventus ex eis provenientes percipere, eaigere, & levare, necnon in eorum, ac dictæ Eccleſiæ uſus, & utilitatem convertere, cujuſvis licentia deſuper minime requiſita, ac ea nunc Eceleſiæ, ac Arehipresbytero, & Capitulo hujuſmodi in Platea, & adiacentibus lucis prædictis plenum jus omnino aeqniſitum eſſe, illamque, & illa cum Juribus, obventionibus, & emolnmentis prædictis ad Eccleſtam, necnon Archipresbyternm, & Capitulum prædictos de jure ſpectare, & pertinere, ipſiſque lapides marmoreos loeo Banchorum pro majori piſcium venditorum commoditate, ac dictæ Plateæ ornatu menſibus elapſis per eos in ipſa Platea erectos, & appoſitos libere, & impune erigere, & apponere licuiſſe, eadem auctoritate apoſtolica declaramus.

Com exemptione a cujuſcumque Judicis juriſdictione.

§.4. Præterea Plateam una cnm augmento hujuſmodi, ſi illud fieri quandoeumque contigerit, neenon loca adjacentia prænominata ab omni juriſdictione, & ſuperioritate nunc, & pro tempore exiſtentinm noſtri, & ſuceeſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum Camerarii, ae dictæ Urbis viarum Magiſtrornm ea nunc, & in perpetuū iia, & ialiter, quod d. Camerarius, & Magiſtri, in & ſuper Platea, ae locis eircumvicinis prædictis, illorumque membris, ac pertinentiis nullam omnino habeant, nec habere poſſint juriſdictionem, & auctoritatem, eadem auctoritate eximimus, & liberamus, quodque de eætero nulli omnino cujuſcumque gradus, ſtatus, ordinis, & eonditionis eaiſtant, etiam quovis privilegio ſint ſuffulti, in Platea prædicta, ae prope illam in viis publicis ab ea per qoinque cannas diſtantibus hujoſmodi, etiam prætextu quod ſint Domini liberi, & abſoluti, vel habitatores dumorum eircumeirca in dicta Platea exiſtentium, in domorum prædictarum parietibus, & ante eas aliquod genus Banchorum, ſeu Tabulatorum, vel Tabularum ad effectum quidpiam vendendi, aut venale proſtituendi, de cætero erigere, nec erigi, ſeo erectum tenere, vel teneri facere per ſe, vel alium, ſeu alios abſque expreſſa, & in ſcriptis obtenta Archipresbyteri, & Capituli prædictorum licentia, etiam perpetuu ſtatuimns; ſicque etiam diſtricte præcipiendo inhibemus, ipſos quoqne Archipresbyterum, & Capitulum ſuper præmiſſis, corumque eircumſtantiis univerſis, etiam per Cameram prædictam, ejoſque Agentes, vel Commiſſarios, aut Deputatos, & Viarum

Digitized by Google

rum Magiſtros hujuſmodi quavis auctoritate, vel prætestu quomodolibet moleſtari, perturbari, inquietari, vel impediri non poſſe, neque debere, præſenteſque literas, etiam ex eo, quod ejuſdem Cameræ Agentes, vel Magiſtri prædicti, aut quicumque alii intereſſe habentes, vel prætendentes, aut putantes ad hoc vocati non fuerint, vel quavis, ſeu quibuſvis aliis cauſis de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quovis alio defectu notari, ſeu impugnari, aut aliàs quomodolibet infringi, vel retractari, ſeu etiam revocari, ſuſpendi, reſtringi, limitari, vel eis in aliquo derogari nullatenus umquam poſſe, ſed illas ſemper, & perpetuo validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus, quos illæ concernunt, & concernent quomodolibet in futurum inviolabiliter perpetuo obſervari, ſicque in præmiſſis cenſeri, ac ita per quoſcumque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, etiam ejuſdem Cameræ Camerarium, Præſidentes, & Clericos, ac etiam dicti Palatii cauſarum Auditores, eorumque Locumtenentes, necnon S. R. E. Cardinales, & etiam de Latere Legatos, eorumque Vicelegatos, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & diffiniri debere, ac quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane etiam decernimus.

§.5. Mandantes propterea Camerario, Præſidenti, & Clericis prædictis, ac Noſtro, dictæque Cameræ Theſaurario, & Depoſitario etiam generalibus, nunc, & pro tempore exiſtentibus, aliiſque omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & ſpectabit, ut præfertur, quatenus eaſdem præſentes ſi, & poſtquam pro parte Archipresbyteri, & Capituli prædictorum pro tempore quandocumque requiſiti fuerint, recipiant, & admittant, illaſque ea nunc, & deinceps, ac in perpetuum attendant, & inviolabiliter obſervent, & ab omnibus ſupradictis obſervari mandent, & faciant realiter, & cum effectu.

§.6. Non obſtantibus prioribus decreto, & declaratione noſtris prædictis, ac quorumcumque Romanorum Pontificum, etiam Prædeceſſorum noſtrorum de rebus dictæ Cameræ non alienandis, neque diſtrahendis, ac quibuſvis aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, dictæque Cameræ juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, decretis, & etiam novis reformationibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis etiam Cameræ, necnon, & Camerario, Præſidenti, & Clericis, ac Magiſtris prædictis, necnon dilectis filiis Populo Romano, & domorum ipſius Urbis Inquilinis, ac Dominis, & quibuſvis aliis perſonis in genere, vel in ſpecie ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ac etiam conſiſtorialiter, ac aliàs in contrarium quomodolibet etiam pluries, & iteratis vicibus conceſſis, confirmatis, & innovatis, ac in poſterum concedendis, confirmandis, & innovandis.

§.7. Quibus omnibus, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus ſpecialiter, & expreſſe derogamus, & contrariis quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtram abſolutionis, confirmationis, approbationis, adjectionis, ſuppletionis, avocationis, extinctionis, donationis, conceſſionis, elargitionis, tranſlationis, ſubſtitutionis, ſubrogationis, declarationis, exemptionis, liberationis, ſtatuti, inhibitionis poſteriorum decretorum, mandati, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1586. Idibus Novembris, Pontificatus noſtri Anno ſecundo.

§.8. Quia in præinſertis literis a Nobis emanatis, mentis, & intentionis noſtræ non fuit, neque eſt Eccleſiæ, Archipresbytero, Canonicis, & Capitulo Eccleſiæ B. Mariæ Rotundæ nuncupatæ de Urbe, ad quorum favorem literæ ipſæ emanarunt, quidquam de novo, & præſertim in præjudicium cujuſvis tertii concedere, ſed ſolum confirmare vetera eorum, ſi qua, & quæcumque eiſdem juxta ſacrorum Canonum ſtatuta, & Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum, aut aliarum perſonarum quarumcumque ad id auctoritatem habentium conceſſiones, & indulta, aut ex juris communis diſpoſitione, ſeu quocumque alio legitimo titulo jura competant, & non aliter, neque alio modo, etſi forte literæ ſupradictæ aliter continere videantur, id a Nobis præter, & contra mentem, & intentionem noſtram accidit.

§.9. Ideirco ne cui ex dictis noſtris Literis, & contentis in eis, quodvis damnum, & præjudicium illatum cenſeri, neve quis aliter noſtræ mentis, & intentionis fuiſſe, & eſſe exiſtimare, & judicare, ſive interpretari poſſit: Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine tenore præſentium in perpetuum declaramus, & atteſtamur, volumus, & decernimus dictas Literas, & contenta in illis, in quantum ultra veteres conceſſiones, & indulta, aut titulos, ſeu alia jura hujuſmodi quidquam de novo conceſſiſſe videamur, pro non editis haberi, conceſſioneſque, & indulta hujuſmodi, & omnia in illis contenta revocamus, annullamus, & pro non ſa-

Declarit ejus intentionem circa præmiſſa.

ctis haberi mandamus, eiſdem Literis cum omnibus in illis contentis ſolum, & dumtaaat quoad confirmationem veterum conceſſionum, & indultorum, ac jurium ejuſdem Eccleſiæ, Archipresbytero, Canonicis, & Capitulo, juata ſacrorum Canonum ſtatota, & ſupradictorum Prædeceſſorum noſtrorum, ot ſupra, aut alias conceſſiones, & Literas competentium in ſuo robore, & firmitate manentibus, & ſic per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, atque juſtitiæ Miniſtros, quacumque dignitate, auctoritate, & poteſtate pollentes, etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, præſentes, & futuros, ac Palatii noſtri Apoſtolici cauſarum Auditores interpretari, judicari, & definiri, & eaequi volumus, pariterque decernimus, & mandamus, ſublata eiſdem, & omnibus aliis, quibus opus fuerit, aliter interpretandi, judicandi, definiendi, & exequendi poteſtate, & auctoritate, irritum quoque, & inane quidquid in contrariom fieri, & attentari contigerit. Non obſtantibus eiſdem præinſertis noſtris Literis, & inde ſequntis, quæ adverſus hanc noſtram declarationem, atteſtationem, voluntatem, & decretum Eccleſiæ, Archipresbytero, Canonicis, & Capitulo ſupradictis ſuffragari quomodolibet forte poſſent, ac aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac ſtatutis, privilegiis, & Literis Apoſtolicis quibuſvis in contrarium forſan conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus quoad effectum præſentium, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die 27. Maii 1587. Pontificatus noſtri Anno tertio.

Motiva hujus Confirmationis.

§. 10. Cum autem, ſicut accepimus, licet Archipresbyter, ac Capitulum, & Canonici prædicti ab immemorabili tempore, ac plurium ſententiarum, & rerum judicatarum, & tam rec. mem. Innocentii VIII., Siati IV., & Julii II. Romanorum Pontificum ſimiliter Prædeceſſorum noſtrorum, quam præinſertarum literarum, necnon variarum inhibitionum, & mandatorum diverſis temporibus deſuper emanatorum vigore fuerint, & ſint ad præſens univerſæ plateæ prædictæ Domini, & Patroni, & ab inde citra ſe, dictamque eorum Eccleſiam manutenuerint in quaſi poſſeſſione in univerſa Platea hujuſmodi, etiam privative quoad omnes alios, etiam domorum eidem Plateæ adiacentiom dominos erigendi, tenendi, & habendi Banchos, & tabulata ad effectum inibi fructus, herbas, piſces, & alia comeſtibilia vendendi, dictoſque Banchos, & Tabulata perſonis ſibi beneviſis locandi, penſiones ex hujuſmodi locationibus provenientes percipiendi, exigendi, & levandi, ac in ſuos uſus, & utilitatem convertendi, & perſonis prædictis ſimiles Banchos, & Tabulata in Platea hujuſmodi erigendi, tenendi, & habendi licentiam concedendi, cæteraque omnia, & ſingula alia ad liberum ipſius Plateæ dominium ſpectantia, & pertinentia faciendi, dicendi, gerendi, & eaequendi; nihilominus de anno 1602. Archipresbyter, & Canonici aliqui, ut creditur extra Capitulum, & ſingulariter contrahentes, per eorum aſſertam ſcripturam privatam, quæ per Sedem Apoſtolicam non probatur conſirmata, renunciaverunt, & ab eorum Eccleſia abdicare tentarunt hujuſmodi Banchos, & Tabulata ad Macella apponendi, & alia Jura in, & ſuper dicta Platea Archipresbytero, & Canonicis, ac Capitulo prædictis, ut præſertur, competentia, ad ſavorem Magiſtrorum viarum Urbis, & de anno 1618., ſeu alio veriori tempore dilectus filius Adamus Melſius Aromatarius cujuſdam domus eidem Plateæ adjacentis, & ad dilectum filium Creſcentium de Creſcentiis Romanum, ut aſſeritor, ſpectantis inquilinus habitator, prætendens ante apothecam dictæ domus in quodam ſitu angulari medio inter eamdem apothecam, & viam publicam ſuper eadem Platea tranſeuntem, qua a Domo Regulari Sanctæ Mariæ Magdalenæ Clericorum Regularium Miniſtrantium infirmis ad domum etiam Regularem Beatæ Mariæ ſuper Minervam nuncupatam de eadem Urbe Fratrum Ordinis Prædicatorum itur, ſub prætextu, qood ſitus hujuſmodi in eadem Platea non comprehendatur, ſed locus privatus, & de pertinentiis dictæ domus exiſtat, Banchos hujuſmodi erigere, habere, & tenere poſſe, etiam forſan de licentia Magiſtrorum viarum Urbis, ſeu viarum Præſidentis, duos Banchos ſimiles in eodem ſitu erexerit, illoſque pro piſcibus vendendis locaverit, habito autem per Archipreſbyterum, ac Capitulum, & Canonicos prædictos ad dilectum filium noſtrom in Alma Urbe prædicta Vicarium in ſpiritualibus Generalem recurſu, banchi prædicti amoti, iique poſtea prætexto cuiuſdam ſententiæ, ſeu aliàs a Venerabili Fratre Octaviano Archiepiſcopo Jadrenſi, tunc dilecti filii noſtri S. R. E. Camerarii Auditore, emanatæ, denuo appoſiti fuerint, introducta deinde per viam appellationis cauſa hujuſmodi in Camera noſtra Apoſtolica coram dilecto filio noſtro Lælio SS. Viti, & Modeſti Diacono Card. Biſcia nuncupato, tunc Cameræ, & deinde dilecto filio Octaviano Raggio ejuſdem Cameræ Clericis, ibique ſub die 26. Junii 1624. citato prædicto Adamo, & iterum ſub eadem die 26. Junii anni ſequentis 1626. diſcuſſo an de bono jure ipſius Eccleſiæ conſtaret, citatis, & auditis, tam prædicto Adamo, quam prædicto etiam tunc Creſcentio, de bono dictæ Eccleſiæ jure conſtare reſolutum fuerit, dictique Archipresbyter, ac Capitulum, & Canonici vigore reſolutionum hujuſmodi ſub die prima Julii ejuſdem anni 1626. mandatum de manutenendo in poſſeſſione, ſeu quaſi tenendi Banchoa in prædicto ſitu, & platea præfata contra eoſdem Creſcentium, & Adamum obtinuerint, & in illius eaequutionem Banchi prædicti in angulo prædicto, ot præ-

præſertur, appoſiti, amoti, & ſublati fuerint, verum dicti Creſcentius, & Adamus mandatum de manutenendo, illiuſque exequutionem hujuſmodi eludere volentes, ut in quadam parva apotheca ad eumdem Creſcentium, ut aſſeritur, pariter ſpectante, & ſitui prædicto contigua, dicti Adami, ſeu Creſcentii, vel aliorum vicinorum conductores ſe reciperent, ibique piſces venderent, procuraverint, quo factum fuit, ut Archipresbyter, ac Capitulum, & Canonici prædicti poſtquam ſpatio octo annorum litem hujuſmodi ſuſtinuerint, aliam tantumdem, & forſan amplius duraturam, non ſine gravi eorum Eccleſiæ diſpendio, magniſque laboribus exortam litem, ſeque de cætero litibus hujuſmodi proſequendis ob aſſiduas expenſarum onera jugiter ſubeunda gravatos fore proſpiciant.

§.11. Nos Archipresbyteri, ac Capituli, & Canonicorum prædictorum indemnitati, quantum Nobis ex alto conceditur, conſulere, ipſoſque ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, necnon literarum Innocentii VIII., Sixti IV., & Julii II. Prædeceſſorum noſtrorum prædictorum, ſententiarumque, rerum judicatarum, inhibitionum prædictarum veriores, & totos tenores, necnon litium, & cauſarum prædictarum ſtatum, & merita, ac aliorum quorumcumque, ſi qui ſint, colligantium nomina, & cognomina, qualitates, & denominationes, aliaque hic de neceſſitate exprimenda præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis habentes.

Confirmatio Literarum Sixti IV.

§.12. Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque apoſtolicæ poteſtatis plenitudine præinſertas primo loco Sixti V. Prædeceſſoris Literas cum omnibus, & ſingulis in eis contentis tenore præſentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus, necnon cauſam, & cauſas hujuſmodi inter Archipresbyterum, ac Capitulum, & Canonicos ex una, necnon Creſcentium, & Adamum prædictos, dilectoſque filios Julium Pocobellum, ac Fratres domus Sanctiſſimæ Trinitatis in Monte Pincio, ac Confratres Sanctiſſimæ Annunciatæ Confalonis nuncupatæ, & Sanctiſſimi Crucifixi Confraternitatum de Urbe prædicta, & alios ad cauſam, & cauſas hujuſmodi forſan admiſſos ex altera partibus de, & ſuper præmiſſis motas pendentes, & inſtructas, ut præfertur, a dictis, & quibuſcumque aliis Judicibus ordinariis, & extraordinariis, Commiſſariis, & Exactoribus, etiam S. R. E. Cardinalibus, ac Rotæ, & cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Auditoribus, eorumque Locumtenentibus, ad Nos harum ſerie avocamus, illaſque penitus, & omnino ſupprimimus, & extinguimus. Necnon eiſdem Creſcentio, & Adamo, aliiſque prædictis perpetuum deſuper ſilentium imponimus.

§.13. Inſuper pro majori Archipresbyteri, ac Capituli, & Canonicorum prædictorum cautela, juraque juribus addendo, Plateam prædictam nunc, & pro tempore exiſtentem eiſdem Eccleſiæ, Capitulo, & Canonicis concedimus, & perpetuo donamus, relicto domorum, ſeu Apothecarum eiſdem Plateæ adiacentium dominis, vel inquilinis trium dumtaxat palmorum extra domos, vel apothecas hujuſmodi ſpatio quoad uſum tantum pro mercibus, ſive aliis rebus ipſorum Dominorum, ſeu Inquilinorum tantum, quæ tamen in ipſis domibus, vel Apothecis venduntur, & non aliàs, neque ad alium uſum, niſi de licentia expreſſa ipſorum Archipresbyteri, Canonicorum, & Capituli, in ſcriptis titulo locationis obtinenda.

§.14. Ulterius domorum, & apothecarum hujuſmodi dominis, necnon Magiſtris viarum, & aliis Officialibus quocumque nomine nuncupatis, necnon ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerario, cæteriſque quibuſcumque, ad quos nunc quomodolibet ſpectat, & perpetuo in futurum ſpectabit, ne Archipresbyterum, Canonicos, ac Capitulum hujuſmodi ſuper univerſæ ipſius Plateæ dominio, & facultatibus prædictis impedire, moleſtare, vel perturbare, aut in domibus, & apothecis, & aliis ſitibus eidem Plateæ adjacentibus circumcirca infra centum cannarum ſpatium, quoad piſces, tellinas, gambaros, vel ſquillas dumtaxat, nec etiam in eadem Platea, & apothecis vicinis ſuper dicta Platea reſpondentibus carnes cujuſcumque generis, vivas, vel mortuas, etiam hœdos, & agnos, & alias, nec fructus cujuſcumque generis, olera, & flores vendere, aut macellum, vel lanienam habere, abſque expreſſa Archipresbyteri, ac Canonicorum, & Capituli prædictorum licentia audeant, ſeu præſumant, ſub indignationis noſtræ, & Succeſſorum noſtrorum, & aliis arbitrii noſtri, & Succeſſorum prædictorum pœnis, & in dictis Sixti V. Prædeceſſoris Literis inflictis, & comminatis interdicimus, & prohibemus.

§.15. Volumus quoque prædictos Archipresbyterum, Canonicos, & Capitulum ad refectionem Selciatæ, tam Plateæ uſque ad parietes domorum, & apothecarum adiacentium, quam viarum in prædicta Platea reſpondentium pro latitudine, & longitudine dictæ Plateæ tantum teneri, & perpetuo obligatos eſſe, ac ad illam faciendam cogi poſſe.

Decretum irritans.

§.16. Decernentes præſentes Literas nullo umquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel alio quocumque defectu, etiam ex eo, quod cauſæ, propter quas illæ emanarunt, expreſſæ, & juſtificatæ, dictique Creſcentius, & Adamus, & alii quicum-

cumque in præmiſſis intereſſe habentes, vel habere prætendentes ad hoc vocati, & auditi non fuerint, vel alia quavis de cauſa quantumvis privilegiata notari, impugnari, invalidari, retractari, reſcindi, infringi, limitari, modificari, immutari, revocari, annullari, in jus, vel controverſiam revocari, ad terminos juris reduci, aut adverſus illas reſtitutionis in integrum, aperitionis oris, aut quodcumque aliud gratiæ, vel juſtitiæ remedium impetrari, ſeu etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus concedi, aut dictos Creſcentium, & Adamum, ſeu quempiam alium ſic impetrato, vel conceſſo uti, ſeu ſe juvare in judicio, vel extra nullatenus poſſe, neque ipſas præſentes ſub quibuſcumque ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus pro tempore quomodolibet faciendis comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, & eum, in quo antea quomodolibet erant ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenarie reintegratas, ac de novo etiam ſub poſteriori data per dictos Archipresbyterum, & Canonicos, & Capitulum erigenda conceſſas eſſe, & fore, ac cenſeri, perpetuoque validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, dictiſque Archipresbytero, ac Capitolo, & Canonicis in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & in futurum ſpectabit, inviolabiliter obſervari, ſicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, & Camerarium, & Cameræ noſtræ præſidentes Clericos, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.17. Quocirca dilectis filiis noſtro in dicta Urbe Vicario in ſpiritualibus, & cauſarum Curiæ dictæ Cameræ Apoſtolicæ Auditori generalibus per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel alter eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes Literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte dictorum Archipresbyteri, ac Capituli, & Canonicorum fuerint requiſiti ſolemniter publicantes, illiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra eoſdem Archipresbyterum, ac Capitulum, & Canonicos præmiſſorum omnium, & ſingulorum effectu pacifice frui, & gaudere. Non permittentes eos deſuper a quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebite moleſtari, contradictores quoslibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis,

Contrariis derogat.

§.18. Nonobſtantibus præmiſſis, necnon recol. mem. Symmachi, Pauli II., Pauli IV., Pii V., & aliorum Romanorum Pontificum, etiam Prædeceſſorum noſtrorum de rebus Eccleſiæ, & Cameræ prædictæ non alienandis, ac quatenus opus foret, regula noſtra de jure quæſito non tollendo, aliiſque quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon ejuſdem Cameræ, & Almæ Urbis præfatæ, & aliis quibuſcumque ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis dictæ Urbi, Populo Romano, & quibuſvis aliis perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & aliis decretis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis, necnon reliquis omnibus, quæ in ſecundo præinſertis Sixti Prædeceſſoris Literis conceſſa ſunt non obſtare. Quibus omnibus, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die 9. Februarii 1628. Pontificatus noſtri Anno V.

Datum die 9. Februar. 1628 An. V.

CCLVI.

Deputatio Exequutorum alternativæ circa electionem Provincialium, Dignitatum, ac Officiorum, & pro Fratribus Ordinis Eremitarum S. Auguſtini Provinciæ Mechoacanæ.

Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Mexicano, ac Epiſcopis Mechoacanis, & Gualdaxarenſibus in Indiis, ſeu dilectis filiis eorum Officialibus.

URBANUS PAPA VIII.

Venerabiles Fratres, ſeu dilecti filii, ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Proœmium.

ALiàs a fel. recordationis Gregorio Papa XV. Prædeceſſore noſtro emanarunt Literæ tenoris ſubſequentis, videlicet, Gregorius Papa XV. Ad futuram rei memoriam. Ex injuncto Nobis deſuper Apoſtolicæ ſervitutis officio, votis illis, per quæ paci, & quieti inter Chriſtifideles quoſlibet, præſertim ſub ſuavi Religionis jugo Altiſſimo famulantes opportune conſulitur, liben-

Digitized by Google

libenter anouimus, eaqoe ſavoribus proſequimur opportunis.

Referuntur Cauſæ hujus Conſt.

§.1. Cum itaque ſicut dilecti filii Prior, & Procurator Generales Ordinis Fratrom Eremitarum Sancti Auguſtini Nobis nuper exponi fecerunt. alias ad Congregationem Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium negotiis Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum delatum fuerit, in Provincia de Mechoacan in Indiis Occidentalibus inter Fratres dicti Ordinis ſuper electione, & diſtributiooe Provincialatus, Digoitatum, aliorumque Officiorum Ordinis,& Provinciæ hujuſmodi diverſas controverſias exortas eſſe, majoreſque veriſimiliter eaoriri poſſe: Nos diſcordias hujuſmodi de medio tollere, ac pacem, & quietem inter ipſos fratres confovere volentes, Priore, & Procuratore Generalibus dicti Ordinis ſuper hoc auditis, de eorumdem Cardinalium coofilio, quod de cætero perpetuis futuris temporibus electiones Provincialium, Dignitatum, & Officiorum Provinciæ prædictæ de Mechoacan fiant alternative ex qualibet partialitate, ſcilicet pro una es Fratribus, qui nati in Hiſpania, inibi, vel in Indiis babitum ſuſceperuot; pro altera ex iis, qui in Indiis nati ſunt, Crioliqne vulgariter nuncupantur, itaut in quolibet Capitulo a Provincialatu uſque ad ultimum Officium prædicti Ordinis, & Provinciæ dignitates, & officia, quæ diſtribuenda fuerint, alternatim juxta dictas partialitates diſtribuantur: quæ alternativa in proximo Capitulo poſt intimationem præſentium Literarum celebrando a partialitate Criolorum initium habeat.

§.2. Quod ſi Provincialem,vel aliquem Officialem Ordinis, & Provinciæ hujuſmodi, non peracto ſuo officio, decedere contingat, tunc alius ejuſdem partialitatis,cujus defuoctus erat, in ejus locum uſque ad tunc prosimum futurum Capitulum ſubrogetur. Si vero poſt intimationem Literarum hujuſmodi electiones Proviocialium, Dignitatum, & aliorum Officiorum præfatorum aliter, quam, ut præſcribitur, fieri contigerit, nullæ ſint, & inanes; præſentes vero Literas validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac irritum, & inane. ſi ſecus ſuper bis a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari,Apoſtolica auctoritate, tenore præſcotium decernimus. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Ordinis, & Provinciæ hujuſmodi,etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis,& conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis,& iooovatis. Quibus omoibus, & ſingulis eorum omnium tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die 29. Novembris 1621. Pontificatus noſtri Aono primo.

Exequutores deputat.

§.3. Nunc autem Nos Literas præinſertas bujuſmodi debitæ exequutioni,ut par eſt, demandari volentes, Vobis per præſentes committimus, & mandamus,quatenus vos, vel duo, aut onos veſtrum præioſertas Literas bujuſmodi, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte Superiorum, & Fratrum Ordinis, & Provinciæ hnjuſmodi fueritis requiſiti,ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciatis auctoritate noſtra præinſertas Literas, & in eis contenta quæcumque ab omnibus, ad quos ſpectat, & in futurum ſpectabit, inviolabiliter obſervari. Non permittentes, illos deſuper a quoquam quavis auctoritate quomodolibet impediri, moleſtari, aut inquietari. Contradictores quoslibet, & rebelles, ac præmiſſis non parentes per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, legitimiſque ſuper his habendis ſervatis proceſſibus,cenſuras,& pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad boc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis.

Decretum irritans.

§.4. Non obſtantibus recolendæ memoriæ Boniſacii Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præſentium ad judicium non trahatur, necnon omnibus illis, quæ in eiſdem præioſertis Literis conceſſa ſunt non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptis danda fides.

§.5. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ io dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides ubique adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 9. Febr. 1625. An.V.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die 9. Februarii 1628. Pontificatos noſtri Anuo V.

CCLVII.

Confirmatio Decreti Sacræ Congregationis Concilii, quo declaratur, Conſtitutionem Gregor. XV. de Conſervatoribus editam non afficere Religionem Hieroſolymitanam, niſi quoad Judices Conſervatores, eidemque Militiæ adhuc jus ejuſmodi Judices Cooſervatores eligendi competere.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

A Congregat. Concilii emanavit Decretum ad favorem hujus militiæ, de quo in Rubrica.

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Antonius de Paula Magnus Magiſter, & Conventus Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani, quod a Venerabilibus Fratribus

tribus noſtris Sanctæ Romanæ EccleſiæCardinalibus Sacri Concilii Tridentini Interpretibus emanavit Decretum tenoris ſubſequentis videlicet : feſta Februarii 1627. Sacra Congregatio Illuſtriſſimorum Cardinalium Concilii Tridentini interpretum cenſuit, Conſtitutionem ſanctæ memoriæ Gregorii Decimiquinti de Conſervatoribus non afficere Religionem Hieroſolymitanam niſi quoad Judices Conſervatores, eidemque Religioni adhuc jus ejuſmodi Judices Conſervatores eligendi competere.

Quod ſupplicarunt a Pont. confirmari.

§.2. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, Antonius Magnus Magiſter, & Conventus præfati decretum hujuſmodi pro illius validitate, & ſubſiſtentia firmiori apoſtolicæ noſtræ confirmationis robore communiri plurimum deſiderent; Nobis propterea humiliter ſupplicari fecerunt, ut in præmiſſis opportune providere de benignitate apoſtolica dignaremur.

Prout modo approbat, & confirmat.

§.3. Nos igitur Antonium Magnum Magiſtrum, & Conventum præfatos ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & illorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Decretum præinſertum, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes, & ſingulos tam juris, quam facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus.

Clauſulas præſervativas ponit.

§.4. Decernentes, Decretum hujuſmodi, necnon præinſertas Literas ſemper valida, firma, & efficacia exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac dicto Hoſpitali, necnon Antonio moderno, & pro tempore exiſtenti illius Magno Magiſtro, & Conventui pleniſſime ſuffragari.

Ita judicari mandat.

§.5. Sicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§.6. Non obſtantibus præfati Gregorii Prædeceſſoris, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Exemplis credi jubet.

§.7. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus ubique fides adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 17. Febr. 1628. An. V.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die 17. Februarii 1628. Pontificatus noſtri Anno V.

CCLIX.

Indultum Clero Regni Poloniæ elargiendi Regi ſubſidium.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Venerabili Fratri Antonio Archiepiſcopo Seleucien. apud chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Sigiſmundum Poloniæ, & Svetiæ Regem Illuſtrem noſtro, & Sedis Apoſtolicæ Nuncio.

URBANUS PAPA VIII.

Ven. Frater ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Eccleſiaſtici Regni Poloniæ aliquod ſubſidium Regi tribuere cupiunt.

CUM, ſicut accepimus, dilecti filii Clerus Regni Poloniæ provide conſiderantes, Regnum ipſum gravibus ad præſens neceſſitatibus urgeri, & imminentia illi pericula tam eccleſiaſticis, quam laicis communia: Regni vero prædicti vires adeo exhauſta eſſe, ut laicorum facultates ſufficienti ſubſidio, quo eiſdem neceſſitatibus ſubveniatur, & periculis prædictis occurratur, comparando, nequaquam ſuppetant: pro publicæ ſalutis, patriæque defenſione, aliquam pecuniæ ſummam ſubſidii nomine chariſſimo in Chriſto filio noſtro Sigiſmundo Poloniæ, Svetiæ Regi Illuſtri, noſtra, & Sedis Apoſtolicæ ad id accedente licentia, & conſenſu, ſponte conferre deſiderent.

Quod permittit Urbanus.

§.2. Nos prædicti Sigiſmundi Regis, & dicti Poloniæ Regni neceſſitatibus hujuſmodi conſulere, periculiſque prædictis, quantum Nobis ex alto conceditur, occurrere volentes: Tibi, Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac dilectis filiis Abbatibus, & aliis perſonis eccleſiaſticis ejuſdem Regni, ut pro neceſſitatibus, & periculis hujuſmodi ſubſidium prædicto Sigiſmundo Regi, ſponte tamen, pro una vice, & ſumma, quæ eis videbitur dumtaxat tribuere; ipſi autem Sigiſmundo Regi, ejuſque Miniſtris, quod ſubſidium hujuſmodi petere, & recipere abſque conſcientiæ ſcrupulo, ac cenſurarum, & pœnarum eccleſiaſticarum incurſu libere, & licite poſſint, dummodo tamen ſubſidium hujuſmodi in prædictos, & non alios uſus convertatur, & erogetur, apoſtolica auctoritate indulgendi, ac licentiam concedendi, ipſoſque Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates, & alias perſonas eccleſiaſticas, ac earum ſingulas, quatenus dictam pecuniæ ſummam abſque Sedis prædictæ licentia promiſerint, aut ſolverint, necnon eumdem Sigiſmundum Regem, & ſuos Miniſtros prædictos, ſi illam ſimiliter abſque licentia prædicta jam receperint, ab omnibus, & ſingulis cenſuris, & pœnis propterea quomodolibet incurſis, eadem auctoritate abſolvendi facultatem, & auctoritatem, tenore præſentium, concedimus, & impertimur.

Nuncio Apoſtolico demandatur illius exactio.

§.3. Tibique, ut ad exactionem prædicti ſubſidii per perſonas eccleſiaſticas tantum, & non aliàs procedere debeas, eadem

dem auctoritate committimus, & mandamus; Contradictores, & ſolvere recuſantes per cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaque juris, & facti remedia, eadem auctoritate, compeſcendo.

Derogatio contrariorum

§.4. Non obſtantibus Concilii Lateranen., ac quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Eccleſiarum, Monaſteriorum, & Beneficiorum hujuſmodi, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis, & exemptionibus, immunitatibus, etiam in corpore juris clauſis quibuſvis generaliter, vel ſpecialiter conceſſis, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus de verbo ad verbum mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda ſit, & in eis caveatur expreſſe, quod per hujuſmodi clauſulas generales, etiam mentionem ſpecialem importantes, eis derogatum eſſe non cenſeatur, aut derogari videatur, niſi certis modo, & forma in illis expreſſis plene obſervatis. Quibus omnibus, eorum tenores præſentibus pro expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Pauperes Clerici a ſubſidio præſtando eximuntur.

§.4. Volumus autem, ut pauperes clerici, qui in redditibus non habent, niſi victum neceſſarium, ad contribuendum minime compellantur.

Tranſumptis credi jubet.

§.5. Præterea volumus, præſentium tranſumptis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eamdem prorſus fidem adhiberi, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 19. Febr. 1628. An.V.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 19. Februarii 1628. Pontificatus noſtri Anno V.

CCLIX.

Ampliatio Conſtit. Clem. VIII. contra non promotos ad Sac. Presbyteratus ordinem ſacramentales confeſſiones audientes, aut Miſſam celebrantes, Curiæ ſeculari prævia degradatione tradendos editæ, nec ætate minori 25. annis excuſentur, dummodo 20. ætatis annum compleverint.

Clement. VIII. Conſtitutionem editam contra hos nefarios homines, quæ incipit Etſi aliàs. *habes Tom. V. Par. II. fol. 395. num. CCLX.*

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

APoſtolatus officium, cui meritis licet imparibus, diſponente Deo, præſidemus, a Nobis poſtulat, ut quantum Nobis ex alto conceditur, delinquendi fiduciam compeſcamus in iis præſertim, quorum eo ſacrilega proceſſit audacia, ut ſe beneficio minoris ætatis, ſpretis Apoſtolicis Conſtitutionibus, confoveat in delictis, quorum ſtatutis pœnis ſe idcirco jactant minime ſubjacere.

Recenſet Clementis Papæ Octavi Literas.

§.1. Aliàs ſiquidem a felicis recordationis Clemente Papa VIII. Prædeceſſore noſtro emanarunt Literæ tenoris ſubſequentis, videlicet: Clemens Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam. Etſi alias felicis recordationis Paulus Papa IV. &c. *Omittitur reſiduum, quia iſta Conſt. eſt ſupr. loco in Rubric. citat.*

Qua prætextu minoris ætatis cum nonnulli abuterentur;

§.2. Cum, ſicut accepimus, nonnulli privilegio minoris ætatis nimis temere confiſi, & legum indulgentia freti pœnas a dicti Clementis Prædeceſſoris Conſtitutione in hujuſmodi delinquentes ſtatutas parvipendere præſumant.

Urbanus eam extendit ad minores 25. annis.

§.3. Nos deteſtantes, & quantum in Nobis eſt, cohibere volentes impiam, & nefariam horum temeritatem, qui atrociſſimo hoc ſcelere catholicam veritatem, quæ ſolos Presbyteros dictorum Sacramentorum miniſtros eſſe docuit, facto impugnant, negotio hujuſmodi in Congregatione Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium generalium Inquiſitorum coram Nobis habita, mature diſcuſſo, inhærentes Conſtitutioni prædictæ, aliiſque decretis per felicis recordationis Paulum Quartum, & Sixtum Quintum Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros contra ſimilia perpetrantes editis, eaque etiam ad effectum prædictum matura deliberatione, deque apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ampliantes, & extendentes, hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione ſtatuimus, & decernimus, ut de cætero perpetuis futuris temporibus, qui impoſterum ad ſacrum Presbyteratus ordinem non promotus Miſſam celebrare, aut Sacramentalem Confeſſionem audire præſumpſerit, ætate minori annis vigintiquinque non excuſetur, quominus eidem Clementis Conſtitutioni ſubjiciatur, dummodo vigeſimum ſuæ ætatis annum compleverit.

Et Curiæ ſeculari puniendos tradi jubet.

§.4. Ipſeque non promotus ſic delinquens, nulla habita conſideratione præfatæ minoris ætatis, ſive Laicus, ſive Clericus ſecularis, aut cujuſvis Ordinis, Congregationis, Societatis, etiam de neceſſitate exprimendæ regularis, aut cujuſvis alterius Inſtituti, etiam quantumvis exempti, & privilegiati, Nobiſque, & Apoſtolicæ Sedi immediate ſubjecti, necnon Militiarum quarumcumque, etiam Sancti Joannis Hieroſolymitani fuerit, tradatur Curiæ ſeculari pœnis debitis plectendus.

Clauſulas apponit.

§.5. Sicque, & non aliter per quoſcumque Sanctæ Inquiſitionis Judices, & Inquiſitores, etiam generales, S. R. E. Card., & locorum Ordinarios, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere: ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Quocirca omnibus, & ſin-

Digitized by Google

& ſingulis, ad quos ſpectat, & pro tempore quomodolibet ſpectabit, in virtute ſanctæ obedientiæ diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus ſtatutum, decretum, & conſtitutionem hanc noſtram inviolabiliter obſervent, & obſervari faciant.

Contraria tollit.

§.6. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac in Conciliis, etiam generalibus editis, etiam in corpore juris clauſis, necnon Legibus, Statutis, Decretis, Conſuetudinibus, & Privilegiis, ad favorem minorum vigintiquinque annis quomodolibet, & ubicumque locorum editis, ac aliàs in ipſorum favorem facientibus, apoſtolica etiam confirmatione, ac juramento, & ſeu quavis firmitate alia roboratis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Hanc Conſtit. publicari mandat.

§.7. Volumus autem, harum Literarum publicationem, & affixionem fieri juxta formam in prædicta Clementis Conſtitutione præſcriptam, eaſque publicatas, & affixas omnes intra Urbem, & extra tam citra, quam oltra montes, & mare poſt tempus in ipſa Clementis Conſtitutione præfixum arctare, & afficere, ac ſi cuilibet perſonaliter intimatæ fuiſſent.

Et tranſumptis fidem adhibet.

§.8. Mandamus pariter, ut earumdem, tranſumptis etiam impreſſis, manuque publici Notarii ſubſcriptis, & ſigillo Officii S.Rom.Inquiſitionis, vel alicujus perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem, quæ præſentibus hiſce adhiberetur fides, adhibeatur.

Dat. die 23. Martii 1628. An.V.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die 23.Martii 1628. Pontificatus noſtri Anno V.

Anno a Nativitate Domini Noſtri Jeſu Chriſti milleſimo ſexcenteſimo vigeſimooctavo, indictione undecima, die vero decima Septembris, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Urbani divina providentia Papæ Octavi Anno ejus Sexto, retroſcriptæ Literæ Apoſtolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Baſilicarum Sancti Joannis Lateranenſis, & Principis Apoſtolorum de Urbe, & in acie Campi Floræ, dimiſſis præſentibus Literis per aliquantulum temporis ſpatium, ut moris eſt, affixis, ac deinde amotis, poſtea earumdem exempla etiam impreſſa, & affixa relicta fuerunt per nos Franciſcum Pignoceatum, & Camillum Fundatum Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ Curſ.

Brandimartes Latinus SS. D. N. Papæ Curſor, pro Mag. DD. Curſ.

CCLX.

Confirmatio, & innovatio Regulæ Cancellariæ, Decreti Cameræ Apoſtolicæ, & Conſtitutionum Julii quoad fructus Beneficiorum Eccleſiaſticorum inexactos.

Hanc Julii III. Conſtitutionem habes Tom.IV. Par.I. fol.268. num.VII. Cum ſicut accepimus.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

ÆTernus rerum conditor, cujus judicia abyſſus multa, ſacroſanctum apoſtolicæ ſervitutis officium Nobis ad hoc licet immeritis demandare voluit, ut ſpeculatores domus Iſrael, quæ eſt Eccleſia ſua ſancta, ab eo conſtituti, inter cæteras ejuſdem ſervitutis curas boni Patris familias exemplo provideamus, ut non modo Eccleſiarum omnium, & perſonarum eis in divinis deſervientium indemnitati jugiter conſulatur, verum etiam Cameræ noſtræ Apoſtolicæ jura ſarta, tectaque omni ſollicitudine præſerventur, & unicuique, quod ſuum eſt, æqua lance tribuatur: ea vero Nobis ut ſublatis impedimentis quibuslibet facilius ſuccedere valeant, Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum Conſtitutiones deſuper editas, & libenter innovamus, & ſi quæ ſuper illis, ac etiam a Nobis ea de re emanatis regulis, ſive Literis Apoſtolicis dubia oriri noſcuntur, opportunæ declarationis miniſterio removemus, ut etiam hac ratione noſtram eidem Eccleſiæ ſanctæ operam, quantum Nobis ex Alto conceditur, non inutilem faciamus.

Recenſet revocatas a ſe fuiſſe facultates diſponendi de fructibus Beneficiorum ultra annum.

§.1. Aliàs ſiquidem per regulas Cancellariæ Apoſtolicæ per Nos in craſtinum aſſumptionis noſtræ ad ſummi Apoſtolatus apicem editas omnia, & ſingula facultates, & indulta in ea parte, in qua necdum vere, & realiter ſuum erant ſortita effectum, per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros ad favorem quarumcumque perſonarum conceſſa, quibus eis, vel eorum ſingulis ullo modo, & ex quavis cauſa, vel prætextu permittebatur, fructus certos, vel incertos, jura, obventiones, & emolumenta quæcumque quorumlibet beneficiorum per eos obtentorum anticipatis ſolutionibus ultra unum annum elocare, & arrendare, ac ad firmam, vel annuam reſponſionem concedere, ſeu eos, & ea ad favorem quarumcumque perſonarum obligare, vel hypothecare, in ſolutum dare, aut de eis quomodolibet, & ex quavis cauſa diſponere pro tempore ad vitam beneficiatorum, & ad tempus quo beneficia hujuſmodi obtinuiſſent, minime reſtricta, nec coarctata, inter alia revocavimus, caſſavimus, & annullavimus.

Facultatem vero teſtandi excepiſſe.

§.2. Ac deinde per noſtras ſub plumbo ſub datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem. Anno Incarnationis Dominicæ 1624. 11.Kalend. Novembris, Pontificatus noſtri

Digitized by Google

noſtri Anno II. expeditas Literas, licet poſt generalem gratiarum, & indultorum in præjudicium Cameræ, & Sedis Apoſtolicæ per eoſdem Prædeceſſores noſtros quomodolibet conceſſorum revocationem, facultates teſtandi, & ab inteſtato ſuccedendi, quibuſvis etiam per Nos conceſſas excepe-rimus.

Sine tamen præjudicio Regulæ Cancell. contra ſupervirentias.

§.3. Nihilominus mentis, & intentionis noſtræ fuiſſe, & eſſe declaravimus, prædictæ Regulæ Cancellariæ ſuper revocatione indultorum ſuperviventiæ, ut præfertur, per Nos editæ, nullatenus per eaſdem Literas noſtras præjudicare, quinimo eamdem regulam, quoad omnia in illa comprænenſa, ac omnes, & quaſcumque perſonas quavis dignitate, etiam Cardinalatus fulgen. confirmavimus, & quatenus opus eſſet, innovavimus, & extendimus, ac aliàs prout in dictis Literis, quarum tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus, plenius continetur.

Quàm etiam fructus inexactos comprehendere declaratum fuit.

§.4. Cum autem, ſicut accepimus, pro intereſſe ſucceſſorum in beneficiis Eccleſiaſticis, & ſeu reſpective Cameræ noſtræ à nonnullis in dubium revocari contigiſſet, an regula noſtra prædicta facultates ab eiſdem Prædeceſſoribus noſtris quomodolibet conceſſas, & emanatas teſtandi, quoad Eccleſiarum, & beneficiorum fructus inexactos, revocaret, in eadem plena Camera noſtra Apoſtolica ſub 13. Januarii 1625. reſolutum fuit, facultates teſtandi in ea parte, in qua conceditur facultas diſponendi de fructibus non exactis, per prædictam regulam noſtram, eſſe revocatas, & ſuper reſolutione hujuſmodi Decretum Camerale emanaverit, ejuſdem decreti obſervantia, & exequutione etiam ſubſequutis, pariter ex eo quod in facultatibus teſtan., & de bonis diſponen., ac ab inteſtato ſuccedendi per Nos ab inde citra conceſſis, expreſſa conſtitutionum etiam declaratoriarum fel. re: Julii Papæ III. etiam Prædeceſſoris noſtri ſuper fructibus inexactis alias in favorem Eccleſiarum, & beneficiorum, ac in eis ſucceſſorum, & reſpective Cameræ noſtræ Apoſtolicæ editarum derogatio, cum diverſis, & prægnantibus clauſulis, etiam derogatoriarum derogatoriis appoſita fuit, a nonnullis prætendatur, regulæ, & conſtitutioni noſtræ hujuſmodi, reſolutionique, & Decreto Cameralibus prædictis ſufficienter derogatum, ac proinde ſucceſſoribus in beneficiis, & Eccleſiis, & reſpective Cameræ prædictis, quoad fructus inexactos hujuſmodi præjudicium illatum fuiſſe.

Et hujuſmodi declarationem confirmat Pontifex.

§.5. Nos omnem in præmiſſis dubitandi, ſeu hæſitandi materiam e medio tollere, & tam Eccleſiarum, & Beneficiorum, in eiſque Succeſſorum, ac etiam reſpective Cameræ prædictorum indemnitati conſulere volentes, necnon quarumcumque Literarum Apoſtolicarum tam in forma Brevis, quam ſub plumbo ſuper facultatibus teſtandi, diſponendi, & ab inteſtato ſuccedendi, & aliàs quomodolibet expeditarum, ac quarumcumque aliarum conceſſionum, & gratiarum deſuper quomodolibet factarum veriores, & totos tenores; necnon alia quæcumque etiam hic forſan de neceſſitate exprimenda, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione, eaſdem noſtras Cancellariæ Apoſtolicæ Regulam, & Conſtitutionem, prædictamque reſolutionem Cameralem, ac decretum deſuper emanatum hujuſmodi, necnon ipſas d. Julii Prędeceſſoris Conſtitutiones in favorem Eccleſiarum, & Beneficiorum, in eiſque Succeſſorum, ac Cameræ Apoſtolicæ reſpective ſuper fructibus inexactis hujuſmodi editas, & de iis quomodolibet diſponentes, tenore præſentium perpetuo approbamus, illaſque, & earum quamlibet quoad fructus inexactos hujuſmodi in favorem Eccleſiarum, & Beneficiorum, in eiſque Succeſſorum, & reſpective Cameræ noſtræ Apoſtolicæ prædictæ innovamus.

Eamque ſervari omnino præcipit.

§.6. Inſuper Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus declaramus, & in verbo Rom. Pontificis atteſtamur, mentis, & intentionis noſtræ numquam fuiſſe, nec eſſe, minuſque de cætero fore per quamcumque conceſſionem, indultum, ſeu facultatem teſtandi, & diſponendi, ac ab inteſtato ſuccedendi, vel tranſmittendi etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ac etiam conſiſtorialiter, & per modum Indulti, ſeu legis generalia, vel aliàs quomodolibet a Nobis emanatam, prædictis Regulæ, & Conſtitutioni noſtris, necnon reſolutioni, & decreto Cameralibus, illorumque obſervantiæ, minuſque Conſtitutionibus dicti Julii Prædeceſſoris hujuſmodi, quoad dd. fructus inexactos, etiamſi affictus, & emolumenta quæcumque inexacta hujuſmodi deberentur ratione fructuum recollectorum, & in horreo reconditorum, ac etiam conſumptorum, derogare, nec aliquod eis præjudicium ullo modo inferre, quinimo eaſdem noſtras Regulam, & Conſtitutionem, decretumque, & reſolutionem Cameræ prædictæ, ac dicti Julii Prædeceſſoris Conſtitutiones per Nos, ut præfertur, approbatas, confirmatas, & reſpective innovatas de cætero perpetuis futuris temporibus, quoad fructus quarumcumque Eccleſiarum, & Beneficiorum quomodolibet qualificatorum, & quocumque nomine nuncupatorum inexactos hujuſmodi inviolabiliter obſervari, ac omnimodæ exequutioni demandari debere, etiamſi in prædictis indultis, licentiis, ſeu facultatibus teſtandi, vel aliàs quomodolibet diſponendi, & ab inteſtato tranſmittendi, vel ſuccedendi, hactenus etiam per Nos conceſſis, & de cætero etiam per Succeſſores noſtros Romanos Pontifices, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, vel aliàs quomodolibet concedendis, clauſula prædictæ regulæ noſtræ revocatoriæ præſervativa, ſive quodvis aliud Decretum, ſub quacumque verborum forma, & expreſſione conceptum, de eadem regula præſervanda ap-

poſita, & appoſitum reſpective non fuerit.

Aeque in omnibus Indultis exceptam intelligi.

§.7. Omnes vero, & ſingulas licentias, indulta, & facultates teſtandi, & aliàs quomodolibet diſponendi, vel ab inteſtato tranſmittendi, & ſuccedendi tam a Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris, & a Nobis hactenus quomodolibet conceſſas, & emanatas, quam in futurum etiam a Succeſſoribus noſtris prædictis etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus concedendas, & emanandas in favorem quarumcumque perſonarum etiam ſpeciali, & individua mentione, & expreſſione dignarum, cujuſcumque qualitatis, ſtatus, gradus, & conditionis ſint, vel fuerint, & quacumque dignitate etiam Cardinalatus fulgeant, cenſendas, haben., & intelligen. eſſe, cenſerique, haberi, & intelligi debere, perinde ac ſi in eis, & quacumque illarum parte appoſita eſſet clauſula omnium, & ſingulorum jurium prædictorum dictæ Cameræ Apoſtolicæ, ac reſpective Eccleſiarum, & Beneficiorum, in eiſque Succeſſorum præſervativa, verbis infraſcriptis, ſive æquipollentibus concepta videlicet (ſalvis ſemper, & in ſuo robore permanentibus prædictis Regula, & Conſtitutionibus, reſolutioneque, & decreto Camerali ſuper ipſius Regulæ declaratione die 13. Januarii 1625. emanatis) quibus omnibus nullo modo intendimus derogare.

Nec ſub generalibus clauſulis derogatoriis comprahendi.

§.8. Præterea etiam decernimus, nunquam de cætero in quibuſcumque conceſſionibus, & diſpoſitionibus, indultis, facultatibus, & gratiis etiam Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus, etiam quorum ten. &c. & quaſcumque alias clauſulas, etiam derogatoriarum derogatorias habentibus, ac etiam per viam legis, vel indulti generalis etiam conſiſtorialiter, & alias quomodolibet ſub quibuſcumque ten., & formis per Nos, & quoſcumque ſucceſſores noſtros hujuſmodi concedendis, ſeu a Nobis, vel illis emanandis nunquam præmiſſis omnibus, & ſingulis cenſeri in aliquo præjudicatum, nec derogatum, niſi in eorum quolibet fuerit expreſſe, & diſpoſitive, non autem per clauſulas generales idem importantes, & ſeu eventualiter præſenti noſtræ conſtitutioni derogatum.

Clauſulæ præſervativæ.

§.9. Præſentes vero Literas, omniaque, & ſingula in eis contenta quæcumque etiam ex eo, quod in præmiſſis, ſeu eorum aliquo intereſſe haben., ſeu habere quomodolibet prætendentes eis nullatenus conſenſerint, nec ad ea vocati, & auditi, minuſque cauſæ, propter quas eædem præſentes emanarint, adductæ, verificatæ, ſeu alias juſtificatæ fuerint, nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, nullitatis, ſeu invaliditatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel alio quopiam defectu etiam quantumvis magno, inexcogitato, & ſubſtantiali, ſive etiam ex eo, quod in facultatibus teſtandi, ac alias de rebus, & bonis diſponendi quibuſvis etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus a Sede Apoſtolica, vel alias quomodolibet ex quacumque cauſa etiam favorabili, publica, & pia, etiam ratione conſanguinitatis, vel affinitatis inter concedentem, & privilegiatum exiſtentis, ac alias quovis modo etiam conſiſtorialiter conceſſis caveatur expreſſe, quod illis uti intuitu, & in remunerationem laborum, & onerum quorumcumque, vel ratione legationum, aliorumque officiorum etiam Romanæ Curiæ, & dignitatum quarumlibet etiam ſpeciali nota, & expreſſione dignarum, ac alias ex titulo, & cauſa mere oneroſis, & alias quovis modo attributis nullatenus, vel nonniſi ſub certis modo, & forma tunc expreſſis derogari valeat, ac in præmiſſis, ſeu eorum aliquo ſolemnitates, & quævis alia ſervanda, & adimplenda, ſervata, & adimpleta non fuerint, aut ex quovis alio capite a jure, vel facto, ſeu ſtatuto, & conſuetudine aliqua reſultante, ſeu etiam enormis, enormiſſimæ, & totalis læſionis, etiam quoad quoſcumque ipſorum privilegiatorum creditores, etiam quantomlibet privilegiatos, aut quocumque alio colore, & titulo etiam in corpore juris clauſo, ſeu occaſione, vel cauſa etiam quantumvis juſta, rationabili, & privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmiſſorum neceſſario exprimenda foret, aut quod de voluntate noſtra hujuſmodi, ac aliis ſuperius expreſſis, ſeu relatis nihil ullibi appareret, ſeu aliter probari poſſet, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controverſiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adverſus illas reſtitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, aut aliud quodcumque juris, gratiæ, vel juſtitiæ remedium impetrari, ſeu etiam Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus concedi, aut ſic impetrato, vel conceſſo quempiam uti, ſeu ſe juvare in judicio, vel extra poſſe, neque ipſas præſentes ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpen., limitationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus pro tempore quomodolibet faciendis compræhendi, ſed ſemper ab illis exceptas, perpetuoque validas, & firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, & ab omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & quomodolibet ſpectabit in futurum, inviolabiliter obſervari.

§.10. Sicque, & non aliter in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ac Camerarium, & Theſaurarium Cameræ, necnon Præſidentes, & Clericos Cameræ noſtræ Apoſtolicæ in quavis cauſa, & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, irritumque, & inane, quicquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum

§.11. Non obſtantibus, quatenus opus ſit, noſtra de jure quæſito non tollen. aliiſque Cancellariæ Apoſtolicæ regulis, necnon qui-

Digitized by Google

quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Literis facultatum teſtandi, aliaſque de rebus, & bonis diſponendi per quoſcumque Romanus Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac etiam Nos quibuſvis perſonis etiam S. R. E. Cardinalibus, ſub quibuſcumque ten., & formis, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, etiam Motu proprio, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, etiam in remunerationem labo-um, & damuorum paſſorum, ac ratione officiorum, & dignitatum, necnon ex titulo, & cauſa mere oneroſis, & alias cum quibuſvis efficacioribus clauſulis, & decretis, privilegiis quoque, indultis, aliiſque Literis Apoſtolicis io contrarium, ut præmittitur, & alias quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis: Quibus omuibus, & ſingulis, etiamſi pro ſufficienti eorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aot aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, acſi ſpecifice, & ſigillatim expreſſi, & inſerti forent, præſcotibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, ad effectum omnium, & ſingulorum præmiſſorum, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Præſentium publicatio.

§. 12. Ut autem præſentium Literarum notitia ad omnes deveniat, volumus, quod illæ, ſive earum exempla ad valvas Baſilicarum Sancti Joannis Lateranenſis, ac Principis Apoſtolorum de Urbe, & io acie Campi Floræ affixæ omnes ita arctent, & afficiant, perinde ac ſi unicuique perſonaliter intimatæ fuiſſent.

Et tranſumpta

§. 13. Quodque earumdem præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, mano alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides in judicio, & extra adhibeator, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi foreut exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 5. Aprilis 1628. An. V.

Datum Romæ paud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die qointa Aprilis 1628. Pontificatus noſtri Anno V.

Anno a Nativitate Domini Noſtri Jeſu Chriſti 1628. indict. 11. die vero 10. menſis Julii, Pontif. Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Urbani divina providentia Papæ Octavi anno ejus Quinto, ſupradictæ Literæ Apoſtolicæ, ſeu Conſtitutiones affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Baſilicarum S. Joannis Lateranenſis, & Principis Apoſtolorum de Urbe, & in acie Campi Floræ, dimiſſis ibidem præſentibus Literis per aliquantulum temporis ſpatium, ut moris eſt affixis, & deinde amotis, poſtea earumdem exempla etiam impreſſa, & affixa ut moris eſt, per nos Franciſcum Pignoccatum, & Camillum Fundatum Sanctiſſ. D. N. Papæ Curſ.

Brandimartes Latinus pro D. Mag. DD. Curſorum.

CCLXI.

De electione Priorom Provincialium, ac celebratione Capitulorum Provincialium, necnon de modo regendi, & gubernandi Proviocias Fratrum Diſcalceatorum Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini Congregationis Italiæ.

Vide de his Fratribus in Conſtitut. CCX. Clement. VIII. Decet. *Tom. V. Par. II. fol.* 271. *Et in Conſtit. XLIX. Gregorii XV.* Paſtoralis. *Tom. V. Par. IV. fol.* 419.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Refert Cong. Italiæ a ſe diviſam in quatuor Provincias, a quatuor regendas Provincialibus.

ALias pro parte dilecti filii Baſilii a Sanctiſſima Trinitate Vicarii Generalis Congregatioois Fratrum Ordinis Eremitarum S. Auguſtini Diſcalceatorum nuncupatorum Italiæ Nobis expoſito, quod Congregatio ipſa quamplures domos regulares per univerſam Italiam habebat, itaut ſolus per ſeipſum commode eas regere, & gubernare nequiret: proindeque earumdem domorum utilitati maxime conſultum iri exiſtimabat, ſi eadem Congregatio in Provincias, ut infra divideretur; Nos ſupplicationibus ejuſdem Baſilii Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Congregationem prædictam in quatuor Provincias, videlicet Romanam, Neapolitanam, Januen., & Siciliæ apoſtolica auctoritate perpetuo diviſimus, & ſeparavimus, necnon pro ea prima vice uſque ad proxime futuri Capituli generalis ejuſdem Congregationis celebrationem tantum, & non ultra, in Romanæ Victorium ab Epiphania; in Neapolitanæ Simeonem a Cruce; in Januen. Valerianum a Sancto Auguſtino; ac in Siciliæ Provinciarum hujuſmodi Provinciales Joannem Baptiſtam a Sancto Franciſco de Paula Ordinis, & Congregationis hujuſmodi profeſſores dilectos filios ſub ooo ipſius Congregationis Vicario generali, ac cum privilegiis, gratiis, indultis, facultatibus, juriſdictione, & auctoritate ſub certis modo, & forma tunc expreſſis dicta auctoritate creavimus, conſtituimus, & deputavimus, & alias prout in noſtris deſuper in ſimili forma Brevis expeditis Literis, quarum tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus, plenius continetor.

Sed cum nihil adhuc de eorum electione, gubernio &c. ſit ſtatutum;

§. 2. Cum autem, nulla in Literis noſtris prædictis de modo novos Priores Provinciales eligendi, Capitula provincialia celebrandi, Provinciaſque ipſas regendi, & gubernandi, minuſque io eorumdem Fratrum Conſtitutionibus ab hac Sancta Sede confirmatis mentio fiat; Capitulum vero generale eorumdem Fratrum in domo regulari ejuſdem Congregationis Civitatis Neapolitan. Dominica quarta poſt proximum feſtum Paſchatis Reſurrectionis Domini celebrandum ſit.

§. 3. Nos felici ejuſdem Congregationis, illiuſque Fratrum regimini, atque gubernio, quantum cum Domino poſſumus,

con-

Digitized by Google

Decernit hæc ſtatui in proximo Capitulo Gener., & ad S. Sedem deferri ad confirmationem obtinendam.

conſulere, eoſdemque Fratres ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, eorumque ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequen. harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati: Quod omnes ipſius Congregationis Vocales pro hac vice dumtaxat in Capitulo generali prædicto Priorem generalem, & alios officiales generales, ſicut hactenus in eadem Congregatione uſque in præſentem diem fieri conſuevit tam Conſtitutionum ejuſdem Congregationis, quam declarationum, ſive decretorum, a præteritis Capitulis generalibus emanatorum vigore eligere libere, & licite poſſint, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium licentiam concedimus, & impartimur, ita tamen, ut congregatis in unum pro celebratione ipſius Capituli generalis Vocalibus prædictis, antequam ad quamlibet electionem deveniatur, per viam conſtitutionum proponatur, diſcutiatur, & terminetur modus expediens, & opportunus, qui de cætero in Capitulorum generalium, & Provincialium celebratione, Prioris generalis, & Provincialium electione ſervari omnino debeat, quas quidem conſtitutiones ad Nos, & hanc Sanctam Sedem deinde tranſmitti volumus, ut quid circa illarum confirmationem ſtatuen. fuerit, matura conſultatione adbibita, deliberare valeamus.

Et in illo Provinciales, alioſque eligi Provinciarum officiales.

§.4. Præterea, ut ſtante temporis hujuſmodi anguſtia, Capitulum generale prædictum ad Dei laudem, ipſiuſque Congregationis utilitatem felicius celebretur; quod electis in dicto Capitulo generali prædictæ Congregationis Officialibus generalibus, ipſiuſque Capituli generalis, in iis, quæ ad Capitula Provincialia quomodolibet pertinuerint, nullatenus ſe ingerat, ſed totali celebratione abſoluta, vocales uniuſcujuſque Provinciæ noviter electi, ac etiam ii, quorum officia tunc temporis ceſſaverint, immediate in eadem domo regulari, & pro hac vice dumtaxat ſeorſim, & ſeparatim ab aliis ſe congregare, ſuaque Capitula provincialia celebrare, Præſidentes, Definitores Provinciæ, Provinciales, Priores, alioſque Officiales ſolitos eligere libere ſimiliter, & licite poſſint, & valeant, itaut vocales unius Provinciæ in Officialium quorumcumque alterius Provinciæ electione nullatenus interveniant, nec votum ferant, ſeu alias ſe immiſceant, auctoritate, & tenore prædictis facultatem impartimur.

Clauſula.

§.5. Decernentes, præſentes Literas validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus, ad quos quomodolibet ſpectat, & ſpectabit in futurum, inviolabiliter obſervari, & adimpleri debere.

§.6. Sicque, & non aliter per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§.7. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenus opus ſit, Ordinis, & Congregationis hujuſmodi, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, eorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptis danda fides.

§.8. Volumus autem, ut præſentium tranſumptis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 8. Aprilis 1628. An. V.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris die 8. Aprilis 1628. Pontificatus noſtri Anno V.

CCLXII.

Indictio univerſalis Jubilæi ad agendas gratias, & divinam opem in imminentibus Eccleſiæ neceſſitatibus implorandam.

Vide in Conſtit. CCLXXIII. Pauli V. Ecce. *Tom. V. Par. IV. fol. 232. Et ſcito quod anno ſequenti validioribus armorum ingruentibus motibus, & magis periculoſis adverſitatibus Urbanus pro pace inter Principes a Deo facilius impetranda aliam conceſſit indulgentiam plenariam, ut in Conſtit. ſeq.*

URBANUS PAPA VIII.

Univerſis Chriſtifidelibus præſentes Literas inſpecturis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Exordium.

QUod ab initio Pontificatus noſtri precibus, & votis expetivimus, Pater miſericordiarum Deus animi noſtri pios affectus reſpiciens, orthodoxæ fidei hoſtes non ſolum repreſſit, ſed eorum vires attrivit adeo, ut in portu tranquillitatis conquieſcere poſſe videremur. Inimicus tamen humani generis, qui in agro dominico ſolitus eſt ſuperſeminare zizanias, ſatagit auram vertere in procellam, & interturbare tam felices progreſſus nititur. Quamobrem præterita beneficia ab Altiſſimo obtenta requirunt, ut majores, quas poſſumus, gratias ei agamus, & grati animi ſignificationem publicam exhibeamus, & inſimul divinæ

Digitized by Google

vinæ Majeſtatis ſuæ thronum adeuntes, pro Sanctæ Eccleſiæ hoſtium converſione, ejuſdemque Eccleſiæ exaltatione, & inter Principes Catholicos pace ſummopere deprecemur. Peccata igitur, quæ obicem gratiæ Dei interponunt, jejunio, fletu, orationibus, & eleemoſynis redimamus, ut qui ſperantes in ſe infirmari non patitur, ulterius magnificet nobiſcum facere miſericordiam, & convestamur ad illum in toto corde noſtro. Hoc autem ut fructuoſius, & majori cum ſpiritus ardore peragatur, ex veteri Eccleſiæ Romanæ omnium Matris, & Magiſtræ more, in præſentibus neceſſitatibus, ejuſdem Eccleſiæ theſauros, quorum diſpenſatores a Domino conſtituti ſumus, proferre, & largiſſime erogare decrevimus.

Romæ degentibus, & præſcripta hic peragentibus opera Pontifex Indulgentiam plenariam elargitur.

§.1. Itaque ex parte Omnipotentis Dei Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, omnes, & ſingulos utriuſque ſexus Chriſtifideles, tam in Alma Urbe noſtra, quam alibi ubicumque locorum conſtitutos apoſtolica auctoritate paterne, enixeque requirimus, monemus, & in Domino adhortamur ad infraſcripta devote peragendum, & adimplendum, ac ad Deum Salvatorem noſtrum orandum, ut per viſcera miſericordiæ ſuæ fidem catholicam protegere ab hoſtium conatibus, & inſidiis defendere, hæreſim extirpare, Principibus Chriſtianis pacem, & veram concordiam donare, ac præcipue præſentibus Eccleſiæ neceſſitatibus ſubvenire dignetur. Nos enim de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, ex illa ligandi, atque ſolvendi poteſtate, quam Nobis Dominus, meritis minime ſuffragantibus, contulit, Univerſis, & ſingulis Chriſtifidelibus in Alma Urbe præfata degentibus, qui ſolemni proceſſioni, quam a Baſilica Principis Apoſtolorum in Vaticano ad Eccleſiam Archihoſpitalis noſtri Sancti Spiritus in Saxia nuncupati de Urbe Feria Quarta proximæ Hebdomadæ Paſſionis, una cum Venerabilibus fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, Chriſtianorumque Regum, & Principum apud Nos, & Apoſtolicam Sedem Oratoribus, omnibuſque Prælatis, & Proceribus, univerſoque Clero, & Populo agemus, interfuerint, aut qui prædicta, vel illam ſequenti Hebdomada eaſdem Baſilicam, & Eccleſiam ſaltem ſemel viſitaverint, ibique devote, ut ſupra, Deum oraverint, ac Feria Quarta, & Sexta, ac Sabbato ejuſdem, vel ſequentis Hebdomadæ jejunaverint, & peccata ſua confeſſi fuerint, atque in primo die Dominico, vel ſecundo, ſeu ſaltem alio dictarum Hebdomadarum die Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum reverenter ſumpſerint, & eleemoſynas ad libitum, prout charitas ſingulis ſuggeſſerit, fecerint.

In aliis etiam Civitatibus commorantibus.

§.2. Cæteris vero omnibus, & ſingulis fidelibus extra Urbem exiſtentibus in quibuſvis Civitatibus, Terris, & locis, qui proceſſioni ab Ordinariis locorum, vel eorum Vicariis, ſeu Officialibus, vel de eorum mandato, & ipſis deficientibus, per eos, qui ibi curam animarum exercent, prima, vel ſecunda Hebdomada, poſtquam ad eorum notitiam hæ noſtræ Literæ devenerint, indicendæ, & agendæ interfuerint, vel Eccleſiam, ſeu Eccleſias per eoſdem deſignandas, ſaltem ſemel viſitaverint, ibique ut ſupra, Deum oraverint, ac feria Quarta, Sexta, & Sabbato alterius ex duabus Hebdomadis ab eiſdem deputandis, jejunaverint, pariterque peccata ſua confeſſi, ac Sanctiſſima Communione refecti fuerint, & eleemoſynas ſimiliter pro arbitrio ſuo fecerint, pleniſſimam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem, ſicut in anno Jubilæi viſitantibus certas Eccleſias intra, & extra Urbem concedi conſuevit, tenore præſentium concedimus, & elargimur.

Navigantibus &c.

§.3. Navigantes vero, aut iter agentes, ut cum primum ad ſua ſeſe domicilia receperint, ſupraſcriptis omnibus peractis, ut ſupra, eamdem indulgentiam conſequi poſſint, & valeant.

Regularibus, captivis &c.

§.4. Regularibus autem perſonis utriuſque ſexus, in clauſtris perpetuo degentibus, necnon aliis quibuſcumque tam laicis, quam Religioſis ſecularibus, ſeu regularibus, in carcere, aut in captivitate exiſtentibus, vel aliqua corporis infirmitate, ſeu alio quocumque impedimento detentis, qui ſupra expreſſa, vel eorum aliqua præſtare nequiverint, ut confeſſarius, quem ut infra elegerint, prædicta omnia, & ſingula, vel eorum aliqua in alia pietatis opera commutare, vel in aliud proximum tempus prorogare poſſit, eaque iniungere, quæ ipſi pœnitentes efficere poterunt, pariter concedimus, & indulgemus.

Confeſſariorum facultates abſolvendi a caſibus reſervatis.

§.5. Cupientes autem, omnes Chriſtifideles participes fieri hujus pretioſiſſimi theſauri, univerſis, & ſingulis utriuſque ſexus tam laicis, quam eccleſiaſticis ſecularibus, & regularibus cujuſvis Ordinis, Congregationis, & Inſtituti licentiam concedimus, & facultatem damus, ut ſibi ad hunc effectum eligere poſſint quemcumque Presbyterum Confeſſarium, tam ſecularem, quam cujuſvis Ordinis regularem, ex approbatis a locorum Ordinariis, qui eos ab omnibus excommunicationis, ſuſpenſionis, & aliis eccleſiaſticis ſententiis, & cenſuris a jure, vel ab homine quavis cauſa latis, ſeu inflictis, necnon ab omnibus peccatis, exceſſibus, criminibus, & delictis quantumvis gravibus, & enormibus, etiam locorum Ordinariis, ſive Nobis, & Sedi Apoſtolicæ, etiam in Literis die Cœnæ Domini legi ſolitis contentis, & alias per quaſcumque Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum Conſtitutiones, quarum tenores præſentibus haberi volumus pro expreſſis, quomodocumque reſervatis in foro conſcientiæ, & hac vice tantum abſolvere, & liberare valeant.

Et vota commutandi.

§.6. Et inſuper vota quæcumque (Religionis, & Caſtitatis exceptis) in alia pia, & ſalutaria opera commutare, injuncta tamen, eis, & eorum cuilibet in ſupradictis omnibus caſibus pœnitentia ſalutari, aliiſque ejuſdem Confeſſarii arbitrio iniungendis.

Qua

Præſentes publicandæ, & exequutioni mandandæ.

§.7. Quapropter tenore præſentium in virtute ſanctæ obedientiæ diſtricte præcipimus, atque mandamus omnibus, & quibuſcumque venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis Eccleſiarum Prælatis, ac quibuſcumque Ordinariis locorum, eorumque Vicariis, & Officialibus, vel iis deficientibus, illis, qui curam animarum exercent, ut cum præſentium Literarum tranſumpta, aut exempla, etiam impreſſa acceperint, illa ſtatim abſque ulla mora, retardatione, vel impedimento per ſuas Eccleſias, & Diœc., Provincias, Civitates, Oppida, Terras, & loca, publicent, & publicari faciant, & Cleris, ac Populis ſibi ſubjectis ſolemnes proceſſiones, & ſupplicationes indicent, & celebrent, Eccleſiamque, ſeu Eccleſias viſitandas deſignent.

Quibus non ſuffragentur.

§.8. Non intendimus autem per præſentes ſuper aliqua irregularitate publica, vel occulta, nota, defectu, incapacitate, ſeu inhabilitate quoquomodo contracta diſpenſare, vel aliquam facultatem tribuere diſpenſandi, ſeu habilitandi, & in priſtinum ſtatum reſtituendi, etiam in foro conſcientiæ; Neque etiam iis, qui a Nobis, & Apoſtolica Sede, vel ab aliquo Prælato, ſeu Judice eccleſiaſtico excommunicati, ſuſpenſi, interdicti, ſeu alias in ſententias, & cenſuras incidiſſe declarati, vel publice denuntiati fuerint, niſi infra tempus celebrationis hujuſmodi Jubilæi ſatisfecerint, aut cum partibus concordaverint, ullo modo ſuffragari poſſe, aut debere.

Contraria tolluntur.

§.9. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, præſertim quibus facultas abſolvendi in certis tunc expreſſis caſibus ita Romano Pontifici pro tempore exiſtenti reſervatur, ut nec etiam ſimiles, vel diſſimiles Jubilæi, Indulgentiarum, ac facultatum hujuſmodi conceſſiones, niſi de illis expreſſa mentio, aut ſpecialis derogatio fiat, cuiquam ſuffragari queant, necnon regula noſtra de non concedendis Indulgentiis ad inſtar, ac quorumcumque Ordinum, & Congregationum, ſive Inſtitutorum regularium juramento, confirmatione apoſtolica, vel alia quavis firmitate roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis eiſdem Ordinibus, & Congregationibus, atque Inſtitutis quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis: Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, vel quævis alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis, ac formam eorum traditam pro ſervata habentes, hac vice ſpecialiter, & nominatim, & expreſſe ad effectum præſentium derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptorum fides.

§.10. Ut autem præſentes noſtræ, quæ ad ſingula loca deferri non poſſunt, ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus, ut earumdem præſentium tranſumptis, vel exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, ubique locorum, & gentium eadem prorſus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipſis Literis, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 8. Aprilis 1628. An.V.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 8. Aprilis 1628. Pontificatus noſtri Anno V.

Sequitur Conceſſio Indulgentiæ Plenariæ, pro iiſdem neceſſitatibus validius ingruentibus avertendis.

URBANUS PAPA VIII.

Univerſis Chriſtfidelibus præſentes Literas inſpecturis, ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Exordium.

VOtis, & precibus pro S. Eccleſiæ hoſtium converſione, ejuſdemque Eccleſiæ exaltatione, & inter Principes Catholicos pace impetranda Domino in ſuperioris anni quadrageſimali jejunio enixe precati ſumus. Nunc autem periculoſius adverſitatibus imminentibus, & validioribus armorum ingruentibus motibus, ad immenſam ejus miſericordiam, publicis etiam precibus indictis, denuo confugiendum eſſe duximus, ſperantes fore, ut exaudiat preces noſtras multiplicatis interceſſionibus, iis, qui dixit: *Convertimini ad me, & ego convertar ad vos*. Quapropter revertamur ad illum, & hoc præſertim acceptabili tempore ſcindamus corda noſtra, & proiiciamus a Nobis prævaricationes noſtras, in quibus prævaricati ſumus, humiliemus illi animas noſtras in jejuniis, orationibus, eleemoſynis, aliiſque piis operibus, ut conjunctis pœnitentium ſuffragiis, dirigantur preces noſtræ, ſicut incenſum in conſpectu ſuo, & quæ ab ineffabili ejus clementia petimus, tandem conſequamur. Hoc autem, ut fructuoſius, & majori cum ſpiritus ardore peragatur, veteri Eccleſiæ Romanæ omnium Matris, & Magiſtræ more, in præſentibus neceſſitatibus ejuſdem Eccleſiæ theſauros, quorum diſpenſatores a Domino conſtituti ſumus, proferre, & erogare decrevimus. Itaque ex parte Omnipotentis Dei Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, omnes, & ſingulos utriuſque ſexus Chriſtifideles, tam in Alma Urbe noſtra, quam alibi ubicumque locorum conſtitutos apoſtolica auctoritate paterne requirimus, monemus, & in Domino adhortamur ad infraſcripta devote peragendum, & adimplendum, ac ad Deum Salvatorem noſtrum orandum, ut per viſcera miſericordiæ ſuæ fidem Catholicam protegere, ab hoſtium conatibus, & inſidiis defendere, hæreſim extirpare, Principibus Chriſtianis pacem, & veram concordiam donare, ac præcipue præſentibus Eccleſiæ neceſſitatibus ſubvenire dignetur.

Præſcripta hic opera peragentibus plenaria conceditur Indulgentia.

§.1. Nos enim de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, univerſis, & ſingulis Chriſtifidelibus in Alma

Urbe

Digitized by Google

Urbe prædicta degentibus, qui in una ex tribus hebdomadis poſt præſentium publicationem immediate ſequentibus; cæteris vero omnibus, & ſingulis fidelibus extra eamdem Urbem exiſtentibus, qui prima, vel ſecunda hebdomada, poſtquam ad eorum notitiam hæ noſtræ Literæ pervenerint (majori tamen, & Octavæ Paſchatis Reſurrectionis hebdomadis eaceptis) quarta, & ſexta feriis, necnon ſabbato jejunaverint, & quatenus jejunare non poſſint, alia pietatis opera arbitrio infraſcripti Confeſſarii fecerint, ac in uno ex diebus hujuſmodi, vel ſequenti Dominica vere pœnitentes, & confeſſi Sanctiſſ. Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint, & ut præfertur, oraverint, eleemoſynamque arbitrio ſuo feecerint, necnon proceſſioni a dilecto filio noſtro in Urbe prædicta Vicario in ſpiritualibus generali in eadem Urbe, in Eccleſia, ſeu Eccleſiis deſignandis, eatra illam vero ab Ordinariis locorum, vel eorum Vicariis, ſeu Officialibus, aut de eorum mandato, & ipſis deficientibus, per eos, qui ibi curam animarum eaercent, in unaquaque Cathedrali, ſeu Collegiata, aut his non extantibus, Parochiali, vel Matrice Eccleſia viciniore agendæ, in qua Litaniæ cum ſolitis precibus, & orationibus, addita tamen Oratione, *Deus refugium &c.* decantandæ erunt, interfuerint, ſe unā ex d. Eccleſiis viſitaverint, & ibi, ut præfertur, oraverint. Plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam & remiſſionem miſericorditer in Domino, pro hac vice dumtaxat, concedimus.

Extenſio ad infirmos, iter facientes, carceratos, &c. ſub certis modo, & forma.

§.2. Infirmis vero, navigantibus, iter agentibus, in carcere ſeu ſervitute, aut alio quocumque legitimo impedimento detentis, qui Proceſſioni hujuſmodi intereſſe, aut dictam Eccleſiam viſitare nequiverint, ſi alia pietatis opera ſibi a Confeſſario ea approbatis ab Ordinario iniungenda, adimpleverint, ac vere pœnitentes, & confeſſi, ac Sacra Communione refecti, ut præfertur, oraverint; regularibus quoque perſonis utriuſque ſexus, qui Proceſſiuni, quoad Moniales videlicet, in ſuis Monaſteriis: quo vero ad alios regulares ad Cathedralem, ſeu in ejus defectum Collegiatam, aut aliam Eccleſiam majorem loci reſpective faciendæ interfuerint, ibique ſimiliter vere pœnitentes, & confeſſi, ac ſacra Communione refecti, ut præfertur, oraverint, aliaque præmiſſa adimpleverint, ut eamdem Indulgentiam conſequautur, etiam concedimus, & indulgemus.

Facultas pro ſæcularibus tā laicis, quam eccleſiaſticis ſibi eligendi Confeſſarium approbatum, ut eos abſolvat a caſibus non tamen in Bulla Cœnæ Domini reſervatis, cum prohibitione illos habilitandi, &c.

§.3. Ac eiſdem Chriſtifidelibus, tam laicis, quam Eccleſiaſticis ſæcularibus licentiam concedimus, & facultatem damus, ot ſibi ad hunc effectum eligere poſſint quemcumque Presbyterum Confeſſarium, tam ſæcularem, quam cujuſvis Ordinis regularem, ex approbatis a locorum Ordinariis, qui eos ab excommunicationis, ſuſpenſionis, & aliis eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis cauſa, non tamen judicialiter latis, ſeu inflictis, ab omnibus peccatis, exceſſibus, criminibus, & delictis quantumvis gravibus, & enormibus, etiam locorum Ordinariis, ſive Nobis, & Sedi Apoſtolicæ reſervatis, non tamen in Bulla die Cœnæ Domini legi ſolita, contentis, in foro conſcientiæ, & hac vice tantum, injuncta tamen eis, & eorum cuilibet propter præmiſſa, pœnitentia ſalutari, & aliis ejuſdem Confeſſarii arbitrio injungendis, abſolvere, & liberare valeat, citra tamen facultatem diſpenſandi ſuper aliqua irregularitate publica, vel occulta, nota, defectu, incapacitate, ſeu inhabilitate, quoquomodo contracta, ſeu habilitandi, & in priſtinum ſtatum reſtituendi, etiam in foro conſcientiæ.

Publicatio hujus Bullæ facienda ab Ordinariis locorum.

§.4. Idcirco ten. præſentium in virtute ſanctæ obedientiæ diſtricte præcipimus, atque mandamus omnibus, & quibuſcumque Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis Eccleſiarum Prælatis, ac quibuſcumque Ordinariis locorum, eorumque Vicariis, & Officialibus, vel iis deficientibus, illis, qui curam animarum exercent, ut cum præſentium Literarum tranſumpta, aut eaempla, etiam impreſſa acceperint, illa ſtatim abſque ulla mora, retardatione, vel impedimento per ſuas Eccleſias, & Diœc., Provincias, Civitates, Oppida, Terras, & loca publicent, & publicari faciant, Cleriſque, & Populis ſibi ſubjectis privatas proceſſiones, & ſupplicationes, ut præfertur, celebrandas indicant.

Contrariorū derogatio, & exemplorum fides.

§.5. In contrarium facientibus, non obſtantibus quibuſcumque. Ut autem præſentes noſtræ, quæ ad ſingula loca deferri non poſſunt, ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus, ut earumdem præſentium tranſumptis, vel exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, ubique locorum, & gentium eadem prorſus fides, habeatur, quæ haberetur ipſis Literis, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 1. Martii 1629. An.V.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die 1. Martii 1629. Pontificatus noſtri Anno VI.

CCLXIII.

Erectio unius Cathedræ Eloquentiæ, ſive Rethoricæ in publico Urbis Gymnaſio, pro uno ipſius Rhetoricæ Lectore, & Profeſſore, cum annuæ proviſionis aſſignatione, necnon Privilegiorum, & Indultorum, quibus alii dicti Gymnaſii Cathedratici gaudent, communicatione; Ejuſdemque conceſſio Auguſtino Maſcardo.

Studium Generale in Urbe cum privilegiis pro Doctoribus, & Scholaribus inſtituit Boniſac.VIII. ut ex Conſt.XX. In ſupremæ. *Tom.III. Par.II. fol.*100. *Cui conſonat alia Leon.X. Conſtitut.IV.* Dum ſuaviſſimos. *Tom.III. Par.III. fol.*370.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

Militantis Eccleſiæ regimini ab eo, a quo omnis ſapientia eſt, & cum quo

illa ſemper fuit, & eſt ante ævum, nullo licet meritorum ſuffragio præpoſiti, & attente conſiderantes, inter cæteras liberales doctrinas, & diſciplinas, quibus Juventus in publico Almæ Urbis noſtræ Gymnaſio inſtruitur, & eruditur, ut hominis decus eſt ingenium, ſic ingenii lumen eſſe eloquentiam; quodque Rhetorica docet, & juſta perſuadere, & horum contraria fugere, operæ pretium Nos facturos exiſtimavimus, ſi in eodem Gymnaſio una Eloquentiæ, ſive Rhetoricæ Cathedra proviſionis noſtræ miniſterio erigatur, & inſtituatur, eique ſic erectæ, & inſtitutæ, de tali perſona provideatur, cujus inſignis doctrina, & eruditio, non modo induſtria, ſtudio, labore, & diligentia, verum etiam ſingulari Deum pietate comprobetur.

Erectio Cathedræ Rhetoricæ de qua in Rubr.

§.1. Motu itaque proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris unam in præfato Gymnaſio Eloquentiæ, ſive Rhetoricæ Cathedram pro uno ipſius Eloquentiæ, ſive Rhetoricæ Lectore, & Profeſſore cum omnibus, & ſingulis privilegiis, gratiis, & indultis, etiam ſpeciali nota, & expreſſione dignis, & quibus aliarum ſcientiarum, ſive diſciplinarum in dicto Gymnaſio Cathedratici profeſſores de jure, uſu, ſtatuto, conſuetudine, aut ex conceſſione apoſtolica, vel aliàs quomodolibet utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum.

Proviſionis annuæ ſc.500. aſſignatio.

§.2. Necnon proviſione annua ſcutorum quingentorum monetæ ex ea octingentorum ſcutorum ſimilium, quam Venerabilis Frater Julius Archiepiſcopus Theſſalonicen., uti Juris civilis in eodem Gymnaſio olim profeſſor, & Jubilatus ex conceſſione apoſtolica percipit, poſtquam tamen per obitum ipſius Julii Archiepiſcopi, ſeu alias ex ejus perſona quomodolibet ceſſaverit, deſumenda, & perſolvenda, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium erigimus, & inſtituimus.

Auguſtini Maſcardi in dictæ Cathedræ Rhetoricæ Lectorem deputatio.

§.3. Inſuper dilecti filii Auguſtini Maſcardi Clerici Lunen. Sarzanen. Cubicularii, ac Familiaris continui commenſalis noſtri eximiæ doctrinæ, & ſpectatæ multarum literarum ſcientiæ, atque eruditionis, aliarumque inſignium virtutum, ſinceræ erga Nos, & hanc Sanctam Sedem fidei, & devotioni conjunctarum rationem habentes, motu, ſcientia, & deliberatione ſimilibus, Cathedram Eloquentiæ, ſive Rhetoricæ per Nos, ut præfertur, erectam, & inſtitutam, ſive onus ſcientiam hujuſmodi in dicto Gymnaſio publice legendi, docendi, & profitendi eidem Auguſtino, quoad vixerit cum omnibus, & ſingulis honoribus, oneribus, privilegiis, gratiis, indultis, ac proviſione annua quingentorum ſcutorum hujuſmodi, illi modo, & forma præmiſſis perſolvenda, auctoritate, & tenore præfatis concedimus, aſſignamus, & demandamus, eumque Eloquentiæ, ſive Rhetoricæ in dicto Gymnaſio profeſſorem quoad vixerit cum honoribus, oneribus, & proviſione præfatis facimus, conſtituimus, & deputamus.

Executioni prædictarum mandatum.

§.4. Mandantes propterea omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub indignationis, aliiſque arbitrii noſtri pœnis, ut eumdem Auguſtinum ad Cathedram Eloquentiæ, ſive Rhetoricæ præfatam, onuſque ſcientiam hujuſmodi profitendi, illiuſque liberum exercitium juxta tenorem præſentium recipiant, & admittant, eique de proviſione annua quingentorum ſcutorum hujuſmodi poſtquam illa octingentorum ſcutorum ſimilium ceſſaverit, ut præfertur, ſuis congruis temporibus reſpondeant, ac reſponderi curent, & faciant realiter, & cum effectu.

Contrariorum abrogatio.

§.5. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Gymnaſii, & Urbis præfatorum, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 8. Aprilis 1628. An.V.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die 8. Aprilis 1628. Pontificatus noſtri Anno V.

CCLXIV.

Revocatio Decreti editi in Capitulo Fratrum Joannis Dei, quo conceditur cuilibet Sacerdoti dicti Ordinis, ut duas Miſſas ſingulis hebdomadis celebrare, & de earum eleemoſynis ad ſui libitum diſponere poſſent: Ac prohibitio, ne dicti Sacerdotes exerceant officia, & dignitates, quæ in eadem exerceri ſolent: Cum declaratione, quæ ſint officia, & dignitates hujuſmodi, ac inflictione pœnarum contrafacientibus.

De iſto Ordine, ejuſque materiis, vide Conſtitut. CCLXXVII. Pauli V. Romanus. *Tom. V. Par. IV. fol. 253.*

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Circumſpecta Romani Pontificis providentia, ea interdum, quæ in perſonarum regularium Capitulis ſancita ſunt, ipſa ſubinde, rerum experientia ſuadente, præſertim cum felici perſonarum ſub ſuavi religionis jugo Altiſſimo famulantium ſtatui, regulariſque obſervantiæ incremento opportune conſulitur, atque inconvenientibus obviam itur, alterat, immutat, in hiſque ſolicitudinis, & providentiæ ſuæ ſtudium favorabiliter interponit, prout conſpicit in Domino ſalubriter expedire.

Refertur Cap. Gen. Decretũ de quo in Rubrica.

§.1. Cum itaque, ſicut accepimus, in quodam Capitulo Fratrum Congregationis Joannis Dei ſub Regula Sancti Auguſtini, ordinatum fuerit, ut quilibet ejuſdem Congregationis Sacerdos duas Miſſas ad ſui libitum ſingulis hebdomadis celebrare, eleemoſynamque ſibi propterea datam percipere, & de ea in ſuos uſus diſponere valeat; ordinatio autem prædicta non parum eidem Congregationi obeſſe dignoſcatur.

Nos

Ejus revocatio.

§.2. Nos proſpero, feliciqne ipſius Congregationis regimini, quantum cum Domino poſſumus, conſulere volentes, motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, ordinationem prædictam, ac prout illam concernunt, omnia, & ſingula in ſcripturia deſuper confectia contenta, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium perpetuo revocamus, caſſamus, abrogamus, & annullamua, viribuſque, & effectu prorſus evacuamus.

Sacerdotes ab officiis arceantur.

§.3. Inſuper volumus, ac auctoritate, & tenore prædictis ſtatuimus, quod ejuſdem Congregationis Sacerdotes Prælaturas in dicta Congregatione nullo modo obtinere poſſint.

Nemo ante decem annos a profeſſione ſacris initiandus.

§.4. Et illi duo pro qualibet regulari domo ex Fratribus dictæ Congregationis, qui pro Sacramentorum Eccleſiaſticorum adminiſtratione ad ſacros etiam Presbyteratus Ordinea, vigore Literarum felicis recordationis Pauli Papæ Quinti Prædeceſſoria noſtri, deſuper emanatarum promovendi ſunt, ad eoſdem Ordines de cætero promoveri nullatenus valeant, niſi prius decem annos profeſſionis in eadem Congregatione peregerint, & ab Examinatoribus Synodalibus, nnn ſolum ad Ordines prædictos, verum etiam ad ſacras confeſſiones audiendas examinati, & idonei reperti fuerint, & neceſſarias ſuper hoe patentes Literas ab eiſdem Examinatoribus obtinuerint.

Et ſolum pro neceſſitate adminiſtrandi Sacramenta.

§.5. Ac demum, quod nullus de cætero ad ſacros Ordines in dicta Congregatione promoveatur, niſi pro neceſſitate adminiſtrandi Sacramenta Eccleſiaſtica infirmia, & Religioſis, ac de Confratris Majoris, & Definitorum dictæ Congregationis conſenſu ad prædictum effectum dumtaxat præſtando.

Clauſulæ præſervativæ.

§.6. Decernentes, præſentes Literas, ac omnia, & ſingula in eis contenta, valida, & firma, & efficacia exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus, quos illa concernunt, inviolabiliter obſervari.

Clauſula ſublata.

§.7. Sicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariorũ remotio.

§.8. Non obſtantibus præmiſſia, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon dictæ Congregationia, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis, eidem Congregationi, illiuſque Superioribus, & Fratribua, ac aliàs in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibua omnibus, & ſingulis, illorum omnium tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 18. Aprilis 1628. An. V.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoria, die 18. Aprilis 1628. Pontificatus noſtri Anno V.

Sequitur declaratio, quæ nominibus officiorum, & dignitatum intelligenda ſint, ac pœnarum inflictio eligentibua, ac electis contra formam hujus Conſtitutionis.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Paul V indulſit, ut in qualibet domo regulari hujus Congr. unus Confrater ad ſacros ordines promoveri poſſet.

§.1. ALiàs felicis recordationis Paulo Papæ V. Prædeceſſori noſtro pro parte tunc exiſtentia Vicarii Generalis, & Confratrum Congregationis Joannia Dei expoſito, quod omnes Domus Regulares Congregationis prædictæ magna incommoda, & damna patiebantur ex eo, quod quadam Conſtitutione piæ memoriæ Clementis Papæ VIII. etiam Prædeceſſoris noſtri, ſub datum die nona Septembris milleſimo quingenteſimo nonageſimoſexto, Pontificatus ſui Anno Quinto, inter alia Confratribus dictæ Congregationis aſcenſus ad ſacros Ordines interdictus erat; ſiquidem Presbyteros ſeculares, qui pauperum in domibus prædictia exceptorum confeſſiones audirent, Sacramenta miniſtrarent, & agonizantium animas omnipotenti Dei commendarent, habere valde diſpendioſum, & quod deterius erat dicti Presbyteri ſeculares, poſt celebratum ab eis Sacroſanctum Miſſæ ſacrificium a prædictia domibus regularibus pro majori parte diei, & tota nocte aberant in maximum animarum dictorum pauperum præjudicium: Idem Paulus Prædeceſſor eorum, hac in parte ſupplicationibus inclinatus, quod in qualibet domo dictæ Congregationis unus Confrater dumtaxat arbitrio tunc, & pro temporibus exiſtentis ejuſdem Congregationis apud Sedem Apoſtolicam Protectoris ad omnes, etiam ſacros, & Presbyteratus Ordines promoveri poſſet, ſub certia modo, & forma tunc expreſſis conceſſit, & indulſit.

Et ſic promotis officiorum d. Congregat. adminiſtrationem interdixit.

§.2. Utque ſic promoti nullum officium, munus, aut adminiſtrationem in dicta Congregatione gerere, vel exercere valerent, ſed Miſſis celebrandis, & Sacramentia miniſtrandis tantummodo vacare deberent, ſtatuit.

Subinde vero iſte Pont. ſtatuit Sacerdotes in d. Congreg. Prælaturas nullatenus obtinere poſſe.

§.3. Subinde vero Nos proſpero, feliciqne dictæ Congregationis regimini, quantum cum Domino poſſumus, conſulere volentes, motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, inter alia voluimus, ac etiam ſtatuimus, quod ejuſdem Congregationis Sacerdotes Prælaturas in dicta Congregatione nullo modo obtinere poſſent, & aliàs, prout in dictis Pauli prædeceſſoria, ac noſtris in ſimili forma Brevis expeditis Literis, quarum tenorea præſentibus pro ſufficienter expreſſia haberi volumus, plenius continetur.

Modo ex cauſis hic expreſſis;

§.4. Cum autem, ſicut accepimus, nonnulli dictæ Congregationis Superiores, & Sacerdotea prædictas Literas contra verum illa-

Digitized by Google

illarum ſenſum, & diſpoſitionem interpretari non verentes Confratria Majoris, Procuratoris Generalis, Conſiliarii Provincialis, Vicarii Generalis, Prioris, ac Secretarii Generalis dignitates, & officia dictæ Congregationis, ſi ad ea aſſumantur, abſque ullo conſcientiæ ſcrupulo ſe recipere, & obtinere poſſe prætendant.

Declarat dignitates ad quas omnino inhabiles eſſe debent.

§.5. Nos in præmiſſis opportunæ declarationis miniſterio, quantum cum Domino poſſumus, providere volentes, de Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, negotiis Regularium Præpoſitorum conſilio, motu, ſcientia, & deliberatione ſimilibus, Confratres Sacerdotes Congregationis hujuſmodi ea forma Literarum prædictarum ad prænominatas dignitates, & officia obtinenda, inhabiles eſſe, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, decernimus, & declaramus.

Electis quoque, ac eligentibus contra formam hujus Conſt. pœnas opponit.

§.6. Necnon eiſdem Confratribus Sacerdotibus, earumdem tenore præſentium, interdicimus, & prohibemus, ne ad dignitates, & officia hujuſmodi patiantur ſe eligi, vel aſſumi, aut in eis ſe immiſcere quoquomodo: Superioribus vero ne illorum quemquam eligere, vel aſſumere audeant, ſeu præſumant, alioquin Superiores ſic eligentes, vel aſſumentes omnibus officiis, & dignitatibus obtentis, voceque activa, & paſſiva eo ipſo privati cenſeantur: Confratres vero Sacerdotes hujuſmodi, ut præponitur, electi, vel aſſumpti a ſuorum ordinum exequutione, perpetuo ſuſpenſi remaneant.

Aliter judicandi facultatem tollit.

§.7. Decernentes, ſic, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Quibuſcumque non obſtantibus.

§.8. Non obſtantibus omnibus illis, quæ in dictis Literis conceſſa ſunt non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptis fidem dari mandat.

§.9. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 17. Julii 1628. An. V.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 17. Jun. 1628. Pontificatus noſtri Anno V.

CCLXV.

De electione Præfecti Generalis, Conſultorum, & Arbitrii Congregationis Clericorum Regularium Miniſtrantium Infirmis.

Hujus Congregationis materiam lege ad Conſtit. XXXV. Sixt. V. Ex omnibus. *Tom. IV. Par. II. fol.* 191. *Et etiam in hujus Pontif. Conſtitut. XXVII.* Sacroſanctæ. *Tom. V. Par. V. fol.* 185.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

ROmanus Pontifex è ſublimi militantis Eccleſiæ ſpecula univerſi gregis Dominici curæ jugiter invigilans, præcipuas apoſtolicæ ſolicitudinis partes iis impendere conſuevit, ut qui abjectis vanitatibus, huic temporali vitæ renuntiarunt, charitatemque ſectantes, & ſpiritualia æmulantes, non ſolum ſibi, ſed etiam proximo ad ſalutem prodeſſe ſatagunt, per ordinate, provideque conſtitutam ſuperiorum electionem feliciter regantur, & gubernentur, ſublatiſque contentionibus quibuslibet, reddant Domino vota ſua, ambulentque in innocentia vitæ, ac ſanctitate, & juſtitia coram ipſo.

Numerus Provinciarum, & officialium in Capitulo Gener. eligendorum.

§.1. Cum itaque, ſicut accepimus, Congregatio dilectorum filiorum Clericorum Regularium Congregationis Miniſtrantium Infirmis, in quinque Provincias, videlicet Romanam, & Hetruriæ inſimul, Siculam, Neapolitanam, Bononien., & Mediolanen. diviſa exiſtat, & in Capitulo generali ipſius Congregationis præter generalem illius Præfectum, quatuor Conſultores, duo ſcilicet Presbyteri, & duo Laici, unuſque Arbiter, qui in ſacro Presbyteratus ordine conſtitutus eſſe debeat, eligi conſueverint.

Præfectus generalis ex qua Provincia, & quo ordine de cætero eligendus.

§.2. Nos felici, atque proſpero Clericorum præfatorum regimini, atque gubernio quantum Nobis ex alto conceditur, proſpicere volentes, Motu proprio, non ad alicujus Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, quod de cætero perpetuis futuris temporibus ſuccedente muneris Præfecti generalis dictæ Congregationis vacatione, Siciliæ primo, ac ſubinde Mediolanenſis, deinde vero Bononienſis, poſtea Neapolitan. demumque Romanæ, & Hetruriæ Provinciarum ejuſdem Congregationis profeſſores ad munus Præfecti generalis ordine hujuſmodi ſucceſſivo ſervato, dummodo tamen ad illius functionem, ſive exercitium habiles, & idonei in ea Provincia, cui id obtigerit, reperiantur, & ſic deinceps alternis vicibus.

Conſultores, & Arbiter ex quibus Provinciis eligendi.

§.3. Quodque in proxime futuro Capitulo generali ipſius Congregationis, è Mediolanen., & Bononien. duo Laici, è Neapolitan. vero, & Siciliæ duo Presbyteri in Conſultores, necnon Arbiter pro hac prima vice

Digitized by Google

vlee rurſus e Mediolanen. Provinciis hujuſmodi, in futurum vero ex aliis Provinciis per turnum alternis vicibus, atque ordine ſucceſſivo, ut præfertur, eligantur, & aſſumantur, eligique, & aſſumi debeant, ita tamen, ut è duabus illis Provinciis, ex quibus in uno Capitulo generali duo Presbyteri, in Conſultores aſſumpti fuerint, in alio ſubſequenti nonniſi duo laici, ad officium Conſultorum hujuſmodi eligi valeant, neque Conſuliores, & Arbiter ejus ſint Provinciæ, ex qua Præfectus generalis eligi contigerit, ſervato ſemper in omnibus præmiſſis ordine alternativæ: tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus.

Decretum præſervativū.

§.4. Decernentes præſentes Literas validas, firmas, ac efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus, ad quos ſpectat, & in futurum quomodolibet ſpectabit, inviolabiliter obſervari.

Decretum irritans.

§.5. Sicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum

§.6. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon dictæ Congregationis, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis eidem Congregationi illiuſque Superioribus, & perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptorum fides.

§.7. Volumus autem, ut præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, ac manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 29. Aprilis 1628. An.V.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris die 29. Aprilis 1628. Pontificatus noſtri Anno V.

CCLXVI.

Extenſio Indulti recitandi Officium, & celebrandi Miſſam de Beato Felice de Cantalicio Ordinis Cappuccinorum in ejus feſto ad omnes Sacerdotes ad Eccleſias ejuſdem Ordinis confluentes.

Hunc Felicem de Cantalicio beatificavit hic idem Pontifex Conſtitut. CXLIX. In ſpecula. *Tom.V. Par.V. fol.* 360.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Refert diſpoſitionem aliarum Conſtit.

ALias nomine dilectorum filiorum nobilium virorum Maximiliani Bavariæ Sacri Romani imperii Principis Electoris, & Caroli Lotharingiæ Ducum reſpective, necnon Franciſci a Lotharingia Comitis Vademontanæ, dilectarumque in Chriſto filiarum nobilis mulieris Eliſabethæ Bavariæ Duciſſæ, & Catharinæ etiam a Lotharingia Monaſterii Sedi Apoſtolicæ immediate ſubjecti S. Petri de Romaricomonte Ordinis Sancti Benedicti nullius, ſeu Tullen. Diœceſ. Abbatiſſæ, necnon etiam Miniſtri Generalis, & Fratrum Ordinis Minorum Sancti Franciſci Capuccinorum nuncupatorum. Nobis expoſito, quod bo. me. Felix de Cantalicio ejuſdem Ordinis, dum vixit, profeſſor, multis, & eximiis virtutum, gratiarum, & miraculorum donis a Domino illuſtratus fuerat, eaque propter exponentes prædicti Nobis humiliter ſupplicari fecerant, ut donec Canonizationis honor dicto Felici de Cantalicio ab Apoſtolica Sede decerneretur, idem Felix de Cantalicio Beatus nuncupari, Officiumque, & Miſſa de eo recitari, & celebrari poſſet. Nos hujuſmodi ſupplicationibus tunc inclinati, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus Præpoſitorum conſilio, ut ipſe bo. me. Felix de Cantalicio Beatus nuncupari, Officiumque, & Miſſa de eo tamquam de Communi Confeſſoris non Pontificis juxta rubricas Miſſalis, & Breviarii Romani eo anno ab omnibus dicti Ordinis Fratribus ubique exiſtentibus, hic autem Romæ, etiam a Sacerdotibus ad Eccleſias eorumdem Fratrum confluentibus, die eorum Superioribus beneviſa, in poſterum vero die dumtaxat ſui obitus in Eccleſiis Fratrum præfatorum, videlicet in Nanceii, ac præfato Romaricomontis, necnon Cantalicii Oppidis ab eiſdem Fratribus tantum, Romæ vero ubi Corpus ejuſdem requieſcit, etiam a Sacerdotibus ad Eccleſiam ipſorum Fratrum confluentibus recitari, & celebrari. Et ſubinde, ejuſdem Ordinis univerſis, & ſingulis ubique exiſtentibus, Romæ autem dumtaxat etiam a Sacerdotibus ad Eccleſiam, ubi ejuſdem Beati Felicis Corpus quieſcit, confluen. in die obdormitionis ipſius Beati Felicis Officium, & Miſſa de eo, ut præfertur, ſimiliter recitari, & celebrari reſpective poſſet, & valeret, licentiam, & facultatem concedimus, & impertiti ſumus, pro-

ut in

Digitized by Google

ut in diverſis noſtris in ſimili forma Brevis expeditis Literis, quarum ten. præſentibus pro expreſſis haberi volumus, plenius continetur.

Nunc ad ſupplicationem horum Fratrum extenditur hujuſmodi indultum.

§.2. Nunc autem dilecti filii Franciſci Genuenſis Procuratoris generalis dicti Ordinis, ac Miniſtri Generalis, & Fratrum præfatorum nomine Nobis humiliter porrectis ſupplicationibus inclinati de eorumdem Card. conſilio, ut in die tantum feſti ejuſdem Beati Felicis Officium, & Miſſa de eo tamquam de Communi Confeſſoris non Pontificis, ut præfertur, juxta rubricas prædictas etiam a Sacerdotibus ad Eccleſias eorumdem Fratrum confluentibus recitari, & celebrari reſpective libere ſimiliter, & licite valeat, licentiam, & facultatem, apoſtolica auctoritate tenore præſentium concedimus pariter, & impertimur.

Contrariis derogat.

§.3. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptis fidem haberi mandat.

§.4. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 15. Martii 1628. An.V.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris, die 15. Martii 1628. Pontificatus noſtri Anno V.

CCLXVII.

De electione Definitorum Congregationis Caſſinenſis, aliàs Sanctæ Juſtinæ de Padua, Ordinis S. Benedicti, ac de eorumdem vacatione ab Officio: Necnon de auctoritate Dietæ circa diſpoſitiones Abbatum, eorumque mutationes, ac eorum, qui Decanatus munere digni ſunt, electionem.

Hujus Congregationis materiam vid. in Conſt. Julii II. Super cathedram. *Tom. III. Par. III. fol. 250. Emanavit poſtea Decretum a S. Rituum Congregatione ſuper uſu Baldachini, & Miniſtrorum, & aliarum cæremoniarum ad favorem Abbatum ipſius Congregationis, relatum, & confirmatum ab Urbano Octavo ut infra.*

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Commiſſi Nobis per abundantiam Divinæ gratiæ Paſtoralis officii debitum poſtulat, ut ſacrarum Religionum in Eccleſia Dei militantium felici ſtatui, & directioni ſedulo intendentes, ea ſtatuamus, & decernamus, quæ proſpero illarum regimini, & gubernio conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Cauſæ hujus Conſtit.

Exponi ſiquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Abbates Monaſteriorum Ordinis S. Benedicti Congregationis Caſſinen. aliàs Sanctæ Juſtinæ de Padua, quod ipſi alias de anno proxime præterito in Civitate Peruſin. capitulariter congregati, conſiderantes damna, ſeu inconvenientia, quæ in dicta Congregatione ob nimiam, & fere abſolutam auctoritatem, & poteſtatem, qua ipſius Congregationis Definitorium ſua perpetuitate fretum, ac Dieta utebantur, eatenus exorta erant, proindeque illis de aliquo opportuno remedio providere cupientes, ad Nos, & Apoſtolicam Sedem deſuper recurſum habere decreverunt. Quare Nobis humiliter ſupplicari fecerunt, quatenus ſuper præmiſſis opportune providere de benignitate apoſtolica dignaremur.

De electione duratione, & vacatione Definitorum de cætero.

§.1. Nos damnis, & inconvenientibus hujuſmodi quantum cum Domino poſſumus, obviam ire, ac Abbates præfatos ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, eorumque ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt ad effectum Præſentium dumtaxat conſequen. harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſen. hujuſmodi ſupplicationibus inclinati. Quod de cætero perpetuis futuris temporibus Definitorium ejuſdem Congregationis non ſit, nec eſſe poſſit perpetuum, ſed quoad omnes Definitores vacabile: ita quod ipſorum Definitorum officium ſit annale, & vigore cujuſcumque confirmationis ultra biennium non duret, & qui de præſenti Definitores exiſtunt, ſi tempore proximi Capituli generalis ejuſdem Congregationis, quod ut aſſerunt, præſenti anno in Civitate Parmen. celebrandum eſt, eorum, & ſeu cujuſlibet ipſorum Definitorum officium ſpatio biennii tunc præcedentis duraverit, eorum officium per biennium, ut præfertur obtentum, eo ipſo vacet, & vacare cenſeatur, iidemque Definitores biennales ad officium Definitoris hujuſmodi denuo eligi, vel aſſumi nequeant, niſi poſtquam per aliud biennium ab eodem officio ceſſaverint.

De auctoritate dietæ circa diſpoſitiones Abbatum, ac Decanorum electione.

§.2. Quodque etiam in Dieta dictæ Congregationis nullus Abbas deponi poſſit, ſed id Capitulo generali ejuſdem Congregationis omnino relinquatur, & caſu, quo aliqua urgens neceſſitas proviſione indigens occurrat, tunc cognita primum cauſa, reoque audito, ad ſuſpenſionem adminiſtrationis dumtaxat deveniri poſſit, ac loco Prælati ſic ſuſpenſi alius deputetur Prælatus, qui tamen ex illis non ſit, qui Dietam ex qua judicium fieri contigerit, ingrediuntur: Demum quod in Dieta ullus Abbas in pœnam abſque cognitione cauſæ mutari, ſeu decreta in Capitulo generali facta annullari, aut Decani ſub quovis prætextu creari nullatenus poſſint.

Contrafacientium pœna.

§.3. Prædictaque omnia, & ſingula, perpetuo ſub nullitatis geſtorum excommunicationis latæ ſententiæ, privationis vocis activæ, & paſſivæ, ac officiorum per eos obtentorum, perpetuæque inhabilitatis ad illa in poſterum obtinen. pœnis eo ipſo incurrendis.

Sicque,

Clauſula ſublata.

§.4. Sicque, & non aliter in præmiſſis omnibus, & ſingulis in prædicta Congregatione perpetuo obſervari, & ita per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium ſtatuimus, decernimus, & declaramus.

Deputatio executorum.

§.5. Quocirca dilectis filiis noſtro Ludovico tituli Sancti Laurentii in Damaſo Presbytero Cardinali Ludoviſio nuncupato, moderno, & pro tempore exiſtenti Ordinis, & Congregationis hujuſmodi apud Nos, & Apoſtolicam Sedem Protectori, ac cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes Literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte nunc, & pro tempore exiſtentium Ordinis, & Congregationis hujuſmodi ſuperiorum, aut alicujus eorum nomine dictæ Congregationis fuerint requiſiti, ſolemniter publican. eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant eas, & ea auctoritate noſtra ab omnibus inviolabiliter obſervari: contradictores quoslibet, & rebelles per cenſuras eccleſiaſticas, & pœnas etiam pecuniarias eorum arbitrio imponen. moderan., & applican. aliaque opportuna juris, & facti remedia appellatione poſtpoſita, compeſcendo, legitimiſque ſuper his haben., ſervatis proceſſibus, cenſ., & pœnas ipſas etiam iteratis vicibus aggravan., invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis.

Derogatio contrariorum.

§.6. Non obſtantibus fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Ordinis, & Congregationis hujuſmodi, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum ten. præſentibus pro ſufficienter expreſſis haben., illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per Literas Apoſtolicas non facien. plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionē.

Dat. die 4. Maii 1628. An.V.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die quarta Maii 1628. Pontificatus noſtri Anno V.

CCLXVIII.

Confirmatio Conſtitutionum Urbanarum Fratrum Minorum Conventualium Ordinis S. Franciſci in Capitulo generali dicti Ordinis Anno 1625. celebrato pro feliciori ipſius Ordinis progreſſu editarum, ac de mandato Urbani VIII. examinatarum cum annullatione quarumcumque aliarum Conſtitutionum prædictis repugnantium.

Iſtæ Conſtitutiones Urbanæ ſunt impreſſæ Romæ Anno 1628. quas hic imprimere denuo, otioſum eſſet.

Fratribus hujus Ordinis, eorumque Superioribus ambitum prohibuit Paul. V. ut in Conſt.CCXCVIII. *Admonemur.* To.V. Par.IV. fol. 271. & ſeq. Et pro dicti Ordinis Studentibus Collegium in Inſula Melevitana erexit idem Paul. in Conſtitut.CCCXI. *In ſupereminenti.* ibidem. fol.287. Et aliud in Civitate Pragæ inſtituit poſtea Gregor. in Conſtit.LIII. *In ſupereminenti.* Tom.V. Par.V. fol.22. Vide etiam Honor.III. Conſt.LXVII. *Solet.* Tom.III. fol.229.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

Militantis Eccleſiæ regimini, meritis licet imparibus, per abundantiam divinæ gratiæ præpoſiti, inter graviſſimas, multipliceſque apoſtolicæ ſervitutis curas, in eam peculiari ſtudio jugiter incumbimus, ut qui, abjectis vanitatibus, huic temporali vitæ renuntiarunt, charitatemque ſectantes, & ſpiritualia æmulantes, divini numinis obſequiis ſe manciparunt, ſub provide, atque ordinate editis ſtatutis, feliciter regantur, atque gubernentur.

In Capitulo Gen. horum Fratrum de anno 1625. celebrato, ipſius Ordinis Conſt.Urban. nuncupatæ, compilatæ fuerunt, & in unum volumen redactæ.

§.1. Exponi ſiquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Felix Franciſchinus de Caſſia Miniſter generalis Fratrum Ordinis Minorum S. Franciſci Conventualium nuncupatorum, quod in proxime præterito ipſius Ordinis Capitulo generali de anno 1625. celebrato pro feliciori ipſius Ordinis, ejuſque Fratrum progreſſu, ac diſciplinæ regularis obſervantia, novæ ipſius Ordinis conſtitutiones Urbanæ nuncupatæ in unum volumen compilatæ fuerunt.

Illaſque ut confirmaret ſupplicarunt Pont.

§.2. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, pro majori earumdem Conſtitutionum validitate, atque obſervantia, dictus Felix plurimum cupiat, illas apoſtolicæ confirmationis patrocinio communiri, & alias per Nos, ut infra provideri.

Qui eas, ut hic reviſas, & examinatas approbat, & confirmat, li qui intervenerint defectus.

§.3. Nos, qui Conſtitutiones ipſas per dilectum filium Jacobum Creſcentium Monaſterii Abbatiæ nuncupatæ S. Euthitii, S. Benedicti, ſeu alterius Ordinis Spoletan. dictorum Commendatarium diligenter examinari, & revideri juſſimus, piis dicti Felicis votis, quantum cum Domino poſſumus annuere, illumque ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excom-

communicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtat, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Conſtitotiones hujuſmodi in unum volumen compilatas, ſic de mandato noſtro examinatas, & reviſas, ut præfertur, apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetoo approbamos, & confirmamus, illiſque inviolabilis apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes, & ſingulos, tam juris, quam facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus.

Præcedentes Conſtit. his contrarias tollit.

§.4. Omnes vero, & ſingulas alias dicti Ordinis Conſtitutiones in antea factas, etiam auctoritate apoſtolica roboratas, in iis, quæ præſentibus repugnant, & quæ annis proxime præteritis pro reformatione Fratrum dicti Ordinis Regni Puloniæ factæ fuerunt, revocamus, caſſamus, & annullamos, viribuſque, & effectu evacuamus.

Clauſula.

§.5. Decernentes Conſtitutiones hujuſmodi compilatas, ac de maodato noſtro examinatas, & reviſas, ut præfertur, ab omnibus, & ſingulis dicti Ordinis Fratribus, cæteriſque perſonis ſub pœnis io illis contentis inviolabiliter obſervari debere.

§.6. Sicque, & non aliter per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii apoſtolici Auditores ubique judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane quidquid ſecus ſuper bis a quocumque, quavis auctoritate, ſcienter, vel igooranter contigerit attentari.

Obſtantium derogatio.

§.7. Non obſtantibus conſtitutionibos, & ordinationibus apoſtolicis, ac dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis apoſtolicis in contrariom præmiſſorum, quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſiogulis, eorum omnium tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, bac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis qnibuſcumque.

Fides danda tranſumptis.

§.8. Volumus antem, quod præſentinm tranſumptis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujos perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſos fides ubique adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 15. Maii 1628. An. V.

Datum in arce Candulphi Albanen. Diœceſis ſub annulo Piſcatoris die 15. Maii 1628. Pontificatus noſtri anno quinto.

Sequitur Depotatio Miniſtri generalis hujus Ordinis in Exequutorem obſervantiæ dd. Conſiitutionum Urbanarum.

URBANUS PAPA VIII.

Dilecto filio Franceſchino a Caſſia Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci Conventualium nuncupatorum Miniſtro Generali, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Receſſet præcedentes Literas.

NUper a Nobis emanaront literæ tenoris ſubſequentis, videlicet: Urbanus Papa Octavus. Ad perpetuam rei memoriam. Militantis Eccleſiæ regimini, meritis licet imparibus. *Reſiduum eſt Conſt. quæ præcedit.*

Depotatio Min. gen. in exequutorem

§.2. Cum antem, ſicut accepimus, Conſtitotiones hujoſmodi de mandato noſtro examinatæ, emendatæ, correctæ, & reviſæ, ac per Nos approbatæ, & confirmatæ, ut præfertur, in generali eorundem Fratrum Congregatione io domo regulari ſanctorum duodecim Apoſtolorum de Urbe de menſe Maii proſime præteriti celebrata publicatæ, & acceptæ fuerint: Nos ut Conſtitutiones prædictæ eo facilius in omnibus ipſius Ordinis domibus, & locis regularibus introducantur, exactiuſque ab illorum Fratribus, & perſonis obſerventur, quo amplinribus fueris a Nobis, & bac ſaocta Sede facultatibus ſuffultos, providere volen., ac de tua fide, prudentia, pietate, doctrina, & religionis zelo plurimum in Domino confiſi, tuam in præmiſſis auctoritatem in primis apoſtolica auctoritate præfata, tenore præſentium escitamus, tibique per præſentes committimus, & mandamus, ut per teipſum, ſi commode potueris, ſin minos per idoneos ipſius Ordinis religioſos viros vitę, ac morum probitate, doctrinaque præſtantes a te ſubdelegan. Conſtitutiones hujuſmodi de mandato noſtro examinatas, & reviſas, ac per Nos approbatas, & confirmatas, ut præfertur, in omnibus toi Ordiois domibus, & locis regularibus, auctoritate noſtra, introducas, eaſque ab omnibus illorum Fratribus, & perſonis, quantum fieri poſſe, & expedire judicaveris, obſervari eadem auctoritate cures, & facias; contradictores quoslibet, & rebelles per ſeotentias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaqoe opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo.

Cum facultatibus neceſſariis.

§.3. Nos enim tibi præmiſſa, & quæcumqne alia circa ea neceſſaria, & quomodolibet opportuna facien., dicen., geren., & exequen. plenam, liberam, & amplam facultatem, & auctoritatem, dicta auctoritate, tenore præſentium, concedimus, & impertimor. Non obſtantibus omnibus illis, quæ io præſentibus literis conceſſa ſunt non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 16. Septem. 1628. An. VI.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, ſub annulo Piſcatoris die 16. Septembris 1628. Pontificatus noſtri Anno VI.

Digitized by Google

CCLXIX.

Ordinationes, & Leges ſervandæ in electione Magni Magiſtri Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani.

Hujus Hoſpitalis materiam vide in Con. XV. Anaſtaſii IV. Chriſtianæ. *Tom. II. fol.* 346. *Et etiam hujus Pontif. Conſt. XLV.* Univerſalis. *Tom. V. Par. V. fol.* 205., *qua confirmavit omnia privilegia ei quomodolibet conceſſa. Et in alia pariter Conſtitutione CCLVII.* Exponi. *hic ſupra. fol.* 111.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

IN Specola militantis Eccleſiæ, nullo meritorum ſuffragio, ſed per abundantiam divinæ gratiæ conſtituti, inter cætera, quibus juxta creditum humilitati noſtræ Apoſtolatus officium jugiter angimur, illa Nos maxime ſollicitos reddunt, ut eorum, qui ad primaria in Militiis Regularibus munia aſſumendi ſunt, electiones certis legibus celebrentur, & omni perturbatione ſemota, feliciter perficiantur.

Certam legem præſcribere volens iſte Pontifex in electione Magni Magiſtri prohibet ne Locumtenens a quocumque electus in actus gratiam concernentes ſe intromittat, ſed quæ ad juſtitiam tantum pertinet, exerceat. Et alia ſtatuit, ut infra.

§.1. Quare certam legem, & formam in electione Magni Magiſtri Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani celebranda præſcribere volentes, Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione, prohibemus, & interdicimus, ne de cætero ullus Locumtenens a pro tempore exiſtente dicti Hoſpitalis Magno Magiſtro, vel Sede Magiſtrali vacante, a conſilio ſtatus, ſeu completo juxta formam ſtatutorum, ſeu ſtabilimentorum dicti Hoſpitalis, auctoritate apoſtolica, confirmatorum deputatus, vel electus cum quovis Fratre Milite dicti Hoſpitalis, ſeu alia quavis perſona ad habitum Fratrum dicti Hoſpitalis admitti petente ſuper cujuſcumque generis impedimento, vel defectu, etiam in vim quorumcumque privilegiorum, ſeu facultatum eadem auctoritate conceſſorum, ſeu confirmatorum, diſpenſare, aut alias gratias quovis prætextu facere, minuſque literas apoſtolicas Magno Magiſtro prædefuncto directas, exequutioni demandare, aut alios quoſvis actus gratiam concernentes, ſub pœna privationis vocis activæ, & paſſivæ eo ipſo incurren. facere audeat, vel præſumat: Volentes, & expreſſe præcipientes, ut ipſe Locumtenens ea ſolum, quæ ad meram juſtitiam pertinent, exercere valeat; alioquin omnia, & ſingula per eum contra præſentium tenorem quomodolibet geſta, irrita, & inania, nulliuſque roboris, & momenti exiſtant. Sicque diſpenſati, & alii quicumque exequutionis literarum prædictarum, necnon gratiarum, eis ſic, ut præfertur, a Locumtenente hujuſmodi factarum, uſu, & effectu careant, & aliàs in eodem ſtatu, in quo antea erant, non ſecus, ac ſi cum eis ſuper ſuis impedimentis, vel defectibus diſpenſatum, gratiæque eis conceſſæ, ac literæ apoſtolicæ hujuſmodi exequutioni demandatæ non fuiſſent, remaneât.

De pecuniis ærario communi debitis ſede Magiſtrali vacante recipiendis conſervandis.

§.2. Occurrente autem Sedis Magiſtralis vacatione tres ejuſdem Hoſpitalis FF. Milites fide, & facultatibus idonei, per Locumtenen., & Conſilium præfatos deputentur, ut in ipſorum ſic deputatorum manibus pecuniæ per debitores communis Ærarii, vacatione præfata durante, in numerata pecunia realiter, & cum effectu ſolvantur, & numerentur. Solventes vero ſolutionum hujuſmodi quietantias ab ipſis deputatis reportent; qui quidem Deputati ſtatim, ſequuta Magni Magiſtri electione, pecuniarum per eos receptarum, & exactarum rationem reddere, pecuniaſq. ipſas Magno Magiſtro canonice electo, ſeu Theſaurario, vel aliis Miniſtris, ad quos de jure, & ex forma ſtatutorum, ſeu ſtabilimentorum hujuſmodi ſpectabit, conſignare, & reſtituere teneantur, aliterque factæ ſolutiones nullatenus ſolventibus ſuffragentur, quin adhuc communis Ærarii, ad effectum non ferendi ſuffragium, debitores cenſeantur.

Milites nati extra limites non ſe ingerant in electione Magni Magiſtri, nec ferant ſuffragium, excepto Epiſcopo Melevit. Priore Conventualis Eccleſiæ, ac Fratribus Magnæ Crucis

§.3. Præterea, ne ullus dicti Hoſpitalis Frater, ſive Miles, ſive Cappellanus, ſive Armorum ſerviens, & extra limites natus, cum quo ſuper defectu limitum diſpenſatum ſit, nulluſque Frater Cappellanus, actu Sacerdos non exiſtens, minuſque nullus Frater ſerviens, qui ex mera gratia, nullis factis probationibus, receptus fuerit in electione Magni Magiſtri, aut in quovis alio actu illam concernente, etiam cujuſvis privilegii a Sede Apoſtolica obtenti, vel conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, aut quovis alio prætextu, ingenio, vel colore, votum, vel ſuffragium ferre, nec etiam paſſivum habere, ſeu in ea quomodolibet ſe intromittere, vel immiſcere audeat, vel præſumat, aut privilegio, vel conſuetudine hujuſmodi, ſine quibuſvis aliis gratiis, ſibi ſpecialiter, etiam auctoritate apoſtolica, deſuper conceſſis, uti poſſit, aut valeat. Exceptis tamen venerabili Fr. Epiſcopo Melevitano, & dilecto filio Priore Eccleſiæ Conventualis ejuſdem Hoſpitalis nunc, & pro tempore exiſtentibus, necnon quovis alio Magnæ Crucis Fratre, quos, licet receptos extra limites, ad ſuffragium ferendum habiles declaramus, eoſque in hac prohibitionis parte nullatenus comprehendere intendimus, ſed ejuſdem Epiſcopi, necnon etiam linguæ germanicæ jura, privilegia, & prærogativas, ſi quæ illis aliàs competunt, præſervamus.

Catalogus Vocalium juxtà hanc Cõſtit. conficiatur, ac termmine præfigatur ad hoc, ut ſi quis voluerit, contra aliquem excipere poſſit, quo elapſo non audiatur.

§.4. Inſuper ſtatuimus, ut ipſe Locumtenens, una cum Conſilio ſupradicto quamprimum eorum Fratrum, qui juxta formam præſentis noſtræ Conſtitutionis ſuffragium laturi ſunt, notam, ſive catalogum, cum eorum nominibus, cognominibus, patriis, & denominationibus, necnon tempore ſuſceptionis habitus, ac reſidentiæ, & caravannarum per eorum quemlibet factarum confici, illamque in locis publicis, ſolitis, & conſuetis, ad hoc, ut ſi quis ſe gravatum

ſenſerit, aut contra aliquem excipere voluerit, intra terminum, ab eiſdem præfigendum, in Actis Cancellarii, ſeu Vice-Cancellarii, aut cujuſvis alterius ad hoc deputandi, exhibere, & jura ſua deducere poſſit, & valeat, affigi curent; Quo termino elapſo, & nihil oppoſito, opponere volentes amplius non audiantur.

Locumtenens & Conſilium, ſede Magiſtrali vacante, cauſas ſummarie cognoſcant, & decidant.

§.5. Ipſi vero Locumtenens, & Conſilium ipſas, & quaſcumque alias controverſias, quas, Sede Magiſtrali vacante, oriri contigerit, donec ad Magni Magiſtri conſumatam electionem deventum fuerit, privative, quoad alios quoſcumque ſummarie, ſimpliciter, & de plano, abſque ſtrepitu, & figura judicii, etiam manu regia, juxta tamen eorum ſtatuta, ſtabilimenta, & conſuetudines hujuſmodi; omni, & quacumque appellatione, in integrum reſtitutione, & aliis quibuſcumque execuutionem retardare valentibus, remotis, decidere, & terminare etiam poſſint, & valeant.

Modus, & forma eligendi Magnum Magiſtrum.

§.6. Conventus vero, & omnes Fratres die, & hora ſolitis in Eccleſia d. Hoſpitalis congregentur, & Miſſa celebrata, Hymnoque, *Veni Creator Spiritus*, decantato, ſinguli Fratres jus ſuffragii vigore præſentium habentes, ad Cappellam unicuique linguæ, ad id in eadem Eccleſia deſtinatam, ſeu deſtinandam, exceptis tamen Fratribus illius linguæ, ex qua dictus Locumtenens extiterit, qui in corpore Eccleſiæ S. Joannis remaneant, accedant, ibique prævio juramento per eorum ſingulos alta, & intelligibili voce juxta formam in ſtatutis, ſeu ſtabilimentis hujuſmodi præſcriptam, & de præſenti obſervandam, deque eligendo eum, quem ſecundum Deum judicarint expedire, præſtando: Quod quidem in omnibus aliis electionibus, vigore earumdem præſentium, faciendis, per omnes, & ſingulos, ſuffragium laturos, præſtari, & renovari volumus: non unum ut antea conſueverant, ſed tres Fratres Milites ex unaquaque lingua capaces, ac juxta præſentium, necnon ſtatutorum, ſeu ſtabilimentorum præſatorum formam qualificatos, in electores eligant, itaut impoſterum non octo tantum Fratres Milites, qui in electores deputabantur, ſed vigintiquatuor eligantur, ipſaque trium Fratrum cujuſcumque linguæ electio per ſecretas ſchedulas modo, & forma ſequentibus fiat; Videlicet, quod omnes ſchedulæ, vel impreſſæ, vel una, & eadem manu tantum conſcriptæ ſint, cum expreſſione eorum omnium, quæ in ſimilibus electionum ſchedulis exprimi ſolent, præter nomina, & cognomina, ſeu denominationes eligentium, & eligendorum, illæque ſuper menſa in Cappellis, & Eccleſia hujuſmodi reſpective apponi, ſingulique eligentes ſeorſim, & ſeparatim, aliis inde remotis, ad ipſam menſam accedere, & ipſimet in una proprium nomen, ſeu cognomen, aut denominationem, in altera vero ſchedulæ partibus, illius, quem eligere voluerint, nomen, ſeu cognomen, aut denominationem propria manu, alioquin ſuffragium ſit nullum, ſcribere debeant. Liceat tamen iis, quibus Conſilium, & Locumtenens præſati ex aliqua infirmitatis, vel alterius juſtæ, & rationabilis impotentiæ cauſa, id conceſſerint, nomina, cognomina, ſeu denominationes præſata per alium, ab ipſiſmet Locumtenente, & Conſilio deputan. deſcribi facere. Quilibet vero eligentium hujuſmodi ad menſam præſatam accedens, nominibus, ſeu cognominibus, aut denominationibus præſatis in ſua ſchedula, ut præfertur, conſcriptis, illam complicet, & involvat ad effectum, ut a nemine legi poſſit, eamque ſic complicatam, & involutam ſummis digitis elevans, & circumſtantibus palam, & publice ad hoc, ut unicam eſſe omnibus pateat, commonſtrans, in urnam, ſeu vas in menſa ad hunc effectum appoſitũ immittat. Quo facto tres antiquiores, ſeu magis antiani tamquam ſcrutatores palam, & publice omnibus videntibus, & audientibus eligentes, & ſchedulas in urnam, ſeu vas immiſſas, numerent, & ubi pauciores, ſeu plures ſchedulæ numero eligentium repertæ fuerint, illico comburantur, & ad novum ſcrutinium toties deveniatur, donec ſchedularum numerus eligentium numero coæquetur, illique reſpondeat, ipſaque trium hujuſmodi Fratrum Militum pro unaquaque lingua electio fiat; illique electi cenſeantur, qui majorem ſuffagiorum numerum reſpectu minoris habuerint, dummodo ſinguli quartam ſaltem ſuffragiorum partem aſſequantur. Si vero nemo, ſive duo, aut unus dumtaxat ex tribus eligendis hanc quartam ſuffragiorum partem reportaverit, ſcrutinium toties renovetur, quoad alios, qui quartam partem non reportaverint, donec trium numerus cum d. ſaltem quarta parte compleatur. Qui vero, ut præfertur, electus fuerit a ſuffragio ferendo pro aliis duobus arceatur, ſtatimque, atque electus fuerit, ab ipſa Cappella recedat, & ad locum opportunum ſe conferat. Quod ſi Locumtenens in dd. trium numerum eligatur, ſtatim alius Locumtenens deputetur, ſeu magis antianus ipſius Conſilii inibi exiſtens Locumtenentis loco præſideat, prout prædicto Conſilio expedire videbitur. Quia vero Prioratus, & aliæ dignitates anglicanæ linguæ Magno Magiſtro Hoſpitalis hujuſmodi, donec illud Regnum ad gremium S. R. E. redierit, apoſtolica auctoritate unite reperiuntur, unaquæque lingua ſucceſſive alium eligat, & ex ſeptem ſic electis, viginti, & unus ſupradicti per ſecreta pillularum ſuffragia, pro majori numero eligentium, reſpectu minoris, tres diverſarum nationum, Gallicæ, videlicet, Hiſpanicæ, Italicæ, & Germanicæ eligant, qui tres, ut præfertur, electi, linguam anglicam repræſentent, illiuſque vice, & nomine in electione hujuſmodi tantum ſuffragium ferant. His peractis ipſi viginti quatuor, ut præfertur, electi, ad locum Conclavis ſe conferant, in quo etiam electio Magni Magiſtri, non alibi facienda erit, ibique Præſidentem electionis per pillulas ſecretas, juxta antiquam dicti Hoſpitalis

lis conſuetudinem, hactenus obſervatam, eligant, qui ſic electus loco dicti Locumtenentis cum prohibitionibus ſupradictis, gratias, & alia ſupradicta non faciendi præſideat, & ea, quæ Præſidentes electionis de jure, & privilegio, uſu, vel conſuetudine facere, & gerere poſſunt, ſeu debent, gerat, & faciat, & ſubinde ad electionem Triumviratus, nempe unius militis, unius Cappellani, & unius Armorum ſervientis Fratrum, qui ſint diverſarum linguarum juxta formam ſcrutinii pillularum, ſuperius deſcripti, uſque ad perfectam electionem hujuſmodi procedant, ipſaque electione celebrata, ipſi tres ſic electi in Conclavi prædicto ad quarti electionem, diverſæ tamen linguæ unanimes deveniant: ſi autem intra unius horæ ſpatium concordes non fuerint, tunc, eo caſu ſinguli alium Fratrem Militem eorum cuilibet beneviſum, qui non ſit ex eorum linguis, nominent, nominatione que hujuſmodi ad viginti quatuor electores relata, ipſi ad ſecretum pillularum, pro electione unius ex dictis tribus nominatis ſcrutinium deveniant, in quo ille, qui majorem ſuffragiorum numerum, reſpectu minoris numeri reportabit, pro quarto electus ſit, & eſſe cenſeatur. Quartus autem ſic electus ad Conclave accedat, & cum aliis tribus ad quinti, quintus vero ſimiliter electus, cum aliis quatuor ad ſexti electionem procedat per majorem ſuffragiorum numerum, ſicque ſucceſſive, uſque ad ſextidecimi electionem, videlicet duorum ex unaquaque lingua, juxta eorum præeminentias, & prærogativas hactenus obſervatas, quibus præjudicium inferre non intendimus, deveniatur. Occurrente autem in omnibus electionibus prædictis ſuffragiorum paritate, magis antianus, & in antianitatis æqualitate is, qui diuturniorem reſidentiam in Conventu, & in reſidentiæ paritate is, qui plures Caravanas fecerit, aliis præferatur, electuſque ſit, & eſſe cenſeatur. Completa tandem ſexdecim præfatorum electione, ipſi ſexdecim ſic electi (odio, amore, & aliis quibuſcumque humanis affectibus poſthabitis, ſolumque Deum, illiuſque Religionis decus, ac propagationem præ oculis habentes) ad electionem Magni Magiſtri, quem capacem, & pro tanti Ordinis dignitate, & utilitate idoneum judicaverint, juxta ſtabilimenta præfata deveniant.

Electionem ſi contra hanc formam fiet irritat, & annullat.

§.7. Quod ſi electio Magni Magiſtri aliter, quam in Conclavi, & prævia electione trium Fratrum militum uniuſcujuſque linguæ non receptorum ex gratia limitum, modo, & forma præmiſſis, tam reſpectu ſcrutinii, & ſuffragiorum, quam linguæ anglicanæ facienda, & non electo prius uno Fratre Milite, uno Fratre Cappellano, & alio Fratre ſerviente Armorum, ut ſupra, qualificatis, qui uſque ad electionem decimiſexti, duorum videlicet pro qualibet lingua, juxta ten. præſentium procedant, & a ſexdecim electis hujuſmodi, demumque de alio, quam uno ex Fratribus Militibus, ex eadem limitum gratia nequaquam recepti, celebrata fuerit, nulla, & irrita ſit eo ipſo, nullumque ſortiatur effectum: quæ omnia inviolabiliter obſervari debere, declaramus.

Præſentes literas in Cancellaria d. Hoſpitalis recipi regiſtrarique mandat.

§.8. Mandantes propterea dilectis filiis dicti Hoſpitalis Magno Magiſtro, ac Locumtenenti, & Conſilio, omnibuſque aliis Fratribus, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, ut præſentes Literas in Cancellaria dicti Hoſpitalis recipiant, & admittant, ac regiſtrent, recipique, & admitti, ac regiſtrari curent, & faciant.

Clauſulæ præſervativæ.

§.9. Ac decernentes, præſentes Literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod ipſius Hoſpitalis Magnus Magiſter, Conventus, & Fratres ad præmiſſa vocati, & auditi non fuerint, aut alia quacumque cauſa, quantumvis legitima apparente, de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel alio quocumque defectu notari, impugnari, invalidari, infringi, aut in jus, vel controverſiam revocari, aut ad terminos juris reduci non poſſe, ſed illa ſemper, & perpetuo valida, firma, & efficacia exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & ſingulis ejuſdem Hoſpitalis Fratribus ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, inviolabiliter obſervari.

Clauſula ſublata.

§.10. Sicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.11. Non obſtantibus quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon dicti Hoſpitalis etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, ſtabilimentis, uſibus, & naturis, ac ordinationibus capitularibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis eidem Hoſpitali, illiuſque Magno Magiſtro, Conventui, & Fratribus, ac quibuſvis aliis perſonis, etiam particularibus, necnon diſpenſationibus ſuper quibuſvis defectibus, ac ſub quibuſcumque tenoribus, ac formis, & cum quibuſvis derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & aliis decretis, in genere, vel in ſpecie, etiam Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ac aliàs in contrarium quomodolibet conceſſis confirmatis, & innovatis, quas ad effectum præmiſſorum nemini ſuffragari poſſe decernimus. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad

Digitized by Google

hoc ſervanda foret, illorum omoium tenores præſentibus pro plene, & ſuffieienter expreſſis habentes, ad effectum præſentium tantum, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, motu, ſeientia, deliberatione., ac poteſtatis plenitudine paribus, ſpecialiter, & espreſſe derogamus, ac derogatum eſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Publicatio in Urbe, & in Inſula Melevit. omnes obligat

§.12. Ut autem præſentium ignorantia allegari, aut prætendi oullo modo poſſit, volumus, præſentes, ſeu earum tranſumptum ad valvas Eeeleſiæ S. Joaunis Lateranen., & Baſilicæ Principis Apoſtolorum, neenon in aeie Campi Floræ de Urbe more ſolito, deinde per hæreticæ pravitatis Inquiſitorem in Inſula Melevitana reſidentem, ſeu ab eo deputan. in Conventu præfato publieari, atque affigi, ipſaſque præſentes ſic publieatas, omnes, & ſingulos, ad quos ſpectat, & ſpectabit quomodolibet in futurum, illico arctare, afficere, & obligare, perinde, ae ſi unicuique perſonaliter intimatæ, & præſentatæ fuiſſent.

Tranſumptis vult exhiberi fidem.

§.13. Quodque earum tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Magni Magiſtri, aut alicujus d, Hoſpitalis Magnæ Crucis, aut alterius perſonæ io dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in judicio, & estra adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 30. Julii 1628. An.V.

Datom Romæ apud S. Mariam Majorem, ſub annulo Piſeatoris, die trigeſima Julii 1628. Pontificatus noſtri Anno V.

CCLXX.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Nova Erectio Seminarii Apoſtolici Cariatenſis eum aſſignatione ædificiorum, & Poſseſſionum.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Recenſetur prima hujus Seminarii erectio.

§.1. ALiàs pro parte bo: me: Mauritii Epiſcopi Cariaten., tunc io humanis agentis, Nobis expoſito, quod ipſe, quo Presbyterorum ad curæ animarum eacrcitium idoneorum penuriæ in ſua Diœceſi vigenti ſubveniret, unum Clericorum Seminarium in terra Verzini dictæ Diœceſis, quæ ut aſſerebat, a Turcarum incurſionibus ipſamet Civitate Cariaten. ſecurior erat, ſabrica ad id decenti, & congrua propriis ſuis ſumptibus conſtructa, juxta Concilii Tridentini decreta erexerat, & inſtituerat, terraſque, ſeu poſſeſſioues, quarum redditus, & proventus annui ad ſummam ducentorum ducatorum monetæ Regni Neapolitani facile aſcendebant, per eum emptas, dicto Seminario perpetuo donaverat, prout in publieis deſuper eonfectis ſcripturis plenius dicebatur contineri. Nos dicti Mauritii Epiſcopi ſupplicationibus, ea in parte tunc inclinati, de Veoerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E.Cardinalium negotiis Propagandæ fidei præpoſitorum conſilio, erectionem, & inſtitutionem Seminarii prædicti in dicta terra, juxta deereta ejuſdem Coneilii, ae dotationem, ſeu donationem prædictas, apoſtolica auctoritate approbavimus, & confirmavimus, aliaque tunc espreſſa ſecimus, & decrevimus, prout in noſtris deſuper in ſimili forma Brevis ſub die 21. Octobris 1624. espeditis Literis quarum tenores præſentibus pro ſufficienter espreſſis haberi volumus, pleoius continetur.

Et Pontificia confirmatio.

Cum autem Bona ei ab Epiſcopo data ſub ſpolio C. A. cadere videantur;

§ 2. Quoniam vero ædificia Seminarii hujuſmodi, ae poſſeſſiones illi pro ejus dote per dictum Mauritium Epiſeopum aſſignatæ propter reſervationem uſus fructus, quam idem Mauritius Epiſeopus feciſſe aſſeritur justa Conſtitutionem fel:rec:Pii Papæ Quinti Prædeeeſſoris noſtri deſuper editas in ſpolio eadere, & propterea ad Cameram Apoſtolicam pertioere videbantur.

Urbanus iterū illud erigit, eique prædicta bona donat.

§.3. Idcirco Nos io præmiſſis, quantum cum Domino poſſumus, opportune providere volentes, ae piam dicti Mauritii Epiſcopi diſpoſitionem Diœceſi Cariaten. utilem, & neceſſariam, dictique Coneilii decretis conſonam, approbantes. De eorumdem Cardinalium conſilio in terra prædicta, unum Clericorum Seminarium apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo de novo erigimus, & inſtituimus, illique ſic erecto, & inſtituto ædificia, & poſſeſſiones illi pro ejus dote per dictum Mauritium Epiſcopum, ot præfertur, aſſignatas, rurſus attribuimus, ae quatenus opus ſit, titulo donationis, quæ fieri dicitur inter vivos irrevocabiliter donamus.

Dempta ſucceſſoribus Epiſcopis quacūque ea alienandi &c. auctoritate.

§.4. Propterea Venerabili Fratri moderno Epiſcopo Cariaten., ejuſque in Eceleſia Cariaten. ſucceſſoribus in perpetuum, ne ædifieia, aut poſſeſſiones, & redditus hujuſmodi, ſeminario prædicto per dictum Mauritium Epiſeopum, ac per Nos, ot præfertur, de novo eoneeſſa, donata, & attributa, in toto, vel in parte quantumvis minima diſmembrare, alienare, oppignorare, aut de illis quemlibet contractum Seminario hujuſmodi præjudicialem facere audeant, ſeu præſumant auctoritate, & tenore prædictis prohibemus.

Clauſulæ.

§.5. Decernentes, Seminarium hujuſmodi per Nos apoſtoliea auctoritate ſic, ut ſupra erectum, & inſtitutum, robur, & ſubſiſtentiam, non a prima dicti Mauritii Epiſeopi ſundatione, & erectione, ſed a noviter per præſentes a Nobis factis erectione, & inſtitutione prædictis, ita ut deinceps Seminarium hujuſmodi Apoſtolieum, & non Diœceſanum diei, & nuncupari debeat, ſortiri, & obtinere; preſeotes vero Literas de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel alio quopiam defectu notari, infringi, retractari, in jus, vel controverſiam vocari, ad terminos juris reduci, aut adverſus illas quodcumque juris, gratiæ, vel facti remedium impe-

impetrari numquam poſſe, ſed illas, & in eis contenta quæcumque ſemper, & perpetuo valida, firma, & efficacia exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac eidem Seminario in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari; ſicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, ac definiri debere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Obſtantia tolluntur.

§.6. Non obſtantibus præmiſſis, ac prædicta Pii Prædeceſſoris hujuſmodi, quæ incipit: *Rom. Pontificis*, necnon piæ memoriæ Pii Papæ IV. etiam Prædeceſſoris noſtri de gratiis intereſſe Cameræ Apoſtolicæ quomodolibet concernen. in eadem Camera infra certum tunc expreſſum tempus præſentandis, & regiſtrandis, ac quibuſvis aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon dictæ Cameræ, & quibuſcumque aliis, etiam Juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, ac alias in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro ſufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, aut quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum omnium, & ſingulorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 13. Julii 1628. An. V.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 13. Julii 1628, Pontificatus noſtri Anno V.

CCLXXI.

Approbatio, & Confirmatio nonnullarum Conſtitutionum pro tutiori Fratrum Diſcalceatorum Reformatorum Ordinis S. Auguſtini Congregationis Galliæ gubernio editarum.

Iſtorum Fratrum materiam habes in Conſtitut. CCX. Decet. *Clement. VIII. Tom. V. Par. II. fol. 271. licet ibi non loquatur de hac Congregatione Galliæ.*

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

Ex injuncti Nobis apoſtolici muneris debito ſacrarum religionum in Eccleſia Dei pie, ſancteque inſtitutarum proſperum ſtatum, felicemque directionem ſinceris deſiderantes affectibus, his, quæ propterea provide facta fuiſſe dicuntur, ut firma perpetuo, & illibata perſiſtant, libenter cum a Nobis petitur, apoſtolici muniminis adjicimus firmitatem, aliaſque deſuper ejuſdem muneris partes interponimus, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Ob nonnullas difficultates ortas inter Priorem General. Ord. S. Auguſtini, & Fratres Diſcalceatos Congreg. Galliæ ejuſdē Ord. de conſenſu d. Prioris Gener., & Aſſiſtentium multa fuerunt conceſſa, & proviſa, prout infertus.

§.1. Exponi ſiquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Prior Generalis totius Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini, necnon Fratres Reformati Diſcalceati nuncupati ejuſdem Ordinis Congregationis Galliæ, quod cum inter ipſum Priorem Generalem, ac Fratres Reformatos hujuſmodi nonnullæ difficultates circa ejuſdem Congregationis regimen ortæ fuiſſent; tandem poſt longam, & maturam negotii hujuſmodi diſcuſſionem, dictus Prior Generalis felici, ac proſpero ipſius Congregationis regimini, ac ſtrictioris, quam ipſi Fratres profitentur obſervantiæ, conſervationi, & augmento conſulere volens de aſſenſu, & conſenſu dilectorum filiorum Prioris Generalis, & Aſſiſtentium dicti Ordinis nonnulla conceſſit, & providit tenoris ſubſequentis, videlicet:

De Vicario Gener. ipſius Congreg.

§.2. Quod Congregatio gubernetur per Vicarium Generalem (ſicut nunc, & ſemper gubernata fuit) in Capitulo Congregationis eligendum, qui a Priore Generali Ordinis pro tempore exiſtente, abſque aliqua contradictione confirmetur, cum omnibus actis in eodem Capitulo, dummodo nihil in præjudicium auctoritatis dicti Reverendiſſimi Prioris Generalis contineant, qui Vicarius Generalis ſemper ſit eligendus de corpore ejuſdem Congregationis, qui eamdem vitæ auſteritatem profiteatur.

De novorum locorum acceptationibus, ſeu fundationibus.

§.3. Et quod prædictus Vicarius Generalis cum Definitoribus Monaſteria, & Eccleſias oblatas acceptare, novas fundare poſſint, etiam Monaſteria Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini, quæ non actu a Religione poſſidentur, & quæ poſſidentur, non poterunt, niſi de conſenſu Reverendiſſimi Patris Generalis, ita tamen, ut in fundationibus, & erectionibus hujuſmodi ſervetur forma edita in Conſtitutionibus, & Decretis Apoſtolicis.

Eli-

De Præſidente Capituli.

§.4. Eligatur unus ex eadem Congregatione a Priore Generali in Præſidentem Capituli, quod ſi non mittantur literæ Præſidentiæ ſit ipſo facto Præſidens primus Definitor Capituli præcedentis, juxta Conſtitutiones dictæ Congregationis.

De tranſitu ad aliam Provinciam, Congr. vel Ordinem.

§.5. Quod nullus prædictæ Congregationis Frater profeſſus in aliquam Provinciam, vel Congregationem, tam prædicti, quam cujuſvis alterius Ordinis, & Inſtituti (Carthuſianis exceptis) abſque Sedis Apoſtolicæ licentia tranſire poſſit, & qui aliter tranſierit, ad Congregationem redire per cenſuras eccleſiaſticas, & alio meliori modo a Vicario Generali compelli poſſit.

De laicis Congregat.

§.6. Et quod nullus in prædicta Congregatione Laicus, vel Converſus ad ſtatum Clericorum, etiam durante tempore Novitiatus tranſire poſſit, aut Ordines ſacros ſuſcipere, juxta formam Decreti Clementis Octavi.

De Diſcolis, & incorrigibilibus apoſtatis.

§.7. Quod ſi quis Frater dictæ Congregationis propter aliquem exceſſum, vel culpam juxta illorum Conſtitutiones punitus fuerit per Superiores Congregationis, a Priore Generali in detrimentum diſciplinæ Reformationis, & obſervantiæ abſolvi non poſſit. Et ſi quis Diſcolus, & Incorrigibilis Apoſtata, vel alia legitima cauſa ſervato Decreto D.N. Urbani Papæ VIII. a Congregatione fuerit expulſus per Priorem Generalem, contradicente Vicario Generali Congregationis, ad illam remitti non poſſit, niſi conſtito de gravamine.

De auctoritate Prioris Gen. viſitandi Fratres Congr.

§.8. Prior Generalis per ſe, vel per alium ejuſdem Congregationis Fratres viſitare, & corrigere poterit, juxta tamen diſciplinam, & Conſtitutiones Congregationis, quibus derogare non poterit, qui Prior Generalis in viſitatione hujuſmodi, primum Definitorem Congregationis aſſumat, & quod, tam in viſitatione, quam extra, Fratres de loco ad locum non mittat, ſed ſi quis mittendus fuerit, Vicario Generali ſignificet, ad quem Vicarium Generalem literas obedientiales pro loci mutatione dare pertineat. Et quod ſi quid aliter factum fuerit, aut tentatum contra præmiſſa, inane, & irritum eſſe decernatur.

De Fratribus Romam aliquo ſub prætextu venientibus.

§.9. Et quod ad omnem vagandi occaſionem tollendam, nullus Frater Congregationis Romam petere poſſit, etiam ſub prætextu literarum a Priore Generali obtentarum, niſi conſentiente Vicario Generali Congregationis, & ab ipſo benedictione accepta.

Hic Pontifex præmiſſa omnia præinſerta & acceptata approbat, atque confirmat cum ſupplemento defectuum.

§.10. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat omnia, & ſingula præmiſſa, poſt maturam diſcuſſionem, tam ab ipſo Priore Generali, quam Fratribus Reformatis hujuſmodi, per modum concordiæ proviſa, & acceptata fuerint, ipſeque Prior Generalis plurimum cupiat eadem præmiſſa, quo firmius ſubſiſtant, exactiuſque obſerventur, apoſtolicæ noſtræ confirmationis robore communiri: Nos Priorem Generalem, & Fratres prædictos ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas, a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati, de Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium negotiis Regularium Præpoſitorum conſilio præmiſſa per dictum Priorem Generalem ut ſupra conceſſa, ſeu ordinata, & per ipſos Fratres Reformatos, ut petitur, cum omnibus inde ſequutis, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, perpetuo approbamus, & confirmamus, illiſque inviolabilis apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos, tam juris, quam facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus.

Cum prohibitione ſub excommunicationis pœna habitum ſimilem deferendi in Gallia, aut eorumdem nomen ſibi arrogandi.

§.11. Præterea nequis in Gallia habitum in materia, & forma ſimilem, itaut ea prædictis Fratribus Diſcalceatis exiſtimari poſſit, niſi prædictæ Congregationis membrum actualiter exiſtat, geſtare, ſive nomen Diſcalceatorum Reformatorum Sancti Auguſtini ſibi arrogare, aut prædictam Congregationem eſſe Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini verbo, vel ſcripto temere negare audeat, ſeu præſumat, ſub excommunicationis pœna interdicimus, & prohibemus.

Neque prædictæ Congreg. Conſtitutionibus derogandi vel ſuper eis diſpenſandi.

§.12. Et ut vitæ aſperitas, & obſervantia puritatis Regulæ Sancti Auguſtini, & peculiarium Congregationis prædictæ conſtitutionum abſque ullo impedimento ſerventur. Volumus, quod deſuper nullatenus a Superioribus dicti Ordinis diſpenſari poſſit, ſed ſemper fixa, & firma remaneat ſtricta Regularis obſervantia.

Clauſulæ præſervativæ.

§.13. Decernentes, præſentes Literas de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel alio quocumque defectu notari, impugnari, redargui, aut in jus, vel controverſiam vocari, aut aliter quomodolibet infringi, vel retardari, ſuſpendi, limitari, vel moleſtari, aut aliter in contrarium diſponi, ſtatui, vel ordinari numquam poſſe; ſed illas, & in eis contenta quæcumque ſemper, & perpetuo valida, firma, & efficacia exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus, ad quos ſpectat, & in futurum quomodolibet ſpectabit, inviolabiliter obſervari.

Clauſula ſublata.

§.14. Et ita per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quocumque, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Rogamus quoque, & hortamur attente chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Ludovicum Francorum Regem Chriſtianiſſimum, quatenus Congregationem Fratrum Diſcalceatorum Reformatorum hujuſmodi

Digitized by Google

juſmodi pro ſua in Deum, pietate, ac in Nos, & hanc Sanctam Sedem obſervantia habens propenſius commendatam, illam benigno favore, & gratia proſequatur.

Deputatio executorum.

§.15. Quocirca Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac aliis locorum Ordinariis dicti Regni per præſentes committimus, & mandamus quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes Literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Fratrum Diſcalceatorum hujuſmodi fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra præmiſſa omnia ab omnibus, ad quos ſpectat, & in futurum ſpectabit, firmiter obſervari. Non permittentes illos deſuper a quocumque quavis auctoritate quomodolibet indebite moleſtari; Contradictores quoslibet, & rebelles per cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis.

Derogatio contrariorum.

§.16. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Ordinis, & Congregationis hujuſmodi, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis eidem Ordini, & Congregationi, illorumque Superioribus, & perſonis ſub quibuſcumque ſententiis, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis Decretis in genere, vel in ſpecie, ac aliàs in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, eorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, illis aliter in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptorum fides.

§.17. Volumus autem, ut præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 21. Julii 1628. An. V.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die vigeſimaprima Julii 1628. Pontificatus noſtri Anno V.

CCLXXII.

Confirmatio unionis Congregationis Presbyterorum Oratorii bo: me: Gratiarum in Provincia Provinciæ, Congregationi Oratorii D. N. Jeſu Chriſti.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Congr. B. M. Gratiarum inſtituta fuit ad inſtar Congr. Vallicellanæ.

§.1. Exponi Nobis nuper fecerunt Presbyteri Congregationis Oratorii loci B. Mariæ Gratiarum Forojulien. Diœceſis in Provincia Provinciæ, quod Congregatio prædicta ad inſtar Congregationis Oratorii Beatæ Mariæ in Vallicella de Urbe a fe: re: Clemente Papa VIII. Prædeceſſore noſtro erecta, & inſtituta fuit.

Ac deinde ſe univit Congr. Oratorii D. N. J. C.

§.2. Poſtmodum vero primodictæ Congregationis Presbyteri animadvertentes ob exiguum Presbyterorum primodictæ Congregationis numerum, eamdem primodictam Congregationem manuteneri, & piæ peregrinorum e diverſis partibus ad Eccleſiam primodictæ Congregationis magno numero confluentium, devotioni ſatisfieri non poſſe, de anno 1615. a dilecto filio noſtro Petro S. R. E. Presbytero Cardinale Berullo nuncupato, tunc in minoribus conſtituto, & Congregationis Oratorii Domini Noſtri Jeſu Chriſti in Regno Franciæ canonice inſtitutæ Præpoſito generale petierunt ſe, uti membrum, & Domum ultimodictæ Congregationis hujuſmodi eidem ultimodictæ Congregationi hujuſmodi uniri, annecti, & incorporari, ita tamen, ut eorum Domus eſſet, & cenſeretur ſecunda totius ultimodictæ Congregationis hujuſmodi, omnibuſque privilegiis, gratiis, facultatibus, & Indulgentiis eidem ultimodictæ Congregationi ab hac Sancta Sede conceſſis frueretur, & gauderet. Unde dictus Petrus Cardinalis pro Presbyterorum prædictorum deſiderio, ſatisfacere deſiderans, eamdem Congregationem Beatæ Mariæ Gratiarum, prædictæ Congregationi Oratorii Franciæ, reſervato noſtro, & Sedis Apoſtolicæ beneplacito, univit, anneſuit, & incorporavit.

Quam unionẽ petitur apoſt. auctoritate validari.

§.3. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat Presbyteri prædicti plurimum cupiant, unionem, annexionem, & incorporationem prædictas pro illarum validitate, & ſubſiſtentia apoſtolicæ noſtræ confirmationis robore communiri.

Confirmatur.

§.4. Nos eoſdem Presbyteros ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & Interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus illorum nomine, Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, unionem, annexionem, & incorporationem

Con-

Congregationis Oratorii Beatæ Mariæ Gratiarum eidem Congregationi Oratorii Domini Noſtri Jeſu Chriſti cum omnibus privilegiis. gratiia, facultatibus, & Indulgentiis hujuſmodi per dictum Petrom Cardinalem, ut præfertur factas, dummodo tamen privilegia, facultates, gratiæ, & indulta hujuſmodi ſint in uſu, & non ſint revocata, neqoe ſub aliquibus revocationibus comprehenſa, ſactiſque Canonibus, & Concilii Tridentini Decietis, ac Conſtitutionibus Apoſtolicis non adverſentur, apoſtolica auctoritate tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illiſque inviolabilis apoſtolicæ firmitatia robur adiicimus, ac omnes, & ſingulos, tam juris, quam ſacti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus.

Clauſula. §.5. Decernentes onionem, annexionem, & incorporationem hujuſmodi necnon præſentes Literas ſemper validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac dictæ Congregationis Oratorii Beatæ Mariæ Gratiarom in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari; Sicque per qooſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarom Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper bis a qooquam qoavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Obſtantium derogatio. §.6. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Congregationum prædictarum, etiam Juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſia, & ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, bac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamns, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 3. Auguſt. 1628. An. V. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die tertia Auguſti 1628. Pontificatus noſtri Anno Quinto.

CCLXXIII.

Quod Fratres Cappuccini Ordinis S. Franciſci ad laxiorem Ordinem ſine Sedis Apoſtolicæ, ad Carthuſienſem vero, ſine Miniſtri generalis licentia de cætero non tranſeant.

Iſtis Fratribus ut Crucem propriam in Proceſſionibus deferre poſſint indulſit Paulus V. in Conſt. CCLXXIX. Paſtoralis. *Tom. V. Par. IV. fol. 244. Et uberiùs habes in Clementis VII. Conſt. XXIV.* Religionis *T. IV. Par. I. fol. 73. Tranſitum quoque a Fratribus Cappuccinis ad FF. Minimos S. Franciſci de Paula, & e contra probibuerat Pius V. Conſt. LXVI.* Sedis. *Tom. IV. P. II. fol. 399.*

URBANUS PAPA VIII.

Adperpetuam rei memoriam.

Exordium. INjuncti Nobis Apoſtolici muneris ratio poſtulat, ut Religioſorum virorum, qni, ſpretis hujus ſæculi vanitatibus, divini numinis obſequiis, ſub ſuavi religionis jugo, & ſtrictioris obſervantiæ regulis, ſeſe manciparunt, paternam curam gerentes, in his ejuſdem muneris partes ſedulo intendamus, per qoæ proſpero, ſelicique eorum ſtatui, & directioni opportune conſulatur, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Quia mult hujus Ordinis Fratres ad alios Ordines ſe transferre poſſe prætendunt. §.1. Cum itaque, ſicut dilectus filius Procurator generalis Fratrum Ordinis Minorum S. Franciſci, Cappuccinorum nuncupatorum, Nobis nuper expuni ſecit, nonnulli dicti Ordinis Religioſi, nulla deſuper ab Apoſtolica Sede, vel Superioribus ſuis obtenta licentia, ad alios Ordines, ſeu Congregationes ſe transferre poſſe prætenderint, & prætendant, non ſine gravi regularis diſciplinæ obſervantiæ detrimento, dictique Ordiois inquietudine.

Pontifex ad laxiorem Ordinem ſine Sedis Apoſtolicæ, ad Carthuſien. vero ſine Miniſtri generalis licencia ſcripta d. tranſitum interdicit. §.2. Nos pro noſtri Paſtoralis officii debito præmiſſis, quantum Nobis ex alto conceditur, obviam ire, proſperoque ipſius Ordinis ſtatui, & quieti conſulere volentes, ſopplicationibus dicti Procuratoris generalis nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati. Ne de cætero perpetuis futuris temporibus ullus dicti Ordinis Religioſus ad laxiorem abſque ſpeciali noſtra, & Sedia Apoſtolicæ, ad Carthuſien. verò, ſeu quemcumque alium Ordinem, vel Congregationem, niſi de Miniſtri generalis pro tempore exiſtentis dicti Ordinia licentia in ſcriptis obtinen. qoovia prætextu, aut ex quavis quantumvis juſta, legitima, & privilegiata cauſa, ſub apoſtaſiæ, & inſamiæ perpetuæ nota, necnon excommonicationis, ac privationia vocis activæ, & paſſivæ pœnis ipſo ſacto abſque ulla declaratione incurrendis tranſire quoquomodo audeat, ſeu præſumat, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium; interdicimus, & prohibemus.

Decretũ præſervativum addit. §.3. Decernentea præſentes literas ſemper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces

ces exiſtere, & fure, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere. ac ab omnibus, ad quos ſpectat, & in futurum ſpectabit, inviolabiliter obſervari.

Ita judicari præcipit.

§.4. Sicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§.5. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon præfatorum, ac quorumvis aliorum Ordinum, & Congregationum, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis apoſtolicis eiſdem Ordinibus, & Congregationibus, illorumque Superioribus, & perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis, in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, eorum tenores, præſentibus pro expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptis credi mãdat.

§.6. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 9. Auguſti 1628 An.VI.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, ſub annulo Piſcatoris, die 9. Auguſti, milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo octavo, Pontificatus noſtri Anno VI.

CCLXXIV.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Commiſſio Cardinalibus Millino, & Cremonenſi ad procedendum contra Cyrillum Pſeudo-Patriarcam Conſtantinopolitanum.

Dilectis filiis noſtris Joanni Garſiæ S. Laurentii in Lucina Millino, & Deſiderio Sancti Caroli, titulorum Præsbyteris Cardinalibus Cremonen. nuncupatis.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Dilecti filii noſtri, ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Contra Cyrillum Pſeudo-Pat. in hæreſes prolapſum

§.1. CUm, ſicut Nos, non ſine gravi animi noſtri moleſtia, etiam fama publica inſinuante, accepimus iniquitatis Filius Cyrillus Pro-Patriarca Conſtantinopolitano ſe gerens in hæreſes, & ſchiſmata turpiſſime lapſus ſit, ac alios in eaſdem hæreſes, & ſchiſmata trahat, & trahere audeat, ac etiam varios alios exceſſus, ac enormia crimina, & delicta in proceſſu cauſæ deducenda, auſu nefario perpetraverit, ac in dies committere non vereatur;

Procedendi cõmiſſio Cardinalibus Millino, & Cremonen. data.

§.2. Nos, ne tanta delicta impunita remaneant, præmiſſaque omnia, & ſingula, ac alia quæcumque pro expreſſis habentes, cauſam, & cauſas exceſſuum, criminum, & delictorum hujuſmodi, prout juſtitia poſtulat, cognoſci, & quamprimum terminari, ipſumque Cyrillum debitis pœnis puniri volentes: ac de ſingulari veſtra, & cujuslibet veſtrorum pietate, prudentia, doctrina, integritate, & religionis zelo plurimum in Domino confiſi, vobis, & cuilibet veſtrum, tam conjunctim, quam diviſim, cauſam, & cauſas declarationis, & punitionis hæreſum, & ſchiſmatum, necnon criminum, exceſſuum, & delictorum hujuſmodi per dictum Cyrillum, ut præfertur, ac aliàs quomodolibet commiſſorum, cum omnibus, & ſingulis earum inciden., dependen., emergen., annexis, & connexis, totoque negotio principali ſummarie, ſimpliciter, & de plano, ac ſine ſtrepitu, & figura judicii, ac ſola facti veritate inſpecta audiendas, cognoſcen., & fine debito, prout juris fuerit, tam in Congregatione generali Sancti Officii, & in præſentia noſtra, quam extra eam, ac cum omnibus, & ſingulis facultatibus eidem Congregationi, ac Cardinalibus ejuſdem Congregationis, quomodolibet conceſſis, & competentibus, omni, & quacumque appellatione, ac reſtitutione in integrum, recurſu, ac nullitatis dictione penitus, ac omnino rejectis, & remotis, terminandas, & decidendas, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, committimus, & demandamus:

Cum facultatibus neceſſarius.

§.3. Dantes vobis, & cuilibet veſtrum plenam, liberam, & amplam facultatem, unam, ſeu plures perſonas eccleſiaſticas, vobis beneviſas, ad præmiſſa omnia, & ſingula ſubdelegandi, ac etiam ad inſtantiam Procuratoris fiſcalis generalis dicti Officii SS. Inquiſitionis, & forſan aliorum illi adhærentium, quam ex officio, & etiam de notorio contra dictum Cyrillum, & alios quoſcumque hæreſum, & ſchiſmatum, ac criminum, exceſſuum, & delictorum hujuſmodi complices, & fautores, auxiliumque, & conſilium præſtantes, & uſque ad ſententiam definitivam incluſive procedendi, privationis, & quaſcumque alias, etiam corporis afflictivas pœnas irrogandi, declarandi, & exequendi: illoſque omnes, & ſingulos, ſi juſtitia poſtulaverit, curiæ ſeculari tradendi, quos opus fuerit, etiam ultra decem, ac quibus, ubi, quando, & quoties opus fuerit, citandi, & inhibendi, etiam per edictum publicum, conſtito etiam ſummarie, & quantum ſufficere videbitur, de non tuto acceſſu, ac ſub cenſuris, & pœnis, etiam eccleſiaſticis, vobis, & eorum alteri, ſeu, ut præfertur, deputan. beneviſis: contradictores quoslibet, & rebelles, ac præmiſſis non parentes, in cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas prædictas incidiſſe, declaran., aggravan., reaggravan., interdicen., auxiliumque brachii ſecularis invocan., aliaque omnia, & ſingula in præmiſſis, & circa

ea neceſſaria quomodolibet, & opportuna, etiamſi talia ſint, vel fuerint, quæ magis ſpecialem, ſpecificam, & expreſſam requirerent mentionem faciendi, dicendi, gerendi, & exequendi.

Derogatio contrariorum

§.4. Non obſtantibus, quatenus opus ſit, ſel. rec. Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri, de una, & in concilio generali editis, de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis, auctoritate præſentium ad judicium non trahatur, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, etiam in Conciliis generalibus, vel provincialibus editis, privilegiis quoque, indultis, & literis apoſt. in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, approbatis, & innovatis; quibus omnibus, & ſingulis, eorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, ad præmiſſorum effectum, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 19 Auguſti 1628, An. VI.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die 19. Auguſti 1628., Pontificatus noſtri Anno Sexto.

CCLXXV.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Subſidium ab Eccleſiaſticis Siciliæ Regi pecuniarium permittit ſubminiſtrari.

Venerabili fratri Archiepiſcopo Panormitan.

URBANUS PAPA VIII.

Ven. Frater ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Oblato per ſtatus Regni Siciliæ quodam ſubſidio Regi.

§.1. EXponi Nobis nuper fecit Chariſſimus in Chriſto filius noſter Philippus Hiſpaniarum Rex Catholicus, quod cum dilecti filii tres hominum ſtatus, ſeu tria brachia, Eccleſiaſticum, Militare, & Demaniale nuncupata Regni Siciliæ, ultra Pharum, cujus ipſe Philippus Rex exiſtit, quibuſdam rationabilibus de cauſis eorum animos moventibus de offerendo eidem Philippo Regi, ac quondam Henrico Primentel Marchinni de Tovora, tunc ejuſdem Regni Proregi certas pecuniarum ſummas, donativa nuncupatas ad triennium, ac ſub certis terminis, ac modo, & forma exigendis, inter ſe tractaverint, Venerabiles fratres,

Illi accedere ſtatuunt Eccleſiaſtici.

Archiepiſcopi, Epiſcopi, ac dilecti filii Archimandrita, & aliæ perſonæ eccleſiaſticæ dicti Regni certam ratam ſponte ſua obtulerunt, & dare ſtatuerunt in parlamentis ordinariis habitis de anno proxime præterito 1627. Ipſique Archiepiſcopi, Epiſcopi, Archimandrita, & aliæ eccleſiaſticæ perſonæ eorum ratam hujuſmodi, accedente ad hoc noſtro, & Sedis Apoſtolicæ beneplacito, perſolvere obtulerunt, & forſan etiam perſolverunt.

Quod cum forſan Regii jam acceperint Miniſtri

§.2. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, ex eo, quod per Lateranen. Concilium, noviſſime celebratum, diverſaſque alias canonicas ſanctiones ſub certis cenſuris, & pœnis caveatur expreſſe, ne Reges, Principes, & alii Potentatus ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, & aliis perſonis eccleſiaſticis, etiam ſponte offerentibus, aliquam pecuniarum ſummam, ſive ſubventionem recipiant, dictus Philippus Rex, ac ejus Regni illius Miniſtri, necnon Dilectus filius Nobilis vir Franciſcus Fernandez de la Cueva Dux de Alburquerque modernus dicti Regni Prorex, dubitent, ratam prædictam ante obtentum beneplacitum apoſtolicum recipiendo, cenſuras, & pœnas prædictas incurrere, & forſan incurriſſe, ac Nobis propterea dictus Philippus Rex humiliter ſupplicari fecerit, pro ſua ac dictorum Miniſtrorum, ac Franciſci Ducis, & Proregis conſcientiæ quiete, quatenus præmiſſis noſtram, & hujus Sanctæ Sedis auctoritatem interponere dignaremur.

Urbanus Archiepiſc. Panormitano dat in mandatis ut permittat, & eccleſiaſticos ad id cogat.

§.3. Nos hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, fraternitati tuæ per præſentes committimus, & mandamus, ut conſtito tibi per legitimas probationes de expreſſo majoris partis Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & aliarum perſonarum eccleſiaſticarum dicti Regni conſenſu, & quod reliqui, & reliquæ vocati, & vocatæ fuerint oblationi, & forſan promiſſioni, necnon ſolutioni per Archiepiſcopos, Epiſcopos, & Archimandritam, ac alias Eccleſiaſticas perſonas factis pro hac vice tantum noſtram, & Sedis prædictæ auctoritatem interponas per præſentes, ipſoſque Archiepiſcopos, Epiſcopos, & alias perſonas eccleſiaſticas hujuſmodi, etiam ſi ſint de illis, quæ pro minori Cleri parte præmiſſis non conſenſerint, ad ea tamen vocati, & vocatæ fuerint, ad ſolutionem earumdem ratæ hujuſmodi opportunis juris, & facti remediis cogas, & compellas; & nihilominus Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Archimandritæ, ac aliis eccleſiaſticis perſonis prædictis, ut ratam hujuſmodi per eos, ut præfertur, oblatam, & promiſſam, perſolvere, ac dictus Philippus Rex, & ejus Miniſtri dictuſque Franciſcus Dux, & Prorex, eam petere, & recipere, abſque conſcientiæ ſcrupulo, ſeu cenſurarum, & pœnarum prædictarum incurſu libere, & licite valeant, auctoritate noſtra, concedas, & indulgeas.

Et quatenus ad promiſſam ratã jam perſolverint, dantes, recipienteſque a cenſuris abſolvat.

§.4. Ipſoſque Archiepiſcopos, Epiſcopos, & Archimandritam, ac alias perſonas eccleſiaſticas, & earum ſingulas, quatenus ipſi dictam ratam jam promiſerint, aut ſolverint, necnon eumdem Philippum Regem, ejuſque Miniſtros, ac Franciſcum Ducem, & Proregem prædictos, ſi eamdem ratam jam perceperint, ab omnibus, & ſingulis cenſuris, & pœnis propterea quomodolibet incurſis, eadem auctoritate abſolvas, & abſolutos fore cenſeas, & declares.

Et penſionarios quoque comprehendit.

§.5. Et quod omnes, & ſinguli penſionarii, ſeu ii, quibus loco penſionum fructus, in totum, vel in partem reſervati exiſtunt, cujuſcumque dignitatis, vel conditionis ſint, exceptis tamen S. R. E. Cardinalibus, ad hujuſmodi ratæ ſolutionem in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi nominatim ratam eam-

eamdem ſe ſoluturos obtuliſſent clauſulis, & decretis in Literis Apoſtolicis reſervationum penſionum, & fructuum hujuſmodi, etiam conſiſtorialiter appoſitis, & quod dictæ penſiones ab omni decima, ſubſidio charitativo, & quovis alio onere, tam ordinario, quam extraordinario, quavis auctoritate, etiam pro expeditione, tam offenſiva, quam defenſiva contra Turchas, & alios infideles, ac Reipublicæ Chriſtianæ hoſtes, ab illorum conatibus defenſione, ſeu inexcogitabili cauſa a Romano Pontifice pro tempore exiſtente, etiam ad Imperatoris, Regum, Ducum, & aliorum inſtantiam, illorumque contemplationem, & intuitum, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia impoſitis, & imponendis, aut aliàs qualitercumque exemptæ ſint, nequaquam obſtan. teneantur, & efficaciter obſtricti ſint, ipſique Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Archimandrita, & aliæ perſonæ, quarum Eccleſiæ, Monaſteria, & alia Beneficia eccleſiaſtica annuis penſionibus, auctoritate apoſtolica aſſignatis, gravata, & onerata ſint, ratam penſionariorum ſuorum, ſeu eorum, quibus fructus hujuſmodi ſunt reſervati, ſolvere, & illud, quod pro ipſis penſionariis, ſeu iis, quibus fructus hujuſmodi ſunt reſervati, vere, & realiter, ac quacumque fictione ceſſante, perſolverint ſua propria auctoritate, poſtmodum penes ſe retinere poſſint, nec propterea ſententias, cenſuras, & pœnas in eiſdem penſionum reſervationibus contentas incurrant, eadem auctoritate decernas.

Derogat contrariis.

§.6. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non Eccleſiarum, Monaſteriorum, & Beneficiorum hujuſmodi, etiam Juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, exemptionibus, immunitatibus, etiam in corpore juris clauſis, ac Literis Apoſtolicis, quibuſvis generaliter, vel ſpecialiter conceſſis, necnon Literis reſervationum penſionum, & fructuum hujuſmodi, ac quibuſvis obligationibus, etiam in forma Cameræ etiam cum Juramento, & cenſuris, ac mandati executivi ſuſceptione, vel aliàs deſuper facti, etiamſi de illis eorumque totis tenoribus de verbo ad verbum mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda ſit, & in eis caveatur expreſſe, quod per hujuſmodi Clauſulas generales etiam mentionem ſpecialem importantes, eis derogatum eſſe non cenſeatur, aut derogari non videatur, niſi certis modo, & forma in illis expreſſis, plene obſervatis: Quibus omnibus eorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Pauperes Eccleſiaſticos excipit.

§.7. Cæterum volentes providere, ne pauperes eccleſiaſtici ad contributionem hujuſmodi graventur, hortamur te attente, ac in virtute ſanctæ obedientiæ tibi mandamus, quatenus pauperes eccleſiaſticos, qui in redditibus annuis nihil aut parum, etiam uſque ad valorem decem unciarum, ſcuta viginti quinque monetæ illius Regni conſtituen. incluſive habent, ad contributionem prædictam per quoſcumque, quavis auctoritate fungentes cogi, aut compelli nullo modo permittas.

Exactionem a ſolis fieri jubet eccleſiaſticis.

§.8. Volumuſque, quod exactio pecuniarum hujuſmodi ab eccleſiaſticis, per perſonas eccleſiaſticas a dicto Philippo Rege, ſeu Franciſco Duce, & Prorege nominandis, & per te deputandis, fieri debeat, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis; quod ſi ſecus in aliquo præmiſſorum factum fuerit, qui contravenerint, in pœnas, & cenſuras incurrant, perinde ac ſi præſentes Literæ non emanaſſent.

Præſentiumque tranſumptis credi.

§.9. Quodque etiam præſentium tranſumptis etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in Judicio, & extra, in omnibus, & per omnia adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 21. Auguſti 1628. An. V.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die vigeſimaprima Auguſti 1628. Pontificatus noſtri Anno VI.

CCLXXVI.

Concedit Domum, & Eccleſiam Sanctæ Mariæ in Sancto Joannino in Capite de Urbe Fratribus Reformatis Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum.

Iſtorum Fratrum privilegia confirmavit hic Pont. Conſt.CCLXXXVII. Ex clementi. *fol.* 150. *Dedit eis facultatem erigendi Hoſpitium in partibus Aſiæ Conſt.CCXLVII.* Inter cætera. *ibid. fol.*88.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Motiva hujus Conſtitut.

CUm ſicut dilectus filius Didacus de Sancto Raymundo Procurator Generalis Fratrum Reformatorum nuncupatorum Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum Congregationis Hiſpaniarum, Nobis nuper exponi fecit, aliàs dilectæ in Chriſto filiæ Abbatiſſa, & Moniales Monaſterii Sancti Silveſtri in Capite de Urbe uſum Eccleſiæ, & domus Sanctæ Mariæ in Sancto Joannino nuncupatæ in Regione Columnæ, ſub proprietate dicti Monaſterii, & apud illius viridarium exiſtentibus Fratribus præfatis, reſervato noſtro, & Sedis Apoſtolicæ beneplacito conceſſerint, prout plenius continetur in publico Inſtrumento deſuper confecto, tenoris qui ſequitur: videlicet. In Nomine Domini &c. ſub die 10. Auguſti 1627. per acta Marci Augeli Ceſii Not. Eminentiſſimi Vicarii: cupiat autem dictus Didacus præmiſſa pro illorum validitate, & ſubſiſtentia apoſtolicæ noſtræ confirmationis robore communiri, & aliàs

 deſu-

deſuper, ut infra, per Nos opportune provideri.

Concedit ut in Rubrica.

§.1. Nos Didacum, & Fratres prædictos ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, eorumque ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus dicti Didaci nomine Nobis, ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati, de Venerabilium fratrum Epiſcoporum, ac dilectorum filiorum Prælatorum Congregationis Viſitationis Apoſtolicæ aliàs per Nos indictæ conſilio conceſſionem uſus dictæ Eccleſiæ Fratribus præfatis, ut ſupra factam, ac deſuper confectum præfatum Inſtrumentum hujuſmodi cum omnibus, & quibuſcumque in eo contentis, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illiſque inviolabilis apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes, & ſingulos, tam juris, quam facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus.

Conventiones in Inſtrumento expreſſæ obſervandæ.

§.2. Et nihilominus pro potiori cautela, & ad minuendum dicti Monaſterii S. Silveſtri ſumptus, eiſdem Fratribus uſum Eccleſiæ, & Domus Sanctæ Mariæ in Sancto Joannino hujuſmodi ad dictum Monaſterium, ut præfertur, ſpectantium, cujuſque ſumptibus de præſenti, ut aſſeritur, gubernatur, cum pactis, & conventionibus in præinſerto Inſtrumento hujuſmodi contentis, & expreſſis.

§.3. Et ulterius, quod Fratres prædicti tam præſentes, quam futuri, fabricam dictæ Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, ejuſque Monaſterium altius erigere, ſive ejuſdem Eccleſiæ faciem, invitis Abbatiſſa, & Monialibus prædictis, immutare non poſſint, nec valeant, auctoritate, & tenore prædictis perpetuo concedimus, & aſſignamus.

Decretum irritans.

§.4. Decernentes præmiſſa omnia, necnon præſentes Literas perpetuo valida, firma, & efficacia eſſe, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, & ab iis, ad quos ſpectat, & in futurum ſpectabit, inviolabiliter obſervari: atque ita per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§.5. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenus opus ſit, Monaſterii, & Ordinis prædicti, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum, quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis; quodque beneplacitum noſtrum hujuſmodi juxta pactum cum Abbatiſſa, & Monialibus prædictis initum de illud obtinendo infra tres menſes, ut præfertur, obtentum non ſit, cæteriſque contrariis quibuſcumque: quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus.

Cautela redimendi Eccleſiam.

§.6. Volumus autem, quod Fratres prædicti, ſi, & poſtquam pro parte dilectorum filiorum Deputatorum dicti Monaſterii, ſeu majoris partis illorum, aut per Epiſcopos, & Prælatos Congregationis Viſitationis prædictæ ad hoc fuerint requiſiti, dictam annuam reſponſionem ſcutorum ſexaginta, ſolutis ſcutis bis mille, redimere teneantur, qua redemptione ſequuta, Eccleſia, & domus hujuſmodi ad Fratres prædictos pleno jure ſpectet, & pertineat: & nihilominus in caſu redemptionis hujuſmodi Eccleſia, & domus ad Monaſterium deputatæ, ſeu deputandæ, Monialibus invitis, ac niſi prævia dilecti filii noſtri in alma Urbe Vicarii in ſpiritualibus Generalis, licentia, altius erigi non poſſint.

Depoſitum pecuniæ faciendũ penes Montem Pietatis.

§.7. Quodque ſcuta bis mille prædicta deponi debeant penes Montem Pietatis de Urbe ad effectum, ut pro concurrenti quantitate tot ipſius Monaſterii Sancti Silveſtri debita, prævio mandato, ab ejuſdem Monaſterii Abbatiſſa, & Vicario noſtro prædicto, ſive ejus Viceſgerente pro tempore exiſtente, ſubſcribendo, extinguantur.

Dat. die 21. Auguſti 1628. An. VI.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris die vigeſimaprima Auguſti 1628. Pontificatus noſtri Anno VI.

M. Antonius Maraldus.

Loco ✠ Annuli Piſcatoris.

CCLXXVII.

Deputatio Cardinalis Sancti Honuphrii in Præſidem viſitationis Eccleſiarum, & Piorum Locorum Urbis.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Dilecto filio noſtro Antonio tituli Sancti Honuphrii Presbytero Cardinali noſtro ſecundum carnem fratri germano Barberino.

URBANUS PAPA VIII.

Dilecte fili noſter, ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Card. S. Honuphrii elogium.

Singularis circumſpectionis tuæ in Nos, & hanc Sanctam Sedem fidei, & devotionis merita, aliaque multiplicia inſignium virtutum dona, quibus te a Domino inſignitum jugiter experimur, Nos inducunt, ut Te rei, quæ Nobis maxime cordi eſt, adminiſtrandæ libenter præficiamus, firma ſpe in Domino freti, Te in ea functione, juxta datam tibi a Domino prudentiam, deſiderio noſtro cumulate ſatisfacturum.

Cum

Indictæ Eccleſiarum, & Piorum locorum viſitationi

§. 1. Cum itaque pridem ad exequendum viſitationis Eccleſiarum, & Piorum Locorum, eorumque perſonarum hujus Almæ Urbis noſtræ per Nos indictæ munus, nonnullos Venerabiles Fratres Archiepiſcopos, Epiſcopos, & alios Romanæ Curiæ Prælatos, nominatim delegerimus, Nos ut viſitatio prædicta feliciori, qua fieri poteſt, ratione peragatur, quantum Nobis ex alto conceditur, providere volentes; Motu proprio, non ad Tuam, vel alterius pro Te, Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Te viſitationis prædictæ Præſidentem cum omnibus, & ſingulis privilegiis, auctoritate, juriſdictione, aliiſque gratiis, & indultis ſimilibus Præſidentibus de jure, uſu, & ſtatuto, conſuetudine, privilegio, vel aliàs quomodolibet competen., & competituris, tenore præſentium facimus, conſtituimus, & deputamus cum facultate, omnia, & ſingula decreta per dictæ viſitationis Prælatos, pro tempore facta, juxta rei, & caſus exigentiam debitæ executioni demandandi, ſeu demandari faciendi; Contradictores quoslibet, & præmiſſis non parentes per ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, cæteraque omnia, & ſingula in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, ſeu quomodolibet opportuna, etiamſi talia ſint, vel fuerint, quæ magis ſpecialem, ſpecificam, & expreſſam requirerent mentionem faciendi, dicendi, gerendi, & exequendi, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis.

Præficitur,

Cum neceſſariis facultatibus.

Mandatum de parendo.

§. 2. Mandantes propterea in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub indignationis noſtræ, aliiſque arbitrii noſtri pœnis prædictæ viſitationis Prælatis, cæteriſque omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & pro tempore quomodolibet ſpectabit, ut Te in viſitationis hujuſmodi Præſidentem devote ſuſcipientes, & debita honorificentia proſequentes, Tuis monitis, & mandatis ſalubribus humiliter intendant, eaque efficaciter adimplere procurent, alioquin ſententiam, ſive pœnam, quam rite tuleris, ſeu ſtatueris in rebelles ratam habebimus, & faciemus auctore Domino, uſque ad ſatisfactionem condignam, inviolabiliter obſervari.

Derogatio contrariorum

§. 3. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac omnibus illis, quæ in Literis indictionis hujuſmodi voluimus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 6. Septem. 1628. An. VI.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die 6. Septembris 1628. Pontificatus noſtri Anno VI.

CCLXXVIII.

Extenſio Indulti recitandi Officium, & celebrandi Miſſam de vigintitribus Martyribus ex Ordine Minorum Sancti Franciſci Diſcalceatorum ad alias eccleſiaſticas, & ſeculares perſonas.

De hujuſmodi Martyribus lege Conſtit. 238. Salvatoris. *ut ſupr. fol.* 81.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

ALiàs pro parte dilecti filii Petri Baptiſtæ Procuratoris Ordinis Fratrum Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia Diſcalceatorum nuncupatorum Provinciæ Sancti Georgii Philippinarum, & Japponiæ, Nobis expoſito, quod Venerabiles Fratres noſtri Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, Sacris Ritibus Præpoſiti, in cauſa Canonizationis vigintitrium Martyrum, videlicet Petri Baptiſtæ, & Sociorum eius ex dicto Ordine, quorum nempe, ſex profeſſi, cæteri vero laici familiares, & coadjutores eorumdem ſeu profeſſorum erant, quique omnes pro Chriſti nomine in Oppido Civitate nuncupato Nangaſaqui extra muros in Regno Japponiæ Cruci affixi, & tranſverberati fuerunt, in Sacro Rotæ Auditorio, & deinde de mandato noſtro ab eiſdem Cardinalibus, referente dilecto filio noſtro Tyberio tituli Sanctæ Priſcæ Presbytero Cardinali Muto nuncupato diſcuſſa, cenſuerunt conſtare de martyrio, & miraculis, ideòque ad actualem illorum Canonizationem quandocumque deveniri poſſe; Superiores vero dicti Ordinis pro eo, quem erga eoſdem Martyres gerebant, devotionis affectu, Officium, & Miſſam de illis, donec ad ſolemnem eorum Canonizationem, pro qua non ſolum dictus Petrus eorumdem Fratrum nomine, verum etiam cariſſimus in Chriſto filius noſter Philippus Rex Catholicus, ac chariſſima in Chriſto filia noſtra Iſabella Regina Catholica Hiſpaniarum, necnon univerſa Civitas Manilenſis, & Chinenſis, ſeu Machaenſis, aliique Nobis per eorum Literas ad Nos tranſmiſſas, humiliter ſupplicaverant, deveniretur, recitari poſſe deſiderabant.

Cauſæ hujus Conſtitut. referuntur.

§. 1. Nos hujuſmodi ſupplicationibus tunc inclinati, de eorumdem Cardinalium conſilio, ut de eiſdem Martyribus, tam ab omnibus dicti Ordinis Sancti Franciſci Religioſis ubique exiſtentibus, quam etiam aliis eccleſiaſticis, & ſecularibus perſonis Manilenſis Diœceſis dumtaxat, ubi præcipue dicti Martyres pro Chriſti fide laborantes valde profecerant, Officium, & Miſſa de Communi plurimorum Martyrum, die eorum Martyrii, videlicet die 5. Februarii recitari, & celebrari reſpective libere, & licite poſſet, & valeret, apoſtolica auctoritate licentiam, & facultatem conceſſimus, & impertiti ſumus, prout in noſtris deſuper in ſimili forma Brevis expeditis Literis, qua-

Digitized by Google

quarum teuores præſentibus pro expreſſis haberi volumus, plenius coutinetur.

Conceſſio de qua in Rubr.

§.2. Cum autem, ſicut nomine Populi, & Cleri Abuleoſis Diœceſis Beati Petri Baptiſtæ, & Mexicanæ Parriæ Beati Philippi de Jeſu ex dictis vigintitribus Martyribus prædicti Ordinis Diſcalceatorum, Provinciæ Sancti Georgii Philippinarum hujuſmodi, Nobis nuper expoſitum fuit, ipſi pro eo, quem erga eoſdem Martyres geruut devotionis affectu, plurimum cupiant licentiam, & facultatem prædictas per Nos, ut infra, extendi: Nos piis eorum votis hujuſmodi annuere, illoſque ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſiunis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis lententiis, cenſuris, & pęuis a jure, vel ab homiue quavis occaſioue, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet iuuodatæ exiſtuut, ad effectum præſentium dumtaxat conſequeudum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus illorum nomine, Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, de eorumdem Cardinalium conſilio licentiam, & facultatem, Officium, & Miſſam de dd. Martyribus, ut ſupra recitandi, & celebrandi per Nos, ut præfertur, conceſſas, ad alias Eccleſiaſticas, & ſeculares perſonas dictarum Civitatum Abulenſis, & Mexicanæ dicta auctoritate tenore præſentium perpetuo extendimus, & ampliamus.

Derogatio obſtantium.

§.3. Non obſtantibus omuibus illis, quę in dictis literis voluimos nou obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Fides danda tranſumptis.

§.4. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici lubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique adhibeatur, quæ ipſis præſeutibus adhiberetur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 11. Septem. 1643 An. VI.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris, die 11. Sept. 1628. Poutificatus noſtri Anno ſeato.

CCLXXIX.

Revocatio Indultorum, ac Privilegiorum omnium, etiam per modum communicationis conceſſorum Militiis, Hoſpitalibus, Collegiis, Capitulis, Religionibus, Societatibus, Congregationibus, & Ordinibus quibuſvis, tam Mendicantium, quam non Mendicantium, cæteriſque locis piis, & eorum, ſive earum reſpective perſonis, audiendi ſecularium Couſeſſiones, abſque Ordinarii examine, & approbatione.

Privilegia omnia ſuper hujaſmodi facultate conceſſa revocaverat Conc. Trident ſeſs.23. cap.15., & ad ſecularium confeſſiones audiendas, ab Epiſcopis illos tantum admitti ſtatuit, qui vel Parochiale Beneficium obtinent, vel per examen, aut alias idonei judicati fuerint, vide etiam Conſtit.183. Pii V. Romani. *Tom.IV.Par.III. fol.177. Per quam ipſe Pius hoc idem prohibuit Regularibus cujuſcumque Ordinis, etiam Lectoribus, aut in Theologia Graduatis. Ejus autem Conſtitutionem reduxit ad terminos juris communis, & Concilii Trid. Gregor.XIII. in Conſtitut.XV.* In tanta. *ibid. fol.251. Et ad hanc materiam attende etiam Clement.VIII. Conſtit.CCCL.* Quæcumque. *Tom.V. Par.III. fol.85.*

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cauſa iſtius Revocationis.

CUm, ſicut accepimus, aliquibus Religioſis, quorumdam Ordinum, ſeu Congregationum à Sede Apoſtolica indultum fuerit, ut ſacramentales perſonarum ſecularium confeſſiones audire valeant, etiamſi ab Epiſcopis Diœceſanis ad id examiuati, & approbati uon fuerint; nec deſint, qui temere aſſeverent, hoc ipſum privilegium cæteris quoque aliorum Ordinum Regularibus competere, ea ampliſſimis privilegiorum communicationibus, quas ab eadem Sede Apoſtolica obtinuerunt, indeque fiat, ut ſaluberrima Sacri Concilii Tridentini diſpoſitio hac de re edita, funditus convellatur.

Revocatio indultorum, de qua in Rubrica.

§.1. Nos huic malo opportune proviſionis noſtræ Miniſterio obviam ire volentes, de Ven. Fratrum uoſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium negotiis Regularium præpoſitorum conſilio, omnia, & ſingula indulta hujuſmodi, audiendi ſecularium confeſſiones abſque Ordinarii examine, & approbatione, quibuſvis Collegiis, Capitulis, Religionibus, Societatibus, etiam Societati Jeſu, Congregationibus, & Ordinibus tam Mendicantium, quam nou Mendicantium, necnon Monachorum quorumcumque, etiam Sancti Benedicti, & Ciſtercien., ac etiam quibuſvis Militiis, etiam Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani, & quibuſcumque Eccleſiis, etiam Patriarchalibus, & Metropolitanis, Monaſteriis, cæteriſque locia piis, ſive eorum, & earum reſpective Abbatibus, Præpoſitis, Decanis, Magiſtris, Miniſtris, Prælatis, Prioribus, Rectoribus, etiam Generalibus, vel Provincialibus, Cappellanis, Confeſſariis, aot aliis quocumq; nomiue nuncupatis Superioribus, & perſonis quibuſcumque, etiam quomodolibet exemptis, ac Sedi Apoſtolicæ immediate ſubjectis, cujuſcumque dignitatis, præeminentiæ, & conditionis exiſtentibus, & quovis privilegio munitis, & tam ad ſupplicationem partium, quam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de ſpoſtolicæ poteſtatis plenitudine hactenus quandocumque, & qualitercumque ex quavis, etiam de neceſſitate eaprimenda cauſa, & aliàs quomodolibet conceſſa, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium revocamus, caſſamus, tollimus, abrogamus, annullamus, viribuſque, & effectu evacuamus, ac revocata, caſſa, ſublata, abrogata, & annullata, viribuſque, & effectu vacua eſſe, & fore, nec Religionibus, Societatibus, etism Societati

Digitized by Google

cietati Jeſu, Congregationibus, & Ordinibus, ac Militiis prædictis, eorumque Superioribus, & perſonis quibuſcumque impoſterum ullo modo ſuffragari, minuſque illos, & illas, etiamſi de iis ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, ac de verbo ad verbum mentio haben. foret, indultis hujuſmodi uti poſſe.

Clauſulæ præſervativæ.

§.2. Præſentes vero Literas, & in eis contenta quæcumque ex eo, quod quicumque in præmiſſis intereſſe haben., ſeu habere prætendentes, ad hoc vocati, & auditi non fuerint, de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel alio quocumque defectu notari, impugnari, redargui, in jus, vel controverſiam revocari, ad terminos juris reduci, aut adverſus illas quodcumque juris, gratiæ, vel facti remedium impetrari nullatenus poſſe, ſed illas ſemper validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere,

Clauſula ſublata.

§.3. Sicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Card, etiam de Latere Legatos, & Nuntios, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, & declaramus.

Derogatio contrariorum

§.4. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis, Ordinibus, Societatibus, & Congregationibus prædictis, eorumque Præpoſitis, Decanis, Magiſtris, Abbatibus, Miniſtris, Prælatis, Prioribus, Rectoribus, & aliis Superioribus, Cappellanis, aliiſque prædictis, ſub quibuſcumque ten., & formis, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & aliis decretis, in genere, vel in ſpecie, ac aliàs in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis etiamſi, pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis ten. ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales, idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervan. foret, tenores hujuſmodi præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptorum fides.

§.5. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ, præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

§.6. Quodque eædem præſentes Literæ ſeu illarum exempla ad valvas Baſilicarum S. Jo. Lateranen. ac Principis Apoſtolorum de Urbe, & in acie Campi Floræ affixa, omnes ita arctent, & afficiant, ac ſi unicuique perſonaliter intimata fuiſſent.

Publicatio in Urbe omnes ligat.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris, die 12. Septembris 1628. Pontificatus noſtri Anno VI.

Dat. die 12. Sept. 1628. An.VI.

Anno 1629. Indict. 12. Pontificatus autem Sanctiſſimi D. N. Papæ Domini Urbani divina providentia Papæ VIII. anno ejus ſexto. die vero Lunæ octava Januarii retroſcriptæ Literæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Baſilicarum S. Joannis. Lateranen., ac Principis Apoſtolorum de Urbe, & in acie Campi Floræ, ut moris eſt, per nos Franciſcum Pignoccatum, & Pompejum Giranum ejuſdem Sanctiſſimi D. N. Papæ Curſores.

CCLXXX.

Quod in toto Ordine Fratrum Eremitarum S. Auguſtini, nulli præter eos, quibus de jure, juxta dicti Ordinis Conſtitutiones de jure competit, liceat vocem in Capitulis Provincialibus habere.

De his Fratribus vide in Conſtitutionibus præcedentibus & præcipuè in Conſt. CCII. Romanus Pontifex. *ſupra fol. 22. & in Conſt. CXXII.* Romanus. *Tom. V. Par. V. fol. 325.*

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

ALiàs per fel. rec. Clementem PP. VIII. Prædeceſſorem noſtrum inter alia accepto, quod in Provinciis Bœtica, Mexicana, de Mechoacana, del Perù, del Quito novi Regni Ordinis Fratrum Eremitarum S. Auguſtini, aut aliquibus illarum permulti vocem in electionibus ex gratia habuerant, ex quo propter magnum vocalium numerum in Capitulis Provincialibus, ut plurimum confuſiones, & perturbationes oriri ſolebant, idem Clemens Prædeceſſor ad eas omnino tollendas, ut de cætero in perpetuum in quacumque dictarum Provinciarum, nulli præter eos, quibus de jure juxta dicti Ordinis Conſtitutiones licebat, vocem in Capitulis Provincialibus haberent, ſed ii, quibus ex gratia conceſſa eſſet, voce activa omnino carerent, & ex nunc privati eſſent, & eſſe cenſerentur, prout ipſe Clemens Prædeceſſor ex tunc illos, & eorum quemlibet privavit, apoſtolica auctoritate, ſtatuit, & ordinavit.

Cauſæ hujus Conſtit. referuntur.

§.1. Nuper vero Nos Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris ſtatutum, & ordinationem hujuſmodi ad Provincias Italiæ dicti Ordinis ſub certis modo, & forma tunc expreſſis extendimus, & ampliavimus, prout in ipſius Clementis prædictis, ac noſtris deſuper in ſimili

Digitized by Google

mili forma Brevis eſpeditis Literis, quarum tenores præſentibus pro eſpreſſis haberi volumus, plenius continetur.

Extenſio ad totam Religioné, prout in Rubr.

§.2. Nunc autem proſpero, feliciqne quarumcumque aliarum dicti Ordinis Provinciarum ſtatui, & directioni in præmiſſis, quantum cum Domino poſſumus, obviam ire voleotes, motu, ſcientia, & deliberatione ſimilibus, ſtatutum, & ordinationem per Clementem Prædeceſſorem hujuſmodi facta, & per Nos eſtenſa, & ampliata, ut præfertur, ad univerſas Provincias, & Congregationes totius Ordinis prædicti, eadem auctoritate, tenore præſentium, rurſus perpetuo extendimus pariter, & ampliamus, illaque in oniverſarum Provinciarum, & Congregationum hujuſmodi Capitulis Provincialibus locum habere, & ſic ab omnibus eeoſeri, atque ita per quoſcumque Judiees ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere, irritumque, & inane, quicqoid ſecus ſuper his a qooquam, qoavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter, contigerit attentari, auctoritate etiam, & tenore prædictis, deeernimus, & declaramus.

Contrariis derogat.

§.3. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordiuationibus Apoſtolicis, ac dicti Ordinis, & ſingularum illius Provinciarum prædictarum, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, aliiſque omnibus, & ſingulis, quæ in dictis Literis conceſſa ſunt, oon obſtare. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſeotibus pro ſufficieoter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaſat ſpecialiter, & eſpreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptis eredi jubet.

§.4. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem ubique prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 14. Sept. 1628. An.VI.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, ſub annulo Piſcatoris die 14. Septembris 1628. Pootificatus noſtri Anno VI.

CCLXXXI.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Facultates Viſitatoribus pro viſitatione Eccleſiarum, Monaſteriorum &c. Urbis deputatis conceſſæ.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Inſtitutam a ſe in Urbe viſitationem apoſtolicam refert.

§.1. PAſtoralis officii noſtri onus in Monaſteriis, Eeeleſiis, Hoſpitalibus, & Locis Piis Almæ Urbis noſtræ, eorumque bonis, juribus, perſonis, officialibus, & Miniſtris viſitandis adimplere, & ut in proſequendo viſitationis hujuſmodi munere, ad quod oonnullos ven. fratres Archiepiſcopos, & Epiſeopos, alioſque Romanæ Curiæ Prælatos, ac perſonas etiam regulares nominatim delegimus, ea, qua convenit auctoritate, & facultate procedator, quantum com Domino poſſumus, opportune providere volentes;

Viſitatoribus facultatem contra quoſcumq; etiam in criminalibus proceden di tribuit.

§.2. Motu proprio, & ex certa ſeientia, ac matura deliberatione noſtris, deque apoſtolicæ poteſtatis plenitudine Archiepiſcopis, Epiſcopis, Prælatis, & perſonis ad munus viſitationis hujuſmodi per Nos delectis, ut præfertur, ultra alias facultates illis per diverſas noſtras, etiam in ſimili forma Brevis eſpeditas Literas, quas præſentibos pro eſpreſſis haberi volumus, attributas, tenore præſentium, omoibus ſcilieet prædictis ad viſitationem apoſtolicam prædictam deputatis, & pro tempore depntandis, & cuilibet eorum in ſolidum, ac tam conjunctim, quam diviſim, in omnibus, & ſingulis caoſis eamdem viſitationem quomodolibet concernen., tam civilibus, quam criminalibus, & mixtis, earumqne dependentibus, emergentibus, aonesis, & connesis, etiam ſpecialem, & individuam mentionem reqoiren., etiam per affixionem ad valvas ipſorum Mooaſteriorum, Eccleſiarum, Hoſpitalium, & Locorum Piorum, ſive per Edictum publicum, & aliàs quomodolibet, prout eis ſufficere videhitur, procedendi, ita quod proceſſus hujuſmodi omnes, & quoſcumque tam laieos, quam clericos, & Sacerdotes, ac alios etiam regulares qnorumcumqne ordinum, etiam Ciſtercien., ac Militiarum etiam Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani, & aliàs quomodolibet exemptos, ac alios quoſcumque, cujuſcumque qualitatis, digoitatis, ſtatus, gradus, ordinis, & præeminentiæ fuerint, etiamſi ſpeciali nota, & de neceſſitate exprimendi forent, afficiat, & arctet in omoibus, & per omnia, perinde acſi citationes, aliæque proviſiones, ordinationes, ſeu decreta a Viſitatoribus hujuſmodi pro tempore factæ, ſeo facta, ut præfertur, in valvis Monaſteriorum, Eccleſiarum, Hoſpitalium, ſeu Locorum Piorum prædictorum quomodolibet affixæ, ſeu affixa eis perſonaliter intimatæ, ſeu iotimata fuiſſent, etiam ad effectum cenſurarum, & ſuſpeoſionis, & in-

Et cenſuras comminandi.

terdicti perſonarum eccleſiaſticarum, Monaſteriorum, Hoſpitalium, & Locorum Piorum prædictorum, & aliorum quorumcumque quomodolibet qualificatorum, & qualibet iudividua mentione dignorum, itaut uulla Eccleſia, nullum Hoſpitale, nullus Locus Pins, nullaque perſona cenſeatur ab hujuſmodi commiſſione, & facultate excepta, ſed omnes, & omnia, ac ſingula compræhendantur, exeeptis dumtaſat Collegiis habentibus S.R.E. Cardinales Pro-

Exceptis Collegiis, quæ habent Cardinales Protectores.

tectores; quorum viſitatio fieri debet juxta tenorem decreti aliàs in præſentia noſtra facti in Coogregatiooe de Propaganda Fide; neenon quaſcumque alias eccleſiaſticas, ac pecuniarias, & alias temporales pœ-

Et pœnas temporales infligendi.

nas, etiam abſque eo quod cauſæ cognitionem judicialiter aſſumaut, infligendi, imponeodi, decernendi, publicandi, & de-

bitæ

bitæ exequutioni demandandi, ac etiam præſentibus non publicatis, neque cuiquam intimatis, nec exhibitis, vel oſtenſis, ut præfertur, ad omnia, & ſingula præmiſſa, ac alia, quæ ſibi videbuntur neceſſaria, vel quomodolibet opportuna, procedendi, etiam ſub privationis eo ipſo incurrendæ quorumcumq. Beneficiorum eccleſiaſticorum, ac officiorum per eos obtentorum, necnon privilegiorum, indultorum, bonorum, & jurium quorumcumque per Nos, vel Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, & Sedem Apoſtolicam eiſdem Monaſteriis, Eccleſiis, ſeu Locis Piis, & perſonis quomodolibet conceſſorum, necnon etiam citandi, & quoties, quando, & quibus opus fuerit, inhibendi, & contra inobedientes, & rebelles quoslibet cenſuras, & pœnas, etiam iteratis vicibus aggravan., interdictum eccleſiaſticum imponen., & relaxan., auxiliumque brachii ſecularis, ſi opus fuerit, invocan., cæteraque omnia, & ſingula in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, & quomodolibet opportuna, etiamſi talia ſint, vel fuerint, quæ magis ſpecialem, ſpecificam, & expreſſam requirerent mentionem, faciendi, dicendi, gerendi, & exequendi, omni, & quacumque appellatione, nullitatis, etiam ex tribus, dictione, reſtitutione in integrum, aliiſque remediis ordinariis, & extraordinariis omnino remotis, & ſublatis, attento, quod in viſitatione extrajudicialiter proceditur, & tela judiciaria, vel ſtrepitus, aut ordo judicialis non ſervatur, plenam, liberam, & amplam facultatem, & auctoritatem concedimus, & impertimur.

Obſtantia tollit. §.3. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac omnibus illis, quæ in dictis Literis voluimus non obſtare: quibus, eorum omnium tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 16. Septem. 1628. An. VI. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die 16. Septembris 1628. Pontificatus noſtri Anno VI.

CCLXXXII.

Quod Indulta conceſſa diverſis Urbis Tribunalibus, & Judicibus cognoſcendi cauſas criminales ſuper delictis quarumcumque perſonarum privative quoad alios, non privative quoad Gubernatorem Urbis pro tempore exiſtentem, ſed cumulative cum eo conceſſa, intelligantur.

Hujuſmodi Indulta multis Archihoſpitalibus, Collegiis, Capitulis, Militiis, ac ſimilibus conceſſa a diverſis Pontificibus require in Indice, in ſingulis eorum nominibus.

Auctoritatem vero Gubernatoris Urbis, lege in Leonis X. Conſt. IX. *Etſi cunctarum*, Tom. III. Par. III. fol. 401. Et in Pii IV. Conſt. I. *Cum ſicut*. Tom. IV. Par. II. fol. 1. necnon Pii V. Conſt. CL *Cum Apoſtolica*, Tom. IV. Par. III. fol. 121.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. DEcet Romanum Pontificem, æqui bonique ſupremum aſſertorem: ſi quæ dubia circa conſtitutas adminiſtrandæ Juſtitiæ rationes oriantur, declarationis ſuæ oraculo ita dilucidare, ut præciſa cujuſcumque hæſitationis, ſive dubii materia, unicuique quod ſuum eſt, per competentes Judices, & Miniſtros æqua lance tribuatur.

Indulta nonnullis Judicibus conceſſa recenſentur. §.1. Cum itaque, ſicut accepimus, varia diverſis Almæ Urbis noſtræ Tribunalibus, & Judicibus etiam S. R. E. Cardinalibus, Protectoribus, & Collegiis, vel aliis etiam hic de neceſſitate exprimendis, Indulta quaſcumque cauſas criminales, vel earum aliquas ſuper quibuſcumque delictis, criminibus, & exceſſibus quarumcumque perſonarum, tam laicarum, quam eccleſiaſticarum, etiam regularium, & Militiarum, etiam ſpeciali nota dignarum privative quoad alios quoſcumque cognoſcendi, per Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac etiam Nos conceſſa ſint.

Declaratio, de qua in Rubrica. §.2. Nos debitæ earumdem cauſarum cognitioni, atque expeditioni, quantum cum Domino poſſumus, conſulere volentes; necnon omnium, & ſingulorum Indultorum prædictorum tenores, ac Dat. præſentibus pro expreſſis habentes; Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque apoſtolicæ poteſtatis plenitudine: Quod omnia, & ſingula Indulta hujuſmodi non privative quoad modernum, & pro tempore exiſtentem dictæ Urbis Gubernatorem, ſed cumulative cum eo conceſſa intelligantur, & intelligi debeant.

Clauſulæ. §.3. Sicque, & non aliter, per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, Camerarium, Vice-Cancellarium, Cameræ Apoſtolicæ Theſaurarium generalem, & quoſvis alios Officiales, & Miniſtros, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, tenore præſentium declaramus, & quatenus opus ſit, ſtatuimus, decernimus, & mandamus.

Obſtantium derogatio. §.4. Non obſtantibus, quatenus opus ſit, regula noſtra, de jure quæſito non tollendo, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon quibuſvis, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti

Digitized by Google

derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, eorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 23. Septem. 1628 An. VI.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die vigeſimatertia Septembris 1628., Pontificatus noſtri Anno VI.

CCLXXXIII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Facultas Julio Buratto Fortalitium *Forte Urbano* vulgo nuncupatum conceditur extruendi.

Dilecto filio Julio Buratto Romano.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Dilecte fili ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Rationes erigendi Fortalitium.

§. 1. QUod à Rom: Pontificibus Predeceſſoribus noſtris pro Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ditionis temporalis, & præſertim Civitatis noſtræ Bononien. ejuſque territorii tuitione ad Sedis Apoſtolicæ hoſtium incurſiones impediendas, aliaſque improviſas locorum dictæ ditionis invaſiones, direptioneſque propulſandas, provide excogitatum fuerat, de conſtituendo in apertis illis partibus fortalitio, ſive propugnaculo, eorumdem tamen prædictorum ſuperveniente obitu exequutioni minime demandatum fuit,

Pontifex Julio Buratto illud erigendi facultatem concedit.

§. 2. Nos hoc tempore, quo bellorum procellæ Italiam percurrunt, & major tempeſtas timetur, ad finem debitum perducere volentes, ac de tua in Nos, & hanc Sanctam Sedem fide, & devotione, ac in extructionibus militaribus erigendis peritia plurimum in Domino confiſi: Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque apoſtolicæ poteſtatis plenitudine Tibi, per præſentes committimus, & mandamus, ut in loco per Nos inter Caſtrum francum dictæ ditionis, & flumen. Panaræ, ejuſque territorii Bononien. deſtinato, fortalitium, ſive propugnaculum hujuſmodi *Forte Urbano* lingua vulgari nuncupandum, juxta typum, & exemplar per te Nobis exhibitum, noſtro, & ejuſdem Sanctæ Sedis nomine, noſtraque auctoritate conſtruas, fabrices, erigas, & ædifices, conſtruique, fabricari, erigi, ædificari cures, & facias.

Quod vult munitionibus inſtructum.

§. 3. Ac conſtructum, fabricatum, erectum, & ædificatum, armis, Militibus, commeatu, aggeribus, foſſis, aliiſque operibus, & munimentis, ac rebus neceſſariis, & opportunis munias, cuſtodias, & defendas.

Mandat omnibus Gubernatoribus, ut dicto Julio opē præſtent.

§. 4. Ut autem omnia, & ſingula, quæ ad præmiſſa pertinent, ea qua decet auctoritate, præcipiantur, & pari celeritate debitæ exequutioni demandentur, ad præmiſſorum, & cujuslibet ipſorum dumtaxat effectum, quoſcumque Civitatum, terrarum, & locorum ſtatus noſtri eccleſiaſtici Gubernatores, Superiores, exequutores, alioſque officiales, & Miniſtros quocumque nomine nuncupatos, necnon Barones, Domicellos, Principes Civitatum, terrarum, & locorum prædictorum Communitates, univerſitates, & homines, ac viros reformatos ſtatus libertatis, necnon Regimen ipſum dictæ Civitatis Bononien. eadem auctoritate requiras, ut tibi in præmiſſis omnibus, & ſingulis peragendis, & exequendis prompte pareant, faveant, & aſſiſtant, opemque, & auxilium, ſecundum rei, & caſus exigentiam, omni dilatione poſtpoſita, præſtent.

Quod etiam à Militibus præſtari præcipit;

§. 5. Ac tam omnibus, & ſingulis ſupradictis, quam quibuſcumque Militibus, etiam præſidiariis, & ſtipendiariis, necnon Militiarum ordinariarum Civitatis Bononien., ejuſque territorii prædictorum, ac generaliter aliis quibuſcumque Nobis, & eidem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ in temporalibus ſubditis, & ſpeciali nota, & expreſſione dignis, etiam ſub crimine leſæ Majeſtatis in primo capite, ac rebellionis, necnon confiſcationis, ac devolutionis civitatum, terrarum, caſtrorum, locorum, & bonorum quorumcumque per eos, & eorum quemlibet poſſeſſorum pœnis, pari auctoritate, toties quoties tibi expediens videbitur, injungas, mandes, jubeas, & imperes, omnia, & ſingula, quæ ad conſtructionem, fabricam, erectionem, & ædificationem fortalitii, ſeu propugnacoli hujuſmodi, illiuſque cuſtodiam, munimentum, & tuitionem neceſſaria, & quomodolibet opportuna fore judicaveris.

Sub pœnis hic expreſſis.

Neceſſariaſq; addit facultates.

§. 6. Nos enim tibi ad effectum præmiſſum dumtaxat omnia, & ſingula præmiſſa faciendi, dicendi, gerendi, & exequendi dicta auctoritate ten. præſentium plenam, liberam, & amplam facultatem, & poteſtatem concedimus, & impertimur.

Ejus juſſa ſervari mandat.

§. 7. Mandantes propterea Legatis, & Vicelegatis Bononien., & Ferarien., ac Præſidi, & Gubernatoribus Romandiolæ, aliarumque Provinciarum Ditionis noſtræ prædictæ, ut per te requiſiti in omnibus ubi opus erit aſſiſtant. Gubernatoribus vero, Civitatum ſuperioribus, exequutoribus, officialibus, Miniſtris, Baronibus, Domicellis, Principibus, Communitatibus, Univerſitatibus, viris, Reformatoribus, Regimini, ac Militibus, aliiſque ſubditis noſtris prædictis omnibus, & ſingulis, ut in præmiſſis exequendis tua juſſa, monita, & mandata, ea, qua decet obedientia, & fide exequantur, & adimpleant, alioquin ſententiam, ſive pœnam, quam rite tuleris, ſeu ſtatueris in rebelles, ratam habebimus, & faciemus, auctore Domino, uſque ad ſatisfactionem

Digitized by Google

ctionem condignam inviolabiliter obſervari.

Obſtantia tollit.

§.8. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Civitatum, terrarum, Caſtrorum, & locorum ſtatus eccleſiaſtici prædicti, ac etiam ejuſdem Regiminis Civitatis Bononien. prædictæ, etiam juramento confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate ſalia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiamſi pro ſufficienti eorum derogatione, de illis, eorumque totis ten. ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret illorum omnium, & ſingulorum ten. præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Ipſumque Juliam ſubjectũ reddit Carolo Barberino totius Militiæ Capitaneo generali.

§.9. Volumus autem, ut tu in omnibus, & ſingulis præmiſſis peragen., & exequendis dilecto filio Nobili viro Carolo Barberino noſtro ſecundum carnem fratri germano, totius militiæ noſtræ, & ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ejuſque univerſæ ditionis, tam pedeſtris, quam equeſtris præſentis, & Futuræ Capitaneo generali immediate ſubjectus, ſubordinatuſque iis, ejuſque præceptis, juſſionibus, & mandatis omnino parere debeas, & tenearis.

Dat. die 23. Septem. 1628. An. VI.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris die vigeſimatertia Septembris 1628. Pontificatus noſtri Anno VI.

CCLXXXIV.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Confirmatio declarationum circa facultates Collectoris Portugalliæ, & Commiſſarii Cruciatæ.

Ven. Fratri Laurentio Epiſcopo Hieracen. Jurium. & ſpoliorum Cameræ Apoſtolicæ debitorum in Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis Collectori generali.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ven. Frater ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Declaratio Cardinalium, & Prælatorũ: ſcilicet Commiſſarium Cruciatæ non poſſe facultatem concedere Miſſas celebrandi, nec etiam audiendi in Oratoriis privatis.

§.1. CUm, ſicut accepimus in controverſiis inter Te, & pro tempore exiſtentem Jurium, & ſpoliorum Cameræ Apoſtolicæ debitorum in Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis Collectorem generalem ex una, ac dilectum filium Antonium Maſcarenhas Indulgentiarum, & gratiarum ſpiritualium, & temporalium Cruciatæ in Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis ab hac Sancta Sede conceſſarum Commiſſarium generalem, apoſtolica auctoritate deputatum, ex altera partibus ortis. Ven. Fratres noſtri S. R. E. Cardinales ſuper hoc à Nobis ſpecialiter deputati cum interventu etiam Prælatorum à Nobis pariter ad hoc deputatorum, negotio mature examinato, partibuſque hinc inde informantibus pluries auditis declaraverint, & reſolverint, prædictum Antonium Commiſſarium non potuiſſe, nec in futurum poſſe, vigore Literarum Apoſtolicarum ejuſdem Cruciatæ concedere licentiã celebrandi, necnon audiendi Miſſas in Oratoriis privatis, ſeu domeſticis, & ideo licentias hactenus per ipſum Antonium Commiſſarium conceſſas, & de cætero forſan concedendas fuiſſe, & eſſe, ac fore nullas, & invalidas; Ac inſuper, quod quando idem Antonius Commiſſarius procedit, uti merus exequutor dictarum Literarum Cruciatæ, nec egreditur limites ſuæ commiſſionis, tunc ab exequutione earumdem Literarum Cruciatæ, non dari appellationem, nec ad effectum devolutivum, nec ſuſpenſivum, ſed quando excedit limites ſuæ Commiſſionis, aut gravat partes, poſſe, ſaltem per viam quærelæ, recurſum haberi ad Collectorem, uti ſuperiorem, qui poteſt, ſervatis Sacris Canonibus, inhibere, & poſtea cognito plene de gravamine, vel exceſſu, illud, ſeu illum emendare, & providere, prout Juſtitia exigit: Idemque poſſe dictas partes facere, quando Commiſſarius procedit uti Judex aut mixtus Exequutor: Verum in caſibus in quibus Jus commune expreſſe concedit appellationẽ poſſe partes appellare, & Collectorem appellationem ad utrumq; effectũ recipere, & modo ſuperius, d. inhibere.

Dataſque licentias irritas eſſe,

Non dari appellationem ab ejus ſententiis, quando limites ſuæ Commiſſionis non excedit;

Quando vero limites excedit, tunc ad Collectorem recurri poſſe.

Dubia deinde exorta.

§.2. Cumque poſtea ſuper declarationibus, ſeu reſolutionibus prædictis exorta fuiſſent ſequentia Dubia, videlicet: Primum, Ad quem ſpectaret cognoſcere an Commiſſarius Cruciatæ gravaverit partes, vel exceſſerit uti mixtus exequutor, vel an appellationes fuerint interpoſitæ in caſibus, in quibus Jus commune expreſſe illas permittit: ſecundarie vero, quando cenſeatur Commiſſarius procedere uti merus, vel mixtus exequutor. Ac demum an Commiſſarius prædictus, & Notarius Cruciatæ poſſint cogi ad tradendum acta, ad effectum, ut Collector de præmiſſis cognoſcat, & an idem Commiſſarius parere teneatur inhibitionibus deſuper ſibi à Collectore factis, ſive faciendis.

Dubiorum reſolutiones.

§.3. Iidem Cardinales una cum Prælatis prædictis articulis hujuſmodi exacte diſcuſſis, ad primum Dubium reſponderint prædictam cognitionem ſpectaſſe, & pro tempore ſpectare ad Collectorem uti Superiorem Commiſſarii Cruciatæ. Ad ſecundum vero, tunc eumdem Commiſſarium procedere, uti merum Exequutorem, quando abſque judiciali cognitione exequitur purum, & nudum factum ſuper rebus expreſſis in eiſdem Literis Cruciatæ, mixtum vero exequutorem dici, quando aſſumit judicialem cognitionem ſuper re prius non cognita, aut quando ſe opponit aliquis legitimus

Digitized by Google

mus Contradictor. Ad Tertium denique, poſſe eumdem Commiſſarium, & ejus Notarium cogi à Collectore ad traden. acta, & quemadmodum Collector poſtquam cœperit cognoſcere de gravaminibus, ſeu exceſſibus ſupradictis, aut an appellationes ſint admittendæ, poſſit canonice inhibere eidem Commiſſario, ita Commiſſarius tenetur hujuſmodi inhibitioni parere; Interim autem, quo acta transportantur coram Collectore, poſſit idem Collector concedere ſuperſeſſorias ad tempus, ſive actu denegentur, ſive malitioſe eorum transportatio differatur, ſivæ aliæ extent qualitates, & circumſtantiæ, ex quibus in aliis caſibus idem faciendum ſit.

Quibus reſolutionibus cũ non acquieverit Commiſſarius;

§.4. Et licet dictus Antonius Commiſſarius ſe declarationibus, ſeu reſolutionibus prædictorum Cardinalium pariturum promiſerit, nihilominus propriæ ſalutis immemor, declarationes, ſeu reſolutiones eaſdem parvi pendens, iis non ſolum cum effectu parere recuſaverit, verum etiam dictas Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium in privatis Oratoriis, ut præfertur, celebrandi, licentias concedere, & ad hunc effectum Literas Apoſtolicas ſuper conceſſione gratiarum ſpiritualium, & temporalium dictæ Cruciatæ emanatas alterare, in iiſque, quod licentias hujuſmodi concedere poſſit, adjungere, eaſque Literas ſic alteratas, ſive earum exempla, etiam impreſſa, publicari facere præſumpſerit, aliaque quamplurima in auctoritatis hujus Sanctæ Sedis præjudicium, & contemptum ac contra declarationes, ſeu reſolutiones hujuſmodi facere, dicere, & gerere non erubuerit.

Eas confirmat Pontifex.

§.5. Nos præmiſſis pro muneris noſtri debito, quantum cum Domino poſſumus, opportune providere volentes, Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, omnes, & ſingulas declarationes, ſeu reſolutiones ſupra expreſſas hujuſmodi cum omnibus in eis contentis, & inde ſequutis quibuſcumque, apoſtolica auctoritate tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illiſque inviolabilis apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes, & ſingulos, tam juris, quam facti, & quoſvis alios etiam quantumvis ſubſtantiales defectus, ſi qui in præmiſſis quomodolibet intervenerint, aut interveniſſe dicit, vel prætendi poſſent, ſupplemus.

Mandat Nuncio Apoſtolico ut Commiſſario inhibeat, quominus præelata attentet.

§.6. Præterea motu, ſcientia, & deliberatione ſimilibus tibi per præſentes committimus, & mandamus, ut eidem Antonio moderno, & pro tempore exiſtenti gratiarum dictæ Cruciatæ in eiſdem Regnis Commiſſario ſub excommunicationis majoris latæ ſententiæ, ac privationis Beneficiorum, Dignitatum, ac Officiorum quorumcumque, etiam ſpeciali nota, & expreſſione dignorum, inhabilitatiſque ad illa, & alia impoſterum obtinen. pœnis eo ipſo abſque ulla declaratione incurrendis auctoritate noſtra præcipias, & mandes, ne licentias Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium in privatis Domorum Oratoriis celebrandi, ſeu reſpective celebrari faciendi, quibuſvis perſonis cujuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exiſtentibus quavis ex cauſa, vel quæſtio colore, aut prætextu concedere, nec Literarum Apoſtolicarum ſuper conceſſione dictæ Cruciatæ conſectarum, ut præfertur, ſummaria, vel exempla, Literis conceſſionis prædictæ Cruciatæ non conformia, imprimere, ſeu publicare, aut imprimi, vel publicari facere audeat, ſeu præſumat, niſi prius eadem ſummaria, vel exempla a te, ſeu de tuo mandato per perſonas ad hoc idoneas a te deputandas reviſa, & ſi opus fuerit correcta, & emendata, & cum eiſdem Literis diligenter collata fuerint.

Clauſulas neceſſarias apponit.

§.7. Decernentes præſentes Literas, & in eis contenta quæcumque quovis prætextu, cauſa, vel quæſito colore de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel alio quocumque defectu notari, impugnari, redargui, infringi, vel retractari, in Jus, vel controverſiam vocari, aut adverſus illas quodcumque Juris, gratiæ, vel facti remedium intentari, ſeu impetrari, aut ſic impetrato, vel conceſſo quempiam illo uti, ſeu ſe juvare in judicio, vel extra nullo umquam tempore poſſe, ſed illas, ac omnia, & ſingula in eis contenta ſemper, & perpetuo valida, firma, & efficacia exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, atque a prædicto Antonio moderno, & pro tempore exiſtente gratiarum Cruciatæ hujuſmodi Commiſſario, ac aliis, ad quos ſpectat, & in futurum quomodolibet ſpectabit, inviolabiliter obſervari: ſicque, & non aliter in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales etiam de latere Legatos, & Nuncios quavis auctoritate fungentes in quavis cauſa, & inſtantia; ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§.8. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quibuſvis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam Juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis eidem Commiſſario, ac quibuſvis aliis perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, & decretis in genere, vel in ſpecie, ac aliàs in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro ſufficienti eorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret,

foret, illorum omnium, & ſingulorum tenores, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 28. Septem. 1628. An. VI.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 28. Septembris 1628. Pontificatus noſtri Anno VI.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

CCLXXXV.

Facultas Nicolao Guidobagno Marchioni Montiſbelli, Caroli Barberini in Provincia Romandiolæ Locumtenenti, eveniente obitu Ducis Urbini eam Provinciam tuendi, & per ſe, vel ſuos Miniſtros manu armata Ducatum, & Civitates hujuſmodi cuſtodiendi.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium.

CReditum humilitati noſtræ meritis licet imparibus divina providentia apoſtolicæ ſervitutis officium continua Nos ſolicitudine admonet, ut in iis præcipuas paſtoralis vigilantiæ curas intendamus, per quæ noſtræ, & hujus Sanctæ Sedis Apoſtolicæ ditionis temporalia jura conſerventur.

Facultas Nicolao Guidobagno de qua in Rubrica.

§. 1. Hinc eſt, quod Nos, quantum cum Domino poſſumus, opportune providere volentes, ne ullum huic Sanctæ Sedi, ex quovis caſu progreſſu temporis eveniente, præjudicium inferatur, in temporali ejus ditione, & præſertim in Ducatu Urbini, necnon Civitatibus Senogallien., & Piſauren., & Statu Montis Feretrani, aliiſque dominiis, Civitatibus, Oppidis, terris, & locis, in, & ſub Statu dicti Ducati Urbini ad præſens quomodolibet comprehenſis, & per dilectum filium nobilem virum Franciſcum Mariam Urbini Ducem poſſeſſis, quæ omnia, & ſingula ſuccedente ipſius Franciſci Mariæ Ducis ſine liberis, & deſcendentibus Maſculis legitimis, & naturalibus obitu, ob lineam finitam, una cum omnibus eorum territoriis, diſtrictibus, jurisdictionibus, fortalitiis ſive propugnaculis, membris, juribus etiam prohibendi, ac pertinentiis neceſſariis, excepto caſtro Podii Hybernorum, & aliis bonis non feudalibus, nec jurisdictionalibus relaxatis, & reſervatis eidem Franciſco Mariæ Duci, ejuſque hæredibus, & ſucceſſoribus, etiam in inſtrumento Concordiæ celebrato ſub die 30. Aprilis 1624. aperientur, ac ad Nos, & Rom. Eccleſiam, Sedemque, & Cameram Apoſtolicam revertentur, devolventur, & pleno jure pertinebunt; Necnon de ſingulari dilecti filii Nicolai Guidobagni Marchionis Montisbelli ejuſdem noſtræ ditionis erga Nos, & Sedem eamdem devotione, ac probata in re militari fide, & experientia plurimum in Domino confiſi: Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque apoſtolicæ poteſtatis plenitudine eidem Nicolao, quem nuper dilectus filius nobilis vir Carolus Barberinus noſter ſecundum carnem frater germanus totius militiæ noſtræ, & ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ejuſque univerſæ ditionis prædictæ, iam pedeſtris, quam equeſtris præſentis, & futuræ Capitaneus generalis, ſuum in Provincia noſtra Romandiolæ Locumtenentem deputavit, ut non ſolum prædictam Provinciam Romandiolæ, iis omnibus modis, muneri Locumtenentis hujuſmodi convenientibus, & ad illum quomodolibet ſpectan., tueri, & defendere, verum etiam, eveniente dicti Franciſci Mariæ Ducis obitu, ſeu alio quocumque caſu, juxta ipſius Caroli Capitanei generalis juſſa, monita, inſtructiones, & mandata in Ducatum Urbini, ſtatum Montisferetran., ac Civitates, dominia, terras, caſtra, fortalitia, & loca ſupradicta per ſe, ſive ſuos Miniſtros, & ſubſtitutos etiam armata manu ingredi libere, & licite poſſit, & valeat, ad effectum Ducatum, & ſtatum prædictos, ac Civitates, dominia, Caſtra, Terras, Fortalitia, & loca hujuſmodi realiter, & cum effectu cuſtodiendi, ſeu tuendi, eaque etiam, ſi opus fuerit, recuperandi ab omni, & quocumque, qui ea invadere, ſeu occupare, ſeu aliàs quodvis præjudicium in Ducatu, ac ſtatu, necnon Civitatibus, Dominiis, Caſtris, Terris, Fortalitiis, & locis hujuſmodi eidem ſedi inferre auſu temerario præſumeret, plenam, liberam, amplam, & omnimodam facultatem, poteſtatem, & auctoritatem ten. præſentium ad noſtrum, ſeu dicti Caroli beneplacitum concedimus, & impertimur.

Mandat eidē, ut prædictorū locorum poſſeſſionem, Laurentio Epiſcopo Cæſenaten. ad eius requiſitionem tradat.

§. 2. Volumus autem, ut dictus Nicolaus poſſeſſionem Civitatum dictorum Caſtrorum, Terrarum, Fortalitiorum, & locorum hujuſmodi, quam per ſe vigore præſentium aſſequi contigerit, Venerabili Fratri Laurentio Epiſcopo Cæſenaten. moderno, & pro tempore exiſtenti Ducatus, & aliorum Dominiorum hujuſmodi Gubernatori, ſive ejus deputando ad omnem ejus requiſitionem conſignare teneatur.

Obſtantibus derogat.

§. 3. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 2. Octobr. 1628. An. VI.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris die ſecunda Octobris 1628. Pontificatus noſtri Anno VI.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

CCLXXXVI.

Confirmatio Decreti Congregationis Concilii Tridentini, quo declaratur, Epiſcopos poſſe uti opera duorum Canonicorum, ſive Cathedralis, ſive Collegiatæ Eccleſiæ, eoſque interim percipere poſſe, dum vacant Epiſcopi ſervitio, fructus Præbendæ, amiſſis diſtributionibus quotidianis.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Dubia Congr. Concilii ab Archiep. Colonien. propoſita.

§. 1. EXponi Nobis nuper fecit Ven: Frater Archiepiſcopus Colonien. Sacri Romani Imperii Princeps Elector quod

quod aliàs à Ven., & Fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus emanavit Decretum tenoris ſubſequentis. videlicet; Illuſtriſſimi, & & Reverendiſſimi Domini Pro parte Archiepiſcopi Electoris Colonien. ſupplicatur, per hanc Sacram Congregationem declarari. Primo. An Privilegium competens Epiſcopis aſſumendi in ſui ſervitium duos Canonicos, habeat locum, non ſolum reſpectu Canonicorum Cathedralis Eccleſiæ, ſed etiam Collegiatæ. Secundo. An procedat hoc, non obſtantibus Conſtitutionibus Eccleſiarum juratis per Canonicos de reſidendo in illis.

Reſponſiones.

Die 9. Septembris 1628. Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, ad Primum reſpondit, Epiſcopos poſſe uti opera duorum Canonicorum, ſive Cathedralis, ſive Collegiatæ, eoſque interim percipere poſſe, dum vacant Epiſcopi ſervitio, fructus Præbendæ, amiſſis diſtributionibus quotidianis, dummodo tamen ultra duos Canonicos Epiſcopi pro ſuo ſervitio eodem tempore non adhibeant. Ad Secundum: prædictas Eccleſiæ Conſtitutiones, etiam juratas minime obſtare. N. Card. Ubaldinus Franciſcus Paulutius Sac. Cong. Secretarius. Loco ✠ Sigilli.

Dictus Archiepiſcopus hujuſmodi Decretum auctoritate apoſtolica roborari petit.

§.2. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, dictus Archiepiſcopus Decretum hujuſmodi pro illius validitate, & ſubſiſtentia, necnon obſervantia firmioribus, apoſtolicæ noſtræ confirmationis robore communiri ſummopere deſideret, Nobis propterea humiliter ſupplicari fecit, ut in præmiſſis opportune providere de benignitate apoſtolica dignaremur.

Urbanus confirmat.

§.3. Nos igitur eumdem Archiepiſcopum ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Decretum præinſertum apoſtolica auctoritate tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illiſque inviolabilis apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes, & ſingulos tam Juris, quam facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus.

Clauſulæ.

§.4. Decernentes Decretum hujuſmodi, necnon præſentes Literas valida, firma, & efficacia eſſe, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, & ab omnibus, ad quos ſpectat inviolabiliter obſervari; Sicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§.5. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 7. Octobr. 1628. An. VI.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris die ſeptima Octobris 1628. Pontificatus noſtri Anno VI.

CCLXXXVII.

Confirmatio Privilegiorum, & Indultorum Ordini Fratrum Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum conceſſorum.

Hunc Ordinem approbavit Gregor. IX. Conſtitut. XLII. Devotionis, *Tom. III. fol.* 284. *Reformatis vero iſtius Ordinis tranſitum ad Calceatos ſine Sedis Apoſtolicæ licentia interdixit iſtemet Pontifex Conſtitutione CCLIII.* Injuncti, *ut ſupra fol.* 100. *Eidemque Ordini ut Miſſam, & Officium recitare valeant in die feſto Sancti Raymundi Confeſſoris conceſſit Conſt. CLIII.* Salvatoris *Tom. V. Par. V. fol.* 376.

URBANUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

EX clementi Sedis Apoſtolicæ proviſione, necnon perſonarum Deo devotarum ſub Religionis jugo Domino militantium, pia devotione provenire dignoſcitur, ut Romanus Pontifex quandoque per Prædeceſſores ſuos Romanos Pontifices pro perſonarum earumdem, locorumque illarum felici ſucceſſu, & quiete conceſſa approbet, & confirmet, atque communiat, prout perſonarum earumdem, ac locorum, & temporum qualitatibus debite penſatis conſpicit in Domino ſalubriter expedire.

Multa a diverſis Pontif. huic Ordini conceſſa fuerunt privilegia.

§.1. Sane pro parte dilecti filii Lodovici Apparicii moderni Procuratoris Generalis infraſcripti Ordinis Beatæ Mariæ, Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod cum inter omnes vitæ Regolaris Ordines ille in primis conſpicuus eſſe videretur, quem Beatiſſima Cœlorum Regina ad Captivorum infidelium partibus miſere ſervientium redemptionem Sancto Raymundo de Peniafort, & claræ memoriæ Jacobo Aragonum Regi, necnon quondam Petro Rolaſco primo illius profeſſori, dum vitam ducerent in humanis, ſingulari quodam miſerationis affectu ſibi fore chariſſimum revelaverat, felicis recordationis Calliſtus Papa III. Prædeceſſor noſter illum certis Ordinibus ratione quarti voti, quo illius Fratres ſe Infidelibus in captivorum redemptionem pignus fore devovent, & obſtringunt, celſiorem, & perfectiorem vocavit, & hic ipſe Ordo jam inde ab anno Domini milleſimo ducenteſimo decimo octavo, in Civitate Barchinonen. ab eodem Jacobo Rege in die feſto Sancti Laurentii Martyris, ſub invocatione Beatæ Mariæ de Mercede, & Redemptione captivorum nuncupatæ inſtitutus, & a piæ memoriæ Gregorio Papa IX. etiam Prædeceſſore noſtro a Nativitate Domini milleſimo ducenteſimo trigeſimo, a revelatione vero prædicta duodecimo, Pontificatus autem ſui octavo annis, in feſtivitate Sancti Antonii Abbatis confirmatus, iis pietatis incrementis in corporum, animarumque captivorum hujuſmodi ſalutem, ſcilicet co-

eorum aliis redimendis, aliis inſtruendis, aliiſque in fide corroborandis opere, & ſermone in dies magis magiſque efflorvit, ut quamplurimi Romani Pontifices ſimiliter Prædeceſſores noſtri, non minus primam illius originem cælitus revelatam, quam pios hujuſmodi progreſſus admirati innumeras propemodum in eum gratias, & privilegia, ex inexhauſto Eccleſiæ Dei theſauro depromptas, Sedis Apoſtolicæ benignitate liberaliſſime contulerit.

Quæ Ordo ſupplicatæ Pontifice confirmari.

§. 2. Quare pro parte dicti Ludovici, tam ſuo, quam univerſorum ejuſdem Ordinis Profeſſorum nominibus Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus privilegia hujuſmodi pro firmiori illorum ſubſiſtentia apoſtolico munimine roborare, aliaſque eis in præmiſſis, ut infra, opportune providere de benignitate apoſtolica dignaremur.

Prout modo approbat, & confirmat, dummodo ſacris Canonibus, & Concil. Trid. non adverſentur &c. ſuppletque omnes defectu.

§. 3. Nos igitur dicti Ordinis Beatæ Mariæ, quem præ cæteris in viſceribus gerimus charitatis, proſperum, & tranquillum ſtatum paterno zelantes affectu, ac Ludovicum, & ſingulos Religioſos hujuſmodi a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati: Omnia, & ſingula privilegia, & indulta, immunitates, exemptiones, libertates, prærogativas, antelationes, præeminentias, licentias, facultates, conceſſiones, remiſſiones peccatorum, indulgentias, abſolutiones, aliaſque gratias univerſas per dictum Gregorium IX., & recolendæ memoriæ Gregorium XI., Innocentium IV., Innocentium VI., & Innocentium VIII., Alexandrum IV., & Alexandrum VI., Clementem IV., Clementem VI., & Clementem VII., Joannem XXII., Nicolaum III., Nicolaum IV., & Nicolaum V., Boniſacium VIII., Urbanum V., Martinum etiam V., Eugenium IV., Pium II., prædictum Calliſtum, Paulum II., Paulum III., & Paulum IV., Sixtum IV., Julium II., & Julium III., Leonem X. noviſſimeque, Sistum V., Clementem VIII., & Paulum V., & alios quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros univerſo Ordini Beatæ Mariæ hujuſmodi, & ſingulis illius Provinciis, Monaſteriis, Prioratibus, Domibus, aliis regularibus locis, necnon Generali Magiſtro, illiuſque ſive ipſius Ordinis Vicario, ſeu Vicariis, Procuratoribus, Viſitatoribus, Provincialibus, Redemptoribus Captivorum, Electoribus, Deſinitoribus, Commendatoribus, Vocalibus, aliiſque Officialibus, quocumque nomine nuncupatis, & cæteris illius Fratribus, & Religioſis, & aliis perſonis quibuſcumque, tam in genere, quam in ſpecie, etiam per modum communicationis, extenſionis, & ampliationis, aliàs quomodolibet, & ſub quibuſcumque verborum formis, & expreſſionibus conceſſa, innovata, confirmata, & approbata, & Literas Apoſtolicas deſuper, tam in plumbo, quam in forma Brevis expeditas, quorum, & quarum omnium, & ſingulorum, ac ſingularum tenores, etiamſi talia, ſeu tales forent, quæ ſpecialem, & individuam mentionem requirerent, ac datis præſentibus, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, pro plene, & ſufficienter expreſſis haberi volumus, dummodo tamen ſint in uſu, & ſacris Canonibus, & Concilii Tridentini Decretis, necnon Apoſtolicis Conſtitutionibus, & dicti Ordinis regularibus inſtitutis non repugnent, illaque, & illæ hactenus revocata, & revocatæ, ac ſub aliquibus revocationibus comprehenſa, & comprehenſæ non ſint, apoſtolica auctoritate eorumdem, tenore præſentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, omneſque, & ſingulos, tam juris, quam facti, & quarumcumque ſolemnitatum de jure, uſu, vel conſuetudine, aut aliàs quomodolibet requiſitarum, ac in præmiſſis omiſſarum, necnon quoſcumque alios, etiam quantumvis ſubſtantiales defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, dicta auctoritate ſupplemus.

Clauſul præſervativas, & Decretum irritans appo.

§. 4. Decernentes eaſdem præſentes ſemper, & perpetuo validas, & efficaces eſſe, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ſicque ab omnibus, & ſingulis cenſeri, & ita per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, dictæque Sedis Nuntios, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, quicquid ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contraria tollit.

§. 5. Non obſtantibus præmiſſis, necnon prædicti Bonifacii Papæ Octavi pariter Prædeceſſoris noſtri, de una, & in Concilio generali edita, de alia dictis, dummodo tamen non ultra tres dietas, quis vigore præſentium, ad judicium trahatur, aliiſque quibuſvis Apoſtolicis, etiam in provincialibus, ſynodalibus, univerſalibuſque Conciliis editis ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon dicti Ordinis B. Mariæ juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate, alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis apoſtolicis, illi, ejuſque ſuperioribus, & perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & efficaciſſimis, ac inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis Decretis in genere, vel in ſpecie, etiam Motu proprio, & conſiſtorialiter, ac aliàs in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales, idem importhe

Digitized by Google

portantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma, ad hoc ſervanda foret, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe, earum ſerie latiſſime, & pleniſſime derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptis fidem adhiberi mandat.

§.6. Volumus autem, quod earumdem præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manuque, & ſigillo pro tempore exiſtentis Magiſtri generalis ipſius Ordinis B. Mariæ, ſeu illius Vicarii ſubſcriptis, & munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, tam in judicio, quam extra illud, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Facultates Generalis in Fratres Reformatos non intendit approbare.

§.7. Per eaſdem præſentes autem non intendimus, facultates dicti Magiſtri generalis circa Fratres ipſius Ordinis B. Mariæ Reformatos, ſeu Recollectos nuncupatos, in aliquo approbare.

Sanctionem pœnalem ſuperaddit.

§.8. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, confirmationis, roboris, adjectionis, defectuum ſuppletionis, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Dat. die 9. Octobr. 1628. An. VI.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo ſexconteſimo vigeſimo octavo, ſeptimo Idus Octobris, Pontificatus noſtri Anno VI.

CCLXXXVIII.

Excommunicatio contra extrahentes Sacras Reliquias, aut Libros ex Eccleſia, & Bibliotheca Collegii Sancti Franciſci de Paula ad Montes Urbis Fratrum Minimorum Nationis citerioris Calabriæ.

De hoc Collegio vide in hujus Pontif. Conſtitut. VIII. Ex injuncto. *Tom. V. Par. V. fol.* 150.

URBANUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

JUſtis, & honeſtis Chriſtifidelium votis libenter annuimus, eaque favoribus proſequimur opportunis.

Cauſæ hujus inhibitionis.

§.1. Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum modernorum Vicarii Generalis, & Fratrum Domus regularis Nationis Calabriæ ad Montes nuncupatæ de Urbe Ordinis Sancti Franciſci de Paula Minimorum nuncupatorum petitio continebat. Quod in Eccleſia eorum Domus quampluries diverſorum Martyrum, ac Beatorum, & Sanctorum Reliquiæ, necnon in ejuſdem Domus Libraria, ſeu Bibliotheca diverſi generis libri volumina, & alia ſcripta Eccleſiæ, & Domui hujuſmodi hinc inde pro majori divini cultus augmento, & Fratrum eorumdem ſpirituali conſolatione, & profectu pie, & ſtudioſe comparata reperiantur: Et propterea ne ſucceſſu temporis, tam Reliquias, quam libros, & volumina, ſeu ſcripta hujuſmodi paſſim diſtribui, & inde aſportari, ac diſperdi contingat, pro parte eorumdem Vicarii, & Fratrum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus in præmiſſis opportune providere, de benignitate apoſtolica dignaremur.

Inhibitio, de qua in rubric.

§.2. Nos igitur prædictum Vicarium, & Fratrum hujuſmodi ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, eiſdem Vicario, & Fratribus, eorumque Succeſſoribus, & aliis perſonis quibuſcumque, tam ſecularibus, quam regularibus, ne deinceps perpetuis futuris temporibus, ullas omnino Reliquias, nec Libros, ſeu Volumina, & Scripta hujuſmodi ab Eccleſia, & Domo, ſeu Bibliotheca præfatis ullo modo amovere, tranſportare, diſtribuere, ſeu mutuo dare audeant, ſeu præſumant ſub excommunicationis eo ipſo incurrendæ ſententia, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium inhibemus, & præcipimus.

Decretum irritans.

§.3. Decernentes ex nunc irritum, & inane, quicquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, & ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§.4. Non obſtantibus quibuſvis Apoſtolicis, & in Provincialibus, Synodalibus, Univerſalibuſque Conciliis editis ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon Domus, & Ordinis hujuſmodi, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Publicatio, & affixio facienda in d. Collegio.

§.5. Volumus autem, quod Literæ præſentes, ſaltem ſemel quolibet anno in dicta Domo publicentur, ac illarum copia, & exemplar authenticum ad hoc, ut ad omnium notitiam pervenire poſſint, in Sacriſtia dictæ Eccleſiæ, ac Bibliotheca ejuſdem Domus portis interioribus remaneant affixa.

Sanctio pœnalis.

§. 6. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, inhibitionis, præcepti, decreti, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Dat. die 31. Octobr. 1628. An. VI.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexconteſimo vigeſimooctavo, pridie Kalendas Novembris, Pontificatus noſtri Anno VI.

Facul-

CCLXXXIX.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Facultas Provinciæ Romandiolæ Præſidi removendi Flumen Rhenum a ſuo curſu illudque derivandi ad loca Bondeni, & Gambaroni.

Ven. Fratri Octavio Archiepiſcopo Tarſen. Provinciæ noſtræ Romandiolæ Præſidi.

URBANUS PAPA VIII.

Ven. Frater ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Exordium.

ASſidua de noſtris, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſubditis cura, & ſollicitudo, necnon præcipuus, quo eos complectimur paternæ charitatis affectus puſtulat, ut inter cæteras apoſtolicæ ſervitutis curas in eam peculiari ſtudio incumbamus, qua eorumdem ſubditorum incommodis, damniſque, & jacturis obviam itur, illorumque utilitati, & ſecuritati opportunis rationibus conſulitur.

Refert, quæ a Card. S. Clementis juſſu Clem. VIII. geſta fuere.

§.1. Cum itaque, ſicut accepimus, aliàs cum felicis recordationis Clemens Papa Octavus Prædeceſſor noſter Civitatem noſtram, tunc ſuam Ferrarien., ejuſque Territorium, nec non Agros Provinciæ Romandiolæ, & Comitatus noſtrorum, tunc ſuorum Bononien. a periculis, quæ illis ex aquarum inundationibus imminebant, eximere, & liberare decreviſſet, & opus hujuſmodi curæ, & fidei bonæ memoriæ Franciſci tituli Sancti Clementis Presbyteri Cardinalis demandaſſet, idem Franciſcus Cardinalis inhærendo mandatis dicti Clementis Prædeceſſoris, & in vim facultatum ſibi ab eo per ſuas in ſimili forma Brevis ſub die 12. Auguſti 1604. expeditas Literas conceſſarum, Flumen Rheni e ſolito, & naturali ſuo alveo eduxerit, & in Vallem Sancti Martini nuncupatam introduxerit, ſive derivaverit, ad effectum, ut ibidem tamdiu remaneret, donec Aqua Padi Lombardiæ in alveum a Stellatæ, ſeu alio opportuniori loco ad loca Primari, & Volanæ juxta peritorum deſignationem deducendum, in ea quantitate, & ſufficientia introducta eſſet, ut alveum ipſum uſque ad prædicta loca Primari, & Volanæ purum, & expurgatum conſervare, ac turbidas aquas Fluminis Rheni deducere, & expellere poſſet, ea tamen intentione, ut tunc ipſum Flumen Rheni in loco a peritis approbando, in eumdem alveum a dicto Stellatæ, uſque ad Primari, & Volanæ loca hujuſmodi expurgandum reſtitui valeret.

Cauſaſque iterum expurgandi alveum Fluminis Rheni.

§.2. Proceſſu vero temporis Flumen prædictum Vallem ipſam terra adeo repleverit, ut majori periculo verſus Civitatem Ferrarien. prædictam aquis turbidis profluat, & gravioribus Provinciam Romandiolæ, ac Comitatum Bononien. prædictos ruinis, jacturiſque affligat, cum certo, atque evidenti non modo dictæ Civitatis Ferrarien., verum etiam Poleſini, Sancti Georgii nuncupat., & Vallis Comaclen. periculo adeo, ut hodie Civitas noſtra Ferrarien. non ſolum totum, & integrum Territorium, quod habet in parte deſtera Padi nuncupati Ferrarien., verſus agrum Bononien., & Provinciam Romandiolæ, utpote aquis ſubmerſum, amiſerit, ſed etiam brevi ſui ipſius, & Poleſini, S. Georgii una cum Civitate noſtra Comaclen., & illius Vallibus inevitabilem ſubmerſionem, ac totalem devaſtationem ſubitura videatur: Ager vero Provinciæ Romandiolæ, & Comitatus noſtrorum Bononiæ nedum fere totus ſubmerſus, & aquis, ac uliginibus Vallium ſterilis, & incultus redditus reperiatur, ſed in dies magis, & magis, ſi quid ſani, ac fertilis habet, ſubmergatur, & in deteriorem ſtatum reducatur.

Facultas Archiepiſc. Tarſen. illud ad locum Bondeni, ſeu ad alium deducendi.

§.3. Nos, qui tot, & tanta noſtrorum ſubditorum præterita, & præſentia, ac futura pericula, & detrimenta abſque ingenti animi noſtri mærore audire non poſſumus, paterna ſollicitudine, tam illis, quam ejuſdem Civitatis ſecuritati, agrorumque, & locorum Provinciæ, & Comitatus prædictorum ab inundationibus fluminis Rheni hujuſmodi, damniſque innumerabilibus exinde provenien. liberationi, quantum Nobis ex alto conceditur, providere volentes, quouſque alveus prædictus à loco Stellatæ, ſeu alio opportuniori, uſque ad loca Volanæ, & Primari prædicta excavatus, expurgatus, ac perfectus erit, & aqua Padi Lombardiæ in eumdem alveum ejus quantitatis introducta fuerit, ut illum excavatum, & expurgatum manutenere, & conſervare poſſit, & valeat; Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, Tibi dictum Flumen Rheni a ſuo curſu ordinario in Territorio Bononien., & loco Mirabelli vulgo nuncupat. removere, ac per lineam rectam ad locum Bondeni, & per illum ad locum Gambaroni ſimiliter nuncupat., & ex hoc, vel unitum, vel ſeparatum cum Flumine Panaro, ad Flumen Padi magni, & locum la Stellata pariter nuncupatum juxta ipſius lineæ typum, qui tibi cum præſentibus juſſu noſtro tranſmittitur, ſive ad quemcumque alium locum, qui Tibi videbitur, & placuerit, deducere, & derivare libere, & licite poſſis, & valeas, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, poteſtatem, & auctoritatem concedimus, & impertimur.

Illudque, vel aliud quodcumque Flumen extendendi ad quæcumque loca Territoriorum Bononien., & Ferrarien.

§.4. Dantes Tibi plenam, liberam, & amplam facultatem dictum Flumen Rheni non ſolum in prædicto Mirabelli, verum etiam in alio quocumque loco territoriorum Bononien., & Ferrarien. hujuſmodi, ut præfertur, removendi, & per quæcumque eorumdem Territoriorum loca in quamcumque Vallem, ſeu quodcumque aliud Flumen, aut quemcumque locum, quæ, ſeu quod, vel qui tibi magis expedire videbitur, & placuerit, deducendi, & derivandi.

Foſſaſque neceſſarias faciendi.

§.5. Et ad hunc effectum quoſcumque alveos, & quaſcumque foſſas, & excavationes in præmiſſis neceſſarias, & opportunas facien., in longitudine, latitudine, profunditate, & in quibuſcumque locis, necnon quoſ-

quoſcumque aggeres, ubicumq; opus fuerit, in altitudine, latitudine, & longitudine proot expediens tibi viſum fuerit, omniaque, & ſingula deſuper neceſſaria, & opportuna faciendi, conſtituendi, mandandi, & exequendi reſpective.

Et quoſcumq. cogendi ad manum operi admovendam

§.6. Necnon pro illorum exequutione omnes, & ſingulos etiam Eccleſiaſticos ſeculares, & regulares cujuſvis Ordinis, qui ex prædicto opere commodum ſentient, ut expenſas pro hoc opere neceſſarias facien. contribuant, ordinandi.

Aliaque hic expreſsa faciendi.

§.7. Et deſuper opportunas taxas, & repartitiones faciendi, illaſque exequendi, utque utilitas, & beneficium, quod exinde cuiquam intereſſe habentium proventurum eſt, facilius dignoſci valeat, ad effectum, ut pro ſua rata tantum quiſque ſupradictorum in hujuſmodi expenſas concurrat, altitudinem aquarum, & terminos, quos attingunt, cum interventu intereſſe habentium, vel etiam illis, & aliis quibuſcumque citatis, vel non citatis tam laicis, quam etiam eccleſiaſticis, & regularibus menſurari facien., ac Terras, & bona etiam eccleſiaſticorum, ut ſupra, & aliorum cujuſcumque ſtatus, conditionis, qualitatis, & præeminentiæ etiam quacumque dignitate, & auctoritate fulgentium, ac ſpeciali mentione, & nota dignorum in Territorio Ferrarien., Bononien., & Romandiolæ nunc paluſtria, aut tomentia, ſive inondationibus hujuſmodi obnoxia, terras, & bona habentium deſcribendi, & deſignandi, & ab aliis bonis hujuſmodi detrimentis minime obnoxiis ſeparan., ac pro modo, & ratione utilitatis, quæ dictis bonis ſic deſcriptis, & deſignatis proveniet, ſive ex eo, quod ex opere hujuſmodi facilius ad culturam reduci, vel aliàs redacta, nunc faciliora, oberiora, & utiliora reddi, vel ex eo quod ab aquarum incurſionibus, & inundationibus tutiora, & ſecuriora remanere, aut aliud quodvis commodum, & utilitatem ex opere hujuſmodi conſequi poſſent, pro modo, & rata, & qualitate commodi, & utilitatis expenſas hujuſmodi inter eos, & ſingulos poſſeſſores dictorum bonorum, adhibito peritorum ad hoc electorum, ſeu eligendorum judicio, & tuo arbitrio ſtatuendi, dividendi, & partiendi, eoſdemque ad realem, & effectualem ſatisfactionem cogen., & compellen.

Officiales ad hoc opus neceſsarios eligendi.

§.8. Necnon ultra dictos Peritos, quoſcumque officiales in hoc opere faciendo neceſſarios arbitrio tuo hujuſmodi eligendi, & illos quandocumque, & quotieſcumque opus fuerit mutan., proviſiones, & mercedes quibuſcumque perſonis, non tamen Architecto, nec Congregationis Ven. Fratrum noſtrorum S.R. E. Cardinalium ſuper aquarum negocio hujuſmodi Secretario hactenus aſſignatas, annullandi, & caſſandi, & alia quæcumque circa præmiſſa omnia, & ſingula quomodolibet neceſſaria, ſeu opportuna facien., ordinan., mandan., & exequen., ac quaſcumque cauſas etiam circa perſonas eccleſiaſticas, ut ſupra, tam Civiles, quam Criminales ad hujuſmodi opus ſpectantes, aut ab eo dependentes, & emergen. ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura Judicii manu regia, nulloque juris ordine ſervato, ac omni, & quacumque appellatione, recurſu, & reclamatione poſtpoſitis, ita ut ſi appellari, aut recurri contingat, non ad alium, quam ad Nos, aut Romanos Pontifices ſucceſſores noſtros appelletur, & recorratur, & nihilominus nec proceſſus cauſæ, nec operis prædicti proſequotio, aut integra ejus exequutio aliquo modo impediri, retardari, aut differri, vel ſuſpendi poſſit vigore cujuſvis appellationis, aut recurſus etiam ad Nos, & Sedem Apoſtolicam, aut cujuſvis inhibitionis, niſi commiſſio manu noſtra, aut Romani Pontificis ſucceſſoris noſtri pro tempore exiſtentis ſignata fuerit cum hac expreſſione, quod exequutio ſuſpendatur, necnon etiam intra limites Legationum Ferrariæ, & Bononiæ, aut alibi, ubicumque opus fuerit, audien., cognoſcen., terminan., & deciden., cum poteſtate quos, & quibus opus fuerit, etiam ſub cenſuris, & pœnis eccleſiaſticis citandi, & inhibendi privative quoad alios quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos etiam S. R. E. Cardinales etiam de latere legatos, necnon quoſcumque Commiſſarios, & Judices in quibuſcumque locis tibi beneviſis toties quoties tibi videbitur, qui caſus hujuſmodi cognoſcant, & terminent, & alia neceſſaria faciant, & exequantur cum ſimili, vel limitata facultate deputan., ac etiam quibuſcumque Gubernatoribus, Officialibus, & aliis Apoſtolicæ Sedis Miniſtris ubicumque exiſtentibus, atque Commonitatibus, Univerſitatibus, ac etiam particularibus perſonis in Territoriis Ferrarien., Bononien., & Provinciæ Romandiolæ, & ipſarummet Civitatum Bononien., & Ferrarien., ut omnia, & ſingula per te circa præmiſſa ordinanda, & ſtatuenda, debitæ exequutioni demandare procurent, auctoritate noſtra, mandandi, ac inobedientes opportunis juris, & facti remediis, quacumque appellatione, & recurſu poſtpoſitis, cogen., & compellendi, unumque, vel plures Depoſitarios, & Exactores Taxarum per te, & tuo mandato faciendarum ab intereſſe habentibus ſupradictis exigendarum deputan.: utque fideliter in opus prædictum, & non in alium uſum exponantur ab eiſdem Depoſitariis, ſeu Exactoribus idoneam cautionem recipiendi. Inſuper pro felici hujuſce operis proſequutione, & expeditione non ſolum prædicta omnia, & ſingula, ac decreta dicti Clementis Prædeceſſoris deſuper edita, & in illis præſcripta quæcumque non ſervandi, & ab eis receden., verum omnia, & ſingula, etiam in eis non contenta, & quæ tibi quomodolibet neceſſaria, & opportuna videbuntur, etiamſi talia ſint, vel fuerint, de quibus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio habenda foret, nec non etiam ea, quæ Ven: Fratres noſtri S. R. E. Cardinales ſuper aquis hujuſmodi deputati facere poſſunt, faciendi, dicendi, gerendi, & exequendi cum hoc, quod de faciendis, gerendis, & exequendis per Te vigore præſentium nemini preterquā ſoli Deo rationē reddere tenearis.

Et

Mandatum de parendo.

§. 8. Et nihilominus dilectis filiis Gubernatoribus, Officialibus, & Miniſtris, necnon Communitatibus, Univerſitatibus, & particularibus perſonis quibuſcumque, cæteriſque, ad quos ſpectat, & ſpectabit, ut Tibi in omnibus prompte obediant, tuaque juſſa exequantur per præſentes præcipimus.

Derogatio contrariorum.

§. 9. Non obſtantibus quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quarumcumque Civitatum, Terrarum, & locorum, etiam Juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis quibuſvis ex ſupradictis Communitatibus, Univerſitatibus, necnon Collegiis, Monaſteriis, & locis piis, ac perſonis tam eccleſiaſticis, quam ſecularibus cujuſcumque gradus, ordinis, & conditionis exiſtentibus, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & ſingulis, eorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Judices Eccleſiaſtici ad hoc deputati in ſuſpenſionem non incidunt in criminalibus procedendo.

§. 10. Volumus autem, ut tam tu, quam tui Miniſtri quicumque in præmiſſis adhibendi, qui Clerici extiterint, in negociis, & cauſis criminalibus ratione eorumdem præmiſſorum vos immiſcendo nullam propterea cenſuram eccleſiaſticam, aut irregularitatis notam incurratis, dummodo a ſententia ſanguinis per vos ipſos feren. abſtineatis.

Dat. die 4. Novem. 1628 An. VI.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris die quarta Novembris 1628. Pontificatus noſtri Anno VI.

CCXC.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Confirmatio Literarum Pauli PP. V. quibus Indultum Hiſpaniæ Regi fuit conceſſum quaſdam pecunias ab Eccleſiaſticis Regni Siciliæ exigendi.

Dilectis filiis univerſo Clero Regni Sardiniæ.

URBANUS PAPA VIII.

Dilecti filii ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Literas Pauli Quinti recenſet, quibus conceſſit Philippo II. ſuerat quaſdam pecunias ab Eccleſiaſticis Sardiniæ exigere.

§. 1. Aliàs à fel. rec. Paulo Papa V. Prædeceſſore noſtro emanarunt literæ tenoris ſubſequentis, videlicet. Dilectis filiis univerſo Clero Inſulæ Sardiniæ. Paulus PP. V. Dilecti filii ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Dudum, ſicut Nobis nuper exponi fecit chariſſimus in Chriſto filius noſter Philippus Hiſpaniarum Rex Catholicus, fel: rec: Gregorio Papæ XIII. Prædeceſſori noſtro pro parte cla: mem: Philippi Hiſpaniarum etiam Regis Catholici genitoris ſui tunc in humanis agentis expoſito, quod occaſione parlamenti, quod ſingulis certis annis in Sardiniæ Regno, ad communem illius utilitatem, convocari ſolet, neceſſariæ quædam expenſæ ſuſtineri, & ſubſidia præſtare conſueviſſent, in quibus ſupportandis eccleſiaſticæ quoque perſonæ ab immemorabili tempore citra ſemper contribuere ſolitæ fuerant: ſed quia de Sedis Apoſtolicæ licentia minime conſtabat, & ideo ab aliquibus dubitari probabiliter poterat, an dictus Philippus Rex a vobis etiam ſponte ſolventibus, pecunias exigere, & vobis illas ſolvere liceret, eidem Prædeceſſori prædictus Rex ſupplicari fecit, ut tam ſuæ, quam veſtrarum conſcientiarum ſecuritati conſulere dignaretur. Ideo dictus Prædeceſſor ad omnem ſcrupulum ex animis veſtris dimovendum, tam Regi prædicto, ut contributiones hujuſmodi occaſione parlamenti per vos tunc faciendas exigere, ſeu exigi facere, quam vobis, ut illas juxta ſolitum, & conſuetum ſolvere licite valeretis, apoſtolica auctoritate conceſſit, & indulſit. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, expenſæ prædictæ præteritis annis creverint ſubſidia quoque prædicta, & contributiones ad vigintiquinque millium ducatorum ſummam aucta fuerint.

Quare Nobis idem Philippus Rex humiliter ſupplicari fecit, ut conceſſionem, & Indultum dicti Prædeceſſoris extendere, ac tam ſuæ, quam veſtrarum conſcientiarum ſecuritati ſimiliter conſulere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, tam Regi prædicto, ut contributiones hujuſmodi occaſione dictorum parlamentorum, quæ quolibet decennio haberi Nobis pariter expoſitum fuit, ut præfertur, auctas, per vos faciendas exigere, ſeu exigi facere, quam vobis, ut illas infra ſolitum, & conſuetum, ut præfertur, ſolvere licite valeatis, auctoritate apoſtolica, tenore præſentium, pro tribus parlamentis proximis tantum concedimus, & indulgemus. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Tuſculi ſub Annulo Piſcatoris die 13. Octobris 1607. Pontificatus noſtri Anno III.

Philippus IV. eas petit confirmari.

§. 2. Cum autem, ſicut chariſſimus in Chriſto filius noſter Philippus Hiſpaniarum Rex Catholicus Nobis nuper exponi fecit, in Parlamentis in eodẽ Regno de annis 1614., & 1624. convocatis, ſubſidia, & contributiones hujuſmodi ad aliam ſummam vigintiquinque millium Ducatorum aucta fuerint, ita ut illa cum aliis in præinſertis dicti Pauli Prædeceſſoris Literis expreſſis inſimul ſummam centum, & quinquaginta millium ducatorum hujuſmodi conficiant. Nobis propterea dictus Philippus Rex humiliter ſupplicari fecit, ut conceſſionem, & indultum ejuſdem Pauli Prædeceſſoris ad poſteriorem ſummam viginti quinque millium ducatorum hujuſmodi extendere, ac tam ſuæ, quam conſcientiarum veſtrarum ſecu-

ſecuritati, ſimiliter conſulere de benignitate apoſtolica dignaremur.

Ratas habet Urbanus.

§.3. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, tam eidem Philippo Regi prædicto, ut contributiones occaſione dictorum parlamentorum de annis 1614., & 1624. convocatorum, ad ſummam vigintiquinque millium ducatorum, ut præfertur, auctas, per vos faciendas exigere, ſeu exigi facere, quam vobis, ut illas juxta ſolitum, & conſuetum, ut præfertur, ſolvere libere, & licite valeatis, dicta auctoritate, tenore præſentium, pro dictis duabus vicibus, ſeu duobus dumtaxat parlamentis de annis 1614., & 1624. hujuſmodi convocatis, ut præfertur, concedimus, & indulgemus.

Obstantia tollit.

§.4. Non obſtantibus omnibus illis, quæ in præinſertis Literis conceſſa ſunt non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 15. Decem. 1628. An. VI.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris die 15. Decembris 1628. Pontificatus noſtri Anno VI.

CCXCI.

Ex Regest. in Secret. Brev.

Facultas Clero Regni Sardiniæ parandi octo Triremes ad ejuſdem Regni defenſionem.

Chariſſimo in Chriſto filio noſtro Philippo Hiſpaniarum Regi Catholico.

URBANUS PAPA VIII.

Chariſſime in Chriſto fili noſter, ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Proœmium.

EXimius Majeſtatis tuæ orthodoxæ fidei conſervandæ, & propagandæ zelus, ac ſingularis erga Nos, & Apoſtolicam Sedem devotionis, aliaque præclara merita plane exigunt, ut ſubſidia pro ejuſdem fidei, tuorumque Regnorum, & ſubditorum ab hoſtibus fidei defenſione, ab eiſdem ſubditis tuis ſponte oblata, quantum cum Domino poſſumus, adjuvemus.

Ecclesiastici subsidium Regi offerunt pro parandis octo Triremibus contra Pyratas.

§.1. Exponi ſiquidem Nobis nuper feciſti, quod aliàs cum dilecti filii ſubditi Regni tui Sardiniæ in parlamento de an. 1624. celebrato animadvertentes, prædictum Sardiniæ præ aliis Regnis tuis barbarorum, & aliorum pyratarum infeſtationibus, invaſionibus, & direptionibus, ob ejus Africanæ oræ vicinitatem expoſitum eſſe, eamdem vero Majeſtatem tuam, pro Religionis catholicæ, & obedientiæ erga S. R. E. conſervationem in tuis, & exteris ditionibus, ac Regnis aliis graviſſimis aſſiduè ſumptibus urgeri, commeatum, ſive victualia, & neceſſariam pannaticam, vulgo nuncupat., pro octo triremibus ad ejuſdem Regni, ejuſque Civitatum, Urbium, & locorum maritimorum, portuumque contra barbarorum, & aliorum pyratarum impetus, infeſtationes, atque direptiones defenſione in certis terminis, ac modo, & forma tunc expreſſis ſolvendam, ſive præſtandam Majeſtati tuæ ſponte obtuliſſent, Venerabiles Fratres Archiepiſcopi, Epiſcopi, & univerſæ perſonæ eccleſiaſticæ ejuſdem Regni ſuper hoc congregatæ, in ſolutione, ſive præſtatione commeatus, ſive victualium, ac pannaticæ hujuſmodi pro rata eas tangente, noſtro, & hujus S. Sedis accedente beneplacito, concurrere ſimiliter ſponte, & libere obtulerunt, promiſerunt, & ſe obligarunt.

Rex ut illud possit recipere, sibi permitti flagitat.

§.2. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, laicorum dumtaxat ipſius Regni facultates ad præmiſſa nullatenus ſuppetant, & ex eo, quod per Lateranen. Concilium noviſſime celebratum, diverſaſque alias canonicas ſanctiones ſub diverſis cenſuris, & pœnis caveatur expreſſe, ne Reges, Principes, & alii ſeculares Magiſtratus ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, & aliis perſonis eccleſiaſticis, etiam ſponte offerentibus, aliquam pecuniarum ſummam, ſive hujuſmodi ſubventionem exigant, aut recipiant, Majeſtas tua, & tui illius Regni Miniſtri dubitetis, ratam prædictam recipiendo, cenſuras, & pœnas prædictas incurrere, & forſan incurriſſe, & propterea pro tuæ, & dictorum Miniſtrorum conſcientiæ quiete Nobis humiliter ſupplicari feceris, quatenus in præmiſſis noſtram, & hujus S. Sedis auctoritatem interponere dignaremur.

Permittit Urbanus.

§.3. Nos attentis præmiſſis, ſupplicationibus hujuſmodi inclinati, ſpontaneæ oblationi, promiſſioni, & obligationi, per Archiepiſcopos, Epiſcopos, & alias eccleſiaſticas perſonas, ad effectum præmiſſum factis, quas ad decennium proximum dumtaxat, & non ultra durare volumus, & dummodo rata hujuſmodi in alios, quam infra expreſſos uſus nullo modo applicetur, pro hac vice tantum, noſtram, & dictæ Sedis auctoritatem interponimus per præſentes; & nihilominus Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis eccleſiaſticis perſonis prædictis, ut ratam hujuſmodi per eos, ut præfertur, ſponte oblatam, & promiſſam perſolvere, ac tua Majeſtas, ac tui Miniſtri eam petere, & recipere, exigere, & levare abſque conſcientiæ ſcrupulo, ſeu cenſurarum, & pœnarum prædictarum incurſu libere, & licite poſſint, apoſtolica auctoritate, earumdem tenore præſentium, concedimus, & indulgemus; ipſoſque Archiepiſcopos, Epiſcopos, & alias perſonas eccleſiaſticas, & earum ſingulas, quatenus ipſi dictam ratam jam promiſerint, aut ſolverint, necnon eamdem Majeſtatem tuam, & tuos Miniſtros prædictos, ſi eamdem ratam jam perceperint, ab omnibus, & ſingulis cenſuris, & pœnis per eos propterea quomodolibet incurſis, auctoritate, & tenore prædictis abſolvimus, & abſolutos fore cenſemus, & declaramus.

Contraria tollit.

§.4. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus apoſtolicis, necnon Eccleſiarum, Monaſteriorum, & Beneficiorum hujuſmodi, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, &

con-

conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, exemptionibus, immunitatibus etiam in corpore juris clauſis, ac Literis apoſtolicis quibuſvis generaliter, vel ſpecialiter conceſſis. Quibus omnibus, & ſingulis, eorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Nonnullas præſcribit cōditiones.

§.5. Volumus autem, ut finito decennio hujuſmodi, perſonæ eccleſiaſticæ dicti Regni, a ſolutione, ſive præſtatione, & exactione ſimilium ſubventionum omnino abſtineant, quodque pœnitentiam, quam pro præmiſſis cujuſvis Confeſſarius ab Ordinario approbatus, illis, & eorum cuilibet duxerit imponendam, adimplere omnino teneantur. Quodque diſtributio, repartimentum, ac taxa, & exequutio hujuſmodi a perſonis eccleſiaſticis, in comitiis hujuſmodi ab eiſdem eccleſiaſticis forſan deputatis, aut in eorum defectum ab Ordinariis locorum, ſeu a perſonis eccleſiaſticis per ipſos Ordinarios deputandis dumtaxat fiat, ac Miniſtris Regiis ad effectum præmiſſum tantum conſignetur, aliàs præſentes nullæ ſint eo ipſo,

Tranſumptis fidem addit.

§.6. Necnon quod earumdem præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, ſigilloque perſonæ in dignitate eccleſiaſtica, conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra ubique adhibeatur, quæ ipſis originalibus Literis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 16. Decem. 1628 An. VI.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 16. Decembris 1628. Pontificatus noſtri Anno Sexto.

CCXCII.

Nova inſtitutio Collegii Fuldenſis ad Scholares Germanicæ Nationis Latinis literis, aliiſque liberalibus diſciplinis inſtruendos, una cum congruæ dotis aſſignatione, ac gratiarum, privilegiorumque conceſſione, & extenſione.

Non diſſimilia Collegia pro hujuſmet Nationis Scholaribus erexit iſte Pontifex in Civitate Pragenſi Conſt.CCXXV. Quoniam *ſupra fol.52. Et in Civitate Viennenſi, in Conſt.CCXXVI.* Quoniam, *ſup. fol.26. Ac unum antea pro Adoleſcentibus ex Illyricis Provinciis in Civitate Lauretana inſtituerat in Conſt.CCXXIII.* Zelo Domus Dei, *ſupra fol.46.*

URBANUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

QUoniam divinæ bonitati viſum eſt, humilitatem noſtram turbulentiſſimis Chriſtianæ Reipublicæ temporibus ad Univerſalis Eccleſiæ regimen vocare, ea eo tempore Nos ejuſdem adjuvante gratia ea cogitare non deſtitimus, quæ, ſicut officii noſtri ratio poſtulat, ad divinum ubique cultum propagandum, & eccleſiaſticam diſciplinam reſtaurandam, & augendam, animarumque ſalutem procurandam maxime cognovimus, pertinere.

Recenſet Statum Germaniæ.

§.1. In primis vero animo recolentes ampliſſimam Germaniæ Provinciam, quæ ſuperioribus ſeculis inter fortiſſimæ ipſius Nationis laudes, atque virtutes tanto ſinceræ fidei, & Chriſtianæ Religionis cultu eminere ſolebat, ut reliquis Chriſtianæ Reipublicæ partibus non minori exemplo, quam ornamento, atque decori foret, nunc tot, tantiſque in ea inſtinctu Satanæ excitatis de religione diſſidiis, ita miſerandum in modum afflictam, & deformatam eſſe, ut nemo, vel mediocri pietate præditos ſine lacrymis tam gravem animarum jacturam recordari, nedum intueri queat; eam præcipue curam ſuſcepimus, ut, quibuſvis poſſimus modis, nullis laboribus, nulliſve ſumptibus parcentes, apta ſanandis illius vulneribus remedia adhibeamus.

Et inſtitutionē hujus Collegii aliàs factam a Gregorio XIII.

§.2. Ac proinde conſiderantes, fel. rec. Gregorium PP. XIII. Prædeceſſorem noſtrum optimo quidem conſilio Collegium in Oppido Civitate nuncupato Fulden. nullius Diœceſis Provinciæ Moguntin. quadraginta alendorum, ac latinis literis, Logica, Phyſica, aliiſque liberalibus diſciplinis, ac ſacra demum Theologia, necnon piis, & chriſtiano nomine dignis moribus inſtituendorum Germanicæ Nationis puerorum cauſa, ut Hæreticorum maxime nobilium filii, a quibus pendent pagi, oppida, & ditiones in Germania, eſca liberalis menſæ illecti catholice ibidem educarentur, & ſanctæ Sedis Apoſtolicæ nomen contra Hæreticorum execrationes antichriſtianas amabile fieret etiam ipſis hoſtibus fidei juratis nulla obligatione requiſita, ſtipendia vero danda iis, qui Alumni eſſe non poſſent, ad facilius ibidem abſolvendum humaniora ſtudia, diſcendam Fidem Catholicam, & ut a ſcholis Hæreticorum Germana Juventus abſtraheretur, in quibus hujuſmodi ſubſidia ex Monaſticis, & Eccleſiæ bonis tanquam illecebræ adoleſcentibus conferuntur, nulla etiam obligatione a ſtipendiariis requiſita, eidem Collegio mille, & octingentorum ſcutorum auri de Camera, mille, & ducentorum videlicet pro Alumnatu, ſexcentorum vero ſcutorum hujuſmodi ſumma pro ſtipendiis aſſignata, quam de præſenti Camera noſtra Apoſtolica ſolvit, aliàs apoſtolica auctoritate erexiſſe, & inſtituiſſe; tamen id ejus cœptum, atque conatum tum propter obitum ipſius, tum ob varias, quæ poſtea ſequutæ ſunt, temporum, & rerum difficultates parum proceſſiſſe, imo nec Literas Apoſtolicas ſuper hujuſmodi erectione, & inſtitutione expeditas eſſe, veriſimiliter credendum ſit, cum factis plurimis tam in Romana Curia, quam in d. Oppido Fulden. diligentiis Literæ Apoſtolicæ

ſuper

Digitized by Google

ſuper hujuſmodi erectione, & inſtitutione uon potuerint reperiri expeditæ.

Illud de novo erigit, & inſtituit, Alumnorumque numerũ ſtatuit.

§. 3. Nos ad opus hoc propagationi Fidei utiliſſimum, præſertim hoc tempore, quo Germania ſumma operariorum Catholicorum inopia laborat, totis viribus, prout ex ſuſceptæ ſervitutis officio tenemur, promovendum animum, & mentem noſtram convertentes, ac cœptum, & conatum dicti Gregorii Prædeceſſoris renovare intendentes, ac ſingulares perſonas Collegii hujuſmodi a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, maturo deſuper cum Ven. fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus Congregationi de Propaganda Fide præfectis habito conſilio, Motu proprio, non ad alicujus Nobis deſuper oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, meraque liberalitate noſtris, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ad Dei omnipotentis laudem, ſanctæque ipſius Eccleſiæ incrementum, præcipuamque Germaniæ Nationis ſalutem, & commodum in dicto Oppido Fulden. rurſus Collegium ipſum Fuldenſe appellandum, in quo licet ex tenore erectionis, & inſtitutionis Gregorii Prædeceſſoris hujuſmodi Quadraginta Alumnorum numerus, ex quo tunc tempora erant optima, & minori ſumptu ibi mortalis hæc vita ſuſtentari poterat, in eo manutenendus veniret; quia tamen nunc omnia in triplo, aut quadruplo ſunt pretio, nec unquam tanta annonæ vilitas, quanta ſuperiori ſeculo fuit, veriſimiliter reditura eſt, triginta Alumnorum numerus non ex tota Germania tantum, ſed ut hactenus conſuevit, ex ſeptemtrionalibus ejus Provinciis, videlicet Franconia, Haſſia, Buchovia. Saxonia, Miſnia, Turingia, Brunſuigia, Weſtphalia, Marca, Brandeburgica, Ducatu Mechenburg, Pomerania, Holſatia, & Archiepiſcopatu Bremen, evocandorum, de cætero manuteneri debeat, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium denuo ex integro perpetuo erigimus, & inſtituimus.

Et pro ejus congrua dote 1800. ſcuta aurea annua aſſignat.

§. 4. Illique ſic erecto, & inſtituto pro congrua ejus dote, ac Alumnorum prædictorum, & illis inſervientium perſonarum ſuſtentatione, onerumque illis incumbentium ſupportatione redditos annuos mille, & octingentorum ſcutorum aureorum hujuſmodi ex Cameræ Apoſtolicæ pecuniis quotannis ſumendos, & numerandos, diſtributa in trimeſtres ſingulos pro rata ſolutione quoad de totidem reddituum ſumma in bonis ſtabilibus eidem Collegio a Nobis, vel Succeſſoribus noſtris Romanis Pontificibus pro tempore exiſtentibus, fuerit proviſum, eiſdem auctoritate, & tenore concedimus, & attribuimus.

Juramentum a 15. Alumnis præſtari, & cæteros diſpenſari poſſe ſtatuit.

§. 5. Ac ex prædictis triginta Alumnis quindecim obligandos ad præſtandum juramentum juxta formulam ab eadem Congregatione Alumnis Pontificiorum Collegiorum præſcriptam; Reliquos vero quindecim nobilibus, & illuſtribus Parentibus etiam Hæreticis ortos, dummodo ipſi ſint catholici, vel quam primum fiant, ab ea obligatione a noſtro, & Sedis Apoſtolicæ Nuntio nunc, & pro tempore in illis partibus reſidente, cui per præſentes ex nunc, prout ex tunc, plenariam, & omnimodam concedimus facultatem, & auctoritatem, pro ejus prudentia, communicato tamen prius conſilio, ſuper uniuſcujuſque diſpenſatione, & re accurate diſcuſſa cum dilecto filio Joanne Bernardo moderno, & pro tempore exiſtente Abbate Fuldenſi, vel habita relatione ab Ordinariis illarum partium, ex quibus ii Alumni fuerint oriundi, diſpenſandos.

Ex 600. ſcutis ex prædictis 1800. diſtribuenda Scholaribus ut his decernit.

§. 6. Et ex prædictis ſcutis ſexcentis auri de Camera, quæ diſtribuuntur ad inſtar eleemoſynæ ſcholaribus pauperibus extra Collegium degentibus, trecenta tantum eiſdem pauperibus aſſignanda, & ut hactenus factum eſt, diſtribuenda, reliqua vero trecenta quindecim Alumnis, qui juramentum hujuſmodi præſtituri ſunt, applicanda, & in eorum neceſſitatibus impendenda eſſe, eadem auctoritate volumus, ſtatuimus, atque decernimus.

Collegiũ regimini Presbyterorũ Societatis Jeſu ſubjicit.

§. 7. Cæterum, cum dilectorum filiorum Presbyterorum Societatis Jeſu in hoc educandorum, inſtituendorumque Alumnorum munere diligentia, fides, integritas, & in aliis hujuſmodi Collegiis, & in hoc ipſo ſatis cognita ſit, atque perſpecta, idem Collegium, atque Scholares illius Presbyterorum prædictorum, ſicut adhuc fuit, regimini, inſtitutioni, doctrinæ, atque prudentiæ, eadem auctoritate, etiam perpetuo ſubjicimus, atque ſubmittimus.

Protectores Collegii conſtituit.

§. 8. Præterea ut ejuſdem Collegii conſervationi, bonoque tam in his, quæ ad Scholarium inſtitutionem, & diſciplinam, quam quæ ad victum, veſtitum, aliaque hujuſmodi neceſſaria pertinent, opportunius conſulatur, & promptum eis, paratumque auxilium ſit, S. R. E. Cardinales Congregationi de Propaganda Fide præfectos prædictos, nunc & pro tempore exiſtentes ejuſdem Collegii Protectores, & Defenſores, qui in Vice-Protectorem illius dictum modernum, & pro tempore exiſtentem Abbatem Fulden., ita tamen, ut in gravioribus nihil præcipere, aut mandare, vel facere valeat ſine conſilio, & conſenſu Nuntii Apoſtolici prædicti, quibus aliquid eorum, quæ vel in hac fundatione, vel in regulis a Congregatione prædicta approbatis continentur, immutare minime licebit abſque ejuſdem Congregationis, vel noſtra, aut Romani Pontificis pro tempore exiſtentis expreſſa licentia, deputare poſſint, & valeant, eadem auctoritate conſtituimus, atque creamus.

Eiſdem auctoritate, & facultates impartitur.

§. 9. Illiſque, ac Vice-Protectori præfato pro ſalubri illius conſervatione, Alumnorumque bonorum, & rerum, jurium temporalium, & ſpiritualium ejuſdem Œconomos, Advocatos, & Procuratores in eo deputandi, & amovendi, ac alios in eorum

locum

Digitized by Google

locum ſubſtituendi, differentias, lites, & controverſias inter quaſcumque perſonas, tam Alumnorum, quam Miniſtrantium ele ricorum, & laicorum, non tamen Presbyterorum ipſius Societatis exortas, ſummarie, ſimpliciter, & de plano, ſine figura, aut ſtrepitu judicii, appellatione quacumque remota, decidendi, definiendi, terminandi, ſtatutaque, & ordinationes diſciplinam domeſticam, & ſtudia Alumnorum prædictorum concernentia, æqua tamen, & honeſta, ſacriſque Canonibus, & Concilii Tridentini decretis non repugnantia faciendi, & condendi, quæ poſtquam facta, edita, revocata, immutata, & correcta fuerint, perinde habeantur, & obſerventur, ac ſi auctoritate apoſtolica approbata, & confirmata eſſent, pront illa ab omnibus dicti Collegii Alumnis ita haberi, & inviolabiliter obſervari mandamus, plenam, & liberam, auctoritate, & tenore præmiſſis, facultatem impertimur.

Alumnorum admiſſionis modum, & formam præſcribit.

§.10. Quod autem ad dictorum Alumnorum admiſſionis modum, & formam deinceps habendam attinet, Rectorem prædictum dicti Collegii pro tempore exiſtentem librum habere, in quo notentur nomina, & cognomina, ac Patriæ, & Parentes Alumnorum, qui recipientur in dicto Collegio, & ex eo dimittentur, ex dictoque libro ſingulis annis Catalogum eorum, qui recepti, & qui dimiſſi fuerint cum die, menſeque ingreſſus, & egreſſus illorum Nuntio prædicto mittere, ut ipſe Nuntius illum præfatæ de Propaganda Fide Congregationi tranſmittere poſſit. Quod ſi ex aliqua peculiari cauſa dimitti contigerit, eam etiam in dicto Catalogo exprimi; Inſigniores vero Alumnorum præfatorum actiones in eodem libro annotare, eaſque ſuo tempore eidem Nuntio ſignificare, ut pariter de illis eamdem Congregationem certiorem facere valeat, quas ad Nos, & Succeſſores noſtros Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes per eamdem Congregationem deferri volumus, ut cum occaſio tulerit, præmio cohoneſtentur.

Et adminiſtrationis bonorum, ac rationis reddendæ ordinem præfinit.

§.11. Ac denique alium librum, in quo dati, & accepti rationes diligentiſſime, & clariſſime deſcriptæ ſint, illæque ſingulis annis ad minus eidem Nuncio reddantur, & in ejus manibus relinquatur folium vulgo Bilancium, in quo proviſio Collegii, & alia, quæ ipſius Collegii, vel Alumnorum ratione acceperit, & ea, quæ illo anno pro ipſius Collegii, & Alumnorum ſuſtentatione impenderit, notata exiſtant, ut ſimiliter ab eodem Nuncio ad Urbem mitti poſſit, etiam habere. Si quid autem de tota penſionis Pontificiæ ſumma, redditis rationibus, ſupererit, id vel in aliis Alumnis evocandis, vel in neceſſariis libris emendis, vel in veſtiendis Alumnis dimittendis, vel etiam in redditibus augendis, aut in aliis Collegii neceſſitatibus arbitrio Nuntii, & Abbatis Fulden. prædictorum impendi debere, eadem auctoritate ſtatuimus, & ordinamus.

§.12. Ut vero hujus Collegii Alumni poſt longos ſtudiorum, aut cœptorum, aut conſummatorum labores expeditiores, & alacriores ad ſuccurrendum patriæ neceſſitatibus reddantur, eiſdem Alumnis, ut cum ſolis Literis teſtimonialibus dicti Collegii Rectoris pro tempore exiſtentis Abbati Fulden. offerendis, ac ejus ſigillo muniendis, niſi forte Alumni prædicti ſuos Ordinarios habuerint, a quibus dimiſſorias a Concilio Tridentino ordinatas habere poſſint, ad omnes etiam Sacros, & Presbyteratus Ordines ſine aliquo Beneficii, vel patrimonii titulo etiam extra tempora ad id a jure ſtatuta, & intra annum, annique curriculo non expectato, minuſque ſervatis ad id a Concilio Tridentino prædicto deſignatis interſtitiis, dummodo ad id aliàs reperiantur idonei, promoveri, & poſtquam promoti fuerint, in illis etiam in Altaris miniſterio miniſtrare, ac etiam tam ipſi, quam cæteri omnes in dicto Collegio degentes, ut pœnitentiæ, & Euchariſtiæ, etiam in die Paſchatis, & Extremæ Unctionis Sacramenta a Confeſſario, aut alio Sacerdote ipſius Collegii a dicto Rectore conſtituendo ſuſcipere libere, & licite valeant, auctoritate, & tenore præmiſſis de ſpeciali gratia indulgemus.

Privilegia Alumnis concedit, & præſertim in promotione ad ſacros Ordines.

§.13. Verum, ut quantum fieri poterit, dictorum Alumnorum paupertati, & neceſſitati ſuccurratur, ſerio requirimus, atque monemus Archiepiſcopos, Epiſcopos, & alios antedictarum Provinciarum Beneficiorum Eccleſiaſticorum Collatores, & Collatrices, ut in illis conferendis, & præſertim ſi Beneficia hujuſmodi pro tempore obtinentibus immineat cura animarum, Alumnos præfatos aliis omnibus cæteris paribus præferant. Nuntios quoque Sedis Apoſtolicæ, alioſque Prælatos ſupradictarum Provinciarum, in quorum Diœceſi Alumni præfati extiterint, ut in occurrentibus Beneficiorum hujuſmodi, & præſertim curam animarum habentium vacationibus, quorum collatio, proviſio, vel diſpoſitio quoquo modo ad Sedem Apoſtolicam pertinuerit, de illis Alumnis antedictis, pauperibus, præcipueque noſtra Pontificia gratia dignis, Nos, Succeſſoreſque noſtros Romanos Pontifices pro tempore ſimiliter exiſtentes certiores faciant, ut munificentiam noſtram erga illos, prout tempus, vel occaſio tulerit, exercere poſſimus. Et generaliter in Dignitatibus, Perſonatibus, Canonicatibus, & Præbendis, Parochialibus Eccleſiis, & aliis Beneficiis Eccleſiaſticis per collationem, vel electionem in Alumnorum patriis providendis, eoſdem Alumnos, aliis omnibus cæteris paribus, tam in Romana Curia, quam in Eccleſiis ſuis originalibus præferri volumus, & decernimus.

Necnon in occurrentibus beneficiorum vacationibus in Provinciis, ex quibus Alumni extiterint.

§.14. Atque inſuper eiſdem Collegio, & Scholaribus, Rectoribus, & Gubernatoribus omnia, & quæcumque privilegia, exemptiones, libertates, & indulta, quibus Studium Generale Almæ Urbis noſtræ, & illius Rectores, Doctoreſque in eo legentes quovis modo utuntur, potiuntur, & gau-

Eidem Collegio, & ejus perſonis privilegia Studii generalis Urbis communicat.

gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurom, ita ut Collegium, & Scholares, ac Rectores, & Gubernatores hujuſmodi illis non ſolum ad eorum inſtar, ſed pariformiter, & æque principaliter uti, potiri, & gaudere poſſint, & valeant in omoibus, & per omnia, eiſdem auctoritate, & tenore ſimiliter perpetuo communicamus.

Plenariam quoque indulgentiam in die ingreſſus, & exitus, vel mortis in dicto Collegio eiſdem confeſſis, & Eucharistia refectis elargitur.

§. 15. Ut vero temporalibus commodis ſpiritualia munera quoque conjungamus, quibus fidelium devotio, & merita creſcere magis, & augeri poſſint, de ejuſdem omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis Scholaribus, Rectoribus, & Miniſtris, qui in idem Collegium recepti fuerint, in ipſo ingreſſu, & deinde in exitu, ſi quidem confeſſi, & contriti Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſeriot, atque etiamſi in eodem Collegio decedere eos ab humanis contigerit, in mortis articulo plenariam omnium, & ſingulorum peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus, & elargimor.

Conſtitutiones ad ejuſdē Collegii curā a Congreg. de Propaganda fi. de editas confirmat, & obſervari ab omnibus mandat.

§. 16. Poſtremo quaſcumqoe Regulas, & Conſtitutiones ad ejuſdem Collegii, illiuſque perſonarum, rerum, & bonorum ſpiritualium, & temporalium curam, regimen, gubernium, directionem, & adminiſtrationem, ac alumnorum præfatorum receptionem, admiſſionem, victum, amictum, inſtructionem, diſciplinam, & alia quomodolibet pertinentia a dicta de Propaganda Fide Congregatione die 25. menſis Septembris Anni Domini 1623. editas, etiam perpetuo approbamus, & confirmamos, illaſque ab omnibus inviolabiliter obſervari volumus, & mandamus.

Clauſulas præſervativas apponit.

§. 17. Decernentes præmiſſa omnia, & ſingula, ac eaſdem præſentes nullo omquam tempore ex quibuſcumque caoſis de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quocumque alio defectu notari, impugnari, retractari, ſeu etiam revocari, ſuſpendi, reſtringi, limitari, aut in jus, vel controverſiam vocari, ſeu ad terminos juris reduci poſſe, nec quemquam ad eaſdem præſentes in Camera Apoſtolica juxta Conſtitutionem piæ memoriæ Pii Papæ Qoarti etiam Prædeceſſoris noſtri deſuper editam, aut aliàs quandocumque præſentandum, inſinuandum, & regiſtrari faciendum teneri, neque propterea illa invalida eſſe, ſed omnimodo valere, ac ſi Conſtitutio prædicta, & alia contraria minime emanaſſent.

Aliter judicari prohibet.

§. 18. Sicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Cameræ Apoſtolicæ Præſidentes Clericos, ac ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerarium, Vice-Camerarium, & cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac alios dictæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, irritum quoque, & inane, quidquid ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Exequutores hujus functionis inſtituit.

§. 19. Quocirca eidem Nuntio, & dilecto filio cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, ac Abbati prædicto motu pari per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes noſtras Literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Rectoris, & Alumnorum Collegii hujuſmodi, ſeu aliorum, quorum favorem illa concernunt, fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, illiſque efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra eaſdem præſentes, & in eis contenta hujuſmodi ab omnibus, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, firmiter, & inviolabiliter obſervari; ac Rectorem, Alumnos, alioſque hujuſmodi illis pacifice frui, & gaudere; Non permittentes eos deſuper per quoſcumqoe quomodolibet indebite moleſtari. Contradictores quoslibet, & rebelles per cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, ac cenſuras, & pœnas ipſas ſervata forma ejuſdem Concilii Trid., etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis.

Contrariis derogat.

§. 20. Non obſtantibus noſtra de gratiis ad inſtar non conceden., ac prædicta Gregorii Prædeceſſoris hujuſmodi, quatenus opus ſit, & quatenus repériretur, ac quibuſvis aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Statutis, & Conſtitutionibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis quibuſvis Univerſitatibus, Collegiis, eorumqoe Rectoribus, & perſonis ſub quibuſvis tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, etiam motu, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, & aliàs quomodolibet iteratis vicibus conceſſis, approbatis, & innovatis: Quibus omnibus, etiamſi aliàs pro eorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in eis tradita obſervata, inſerti forent, eiſdem præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe harum ſerie derogamus, contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, aut diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per Literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Volu-

Exemplis cre. di jubet.

§.21. Volumus autem,quod earumdem præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu tamen Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo communi dicti Collegii, aut alicujus Coriæ Eccleſiaſticæ, ſeu perſonæ in dignitate eceleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra illud adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent eahibitæ, vel oſtenſæ.

Decretumq; pœnale ſuper addit.

§.22. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, erectionis, iuſtitutionis, ſtatuti, ſubjectionis, ſubmiſſionis, conſtitutionis, creationis, attributionis, indulti, requiſitionis, monitionis, communicationis, conceſſionum, elargitionis, approbationis, confirmationis, decretorum, mandatorum, derogationis, & voluntatum infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentatare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatotum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Dat. die 19. Dec. 1628. An.VI.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Iucarnationis Dominicæ milleſimo ſexceuteſimo vigeſimooctavo, quarto Kalendas Januarii, Pontificatus noſtri Anno Seato.

CCXCIII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Confirmatio Decreti Congregationis de Propaganda Fide, quo ſtatuit Lectores, & Studentes Ordinis Fratrum Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia linguarum, non eſſe exemptos a juriſdictione Miniſtri Generalis, & aliorum Superiorum quoad diſciplinam Regularem, quo vero ad remotionem a Lectura, & Studiis, Lectores non poſſe amoveri inconſulta Sacra Congregatione: Studentes vero a ſolo Generali, & Commiſſario etiam Generali mutari, & a ſtudiis removeri poſſe.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Refertur Decretum, de quo in Rubrica.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Commiſſarius Curiæ nuncupatus Ordinis Frattum Minorum S. Franciſci de Obſervantia etiam nuncupatorum, quod non ita pridem Venerabiles Fratres noſtri Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales negotio Prnpagandę Fidei præpoſiti declararunt. Lectores, & Studentes linguarum a juriſdictione, poteſtate, & correctione Guardianorum, & Provincialium, & Miniſtri Generalis, ſeu Commiſſarii Generalis non eſſe exemptos, quoad diſciplinam regularem; Quo vero ad remotionem eorum a lectura, & a ſtudiis, Lectores quidem inconſultis eiſdem Cardinalibus officio legendi removeri non poſſe, quia illi ſunt Miniſtri Congregationis eorumdem Cardinalium. & ideo eorum nomina, & officia in ejus libris deſcribi cenſuerunt; ſtudentes vero a ſolo Miniſtro Generali, vel Commiſſario etiam Generali mutari poſſe, & a ſtudiis removeri, prout in eorumdem Cardinalium Decreto deſuper emanato plenius continetur.

Quod Commiſſarius Gener petit confirmari.

§.2. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, Commiſſarius Curiæ prædictus plurimum cupiat Decretum hujuſmodi pro firmiori illius ſubſiſtentia, atque inviolabili obſervantia, apoſtolicæ noſtræ confirmationis robore communiri: ideo Nobis humiliter ſupplicari fecit, ut deſuper opportune providere de benignitate apoſtolica dignaremur:

Confirmat Urbanus.

§.3. Nos igitur eumdem Commiſſrium ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Decretum prædictum, omniaque, & ſingula in eo contents, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illiſque inviolabilis apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos, tam juris, quam facti deſectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus: Decretumque hujuſmodi ab omnibus, ad quos ſpectat, & in futurum ſpectabit, inviolabiliter obſervari debere, necnon irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Obſtantium derogatio.

§.4. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum, quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatia. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus prn plene, & ſufficienter eapreſſis, ac ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & eapreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 20. Decem. 1628. An.VI.

Datum Romæ apud S.Petrum, ſub Annulo Piſcatoris die 20. Decembris 1628. Pontificatus noſtri Anno VI.

CCXCIV.

Confirmat Decretum Sacræ Rit. Congregationis, quod in Eccleſia Calaritana ſervetur ad unguem Cœremoniale Epiſcoporum.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Capitulum, & Canonici Eccleſiæ Calaritanæ, quod aliàs in cauſa, ſeu cauſis diffe-

Google

differentiarum inter ipſos ex una, ac dilectos etiam filios Beneficiatos ejuſdem Eccleſiæ ex altera partibus, in Congregatione Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium ſacris ritibus præpoſitorum vertentes, ab eiſdem Cardinalibus emanavit decretum tenoris ſubſequentis, videlicet.

Decretum Sac. Rituum Congregat.

§.1. Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Signori. Per comporre le differenze vertenti in queſta Sacra Congregatione trà li Canonici, è Capitolo della Chieſa di Calleri per una parte, è li Beneficiati della medema Chieſa dall'altra, piacque alle Signorie Voſtre Illuſtriſſime di ſcrivere à quell' Arciveſcovo, che ſaria ſtato bene di far oſſervare quanto diſponeva il Ceremoniale Romano. Ma parche tal lettera conteneva ſolo una ſemplice inclinatione della Sacra Congregatione, non ordine, ò precetto alcuno; perciò non è mai ſtato meſſo in eſſecutione, onde di nuovo ſupplicano li Canonici le Signorie voſtre Illuſtriſſime, che ſi degnino far decreto preciſo ſopra l'oſſervanza di detto Ceremoniale Romano, conforme la Conſtitutione di Clemente VIII. ſopra l'approbatione, è confermatione di eſſo: Che tutto, &c. Sacra Rituum Congregatio mandavit, & præcepit in Eccleſia Calaritana ſervari ad unguem Cæremoniale Epiſcoporum, die 30. Septembris 1628.

Confirmatio Decreti.

§.2. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, Capitulum, & Canonici prædicti plurimum cupiant, decretum hujuſmodi pro firmiori illius ſubſiſtentia, inviolabilique obſervantia, apoſtolicæ noſtræ confirmationis robore communiri: Nos Capitulum, & Canonicos hujuſmodi ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus illorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, præinſertum decretum hujuſmodi apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos, tam juris, quam facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus, decretumque hujuſmodi, ac præſentes Literas valida, firma, & efficacia eſſe, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac in præfata Eccleſia ab omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & pro tempore quomodolibet ſpectabit, perpetuo obſervari; & ita per quoſcumque judices ordinarios, & delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, auctoritate, & tenore præfatis, decernimus, & declaramus.

Contrariis derogat.

§.3. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, ac quatenus opus ſit, dictæ Eccleſiæ etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis apoſtolicis in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 30. Januar. 1629. An.VI.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die 30. Januarii 1629. Pontificatus Noſtri Anno VI.

CCXCV.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Facultas Apoſtolico apud Catholicum Regem Nuncio conceditur permittendi, ut vectigal ſuper Carne, & Vino in Portugalliæ Regno pro ſumma quatuorcentum mille ſcutorum imponi poſſit, etiam ab Eccleſiaſticis perſolvendum.

Venerabili Fratri Laurentio Epiſcopo Hieracen. moderno, & pro tempore exiſtenti jurium, & ſpoliorum Cameræ noſtræ Apoſtolicæ in Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis Collectori Generali.

URBANUS PAPA VIII.

Ven. Frater ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Direptiones Barbarorum in Indiis Orientalibus recenſentur, & neceſſitas eos profligandi.

§.1. EXponi Nobis nuper fecit Chariſſimus in Chriſto filius noſter Philippus Portugalliæ, & Algarbiorum Rex Catholicus, quod ſuſcepta pridem per inimicos catholicæ fidei in Indias Orientiales navigatione illi eaſdem Indias a nonnullis annis citra, non ſolum latrociniis, direptionibuſque, ac portuum, & locorum illarum partium invaſionibus, inibi etiam fortalitia, ſeu propugnacula conſtruendo, cum ingenti earumdem Indiarum detrimento infeſtas reddiderunt, & propagationem ejuſdem fidei impedierunt, verum etiam conjuratis, & unitis animis, viribuſque eamdem fidem, quæ inibi ſumma Redemptoris noſtri benignitate, & tantis Portugalliæ, & Algarbiorum Regum ejuſdem Philippi Regis Prædeceſſorum impenſis, tantaque ſanguinis ſubditorum ſuorum effuſione dudum plantata fuit, nec non omnes earumdem partium Chriſtifideles, Eccleſiaſque in notorium diſcrimen, maximumque periculum adduxerunt; Unde dictus Philippus Rex pie conſiderans ſe tot claſſes, & arma pro recuperandis Indiarum hujuſmodi locis, aliiſque minime occupatis conſervandis, cum immenſa patrimonii ſui impenſa, eo deſtinaſſe, ea verò prævalentibus inimicorum armis, violentiiſque minime ſuffeciſſe, ut nihil intentatum relinquat, quo Chriſtifidelium prædictorum

ctorum ſaluti, & defenſioni, locorumque hujuſmodi recuperationi conſulat, alia eiſdem Indiis pro avita ſua in Deum pietate ſubminiſtranda auxilia decreverit;

Oblaturnque Regi ſubſidiũ 200.mill ſcut. ex impoſito quodam vectigali deſumendorum.

§.2. Quia vero Patrimonii ſui regalis Regnorum hujuſmodi redditus jam oppignoratos, & venditos reperit, pro comparando celeri ad præmiſſa ſubſidio, ad ſubditos eorumdem Regnorum ſuorum Portugalliæ, & Algarbiorum recurſum habere coactus fuit, dilecti autem filii Præſidens, & Officiales Cameræ Civitatis Ulisbonen. pius ejuſdem Philippi Regis conatus coadjuvare volentes, cum illi ſubſidium ducentorum millium cruciatorum monetæ illarum partium, ſummam ducentorum millium ſcutorum monetæ Romanæ non excedentem, in ſex annos repartitum, & pro rata cujuſlibet anni perſolvendam obtuliſſent, ut pecunias pro ſolutione ſubſidii hujuſmodi, mitiori, qua fieri poſſet ratione, & minori ſubditorum detrimento, congerere poſſent, Gabellam ad ſexennium, a die prima menſis Januarii proximi præteriti, vel a die quo impoſita fuerit, incipien. duraturam, unius ſcilicet ſuper qualibet libra carnis, nec non alterius quatreuorum in partibus illis Reis vulgo nuncupatorom, ſuper qualibet vini, quod publice venditur, menſura, Canada vulgo nuncupata, per carnem, & vinum ementes quoſcumque ſolvendam, reſervato præſertim quoad eccleſiaſticos nostro, & Sedis Apoſtolicæ beneplacito, per eundem Philippum Regem impetrando impoſuerunt, ſeu imponere obtuleruot, vel decreverunt.

Rex petit, licitum eſſe, hujuſmodi vectigal etiam ab Eccleſiaſticis ſolvi.

§.3. Quare dictus Philippus Rex conſiderans laicorum facultates dictorum Regnorum ad præmiſſa non ſuppetere, Nobis humiliter ſupplicari fecit, ut de opportuna noſtra, & hujus Sanctæ Sedis licentia in præmiſſis providere de benignitate apoſtolica dignaremur.

Urbanus 400. millia ſcutorum ſolvi poſſe etiam ab Eccleſiaſticis permittit.

§.4. Nos igitur laudabilibus dicti Philippi Regis votis, quantum cum Domino poſſumus, annuere, eumque ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, Clerumque, & Eccleſiaſticos Regnorum prædictorum Portugalliæ, & Algarbiorum, ſub quorum dominio Indiæ prædictæ conſiſtunt, pro neceſſaria dictorum locorum recuperatione, ac Chriſtifidelium ibi exiſtentium ſalute, Catholicæ Religionis defenſione, & augmento, de patrimonio Chriſti, cujus cauſa maxime agitur, etiam eorum ratam gabellæ hujuſmodi pro carne, & vino publice emendo ſolvendam libenter ſuppeditaturos, Nobis perſuadentes, prædictaſque neceſſitates omnino attendentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, tibi per præſentes committimus, & mandamus, ut tam Uliſbonen. prædictæ pro dicta ſumma ducentorum millium Cruciatorum hujuſmodi, quam aliarum eorumdem Portugalliæ, & Algarbiorom Regnorum Civitatum, Oppidorum, & Locorum, quorum Communitates, ac Univerſitates, & homines pro recuperatione, & manutentione Locorum Indiarum prædictarum, eumdem Philippum Regem aliquo etiam ſubſidio coadjuvare voluerint, Præſidentibus, Officialibus, & Miniſtris quovis modo nuncupatis eamdem gabellam, ſi quam ſuper carne, & vino publice emendis, ut præfertur, ac alias modo, & forma præmiſſis, & infra ſexennium, ut præfertur, computandum, ad effectum præmiſſum dumtaxat, in aliis Civitatibus, Terris, & Locis ipſorum Regnorum Portugalliæ, & Algarbiorum, quæ tamen inſimul non excedant ſummam aliorum ducentorum millium Cruciatorum valorem ſcut. ducentorum millium monetæ Romanæ prædictæ, ut præfertur, conſtituentium, ita ut prædicta gabella, tam Civitatis Uliſbonenenſis, quam etiam quarumcumque aliarum Civitatum, Terrarum, & Locorum Portugalliæ, & Algarbiorum Regnorum hujuſmodi inſimul, & in totum ſummam quadringentorum millium Cruciatorum, ſeu ſcutorum monetæ Romanæ non excedant, imponi contigerit, vel reſpective impoſita ſit, etiam a perſonis eccleſiaſticis, tam ſecularibus, quam regularibus, cujuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exiſtant, etiam exemptis, & quomodolibet qualificatis, vinum, & carnem, ut præfertur, publice ementibus, abſque ullo conſcientiæ ſcrupulo, aut cenſurarum, & pœnarum eccleſiaſticarum incurſu, & durante ſexennio prædicto a dicta die prima Januarii proxime præteriti, ſeu a die, quo reſpective impoſita fuerit, computando dumtaxat exigendi, pecuniaſque inde provenientes, ad effectum præmiſſum, & non in alios uſus quoſcumque convertendi, & erogandi, licentiam, & facultatem auctoritate noſtra concedas, & impertiaris, & reſpective, quatenus jam impoſita ſit, confirmes, & approbes.

Pro exigendo hoc vectigali, duas perſonas unam ab eodem Philippo, alteram a Clero deputari mandat.

§.5. Volumus autem, quod pecuniæ ratione gabellarum hujuſmodi exigendæ penes duas perſonas fide, & facultatibus idoneas, una ſcilicet ab eodem Philippo Rege, ſeu ejus Miniſtris in eodem Regno exiſtentibus, aliam vero à dicto Clero, ſeu a Te ejuſdem Cleri nomine deputandas, & reſpectivè approbandas omnino deponantur, & per eaſdem perſonas conjunctim præcedentes dictis Philippi Regis Miniſtris, ad effectum illas in ſupradictos, & non alios uſus, ſub infraſcriptis cenſuris, & pœnis eo ipſo incurrendis, expendendis, conſignentur.

Quæ has pecunias nonniſi ad d. effectum impendant.

§.6. Quodque perſonæ ſic deputatæ, & approbatæ de pecunias hujuſmodi nonniſi ad effectum eadem ſubſidia in prædictos, & non alios uſus præſtandi eiſdem Philippi Regis Miniſtris numerando, Miniſtri vero prædicti pecunias ex dictis gabellis provenientes ſibi, ut præfertur, numerandas, nonniſi in iſtos, & non alios uſus erogando, ſub excommunicationis majoris, ac privationis dignitatum, officiorum, & beneficiorum, etiam eccleſiaſticorum ipſo facto incurren., à quibus nonniſi a Nobis, ſeu Romano Pontifice pro tempore exiſtente ſpecialiter, non autem vigore cruciatæ, ſeu cujuſlibet alterius conceſſionis, aut privilegii ab eadem ſede pro tempore emanati, &

Sub pœnis hic expreſſis.

Digitized by Google

emanandi abſolvi poſſe declaramus, ſolitum præſtent iu manibus tuis juramentum.

Si autem in alios uſus convertantur, ad reſtitutionem teneri declarat.

§.7. Inſuper etiam volumus, quod quicumque alii Miniſtri, & Officiales Regis cujuſcumque conditionis, qualitatis, ſtatus, & pręeminentiæ, ſpecialique nota digui ſint, eaſdem pecunias in toto, vel in parte in alios, quam prædictos uſus, ſub eiſdem cenſuris, & pœnis ipſo facto incurren. convertere nou poſſint: quodque in eventum contraventionis, ſeu inobſervantiæ omnium, & ſingulorum præmiſſorum, vel cujuslibet eorum, præſens gratia nulla ſit, prout illam ex nunc tenore pręſentium nullam fuiſſe, & eſſe, contravenientelque ad reſtitutionem teneri, & nonniſi facta actuali reſtitutione abſolvi poſſe, ſimiliter declaramus, ac etiam decernimus.

Finito ſexennio vectigal exigi vetat.

§.8. Quodque ſexennio hujuſmodi elapſo, & interim ſi prædictæ ſummæ erunt ſolutæ, ſeu exactæ, eædem præſentes espirent ſimiliter eo ipſo, nec ſub eiſdem cenſuria, & pœnis ipſo facto incurrendis gabellæ prædictæ ulterius exigi, minuſve ſuper eis aliquod unus, præſertim ultra prædictum tempus duraturum imponi umquam poſſit.

Declaratque vectigalis pro aquæ derivatione impoſito non præjudicari.

§.9. Per præſentes autem non intendimus impoſitioni aliàs per eamdem Civitatem Uliſbonen. pro derivanda aqua factæ, & per Nos confirmatæ in aliquo præludicare.

Clauſula.

§.10. Decernentes ſic, & non aliter in præmiſſia omnibus, & ſingulis per quoſcumque jndicca ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales etiam de latere Legatos, & Nuncios, quavis auctoritate ſungentes, ſublata eia, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi ſacultate, & auctoritate, judicari, ac deſiniri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum

§.11. Non obſtantibus apoſtolicis, ac in univerſalibus, provincialibuſque conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac quorumvis Ordinum, & congregationum, & quibuſvis aliis, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis, in genere, vel in ſpecie, & alias in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis: quibus omnibus, & ſingulis etiam ſi pro ſufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſiu babenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum tenores præſentibus pro expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 31. Januarii 1629. Pontificatus Noſtri Anno VI.

Dat. die 31. Januarii 1629. An.VI.

CCXCVI.

Declaratio, quod opus remotionis Fluminis Rheni a loco Mirabelli, illinſque derivatio in Flumen Padi, perpetuo fiat.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Ven. fratri Octavio Archiepiſcopo Tarſen. Provinciæ noſtræ Romandiolæ Præſidi.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ven. frater ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Refert Decretum aliàs emanatum pro removendo Flumine Rheni a ſuo curſu, & illo deducendo ad Flumen Padi, ſeu ad alium locum.

§.1. CUm nuper, ut intollerabilibus ſubmerſionibus, & inundationibus Agrorum Provinciæ Romandiolæ, Civitatis Ferrariæ, ac Comitatus noſtrorum Bononiæ, necnon periculis, & damnis eidem Civitati Ferrariæ, Poleſini, S. Georgii, Civitati noſtræ Comaclen., & Vallibus illins imminentibus aliquod remedium opportunum adhiberemus, Tibi dederimus in mandatis, quatenus Flumen Rheni, quod nunc in Vallem S. Martini nuncupatam influit, & ob repletionem ejuſdem Vallis, omnibus ſupradictia damnis, & periculis cauſam prebet a ſuo curſu moderno, & ordinario iu Territorio Bononien., & loco Mirabelli vulgo nuncupat. removeres, & per lineam rectam ad locum Bondeni, & per illum ad locum Gambaroni ſimiliter nuncupatum, & illinc vel unitum, vel ſeparatum cum Flumine Panaro, ad Flumen Padi Magni, & locum la Stellata pariter nuncupat. juxta ipſius lineæ Typum tibi tranſmiſſum, ſeu ad alium quemcumque locum, qui tibi videretur, & placeret deducere, & derivare poſſes, & deberes, prout in Literis noſtris, in ſimili forma Brevis ſub die 4. Novembria anni proxime præteriti expeditis, tenoris inſraſcripti, videlicet: Vener. fratri Octavio Archiepiſcopo Tarſen. Provinciæ noſtræ Romandiolæ Præſidi. Urbanus Papa VIII. Ven. frater ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Aſſidua de noſtris & S. R. E. Subditis &c. *reliqua invenies in ſuo loco.*

Communitates, & Civitates dubitant: utrum iſta remotio ſit ad tempus, vel perpetua.

§.2. Poſtmodum vero dilecti filii Civitas, Communitas, & particulares Civitatis noſtræ Bononien., ac Provinciæ Romandiolæ, & quamplures alii Subditi noſtri dubitantes remotionem dicti Fluminia a loco Mirabelli, & derivatione ad Flumen Padi ſupradictas non fore perpetuas, ſed ad tempus, ut dicitur, pro interim, propter nonnulla verba in eiſdem noſtris præinſertis literis in forma Brevis appoſita, Nobis exponi fecerint, quod neutiquam ipſis expedit pro remotione, & derivatione ad tempus, & pro interim, tam ingentes labores, ſumptus, & expenſas ſubire, quodque ſuſpicantur, ne dum dubitatur, an prædictæ remotio, & derivatio futuræ ſint perpetuæ, vel ad tem-

Digitized by Google

ad tempus ; & escavationes, effoſſiones, aggeres, & alia ad hujuſmodi remotionem, & derivationem neceſſaria, ita perfecta, & durabilia fiant, prout opus eſt, & requiritur.

Quod declarari petunt.

§.3. Et propterea Nobis humiliter ſupplicari fecerint, quatenus opportunæ declarationis noſtræ miniſterio deſuper opportune providere de benignitate apoſtolica dignaremur.

Et ideo Urbanus remotionem iſtam perpetuam eſſe declarat.

§.4. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, tenore præſentium declaramus, noſtræ voluntatis, & intentionis fuiſſe, & fore, ut Flumen Rheni a dicto loco Mirabelli non ad tempus, ſed perpetuo amoveatur, & exinde in Flumen Padi Magni derivetur, & introducatur, ibique derivatum, & introductum, perpetuis futuris temporibus remaneat, & defluat, quodque eacavationes, effoſſiones, expurgationes, aggeres, & omnia, & quæcumque alia neceſſaria, & opportuna, iiſdem modo, & forma fiant, ut operi derivationis, & introductionis hujuſmodi, perpetuis futuris temporibus inſerviant, & inſervire poſſint, illaque ad hunc effectum ſimiliter perpetuo manuteneri, & conſervari valeant, & debeant, niſi tamen Nobis, & pro tempore exiſtentibus Romanis Pontificibus Succeſſoribus noſtris, & Sedi Apoſtolicæ aliter viſum, & ab eiſdem ſtatutum, ordinatum, & proviſum fuerit, libero nihilominus Nobis, dictiſque Succeſſoribus noſtris, ac Sedi Apoſtolicæ remanente arbitrio, facultate, & poteſtate ſemper, & quandocumque dictum Flumen Rheni a dicto Mirabelli, ſeu alio Nobis, & prædictis Succeſſoribus beneviſo loco amovendi, vel amotum conſervandi, & per eadem loca in Typo deſcripta, vel alíorſum per loca quæcumque beneviſa conducendi, & derivandi, & in loco nuncupato la Stellata, ſeu alio beneviſo in Padum Magnum introducendi, vel idem Flumen Rheni, in eamdem S. Martini, vel alias Valles, ſeu Padum Ferrarien., vel in alium quemlibet locum, pari modo beneviſum, remittendi, introducendi, & derivandi, itaut ſemper, & perpetuo amotio, manutentio, derivatio, & introductio dicti Rheni, in, & per quæcumque loca beneviſa, Nobis, & Succeſſoribus noſtris, penitus, & omnino arbitraria, & voluntaria ſit, & eſſe, & ad libitum, & voluntatem noſtram fieri poſſint, & debeant.

Obſtantibus derogat.

§.5. Non obſtantibus omnibus illis, quæ in eiſdem præinſertis literis voluimus non obſtare, cæteriſq; contrariis quibuſcumque.

Dat. die 14. Februar. 1629 An. VI.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 14. Februarii 1629. Pontificatus noſtri Anno Sexto.

CCXCVII.

Confirmatio Decreti Congregationis Rituum, quo declaratur, Domino cujuſdam Terræ Diœceſis Cephaluden. non licere juxta Chorum in Eccleſia majori uti Throno, ſeu Sede in loco eminentiori cum gradibus, & Baldachino ad inſtar Sedis Epiſcopalis.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

URBANUS PAPA VIII.

Adperpetuam rei memoriam.

Recenſet Dubia Epiſcopi Cephaluden.

§.1. EXponi Nobis nuper fecit Ven. frater Epiſcopus Cephaluden., quod habito per eum ad Vener. fratres noſtros S. R. E. Cardinales Sacris Ritibus præpoſitos recurſu, quatenus dignarentur declarare, Primum videlicet: An Comiti Domino Terræ de Iſnello Cephaluden. Diœceſis, juxta Chorum in Eccleſia majori uti liceat Throno, ſeu Sede in loco ſuperiori, & eminenti cum gradibus, & Baldachino ad inſtar Sedis Epiſcopalis: Secundo autem, an eidem Comiti competat thurificatio per Presbyterum Pluviale geſtantem? Iidem Cardinales reſponderunt, nihil ex ſupradictis Domino Terræ competere, prout in Decreto deſuper emanato plenius continetur.

Reſponſiones ad Dubia.

Epiſcopus deſiderat auctoritate apoſtolica confirmari.

§.2. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, Epiſcopus prædictus plurimum cupiat, Decretum hujuſmodi pro firmiori illius ſubſiſtentia, ac inviolabili obſervantia, apoſtolicæ noſtræ confirmationis robore communiri;

Quod efficit Urbanus.

§.3. Nos ejus votis hujuſmodi annuere, illumque ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ejus nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum prædictum, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, perpetuo approbamus, & confirmamus; illique inviolabilis apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos tam juris, quam facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus; Decretumque hujuſmodi, ac præſentes Literas valida, firma, & efficacia eſſe, & fore, ac ab iis, ad quos ſpectat, & in futurum ſpectabit, inviolabiliter obſervari;

Ita judicari decernit.

§.3. Et ita per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, & declaramus.

Obſtantia tollit.

§.4. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quibuſvis etiam Juramento, confirmatione apoſtolica,

vel

vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuctudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omoibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficieoter espreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 10. Martii 1629. Anno VI.

Datum Romæ apud S.Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die 10. Martii 1629. Pontificatus noſtri Anno Sexto.

CCXCVIII.

Ex Reg. 9. in Secret. Brev.

Facultas Epiſcopo Naulenſi a ceuſuris abſolvendi Duces, & Gubernatores Reipublicæ Geouen., quod ipſi pro munitione uuius propugnaculi uſt ſunt glebis ad menſas Saonenſem, & Naulenſem ſpectaotibus abſque Sedis Apoſtolicæ licentia.

Ven. Fratri Epiſcopo Naulen.

URBANUS PAPA VIII.

Ven. Frater ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Cum propter acceptionem glebarũ, Dux, & Gubernatores in cenſuras incurriſſent,

§. 1. EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Nobiles viri Dua, & Gubernatores Reipublicæ Januen, quod ipſi in præſentibus belli motibus, ut Fortalitium Sancti Laurentii, & Situm Sancti Stephani in Vado nuncupat. munirent, glebis abſque Sedis Apoſtolicæ auctoritate acceptis ex bonis partim ad Saonen., & partim ad Naulen. menſas epiſcopales ſpectantibus uſi fuerunt, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas propterea inflictas incurrendo.

Ab illis eos Pontifex abſolvit.

§. 2. Cum autem, ſicut eadem eapoſitio ſubjungebat, ipſi Dua, & Gubernatores pretium glebarum hujuſmodi ſolvere parati eaiſtant, & propterea ſuper illius inveſtimento, ot infra, necoon tam ſibi, quam Senatoribus, & aliis, qui in glebarum hujuſmodi occupatiooe, detentione, & alienatione ſe ingeſſerunt, de opportunæ abſolutionis beneficio per Nos provideri ſummopere deſiderent; Nos Ducem, & Gubernatores prædictos ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis eacommunicatioois, ſuſpenſiouis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſenteutiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus illorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, de Ven. Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium negotiis Epiſcoporum præpoſitorum conſilio, Ducem, & Gubcroatores prædictos;

Necnon etiã omnes, qui in tali negotio ſe ingeſſerunt.

§. 3. Necoon Senatores, & alios, qui in dicta occupatione, detentione, & alienatione ſe iogeſſerunt, ut præfertur, a quibuſcumque cenſuris, & pœnis eccleſiaſticis per eos præmiſſorum occaſione quomodolibet incurſis, apoſtolica auctoritate, tenore præſeotiom abſolvimos, & totaliter liberamus, illiſque pœnas hujuſmodi gratioſe remittimus, & condonamus; Et inſuper tibi committimus, & maudamus, ut una cum duabus primis Digoitatibus, vel io illarum defectum antiquioribus Canonicis Eccleſiæ Naulen. ad dicti pretii inveſtimeotum hujuſmodi procedas.

Derogat obſtantibus.

§. 4. Noo obſtaotibus præmiſſis, ac fel. rec. Pauli Papæ II. Prædeceſſoris noſtri de rebus Eccleſiæ non alienandis, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Eccleſiæ Saonen., & Naulen. etiam juramento, coofirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 14. Martii 1629. Anno VI.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Auoulo Piſcatoris die 14. Martii 1629. Pontificatus Noſtri Aono VI.

CCXCIX.

Confirmatio Privileglorum Religionis Hieroſolymitanæ circa alienationes, & præſcriptiooes ſuorum bonorum.

Hujus Religionis Privilegia confirmavit Urban. Conſtitut. XLV. Univerſalis *Tom.V. Par.V. fol.205. qui etiam moderavit Conſtis Greg.XV.de Conſervatoribus, Conſtit. LXXXVIII.* Exponi, *Tom.V.Par.V.f.77. demum confirmavit Ordinationes pro electione Magni Magiſtri Conſt.CCXXIX.* In ſpecula. *ſupra fol.*129.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

MIlitantis Eccleſiæ regimini, meritis licet imparibus, divina providentia præſidentes, inter cæteras apoſtolicæ ſervitutis curas ei cum peculiari ſtudio iovigilamus, ut militarium Ordioum ad Saoctæ Fidei Catholicæ defenſionem, & propagationem pie, ſalubriterque ioſtitutorum bona in eiſdem Ordinibus conſerveotur: & propterea ea, quæ a Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus ooſtris bac io parte ſaocita, & decreta ſunt, ut firmiora, & validiora perſiſtaut, apoſtolicæ confirmatioois robore communimus, aliaſque diſponimus, prout conſpicimus in Domino ſalubriter eapedire.

Clem. VIII. edidit Conſt. de hac materia.

§. 1. Alias ſiquidem fel. recordationis Clemens Papa VIII. Prædeceſſor noſter donationes, conceſſiones, locationes, inveſtituras, & alias alienationes cenſuum, redditüum, jurium, juriſdictionum, & bonorum quorumcumque ad Bajulivas, Prioratus, Caſtellaniam Empoſtæ, Præceptorias, Domos, Hoſpitalia, Beneficia, & loca Hoſpi-

Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani pertinentium, in illorum læſtonem, jacturam, vel detrimentum, etiam per perſonas dicti Hoſpitalis, etiam cum renunciationibus, pactis, juramentis, & pœnis deſuper impoſitis, & adjectis, ac inſtrumentis, & literis deſuper conſectis, & confirmationibus forſan inde ſequutis, etiam de licentia Sedis Apoſtolicæ, abſque tamen conſenſu, ſeu expreſſa licentia Magni Magiſtri, & Conventus dicti Hoſpitalis, quacumque præſcriptione, ſeu longiſſima pacifica poſſeſſione, & detentione non obſtantibus, caſſavit, revocavit, & annullavit, ac irritavit, nulliuſque roboris, vel momenti fore, & pro infectis haberi decrevit, ac cenſus, redditus, jura, juriſdictiones, & bona alienata hujuſmodi, ac etiam per quoſcumque ſæculares occupata, uſurpata, & detenta ad jus, & proprietatem dicti Hoſpitalis, ſeu illius Bajulivarum, Prioratuum, Caſtellaniæ Empoſtæ, Præceptoriarum, Domorum, Hoſpitalium, & Beneficiorum præfatorum reduxit, illaque in integrum adverſus conceſſiones, donationes, & alias quaſlibet alienationes prædictas, necnon inveſtituras illarum prætextu quomodolibet quavis auctoritate factas, & conceſſas in integrum, ac in priſtinum, & eum ſtatum, in quo antea erant reſtituit, repoſuit, & plenarie reintegravit, illorumque detentores cujuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exiſtentes ad illorum relaxationem per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia juris remedia cogi, & compelli poſſe voluit, & ſimiles alienationes de cætero ſub excommunicationis latæ ſententiæ, & privationis beneficiorum per eos obtentorum pœnis per contrafacientes eo ipſo abſque ulla declaratione incurrendis fieri prohibuit, & ſi fierent, illas viribus omninò carere decrevit. Poſtmodum vero rec. memor. Pius Papa IV. ſimiliter Prædeceſſor noſter per ſuas ſub Datum Romæ apud
Quam confirmavit Pius Papa IV. Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ MDLX. Kal. Junii, Pontificatus ſui anno primo, ſub plumbo expeditas literas inter alia caſſationem, revocationem, annullationem, decreta, reductionem, repoſitionem, reſtitutionem, reintegrationem, voluntatem, declarationem, & prohibitionem hujuſmodi Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine approbavit, & confirmavit, & alias, prout in dictis literis, quarum tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus, plenius continetur.

Urbanus prædictas confirmat Conſtitutiones. §. 2. Cum autem, ſicut accepimus, propter malam nonnullorum Præceptorum, ſeu Commendatariorum dicti Hoſpitalis adminiſtrationem, multa ipſius Hoſpitalis bona contra illius ſtatutorum, ſeu ſtabilimentorum, ac ordinationum capitularium auctoritate apoſtolica confirmatorum, prohibitioniſque hujuſmodi formam uſurpata, & alienata reperiantur: Nos ejuſdem Hoſpitalis indemnitati, ejuſque bonorum, ut præfertur, uſurpatorum, & alienatorum recuperationi, & conſervationi, quantum cum Domino poſſumus, providere volentes, motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque apoſtolicæ poteſtatis plenitudine prædictas Pii Prædeceſſoris Literas quoad præmiſſa emanatas, in iis tamen, quæ præſentibus non adverſantur, approbantes, confirmantes, & innovantes, omnes, & quaſcumque alienationes cenſuum, redditoum, & bonorum quorumcumque ad Bajulivas, Prioratus, Caſtellaniam Empoſtæ, Præceptorias, Domos, Hoſpitalia, Beneficia, & Loca Hoſpitalis hujuſmodi pertinentium a perſonis religioſis dicti Hoſpitalis etiam de licentia dictæ Sedis Apoſtolicæ ſine conſenſu, vel licentia Magni Magiſtri, & Conventus hujuſmodi, in illorum læſionem, jacturam, vel detrimentum, cum quibuſvis renunciationibus, pactis, juramentis, & pœnis deſuper appoſitis, ac inſtrumentis, & Literis deſuper conſectis, & confirmationibus deſuper a Sede Apoſtolica ſubſequutis, ad perſonarum religioſarum Hoſpitalis hujuſmodi, non autem Regum, vel Principum ſupplicationem, neque aliàs motu proprio hujuſmodi factas, quacumque præſcriptione, ſeu longiſſima pacifica poſſeſſione, & detentione non obſtante, tenore præſentium etiam caſſamus, revocamus, & annullamus, ac irritamus, nulliuſque roboris, vel momenti fore, & pro infectis haberi decernimus; necnon Bajulivas, Prioratus, Caſtellaniam Empoſtæ, Præceptorias, Domos, Hoſpitalia, & Beneficia prædicta adverſus alienationes hujuſmodi in integrum, ac in priſtinum, & eum, in quo antea erant, ſtatum reſtituimus, reponimus, & plenarie reintegramus, bonorumque, ut præfertur, alienatorum detentores cujuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exiſtentes ad illorum relaxationem per cenſuras eccleſiaſticas, & alia juris remedia cogi, & compelli poſſe volumus, & ſimiliter decernimus; Literaſque Clementis, & Pii Prædeceſſorum hujuſmodi in, & quoad omnia, & ſingula præmiſſa ad præſentium formam, tenorem, & terminos reducimus, ac reſtringimus, & nihilominus quaſcumque alienationes bonorum hujuſmodi, ſi quas de cætero a perſonis religioſis prædictis ſine conſenſu, vel approbatione Magni Magiſtri, & Conventus prædictorum, etiam de licentia per Nos, ſeu Romanos Pontifices Succeſſores noſtros pro tempore exiſtentes ad Religioſorum quorumcumque, non tamen Regum, vel Principum ſupplicationem, ſeu inſtantiam, nec aliàs motu proprio, quæ ſuam habeant, & ſortiantur exequutionem, & effectum, concedenda fieri contigit, ex nunc prout ex tunc nullas, & invalidas, nulliuſque roboris, vel momenti fore, & eſſe, nullique jus tribuere: præſentes vero Literas etiam ex eo, quod quicumque in præmiſſis quomodolibet intereſſe habentes ad præmiſſa concedendum, ſeu concedi videndum vocati non fuerint, aut eiſdem præmiſſis non conſenſerint, ullo umquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentio-

tentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, vel invalidari minime poſſe, ſed illas ſemper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ac ab omnibus, ad quos ſpectat, inviolabiliter obſervari.

Clauſulas apponit.

§. 3. Sicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi quid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, pariter decernimus. Quocirca dilectis filiis cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori, ac noſtris, & Apoſtolicæ Sedis in Franciæ, & Hiſpaniarum Regnis Nunciis per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, ſeu eorum quilibet eaſdem præſentes Literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte Magni Magiſtri, Priorum, Bajolivorum, Præceptorum, Militum, & Fratrum prædictorum, ſeu alicujus eorum deſuper fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, illiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra eaſdem præſentes Literas, & in eis contenta quæcumque firmiter obſervari, & ſingulos, quos ipſe concernunt, illis pacifice frui, & gaudere. Contradictores quoslibet, & rebelles per cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis.

Contraria tollit.

§. 4. Non obſtantibus, quatenus opus ſit, ejoſdem Clementis, & Pii Prædeceſſorum Literis, necnon recolendæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII. ſimiliter Prædeceſſoris noſtri de una, & in Concilio generali edita de duabus dictis, dommodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præſentium in judicium non trahator, & quibuſvis aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac etiam legibus juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, contractibus, & inſtrumentis, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſt. quibuſvis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, ac aliàs in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda foret, illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus; cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptis credi mandat.

§. 7. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus ubique fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 15 Martii 1629. An.VI.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die 15. Martii 1629. Pontificatus noſtri Anno VI.

CCC.

Religioſi Soc. Jeſu non poſſunt uti facultate literarum Sanctæ Cruciatæ, nec eligere alium Confeſſarium, quam aſſignatum a ſuis Superioribus.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

ROmanus Pontifex ad ea ſolicitudinis ſuæ partes intendere debet, per quæ Religioſorum ſtatus in pace, & quiete tutius conſervetur.

Indicat conceſſiones alias factas a Gregorio XIII., Clem. VIII., & Greg. XV.

§. 1. Sane cum ratio doceat, & experientia compertum ſit, Religionibus valde perniciosum exiſtere, ut eorum Religioſis licitum ſit Confeſſarium ſibi eligere, & licet fel. rec. Gregorii XIII., ac Clementis VIII., & Gregorii XV. Romani Pontificca Prædeceſſores noſtri per ſuas in forma Brevis literas expreſſe prohibuerint, ne Religioſi Societatis Jeſu facultatibus Cruciatæ Sanctæ uti abſque Superiorum ſuorum licentia valerent.

Aſſignat cauſas hujus novæ Conſtit.

§. 2. Nihilominus quia nonnulli exiſtimant ex clauſulis literarum dictæ Cruciatæ cuicumque ipſius Societatis privilegio derogari, & propterea ipſis Religioſis hujuſmodi facultatibus uti licitum eſſe, ſpeciali ad hoc noſtro, & Apoſtolicæ Sedis opportuno remedio neceſſe ſit;

Declaratio, de qua in Rubr.

§. 3. Nos pro noſtri paſtoralis muneris debito, ea quæ ipſius Societatis quieto, & pacifico ſtatui, ac debitæ Superioribus obedientiæ conſervandæ, opportuna eſſe cognoſcimus, ſalubriter providere volentes, Motu proprio, & ex certa ſcientia, meraque deliberatione noſtra, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione ſancimus, nulli Religioſorum ejuſdem Societatis licere facultatibos Cruciatæ hujuſmodi in quacumque mundi parte publicatæ, vel publicandæ, quoad eligendum Confeſſarium, & obtinendam abſolutionem a caſibus reſervatis uti, nec eis quoad hanc eligendi Confeſſarium, & obtinendam abſolutionem prædictam facultatem Cruciatæ hujuſmodi ſuffragari, minuſque præſentes Literas ſub quibuſcumque ejuſdem Cruciatæ conceſſionibus, extenſionibus, prorogationibus, & confirmationibus factis, & pro tempore quomodolibet faciendis compræhendi,

Sicque,

Digitized by Google

Clauſulæ.

§.4. Sicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Obſtantia tolluntur.

§.5. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſcumque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutis quoque, & conſuetudinibus, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Fides tranſumptorum.

§.6. Volumus autem, ut præſentium tranſumptis etiam impreſſis, manu Secretarii Societatis, vel Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo ejuſdem Societatis, vel perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides ubique adhibeatur, quæ iiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 31. Martii 1629. An.VI.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die ultima Martii 1629. Pontificatus noſtri Anno VI.

CCCI.

Confirmatio Decreti Congregationis Rituum ſuper uſus Baldachini, & aſſiſtentium, & aliorum Miniſtrorum pro Abbatibus Congregationis Olivetanæ Ordinis S. Benedicti.

Iſta Congregatio approbata fuit primo a Joanne XXII. ut in ejus Conſt.XXXVI. Cum a Nobis. *Tom. III. Par. II. fol.*191. *Sed ejus materiam vide ad Clem.VI. Conſt.III.* Solicitudinis. *ibid.fol.*294.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

A S. Congr. Rituum nuper emanavit Decretum, prout hic ſubjungitur.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Silvius Favilla de Neapoli Procurator Generalis Congregat. Monachorum Montis Oliveti, quod nuper a Venerabilibus Fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, Sacris Ritibus Præpoſitis, emanavit Decretum tenoris ſubſequentis, videlicet: Inſtante Patre Don Silvio Favilla de Neapoli Procuratore Generali Congregationis Monachorum Montis Oliveti, nomine Abbatum ejuſdem Congregationis, ut attenta antiquiſſima conſuetudine ſolemniter cum Baldachino, & Aſſiſtentibus in eorum Eccleſiis celebrandi, recederetur, quoad eos a decretis aliàs hac de re editis in cauſis Firmana 28. Januarii 1606., & in Neapolitana 18. Martii 1617. Sacra Rituum Congregatio, ſæpius audito eodem Procuratore Generali, & rationibus ab eo deductis mature conſideratis, Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo Domino Cardinali Cæſarino referente, cenſuit, & declaravit, in hac parte recedendum eſſe a dictis Sacræ Congregationis decretis, & licere Abbatibus Olivetanis ſolemniter, in tribus tantum Anni feſtivitatibus, celebrantibus, uti Baldachino, ſine auro tamen, & pompa: necnon aſſiſtentia unius Presbyteri, & duorum Diaconorum, ac aliorum ſex, ad ſummum, Monachorum ſacris indumentis coloris ſolemnitati convenientis paratorum, ultra Diaconum, & Subdiaconum, qui in Miſſa cantaturi ſunt Evangelium, & Epiſtolam: ita ut iidem Abbates nullo modo teneant Sedem Abbatialem fixam, & permanentem prope Altare, ut Sedes Epiſcopalis retineri conſuevit: ſed eorum Sedes retineatur in Eccleſia, iis tantummodo diebus, quibus ſolemniter celebratur, & dicti ſex Monachi, ut ſupra parati, non in Sedibus Choralibus, ſed ſuper Scabellis ſedeant, in ſitu congruo, juxta Eccleſiarum convenientem ſitum tunc appoſitis, panno laneo coopertis: dictis Sacræ Congregationis Decretis in cauſa Firmana, & Neapolitana editis aliàs in ſuo robore permanſuris, Die 17. Martii 1629.

Ad inſtantiam Procur. Gen. hujus Congr.

§.2. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, Silvius præfatus plurimum cupiat, Decretum hujuſmodi, pro firmiori illius ſubſiſtentia, inviolabilique obſervatione, apoſtolicæ noſtræ confirmationis robore communiri.

Approbatur.

§.3. Nos ſpecialem illi gratiam facere volentes, eumque a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes; ſupplicationibus dicti Silvii, ejuſdem Congregationibus nomine, Nobis ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati, decretum præinſertum hujuſmodi cum omnibus in eo contentis, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus: ac omnes, & ſingulos, tam juris, quam facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus.

Clauſulæ præſervativæ.

§.4. Decretum hujuſmodi, necnon præſentes Literas valida, firma, & efficacia eſſe, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere.

§.5. Atque ita per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere: ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, & declaramus.

Contraria removentur.

§.6. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Exemplis danda fides.

§.7. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ, in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ, munitis, eadem prorſus ubique fides adhibeatur,

beatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 4. Aprilis 1629. An.VI.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die 4. Aprilis 1629. Pontificatus noſtri Anno VI.

CCCII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Epiſcopus Maceratenſis abſente Principe Maſſerani deputatur Gubernator ad Sedis Apoſtolicæ beneplacitum cum facultate quamcumque in eodem Principatu Juriſdictionem exercendi.

Dilecto filio Jacobo Criſpo Maceraten.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Dilecte fili ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Exordium.

TUis in Nos, & hanc Sanctam Sedem fidei, & devotionis, necnon integritate, doctrina, & rerum gerendarum uſu, aliiſque laudabilibus virtutum tuarum meritis inducimur, ut te rei, quæ Nobis maxime cordi eſt, adminiſtrandæ, libenter præficiamus, firma ſpe in Domino freti, te juxta datam tibi a Domino prudentiam deſiderio noſtro cumulate ſatisfacturum.

Franciſcus Philibertus Princeps Maſſerani Miniſtros ſuos in locis ſibi ſubjectis tuto mittere non poteſt.

§.1. Cum itaque, ſicut accepimus dilectus filius nobilis Vir Franciſcus Philibertus Ferrerius Fliſcus Princeps Maſſerani Vercell. Diœceſis ob diſſenſiones, ſeu differentias inter eum, & Univerſitates, & Homines locorum dicti Principatus, ab eodem Principatu, qui Feudum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ exiſtit dudum abſens ſit, nec Officiales, ſeu Miniſtros ſuos, qui ipſius Principatus regimine, & gubernio intendant, tuto mittere valeat.

Epiſcopus Maceratenſis deputatur Gubernator.

§.2. Nos ne propterea dictus Franciſcus Philibertus Princeps, ejuſque Juriſdictio, ac Univerſitates, & Homines Oppidorum, ſeu Locorum ſub dicto Principatu compræhenſorum, aliqua propterea detrimenta patiantur, ſimulque proſpero illorum regimini, & gubernio, quantum cum Domino poſſumus, conſulere volentes, motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, Te dicti Principatus, ac Terrarum, Oppidorum, Caſtrorum, Arcium, & Fortalitiorum, ac Locorum quorumcumque, etiam ſpeciali nota, & expreſſione dignorum in, & ſub dicto Principatu quomodolibet compræhenſorum, Gubernatorem cum omnibus, & ſingulis facultatibus, auctoritate, juriſdictione, honoribus, oneribus, proviſione, ſalariis, & emolumentis ſolitis, & conſuetis, & cum facultate in Marchionatu Crepacorii, & aliis Caſtris, ſeu locis ſub illo compræhenſis Prætorem, in illiſque, ac dicto Principatu, aliiſque locis infra expreſſis quoſcumque alios Officiales, & Miniſtros, etiam ſpeciali nota, & expreſſione dignos ad tui nutum amovibiles pro juſtitia adminiſtranda, conſtituendi, & deputandi, ad noſtrum, & Sedis Apoſtolicæ beneplacitum, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium facimus, conſtituimus, & deputamus, Tibique per præſentes committimus, & mandamus, ut quam primum fieri poterit ad Principatum hujuſmodi perſonaliter te conferas, necnon in Principatu, Terris, Oppidis, Caſtris, Arcibus, Fortalitiis, & locis prædictis quamcumque Juriſdictionem civilem, criminalem, & mixtam noſtro, & Apoſtolicæ Sedis nomine exerceas, aliaque omnia, & ſingula, quæ pro felici Principatus, Oppidorum, Terrarum, Caſtrorum, Arcium, Fortalitiorum, & locorum prædictorum, earumque Univerſitatum, & Hominum gubernio, proſperoque regimine neceſſaria fuerint, ſeu quomodolibet opportuna facias, dicas, geras, & exequaris, ſuper quibus omnibus, & ſingulis plenam, liberam, & amplam facultatem, & auctoritatem, auctoritate, & tenore prædictis concedimus, & impertimur.

Atque omnibus Univerſitatibus, & locis, ut illi pareant, mandatur.

§. 3. Mandantes propterea in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub indignationis noſtræ, necnon rebellionis, ac etiam excommunicationis latæ ſententiæ pœnis omnibus, & ſingulis Principatus, Terrarum, Oppidorum, Caſtrorum, Arcium, Fortalitiorum, & Locorum prædictorum, Univerſitatibus, Hominibus, & Perſonis, Prætoribus, Capitaneis, Caſtellanis, Magiſtratibus, & aliis Officialibus, ut Te in Gubernatorem hujuſmodi, juxta tenorem præſentium recipiant, Tibique pareant, faveant, & aſſiſtant, Tuaque juſſa, monita, & mandata, ea, qua decet obedientia, & fide exequantur, & adimpleant, alioquin ſententiam, ſive pœnam, quam rite tuleris, ſeu ſtatueris in rebelles ratam habebimus, & faciemus, auctore Domino uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari.

Contrariis derogatur.

§.4. Non obſtantibus quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenus opus ſit dicti Principatus, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Gubernator nihil recipere, præter eſculenta, & poculenta poteſt.

§.5. Volumus autem, quod de officio Gubernatoris hujuſmodi recte, & fideliter exercendo, ac de non recipiendo aliquod genus muneris, præter eſculenta, & poculenta, quæ triduo conſumi poſſint, in manibus noſtri, & ejuſdem S. R. E. Camerarii debitum præſtes in forma ſolita juramentum.

Dat. die 18. Aprilis 1629. An.VI.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 18. Aprilis 1629. Pontificatus noſtri Anno VI. (a)

(a) Hac eadem die, Literiſque ejuſdem exempli Pontifex deputavit Prætorem Marchionatus Crepacorii, & aliorum Caſtrorum, ſeu Locorum ſub eodem Marchionatu compræhenſorum, quæ etiam ſunt Feuda Sanctæ Romanæ Eccleſiæ.

Car-

CCCIII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Cardinali de Richelieu abſolvendi Hæreticos Regni Franciæ facultas conceditur.

Dilecto filio noſtro Armando Joanni Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbytero Cardinali de Richelieu nuncupato.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Dilecte fili noſter ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Facultas, de qua in Rubrica.

Cum ad ſalutem animarum Regni Franciæ maxime pertinere exiſtimemus, ſi circumſpectioni Tuæ hæreticos pœnitentes, & ad gremium Sanctæ Romanæ Eccleſiæ redeuntes recipiendi, & abſolvendi facultatem concedamus; Nos, qui pro paſtorali munere id unum procurare tenemur, ut hæreticæ pravitatis errores ex hominum mentibus evellantur, & ſi quæ oves a veritatis ſemita deviarunt, in viam ſalutis revocentur, necnon de ſingulari pietate, prudentia, religionis zelo, aliiſque eximiis virtutibus, quibus illarum largitor Altiſſimus perſonam Tuam multipliciter inſignivit, plurimam in Domino fiduciam habentes, de Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, generalium adverſus hæreticam pravitatem Inquiſitorum a Sancta Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatorum conſilio, Tibi, ut ad decennium proximum tantum, quoſcumque Regni Franciæ, illiuſque Provinciarum, & Dominiorum eidem Regno ſubjectorum ad Te recurrentes utriuſque ſexus, tam laicos, quam clericos, & cujuſvis ordinis regulares, hæreticos, ſchiſmaticos, & a fide catholica apoſtatas, atque aberrantes non tamen Italos, aut alios apud quos viget Sacrum Inquiſitionis officium in judicio delatos, & condemnatos ab hæreſibus, apoſtaſia, & ſchiſmate, nec excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſeutentiis, cenſuris, & pœnis, quas propter hæreſes, & exceſſus hujuſmodi quomodolibet incurrerunt, dummodo corde ſincero, & fide non ficta, hæreſes, ſchiſmata, & errores hujuſmodi coram Notario, & teſtibus publice, vel privatim, prout caſus exegerit, ac Tibi viſum fuerit, deteſtati fuerint, anathematizaverint, & objuraverint, ac ſe in gremium Sanctæ Matris Eccleſiæ recipi, & admitti humiliter poſtulaverint, & præſtito per eos jurejurando promiſerint, quod talia deinceps non committent, neque committentibus præſtabunt auxilium, conſilium, vel favorem in forma ejuſdem Romanæ Eccleſiæ conſueta, in utroque foro, necnon quibuſvis criminibus, exceſſibus, & delictis, etiam in caſibus Sedi Apoſtolicæ reſervatis, etiam in Literis die Cœnæ Domini legi ſolitis contentis, injuncta eis, & eorum cuilibet pro modo culpæ pœnitentia ſalutari, & aliis injungendis, prout eorum ſaluti expedire cognoveris, in foro conſcientiæ dumtaxat auctoritate noſtra abſolvere, & liberare, eoſque gremio ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & unioni fidelium reconciliare, cæteraque in præmiſſis neceſſaria, & opportuna facere, dicere, gerere, & exequi libere, & licite poſſis, & valeas, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium facultatem, & auctoritatem concedimus, & impertimur.

Derogatio contrariorum.

§.3. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque in contrarium facientibus quibuſcumque.

Datum die 4. Maii 1629. An.VI.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris. die quarta Maii 1629. Pontificatus noſtri Anno VI.

CCCIV.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Prohibitio, ne Eccleſiaſtici, tam ſeculares, quam regulares Neapolitan., nec in ædibus ſuis, nec in Eccleſiis, vel earum ambitu, lectiones legum, Medicinæ, vel aliarum artium liberalium Eccleſiaſticis prohibitarum legant.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Inter cæteras apoſtolicæ ſervitutis curas, in illam jugiter incumbimus, ut publica Gymnaſia ad juventutem liberalium artium diſciplinis excolendam inſtituta, feliciter dirigantur, quapropter ea, quæ felici eorum directioni obeſſe, aut impedimento eſſe poſſent, quantum in Nobis eſt, removemus, & prohibemus, in hocque ſolicitudinis noſtræ partes libenter interponimus, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Prohibitio, de qua in Rubr.

§.1. Cum itaque, ſicut pro parte dilecti filii nobilis viri Antonii Fernandez de Toledo Ducis de Alva Regni Neapolis Proregis, Nobis nuper expoſitum ſuit, ipſe pro felici publicorum Studiorum Civitatis Neapolitan. directione per Nos, ut infra provideri ſummopere deſideret, Nos ejuſdem Antonii Ducis, & Proregis votis in præmiſſis, quantum cum Domino poſſumus, annuere, proſperoque, & felici eorumdem Studiorum regimini, & gubernio conſulere volentes, ſupplicationibus dicti Antonii Ducis, & Proregis numine, Nobis ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati: Ne in Civitate Neapolitan. Eccleſiaſtici, tam ſeculares, quam cujuſvis Ordinis, & Inſtituti regulares, abſque Sedis Apoſtolicæ licentia in ædibus ſuis, nec in Eccleſiis, aut in Eccleſiarum ipſarum ambitu, nec in Monaſteriis, aut Domibus Reularibus, Legum, Medicinæ, vel aliarum Artium liberalium, Eccleſiaſticis a jure prohibitarum, lectiones legant, neque per quemcumque, & coram quibuſcumque legi permittant, præſertim tempore, quo eædem lectiones in publicis Scholis dictæ Civitatis publice legentur, ſub excommunicationis, & aliis per modernum, & pro tempore exiſtentem noſtrum, & dictæ Sedis Nuntium in Regno

Neapolis pro tempore commoran., infligendis, ſeu declarandis pœuis, cui opportunam ad hoc tribuimus facultatem, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium interdicimus, & prohibemus.

Derogatio contrariorum

§.2. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, & quibuſvis, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis, in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Præſervatio Lectionum Theologiæ, & artium liberalium eccleſiaſticis permiſſarum.

§.3. Per præſentes autem Lectiones Sacræ Theologiæ, aliarumque liberalium artium Eccleſiaſticis permiſſarum, quæ etiam per laicos in eiſdem ædibus, ſeu ambitu Eccleſiarum, vel in Monaſteriis, ſeu Domibus regularibus, aut alibi pro ſervitio, etiam Eccleſiaſticorum, & privatim legerentur, nullatenus intendimus prohibere.

Tranſumptis danda fides.

§.4. Volumuſque, quod earumdem præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo dicti Nuntii munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum die 9. Maii 1629. An. VI.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die nona Maii 1629. Pontificatus noſtri Anno VI.

CCCV.

Quod Priores Genrales Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini utentes aliqua facultate, ſeu conceſſione à Sede Apoſtolica per literas obtenta, in patentium literarum expeditionibus, earum tenores de verbo ad verbum inſerant; Neque ullo pacto quibuſdam clauſulis Oraculum ſapientibus in hujuſmodi expeditionibus poſt hac uti audeant.

Iſtius Ordinis materiam habes ſup. ad Conſtitut. XXIX. Licet. *Alex. IV. Tom. III. f.* 373. *Alia vero quæ ibi non habes tamquam poſterius edita vide in hujus Pont. Conſtitut. CXXII.* Romanus. *Tom. V. Par. V. fol.* 325.

Vivæ vocis oraculo omnia revocavit, præter ea, quæ facta fuerunt Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, & eorum manu firmata Greg. XV. in *Conſtit. LXIII.* Romanus. *ibidem fol.* 37.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

COmmiſſi Nobis per abundantiam divinæ gratiæ paſtoralis officii debitum poſtulat, ut in his, per quæ Regularium perſonarum paci, & quieti conſulitur, litibuſque, & diſcordiis obviam itur, ejuſdem officii partes, etiam per opportunæ declarationis miniſterium interponamus, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Cauſæ propter quas.

§.1. Cum itaque ſicut dilecti filii Priores Provinciales Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini Hiſpaniarum, & Indiarum, Nobis nuper exponi fecerunt, a decennio citra dilecti filii modernus, & alii Priores Generales Ordinis prædicti, qui pro tempore fuerunt in eorum patentibus literis, quibuſdam clauſulis oraculum ſapientibus nimirum facto verbo cum Romano Pontifice, ſive auctoritate apoſtolica Nobis ad hoc ſpecialiter commiſſa, aliiſque ſimilibus, quando ſcilicet ſuarum literarum patentium, expeditionibus, ſeu conceſſionibus, quin effectum ſortiantur Literæ Apoſtol. obſiſtant uti cœperint, ex hoc autem quamplurimæ lites, & diſcordiæ, ac ſcandala orta jam ſint, & in dies oriantur.

Urbanus declarat modernos, & alios Priores hujus Ordinis non habuiſſe, neque habere a Rom. Pont. vivæ vocis oraculum.

§.2. Nos inconvenientibus hujuſmodi opportunæ declarationis noſtræ remedio obviam ire volentes, Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris apoſtolica auctoritate, tenore præſentium decernimus, & declaramus, modernum, & alios dicti Ordinis Priores generales vivæ vocis oraculum à Nobis, & pro tempore exiſtente Romano Pontifice nequaquam habuiſſe, neque habere.

Atque ita ab omnibus cenſeri, obſervari, & judicari debere decernit.

§.3. Sicque, & non aliter, ab omnibus cenſeri, & obſervari; atque ita per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ac Sedis Apoſtolicæ Nuntios judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Inhibet, ne de cætero hujuſmodi clauſulis oraculum ſapientibus utantur ſub pœnis ipſo facto, ut hic, incurrendis.

§.4. Inhibentes propterea in virtute ſanctæ obedientiæ ac ſub officii Prioris, ſeu Vicarii Generalis, vociſque activæ, & paſſivæ privationis, necnon excommunicationis majoris latæ ſententiæ ipſo facto incurrendæ, ac aliis arbitrii noſtri pœnis, ne de cætero perpetuis futuris temporibus modernus, & pro tempore exiſtens Prior, ſeu Vicarius Generalis dicti Ordinis, prædictis, vel aliis æquipollentibus clauſulis in eorum patentibus literis uti ullo modo audeant, ſeu præſumant.

Modum utendi facultatibus ab Apoſtolica Sede obtentis in ſuarum patentium expeditionibus præſcribit.

§.5. Sed ſi eos aliqua facultate, ſeu conceſſione apoſtolica Motu proprio conceſſa, vel ab eis jam obtenta uti oportuerit, Literas noſtras, & Romani Pontificis pro tempore exiſtentis deſuper expeditas, ſcilicet earum tenores de verbo ad verbum integre in ſuis patentibus literis inſerant, alias firmis remanentibus pœnis prædictis eorum literæ patentes hujuſmodi nullæ ſint eo ipſo.

Contraria prohibet obſtare.

§.6. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenus opus ſit dicti Ordinis, & quibuſvis aliis etiam juramento confirmatione apoſtolica, vel

vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis eidem Ordini, illiuſque Priori Generali, & quibuſvis aliis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, eorum omnium tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Hujus Bullæ exemplis credi mandat.

§.7. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides ubique adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 15. Maii 1629. An.VI.

Datum in Arce Candulphi Albanenſis Diœceſis, ſub Annulo Piſcatoris die 15. Maii 1629. Pontificatus Noſtri Anno VI.

CCCVI.

Prohibitio impoſterum concedendi exemptiones Officiorum, & præſertim ea, quibus Fratres Provinciales, Definitores, aut Viſitatores, vel Prædicatores Majores nuncupati Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini gaudent, Fratribus ejuſdem Ordinis, qui ea numquam exercuerunt, abſque Sedis Apoſtolicæ expreſſa licentia.

De hoc Ordine vide in Conſtit. CXXII. Romanus, *Tom. V. Par. V. fol.* 325.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

INter cæteras apoſtolicæ ſervitutis curas, quibus circa univerſalis Eccleſiæ regimen aſſidue premimur, ea Nos præcipue ſollicitos habet, ut perſonæ regulares divini numinis obſequiis ſub ſuavi religionis jugo mancipatæ, juxta regularia earum inſtituta in pacis amœnitate ſalubriter regantur, & gubernentur, & propterea, ſi quæ earum felici gubernio obeſſe, aut in earum regularis diſciplinæ obſervantia aliquod detrimentum vergere cognoſcimus, ea, quantum cum Domino poſſumus removemus, & prohibemus, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Cauſa hujus Conſtitutionis

§.1. Cum itaque ſicut dilecti filii Priores Provinciales Provinciarum, tam Hiſpaniarum, quam Indiarum Occidentalium Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini Nobis nuper exponi fecerunt, regularis diſciplinæ obſervantia in eodem ordine a nonnullis annis citra plurimum defecerit, præſertim ab eo tempore, quo ejuſdem Ordinis Priores Generales nimia facilitate, & nullo habito reſpectu concedunt exemptiones officiorum dicti Ordinis Fratribus, qui ea numquam exercuerunt, unde infinitæ confuſiones, & diſcordiæ oriuntur, eo quod eædem exemptiones Fratribus, ut plurimum, minus benemeritis eas favoribus, & aliis modis extorquentibus, conceduntur, quandoquidem rationi conſentaneum minime videatur, ut aliquis religioſus officii, quod numquam exercuit exemptionibus gaudeat æque, ac illi, qui illud exercuerunt, dilectus vero filius modernus dicti Ordinis Prior Generalis, ut aſſerunt, multis Fratribus dicti Ordinis qui numquam Provinciales fuerunt, ut Provincialium abſolutorum, aliis vero qui numquam Definitores extiterunt, ut Definitorum, & aliis, qui numquam verbum Dei prædicarunt, ut ejuſdem verbi Dei Prædicatorum exemptionibus gaudeant, conceſſit, & indulſit.

Prohibitio, de qua in Rubr.

§.2. Nos inconvenientibus hujuſmodi, quantum cum Domino poſſumus occurrere volentes, ſupplicationibus eorumdem Provincialium nomine Nobis, ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati; Ne de cætero prædictus modernus, & pro tempore exiſtens dicti Ordinis Prior, ſeu Vicarius Generalis exemptiones officiorum ulli dicti Ordinis profeſſori, qui ea prius non exercuerit, & præſertim eas exemptiones quibus illi, qui Provinciales, Definitores, aut Viſitatores, vel Prædicatores majores nuncupati fuerunt, gaudent, abſq. expreſſa Sedis Apoſtolicæ licentia concedere audeat, ſeu præſumat, ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ, ac privationis vocis activæ, & paſſivæ, & ſuſpenſionis ab officio apoſtolica auctoritate, tenore præſentium interdicimus, & prohibemus. Decernentes nihilominus irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contraria tolluntur.

§.3. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti Ordinis etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis eidem Priori, ſeu Vicario Generali, & aliàs in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiamſi pro illarum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, eorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Hujus Bullæ exemplis danda fides.

§.4. Volumus autem, ut præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus ubique fides adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum

Dat. die 25. Maii 1629. An.VI.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 25. Maii 1629. Pontificatus noſtri Anno VI.

CCCVII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Facultatibus Cruciatæ eligendi Confeſſarium, & obtinendi abſolutionem a caſibus reſervatis uti non poſſunt Monachi Ordinis Sancti Benedicti Congregationis Portugalliæ.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

ROmanus Pontifex ad ea ſolicitudinis ſuæ partes intendere debet, per quæ Religioſorum ſtatus in pace, & quiete tutius conſervetur.

Monachi Congregat. Portugalliæ Confeſſarios ſibi eligunt, qui a caſibus reſervatis eos abſolvant vigore privilegiorum Cruciatæ.

§.1. Cum itaque, ſicut dilectus filius modernus Abbas Gener. Monachorum Ord. S. Benedicti Congregationis Portugalliæ, Nobis nuper exponi fecit, Monachi d. Congregationis in vim facultatum Cruciatæ Sanctæ, Confeſſarios ſibi eligant, qui eos a caſibus reſervatis abſolvant, non ſine gravi regularis diſciplinæ detrimento.

Quod efficere non poſſe declarat Pontifex.

§.2. Nos pro noſtro Paſtoralis muneris debito, ad ea, quæ ipſius Congregationis felici regimini, & gubernio, ac quieto, & pacifico ſtatui eſſe cognoſcimus opportuna, intenti, ſupplicationibus dicti Abbatis Generalis nomine, Nobis ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati, nulli Religioſorum dictæ Congregationis licere facultatibus Cruciatæ hujuſmodi, in quacumque Mundi parte publicatæ, vel publican. quoad eligendum Confeſſarium, & obtinen. abſolutionem a caſibus reſervatis uti, nec eis, quoad hanc eligendi Confeſſarium, & obtinendum abſolutionem prædictam, facultates Cruciatæ hujuſmodi ſuffragari, minuſque præſentes Literas, ſub quibuſcumque ejuſdem Cruciatæ conceſſionibus, extenſionibus, prorogationibus, & confirmationibus factis, & pro tempore quomodolibet faciendis comprehendi;

Clauſulas apponit.

§.3. Sicque per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogat obſtantibus.

§.4. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſcumque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutis quoque, & conſuetudinibus, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptis credi mandat.

§.5. Volumus autem, ut præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 30. Maii 1629. An.VI.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, ſub annulo Piſcatoris die 30. Maii 1629. Pontificatus noſtri Anno Sexto.

CCCVIII.

Exemptio conceſſa Clericis Regularibus Pauperum Matris DEI Scholarum Piarum à proceſſionibus, & aliis actibus publicis.

De iſtorum Clericorum Regularium Congregatione notavi in Conſtit. XLII. Greg. XV. In Supremo. *Tom. IV. Par. IV. fol.* 404.

URBANUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

DEbitum paſtoralis officii Nobis ex alto commiſſi requirit, Noſque ad id promptos excitat, ut Regularium ſtudio piæ vitæ, & puerorum inſtitutionis ſedulo vacantium ne ipſi ab illis diſtrahantur, quantum cum Domino poſſumus libenter annuamus.

Cauſæ hujus exemptionis.

§.1. Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte dilecti filii Miniſtri Generalis Religionis ſeu Congregationis Clericorum Regularium Matris Dei Scholarum Piarum nuncupatorum petitio continebat, videlicet, Clerici Presbyteri, aliique Superiores, & perſonæ d. Religionis, ſeu Congregationis a principio ejuſdem Religionis inſtitutionis, ut juxta pium eorum inſtitutum, a quibuſcumque occupationibus expediti, puerorum in bonis literis, & probis moribus, ac Doctrina Chriſtiana, aliiſque piis, & ſalubribus documentis eruditioni, & inſtructioni, & animarum ſaluti conſulere, & invigilare poſſint, ad publicas proceſſiones, quæ in Civitatibus, & locis, in quibus ipſa Religio, ſeu Congreg. propagata eſt, celebrantur, & ab Ordinariis locorum indicuntur, convenire minime conſueverint, nihilominus ipſius Religionis, ſeu Congreg. Clerici, Presbyteri, aliique Superiores prædicti diverſis in locis, ab eorumdem locorum Ordinariis, proceſſionibus hujuſmodi, contra eorum inſtituta, etiam ſub cenſuris eccleſiaſticis, intereſſe, & eas paſſim comitari cogantur, unde non ſolum ab eorum piis exercitiis non parum retrahuntur, ſed etiam graviſſima jurgia, & diſſenſiones inter eos, & aliarum Religionum Fratres, ſeu Monachos ſuper præeminentia oriri conſueverunt: Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat eorumdem Clericorum, Presbyterorum, Superiorum, & perſonarum inſtitutioni, non conveniat ad ſimiles proceſſiones accedere, & propria eorum inſtituta prætermittere: ipſique pro fugiendis ſcandalis, quæ præcedentiæ hujuſmodi cauſa inter

ter

ter eos, & aliarum Religionum Fratres, ſeu Monachos hujuſmodi intercedere poſſent, cupiant ab intereſſentia in proceſſionibus publicis hujuſmodi, ut infra, eximi, & liberari. Quare pro parte ejuſdem Miniſtri Generalis Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus in præmiſſis opportune providere de benignitate apoſtolica dignaremur.

Exemptio, de qua in Rubr.

§.2. Nos igitur qui juſtis, & honeſtis petentium votis libenter annuimus, eaque favoribus proſequimur opportunis, ipſos Miniſtrum Generalem, ac Clericos, Presbyteros, Superiores, & Religionis, ſeu Congreg. Scholarum Piarum hujuſmodi ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, ea voto Congregationis Venerab. Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, eidem Miniſtro Generali, ac Primod. Religioni, ſeu Congreg. illiuſque Clericis, Presbyteris, Superioribus, & perſonis nunc, & pro tempore exiſtentibus, quod ipſi extra Urbem videlicet ex nunc de cætero perpetuis futuris temporibus, in Urbe verò arbitrio dilecti filii noſtri nunc, & Romani Pontificis pro tempore exiſtentis Vicarii in d. Urbe in ſpiritualibus Generalis quibuſcumq. proceſſionibus, & aliis quibuſlibet actibus publicis quocumque tempore de more, vel conſuetudine, aut alias pro tempore faciendis, & celebrandis, aut ab Ordinariis locorum quibuſvis indicendis, intereſſe minime teneantur, nec ubique locorum per quoſcumque Ordinarios hujuſmodi, aliaſque perſonas inviti cogi, aut compelli poſſint, auctoritate apoſtolica perpetuo concedimus, & indulgemus, ipſoſque deſuper ab eiſdem Ordinariis, vel aliis perſonis moleſtari, perturbari, aut inquietari nullatenus umquam poſſe.

Decretum irritans.

§.3. Irritumque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio contrariorum

§.4. Non obſtantibus quibuſvis Apoſt. ac Synodalibus, Provincialibuſque editis, & edendis Conſtitutionibus, & Ordinationibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Sanctio pœnalis.

§.5. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, conceſſionis, indulti, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Dat. die 1. Junii 1629. An.VI.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ 1629. Kalendas Junii, Pontificatus Noſtri Anno Sexto.

CCCIX.

Abſolvit Regem Catholicum, ejuſque Miniſtros a cenſuris, in quas incurrerant ob exactum ante obtentum beneplacitum apoſtolicum ab Eccleſiis, & Eccleſiaſticis Regnorum Caſtellæ, & Legionis ſubſidium octodecim millionum.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Chariſſimo in Chriſto filio noſtro Philippo Hiſpaniarum Regi Catholico.

URBANUS PAPA VIII.

Chariſſime in Chriſto fili noſter, ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Cum Philippus Rex propter exactionem, ſine Sedis Apoſtolicæ licentia, vectigalium ab Eccleſiaſticis in cenſuras incurriſſet;

§.1. Nuper a Nobis emanarunt Literæ tenoris ſubſequentis, videlicet: Chariſſimo in Chriſto filio noſtro Philippo &c. Cum autem, ſicut ejuſdem Majeſtatis tuæ nomine, Nobis nuper expoſitum fuit, Tu Gabellas, ſeu Siſas prædictas ſuper vino, aceto, oleo, & carne in prædictis Caſtellæ, & Legionis Regnis pro ſervitio, ſive ſubſidio decem, & octo millionum nummorum aureorum, juxta præinſertarum Literarum formam, & tenorem perſolvendo, & per Laicos ſubditos eorumdem Regnorum Caſtellæ, & Legionis Tibi oblato impoſitas, etiam ab Eccleſiis, & eccleſiaſticis perſonis eorumdem Regnorum per Miniſtros, ſeu Officiales tuos antequam noſtra, & Sedis prædictæ licentia, ſeu approbatio ſuper præmiſſis accederet, per nonnullos menſes exegeris, vel exigi feceris, contra ſacrorum Canonum, & generalium Conciliorum, necnon Bullæ in die Cœnæ Domini legi, & publicari conſuetæ diſpoſitionem,

Eum abſolvit Pontifex.

§.2. Nos Majeſtatis tuæ, ac Miniſtrorum, ſeu Officialium tuorum prædictorum conſcientiæ conſulere, Teque, ac illos ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, ſupplicationibus ejuſdem Majeſtatis tuæ nomine, Nobis ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati, Te, ac Miniſtros, ſeu Officiales tuos prædictos, a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis per Te, ac Miniſtros, ſeu Officiales tuos prædictos, præmiſſorum occaſione quomodolibet incurſis, modis, & formis infraſcriptis, dicta auctoritate apoſtolica abſolvimus, & liberamus, dictaſque pœnas, ac pecunias ad quamcumque ſummam accedentes ex Gabellis, ſeu Siſis hujuſmodi per eoſdem Miniſtros, ſeu Officiales tuos, ab Eccleſiaſticis, ut præfertur, exactas, Tibi gratioſe remittimus, & condonamus.

Mandatque per eum adimpleri pœnitentiam a Confeſſario imponendam.

§.3. Volumus tamen, ut pœnitentiam, quam Confeſſarius idoneus, omnino eligendus, Tibi, ac Miniſtris, & Officialibus prædictis, propter præmiſſa duxerit injungendam adimplere, omnino teneamini, aliàs præſentes nullæ ſint.

Per præſentem abſolutionem non intelligitur abſolutus ab a.

§.5. Non intendimus autem ex hac noſtra abſolutione, & condonatione inductam cenſeri, ſeu induci poſſe, futuris temporibus, aliquam etiam tacitam facultatem, vel appro-

perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 11. Julii 1629. An.VI.

Datum Romæ, apud Sanctam Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris die 11. Julii 1629. Pontificatus noſtri Anno VI.

CCCXII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Confirmatio Reſtitutionis Provinciæ Saxoniæ Fratrum Minorum de Obſervantia mediante recuperatione Conventuum e manibus hæreticorum, &c.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Decretum Capituli Generalis.

§.1. EXponi Nobis nuper fecit Dilectus filius Joſephus Bergaigne Ordinis Fratrum Minorum Sancti Franciſci de obſervantia nuncupatorum Diffinitor Generalis, ac ſuper Provincias Germaniæ, Belgii, Hyberniæ, Angliæ, Scotiæ, & aliàs Commiſſarius etiam Generalis, quod alias in Capitulo Generali ejuſdem Ordinis ultimo celebrato ſtatutum, & decretum fuit, ut poſtliminio Provinciæ Saxoniæ S. Crucis nuncupata dicti Ordinis reſtitueretur, prout reſtituta exiſtit. Unde conceſſa poſtmodum per Nos eidem Joſepho per alias noſtras, in ſimili forma Brevis expeditas Literas facultate, omnes nimirum Regulares Domus ipſius Ordinis in partibus Germaniæ exiſtentes, & in antea per hæreticos, ſeu alios indebite occupatas recuperandi, & exinde plurimis Regularibus Domibus hujuſmodi recuperatis divina favente clementia, dictus Joſephus Dominica ſexta poſt Pentecoſten anni proxime præteriti 1628. prædictum Capitulum Provinciale ipſius Provinciæ Sanctæ Crucis in Domo Regulari Montis Sanctæ Mariæ prope Fuldam ejuſdem Ordinis celebravit.

Joſephus Bergaigne priſtina jura Provinciæ S.Crucis competentia petit confirmari.

§.2. Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, prædictus Joſephus plurimum cupiat Provinciam hujuſmodi ad Dei gloriam ſic reſtitutam, quo firmius ſubſiſtat, omnia priſtina ejus jura ſibi competentia per Nos apoſtolica auctoritate confirmari, ideo Nobis humiliter ſupplicari fecit, ut deſuper opportune providere, de benignitate apoſtolica dignaremur.

Cui annuit Pontifex.

§.3. Nos igitur proſpero, felicique dictæ Provinciæ ſtatui, quantum cum Domino poſſumus conſulere, dictumque Joſephum ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati de Venerabilium Fratrum Noſtrorũ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium negotiis Regularium præpoſitorum conſilio, reſtitutionem prædictæ Provinciæ, ut ſupra factam, omniaque, & ſingula illius jura ſibi olim quomodolibet competentia apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuò approbamus, & confirmamus, illiſque inviolabilis apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus.

Clauſulæ.

§.4. Decernentes præſentes Literas, aliaque prædicta valida, firma, & efficacia exiſtere, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac eidem Provinciæ in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari; & ita per quoſcumque judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Obſtantium colluatio.

§.5. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenus opus ſit dicti Ordinis etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptis fides danda.

§.6. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 20. Junii 1629. An.VI.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die 20. Junii 1629. Pontificatus noſtri Anno VI.

CCCXIII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Facultas Cardinali ab Harach, & Apoſtolico apud Imperatorem Nuntio, cum eodem Imperatore ſuper bonis, Decimis, Primitiis, rebus, Juribus, & actionibus quibuſcumque ad Eccleſiaſticos Regni Bohemiæ, non tamen ad Hoſpitale S.Joannis Hieroſolymitani ſpectantibus, conveniendi, & tranſigendi.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

Proœmium.

INter graviſſimas, multipliceſque apoſtolicæ ſervitutis curas, quibus pro noſtri paſtoralis officii debito jugiter angimur, illa Nos præcipue ſollicitos habet, ut ſacroſancta fides catholica diſperſis, atque conculcatis inimici hominis zizaniis ubique gentium inviolata vigeat, & propagetur, hæreſeſque, & alii damnati errores è mentibus Chriſtifidelium ubi peccatis hominum facientibus irrepſerunt, per immenſam Dei bonitatem penitus evellantur; Quapropter Nos, qui militantis eccleſiæ regimen, omnimodamque univerſi Dominici gregis a Chriſto Domino curam in Beatiſſimo Petro Apoſtolorum Principe accepimus; Et ſi Nos ad om-

Digitized by Google

ad omnium ſalutem procurandam, debitores agnuſcamus, iis tamen Provinciis peculiare paſtoralis vigilantiæ ſtudium impendimus, quæ deſtera Domini faciente virtutem e manibus hæreticorum non ita pridem ereptæ opem, & operam noſtras magis implorare dignoſcuntur, pioſque Catholicorum Principum conatus, atque deſideria ad id tendentia, favoribus, & gratiis proſequimur opportunis.

Cauſæ concedendæ facultatis.

§. 1. Cum itaque concitata retroactis temporibus in Regno Bohæmiæ per Principes, & poteſtates tenebrarum rebellione, furentibuſque etiam armata hæreſi, ſeditionibus, belliſque inteſtinis multa bona, & jura eccleſiaſtica partim direpta, partim occupata, & uſurpata fuerint, ac ad præſens detineantur: Chariſſimus vero in Chriſto filius noſter Ferdinandus Romanorum Rex in Imperatorem electus pro ſuo avito, & ſpectato Religionis, ac Fidei Catholicæ hujuſmodi zelo profligatis auxiliante Domino Deo exercituum, rebellibus hæreticis, ſedatiſque armorum motibus fidei prædictæ in dicto Regno, & illi adiacentibus Provinciis, bonorumque eccleſiaſticorum reſtitutioni totis viribus incubuerit, & eorumdem hæreticorum converſioni, hæreſumque prædictarum extirpationi pia ſolicitudine jugiter invigilet.

Facultas, de qua in Rubrica.

§. 2. Nos ſperantes negotium reſtitutionis, extirpationis, & converſionis prædictarum eo faciliores progreſſus habiturum fore, quo major in eccleſiaſticorum bonorum, & jurium poſſeſſionibus in dictis Regno, & Provinciis præteritorum temporum hujuſmodi confuſione, ut præfertur, occupatis, uſurpatis, & detentis, nedum benignitas, & Indulgentia ab hac Sancta Sede oſtendatur, ſed etiam indemnitati Eccleſiarum prædictarum quantum cum Domino poſſumus conſulatur; Nobiſque perſuadentes prædictarum Ferdinandum Romanorum Regem in Imperatorem electum, ob præclaram ejus in Nos, & Sedem eamdem obſervantiam, atque in reductione Regni, & Provinciarum hujuſmodi ad ejuſdem Eccleſiæ gremium, & veræ Fidei prædictæ confeſſionem, noſtramque, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis obedientiam ſingulare ſtudium infraſcripta facultate tamquam materna ſuæ pietatis exercendæ uſurum, eamque oſtenſurum, tam in Eccleſiis, Monaſteriis, & locis piis, quæ adhuc extant conſervandis, & manutenendis, quam dirutis, & everſis in dies inſtaurandis, occupatiſque recuperandis, hiſque ſufficienter dotandis, ac reliquis denique vulneribus, quæ eorumdem temporum confuſione Eccleſiæ ipſæ maxima acceperunt, medendis, & ſanandis; De Ven: Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium negotio Propagandæ in univerſo mundo fidei præpoſitorum conſilio, dilecto filio noſtro Erneſto Adalberto S. R. E. Presbytero Cardinali ab Harach nuncupato Eccleſiæ Pragen., ex conceſſione, & diſpenſatione apoſtolica Præſuli, necnon Ven: Fratri Joanni Baptiſtæ Archiepiſcopo Theſſalonicen, noſtro, & Sedis prædictæ apud eumdem Ferdinandum Regem in Imperatorem electum Nuntio, ſuper bonis, Decimis, Primitiis, rebus, juribus, & actionibus quibuſcumque Eccleſiaſticis Regni Bohemiæ prædicti, non tamen ad hoſpitale S. Joannis Hieróſulymitani quomodolibet ſpectantibus, cujuſcumque qualitatis, quantitatis, & valoris fuerint, ac quocumque prætextu, vel cauſa occupata, & uſurpata ſint, ac detineantur, tam noſtro, & ejuſdem S. Sedis, quam Cleri ſecularis, & Regularis ejuſdem Regni nominibus cum prædicto Ferdinando Romanorum Rege in Imperatorem electo conveniendi, concordandi, & tranſigendi, ac de eiſdem bonis diſponendi, prout ad fidei Catholicæ in eodem Regno propagationem, ac manutentionem eiſdem expedire viſum fuerit, reſervata tamen Nobis, & eidem Sedi de bonis, juribus, & redditibus vigore præſentium aſſignandis noſtro, & dictæ Sedis arbitrio ad Dei ſervitium, & Eccleſiarum dicti Regni utilitatem diſponendi, omnimoda facultate, & poteſtate, plenam, & liberam poteſtatem, & auctoritatem apoſtolica auctoritate tenore præſentium, concedimus, & impertimur.

Derogatio contrariorum

§. 3. Non obſtantibus noſtris de unionibus committendis ad partes, vocatis, quorum intereſt, & exprimendo valore Beneficiorum, ac de non tollendo jure quæſito, aliiſque Cancellariæ Apoſtolicæ regulis, necnon piæ memoriæ Simachi, quæ incipit: *Non liceat*: Ac Pauli II. Rom. Pont. Prædeceſſorum noſtrorum de rebus Eccleſiæ non alienandis, & quibuſvis aliis apoſtolicis, necnon in univerſalibus, provincialibuſque, & ſynodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac quarumcumque Eccleſiarum, Monaſteriorum, & locorum piorum fundationibus, ac etiam Juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum die 7. Julii 1629. An. VI.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris die ſeptima Julii 1629. Pontificatus noſtri Anno VI.

Unio

dendi. Cap.23. *De Collegiis, & Studentibus in eis*. Cap.24. *De Bibliotheca literarumque exercitio in aliisConventibus*. Cap.25. *De poſſeſſionibus habendis, & de domibus acceptandis de novo*. Cap.26. *De bonis temporalibus*. Cap.27. *De modo ſervando in petendis eleemoſynis*.

Sequitur Bulla.

Petitur a Pontifice prædictarũ Constitutionum confirmatio.

§.2. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, prædictus Alonſus plurimum cupiat præinſertas Conſtitutiones hujuſmodi, pro firmiori illarum ſubſiſtentia, ac inviolabili obſervantia, apoſtolicæ noſtræ confirmationis robore communiri. Nobis propterea, eorumdem Fratrum nomine, humiliter ſupplicari fecit, ut deſuper opportune providere, de benignitate apoſtolica dignaremur.

§.3. Nos igitur, qui Conſtitutiones hujoſmodi, aliquibus Romanæ Curiæ Prælatis pietate, prudentia, doctrina, & Religionis zelo præſtantibus, diligenter examinandas, & ubi opus foret, corrigendas commiſimus, Fratres prædictos, ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, eorumque ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati,

Confirmat prout in Rub.

Conſtitutiones præinſertas hujuſmodi, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illiſque inviolabilis apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos, tam juris, quam facti, & alios quoſcumque defectus, ſi qui in præmiſſis, aut eorum aliquo qonmodolibet intervenerint, ſupplemus.

Decretum Irritans.

§.4. Decernentes eaſdem Conſtitutiones, ac præſentes Literas validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, atque ab eiſdem Fratribus nunc, & pro tempore exiſtentibus, firmiter, & inviolabiliter perpetuo obſervari, & adimpleri; ſicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, dictæque Sedis Nuntios, judicari, & definiri debere, irritumque, & inane, ſi qoid ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Transſumptis credi jubet.

§.5. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus ubique fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, ſub annulo Piſcatoris, die 2. Junii 1629. Pontificatus noſtri Anno Sexto.

Dat. die 2. Junii 1629. An.VI.

CCCXI.

Confirmatio Decreti a Sacra Rituum Congregatione editi ſuper uſu Baldachini, & Miniſtrorum, ac aliarum Cœremoniarum pro Abbatibus Congregationis Caſſinenſis, aliàs S. Juſtinæ de Padua.

De hac Congregatione vide notata adConſt.II. Julii II. Super Cathedram. *Tom.III.P.III fol.260. Et de Definitorum electione, eorumque vacatione ab officio, ac dictæ auctoritate nonnulla ordinavit iſtemet Pontifex ſup. in Conſt.CCLXVII,* Commiſſi, *fol.126.*

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Recenſet Decretum Sacræ Congregationis Rituum en anatum ſuper Pontificalibus ad favorem Abbatũ Congr. Caſſinenſis.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Dominicus Pinellus Monachorũ Congregationis Caſſinen. Ordinis Sancti Benedicti Procurator Generalis, quod aliàs a Ven. Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus ſacris Ritibus præpoſitis emanavit Decretum tenoris ſubſequen. videlicet: Cum aliàs de Anno 1606. ſub die 28. Januarii, Sacra Rituum Congregatio, inſtante Archiepiſcopo Firman., interdixerit Priori S. Catharinæ Ordinis Canonicorum Regularium in eorum Eccleſia uſum aliquarum Cœremoniarum, & de anno 1617. ſub die 18. Martii illud Decretum ad inſtantiam bo. me. Cardinalis Caraffæ, Archiepiſcopi Neapolitan. extenderit ad omnes Priores, & Abbates cujuſcumque Ordinis, etiam Caſſinen., ab hoc Decreto reclamavit Procurator Generalis Caſſinen., & ad ſacram Congregationem recurſum habuit, aſſerens, ſuam Congregationem indefenſam fuiſſe, & re mature, ac diligenter diſcuſſa, referen. bon. mem. Cardinale Lancellotto, Sacra Congregatio de anno 1618. ſub die 12. Martii, cenſuit, quoad uſum Baldachini, & quorumdam Miniſtrorum in aliis Decretis prohibitorum, recedendum eſſe a prædictis Decretis de annis 1606., & 1617. emanatis, & licere iiſdem Abbatibus, quando ſolemniter celebrant, uti Baldachino, & apparatu, juxta eorum antiquiſſimam conſuetudinem, ita tamen, ut modeſte cum debita convenientia, ſine pompa, & auro, atque in tribus ad ſummum feſtivitatibus qoolibet anno utantur, prout in dictis Decretis latius continetur; Nunc demum Archiepiſcopus Florentin. ad Sacram Congregationem accedens inſtetit, prohiberi Abbati S. Mariæ ejuſdem Civitatis Florentinæ Ordinis Caſſinen. uſum Baldachini, & dictorum Miniſtrorum, & aliarum multarum cœremoniarum in dedecus, & præjudicium ſuæ Archiepiſcopalis dignitatis vergentium, & citato, & interveniente Patre

ipſius Civitatis Oſnaburgen. decori, & venuſtati, ac illius Civium, & Diœceſanorum animarum ſaluti, & commoditatibus in præmiſſis opportune providere de benignitate apoſtolica dignaremur.

Ad quod efficiendum facultates eidē conceduntur.

§.4. Nos igitur attendentes, quod ex literarum ſtudio animarum ſalus maxime procuratur, ipſumque Franciſcum Gulielmum Epiſcopum a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, atque ædificiorum ad uſum dictæ Academiæ conſtructorum ſituationes, confines, vocabula, denominationes, qualitates, & quantitates præſentibus pro expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, in ipſa Civitate Oſnaburgen., & in ædibus a Collegio per eomdem Franciſcum Gulielmum Epiſcopum magno ſumptu conſtructis unam publicam Academiam, in qua a Religioſis Societatis Jeſu, ſeu aliis Profeſſoribus, vel Lectoribus Philoſophia, & Theologia Scholaſtica publice doceantur, ad inſtar aliarum Academiarum, tam in Tranſalpinis Provinciis, & Regnis, quam alias ubilibet inſtitutarum, ex nunc, prout poſtquam idem Franciſcus Gulielmus Epiſcopus ſufficientem dotem pro præmiſſis omnibus de propriis patrimonialibus, aut aliis laicalibus bonis, non autem ex redditibus Beneficiorum Eccleſiaſticorum, vel pro illorum dote, aut in alios pios uſus deſtinatis, & relictis perpetuo valide, & efficaciter, ac realiter, & cum effectu donaverit, & aſſignaverit, & non alias apoſtolica auctoritate, tenore præſentium perpetuo, ſine tamen alicujus præjudicio, erigimus, & inſtituimus: illique ſic erectæ, & inſtitutæ pro ejus onerum ſupportatione redditus per eumdem Franciſcum Gulielmum Epiſcopum, ut præfertur, aſſignandos ex nunc, prout poſtquam illos aſſignaverit, dicta auctoritate, etiam perpetuo applicamus, & appropriamus.

Et hujuſmodi Academiæ cæterarum Academiarū privilegia conceduntur.

§.5. Et inſuper ejuſdem Academiæ Rectori, Magiſtris, Doctoribus, Lectoribus, Præceptoribus, Scholaribus, aliiſque illius Miniſtris, & Officialibus, ac perſonis, necnon membris, & ſubditis pro tempore exiſtentibus, quod omnibus, & ſingulis privilegiis, facultatibus, indultis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, antelationibus, prærogativis, favoribus, & gratiis, tam ſpiritualibus, quam temporalibus, quibuſvis aliis, tam ſuperioris, quam inferioris Germaniæ Academiis, illarumque Rectoribus, Magiſtris, Doctoribus, Lectoribus, Præceptoribus, Scholaribus, ac aliis Miniſtris, Officialibus, & perſonis, illarumque membris, & ſubditis pro tempore etiam exiſtentibus in genere, vel in ſpecie, aut aliàs quomodolibet apoſtolica, vel alia auctoritate, aut aliàs quomodolibet conceſſis, ſeu etiam præſcriptis, ac imponterum conceden., vel præſcriben., ac quibus illi, & illæ de jure, uſu, privilegio, vel conſuetudine, aut aliàs quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum, non ſolum ad inſtar, ſed pariter, & pariformiter, ac æquipollenter, & ſine ulla prorſus differentia, etiam per viam communicationis, ſeu novæ conceſſionis, dummodo tamen illa ſint in uſu, nec revocata, nec ſub aliqua revocatione compræhenſa, Sacriſque Canonibus, & Concilii Tridentini decretis minime contraria, uti, frui, potiri, & gaudere.

Doctoribus quoque conceſſa privilegia.

§.6. Et præterea, quod ejuſdem Academiæ vigore earumdem præſentium erectæ Scholares, tam ſeculares, quam quorumvis Ordinum, & Militiarum regulares illuc undecumque advenientes, qui inibi Philoſophiæ, & Theologiæ ſtudebunt, ut eorum in facultatibus hujuſmodi peractis curſibus, ac alias ſervatis ſervandis, prout moris eſt, & in aliis, tam ſuperioris, quam inferioris Germaniæ Studiorum Generalium Univerſitatibus obſervari conſuevit, & ſolet, & tam ibi Studentes, quam etiam alii, qui in aliis ſimilibus Academiis, & Univerſitatibus quibuſcumque catholicis ſtudoerint, & poſt ſuorum Studiorum in eiſdem facultatibus curſus peractos eo advenerint, inibi ad Baccalaureatus, Licentiaturæ, & Magiſterii gradus promoveri, & poſtquam promoti fuerint, diſciplinas, & artes, in quibus graduati fuerint, tam in prædicta, quam aliis quibuſcumque Academiis, ſeu Studiorum Generalium Univerſitatibus, & aliis Gymnaſiis quibuslibet, ac alias etiam ubilibet voluerint docere, legere, interpretare, ac in dictis diſputare, necnon quoſcumque gradui, ſeu gradibus per eos ſuſceptis convenientes actus exercere.

Eidem Epiſcopo poteſtas licita condendi ſtatuta.

§.7. Poſtremo dicto Franciſco Gulielmo Epiſcopo, ut ipſe, & pro tempore exiſtens Epiſcopus Oſnaburgen. una cum Rectore ipſius Academiæ, ut præfertur, erigendæ, pro felici, & proſpero regimine, & adminiſtratione Academiæ hujuſmodi, illiuſque Rectorum, Magiſtrorum, Doctorum, Lectorum, & aliorum ejus officialium electione, nominatione, receptione, adminiſtratione, & ſcholarium inſtitutione, viſitatione, & correctione, quæcumque Statuta, Ordinationes, & Capitula licita, & honeſta, ac Sacris Canonibus, & Concil. Trid. Decretis, ac Conſtitutionibus Apoſtolicis non contrarias edere, condere, & promulgare, ac pro rerum, & perſonarum, ac temporum varietate, & qualitate, mutare, corrigere, reformare, ac alia de novo edere, condere, & ordinare: necnon ſuper illorum obſervatione pœnas per contumaces, & contravenientes, vel in fractores incurrendas imponere libere, & licite valeant, auctoritate apoſtolica, & tenore præmiſſis indulgemus.

Clauſulæ.

§.8. Demum dictas præſentes, tamquam in divini cultus, & bonorum operum, ac

fidei

fidei orthodoxæ augmentum tendentes perpetuo validas, & efficaces eſſe, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere; Sicque, & non aliàs per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, & Sedis Apoſtolicæ Nuncios, judicari, ac definiri debere; ac ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

Derogatio contrariorum.

§.9. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſvis Apoſtolicis, necnon in ſynodalibus, provincialibuſq; Conciliis editis ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac quarumcumque aliarum Univerſitatum Studiorum Generalium, ac Academiarum, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, & Literis Apoſtolicis, eiſdem Academiis, illarumque Rectoribus, aliiſque ſuperioribus, & perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque decretis in genere, vel in ſpecie, aut aliàs quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis; Quibus omnibus, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe harum ſerie derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Clauſulæ perſcriptæ.

§.10. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ erectionis, inſtitutionis, applicationis, appropriationis, indulti, decreti, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Dat. die 22. Auguſt. 1629. An. VII.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo nono, undecimo Kalendas Septembris, Pontificatus noſtri Anno VII.

CCCXVI.

Taxa reddituum exigendorum pro Clericis alendis in Seminario Romano denuo præſcripta.

Alumnorum Seminariorum materiam lege in Conſt. Clem. VIII. Tom. V. P. I fol. 366. ubi vide quid dicti Alumni gerere debeant quoad pietatem, precationes, virtutes, ſtudium orationis, & literarum cuſtodiam.

URBANUS PAPA OCTAVUS

URBIS

Confirmatio applicationis, ſeu aſſignationis annuorum redditum pro manutentione, ſeu ſubventione Seminarii in Urbe erecti,

Motu proprio &c.

Refert Taxã factam a Pio Quarto.

§.1. Cum ſicut Nobis innotuit, pridem felicis recordat. Pius Papa Quartus Prædeceſſor noſter, pro perpetua Seminarii puerorum eccleſiaſtici, per eum in Urbe apoſtolica auctoritate erecti, & inſtituti, necnon illius, ejuſque Rectoris, & Alumnorum, aliorumque Miniſtrorum pro illius ſervitio neceſſariorum ſuſtentatione, annuam, & perpetuam pecuniariam Collectam, ſeu Taxam ſuper diverſorum Urbis, & illius diſtrictus Monaſteriorum, ſeu aliorum Regularium diverſorum Ordinum locorum, necnon ejuſdem Urbis Baſilicarum, Menſarum Capitularium, ac aliarum cum cura, & ſine cura Eccleſiarum, ac Beneficiorum, & Cappellaniarum fructibus diſtincte impoſitam, & repartitam, ac per Monaſteriorum, ſeu aliorum Regularium locorum hujuſmodi Abbates, ſeu alios Superiores, aut perpetuos Commendatarios, vel alios Adminiſtratores, quavis auctoritate, & dignitate, etiam Cardinalitia fungentes, necnon Baſilicarum, & aliarum Collegiatarum Capitula, cæterarumque Eccleſiarum cum cura, & ſine cura hujuſmodi Rectores, ac perpetuos Beneficiatos, & Cappellanos Beneficia, & Cappellanias hujuſmodi pro tempore obtinentes, annis ſingulis, in certis tunc forſan expreſſis terminis, ipſius Seminarii Rectori, aut ejus Miniſtris, vel Procuratoribus pro rata quemlibet tangente integre ſolvendam, juxta normam, ſeu ordinem impoſitionis Taxæ hujuſmodi deſuper emanatam, tenoris ſequentis, videlicet.

Nota Monaſteriorum, Capitulorum, Parochiarum, Cappellarum, & Eccleſiarum, quæ manutentioni Clericorum Seminarii contribuere debeat.

Taxa.

Monaſterium Criptæferratæ ſcuta 150.
Monaſterium Farſenſe ſc. 150.
Monaſterium Sublacenſe ſc. 250.
Monaſterium S. Gregorii ſc. 85.
Monaſterium Triumfontium ſc. 500.

Mons-

CCCXIV.

Unio quarumdam Domorum Regularium Provinciarum novi Regni Granaten., ſeu Quiten. in Indiis Occidentalibus Fratrum Diſcalceatorum Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, ſub gubernio Fratrum Calceatorum ejuſdem Ordinis exiſtentium, Fratribus Diſcalceatis dicti Ordinis, Congregationis Hiſpaniarum.

De hujuſmodi Fratribus lege, quæ notavi ad Conſtit. XLIX. Paſtoralis. *Tom. V. Par. IV. fol.* 419. *Et ad aliam Conſtitut. LXXV.* Ad ſacram. *Tom. V. Par. V. fol.* 56. *Præter, quæ ſcito hanc Sanctiſſimum Pont. Congr. Italiæ horum Fratrum in quatuor Provincias diviſiſſe, ut in Conſtit. CLXXXIX.* Ad uberes. *ut ſupr. fol.* 5.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

UNiverſalis Eccleſiæ regimini, nullis licet noſtris ſuffragantibus meritis, ſed immenſa Redemptoris noſtri benignitate præpoſiti, ex injuncti Nobis muneris debito Chriſtifidelium ſub ſuavi Religionis jugo, & ſtrictioris obſervantiæ regulis Altiſſimo famulantium votis, per quæ proſpero, felicique eorum ſtatui, atque progreſſui opportune conſulitur, libenter annuimus, ac deſuper ejuſdem muneris partes propenſis ſtudiis interponimus, ut iidem Chriſtifideles in pacis amœnitate, ac juſtitia, & ſanctitate coram Domino felicioribus in dies proficere valeant incrementis.

Fratres Diſcalceati Ordinis Erem. S. Auguſtini Provinciæ novi Regni Granaten. ſub cura Fratr. Calceator. ejuſdem Ord. exiſtentes plurimum cupiunt uniri Congr. Fratr. Diſcalceat. Hiſpaniarum accedente expreſſo conſenſu Prioris Generalis, & Vicarii d. Cong.

§.1. Exponi ſiquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Franciſcus de Reſurrectione, Procurator generalis Fratrum Diſcalceatorum nuncupatorum Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini domorum Regularium Beatæ Mariæ de Candelaria, ac Sanctæ Crucis de la Popa in Provincia novi Regni Granaten., necnon S. Joſephi de Panama ejuſdem ſeu Quiten. Provinciæ in Indiis Occidentalibus ſub cura, & gubernio Fratrum Calceatorum ejuſdem Ordinis exiſtentium, quod Fratres prædicti pro majori divini cultus incremento, ac Catholicæ Religionis propagatione, & feliciori eorum ſtatu, & directione, ſe, & eorum domos prædictas dilectis etiam filiis Fratribus Diſcalceatis etiam nuncupatis dicti Ordinis Congregationis Hiſpaniarum per Nos, ut infra, uniri, & incorporari plurimum deſiderent, & ad hoc dilectorum filiorum Prioris generalis dicti Ordinis, ac Vicarii dictæ Congregationis expreſſus accedit aſſenſus. Quare Nobis humiliter ſupplicari fecerunt, ut eorum votis hujuſmodi annuere de benignitate apoſtolica dignaremur.

Urban. Monaſteria d. Provinciæ unit præd. Congr. ita ut unum corpus inter ſe abſque aliqua differentia conſtituant

§.2. Nos igitur, qui Religioſorum Ordinum quorumcumque in Eccleſia Dei militantium pacem, felicemque ſtatum ſinceris deſideramus affectibus, Franciſcum, & Fratres primodictos ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequen., harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, de Ven. Fratrum Noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Regularium præpoſitorum conſilio, Fratres Diſcalceatos primodictos, eorumque domos prædictas Fratribus Diſcalceatis Congregationis Hiſpaniarum Ordinis hujuſmodi, itaut unum corpus ſimul, unamque Congregationem ſub eiſdem legibus, conſtitutionibus, & juribus conſtituant, nec aliqua inter eos ſit differentia.

Fratres Provinc. ſic unit. Vicar. Gener. d. Congr., & Commiſſario ad eorum gubernium Deputandis obedientiæ ſubeſſe debere declarat.

§.3. Ipſique primodicti Fratres Diſcalceati ſecundo dictis Fratribus hujuſmodi ſeſe conformare, necnon Vicario generali dictæ Congregationis, & Commiſſario ab eo ad domorum Regularium prædictarum regimen, & gubernium pro tempore deputan. ſubeſſe, eiſque debitam obedientiam, & reverentiam in omnibus præſtare debeant.

Et recurſum ad Priorem Gen. Ordin. S. Auguſtini, ac Sedem Ap. concedit.

§.4. Ita tamen, ut iidem primodicti Fratres Conventuum Indiarum hujuſmodi in eorum negotiis, & cauſis poſſint libere, & licite recurrere etiam per viam appellationis ad Priorem generalem dicti Ordinis Sancti Auguſtini, necnon ad Sedem Apoſtolicam, omiſſo medio, non ſecus atque ſi dicta unio quoad hoc facta non fuiſſet, apoſtolica auctoritate ten. præſentium perpetuo unimus, annectimus, & incorporamus.

Eiſdem privilegia omnia, & indulta ipſi Congr. competentia concedit, ac eis pariformiter uti indulget.

§.5. Eiſque primodictis Fratribus, & Regularibus domibus, quod omnibus, & ſingulis privilegiis, indultis, favoribus, exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, indulgentiis, conceſſionibus, & gratiis, quibus alii prædictæ Congregationis Fratres, eorumque domus de jure, uſu, conſuetudine, privilegio, aut aliàs quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum, pari modo, & abſque ulla prorſus differentia uti, frui, potiri, & gaudere libere ſimiliter, & licite poſſint, & valeant in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi ab initio erectionis dictæ Congregationis primodicti Fratres, eorumque domus Regulares prædictæ eidem Congregationi unitæ, & incorporatæ fuiſſent, auctoritate, & ten. prædictis concedimus, & indulgemus.

Clauſulas præſervativas addit.

§.6. Decernentes, præſentes Literas, & in eis contenta quæcumque ſemper, & perpetuo valida, firma, & efficacia exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac primodictis Fratribus in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari.

Decretum irritans appoint

§.7. Sicque, & non aliter per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales etiam de Latere Legatos, & Sedis Apoſtolicæ Nun-

Monaſterium S. Laurentii ſc.60.
Capitulum S. Mariæ Majoris ſc.130.
Capitulum S. Petri in Vaticano ſc.1300.
Capitulum S. Joannis Lateranenſis ſc.218.
Capitulum S. Laurentii in Damaſo ſc.132.
Capitulum S. M. in Tranſtyberim ſc.66.
Capitulum S. Mariæ Rotondæ ſc.15.
Capitulum S. Mariæ in Vialata ſc.107.ob.40.
Capitulum S. Marci ſc.15. ob.75.
Capitulum S. Nicolai in Carcere ſc.12.
Capitulum S. Euſtachii ſc.63. ob.50.
Capitulum S. Angeli in Foro Piſcium ſc.27. ob.50.
Capitulum SS. Juliani, & Celſi ſc.38. ob.50.
Capitulum S. Anaſtaſiæ ſc.10.
Capitulum S. Mariæ in Coſmedin ſcut.38. ob.50.
Capitulum S. Laurentii in Lucina ſc.11.
Parochialis Eccleſia S. Mariæ in Poſterula ſcut.5.
Parochialis Eccleſia S. Blaſii della Foſſa ſc.6.
Parochialis Eccleſia S. Salvatoris delle Cupelle ſc.5.
Parochialis Eccleſia S. Stephani in Piſcinola ſc.10.
Parochialis Eccleſia S. Andreæ de Funaris ſcut.4.
Parochialis Eccleſia S. Mariæ in Vallicella ſcut.6.
Parochialis Eccleſia S. Salvatoris in Primicerio ſc.5.
Parochialis Eccleſia SS. Simonis, & Judæ ſcut.6.
Parochialis Eccleſia S. Nicolai in Navona ſcut.7.
Parochialis Eccleſia S. Agnetis in Navona ſcut.10.
Parochialis Eccleſia S. Blaſii de Annulo ſc.5.
Parochialis Eccleſia S. Salvatoris de Curtibus ſc.5.
Parochialis Eccleſia S. Mariæ in Grottapinta ſc.12. ob.50.
Parochialis Eccleſia S. Simeonis ſc.5.
Parochialis Eccleſia S. Cæciliæ in Monte Jordano ſc.4. ob.50.
Parochialis Eccleſia S. Thomæ in Parione ſc.4. ob.50.
Parochialis Eccleſia Sancti Joannis in Ayna ſc 4. ob.50.
Parochialis Eccleſia S. Mariæ in Cacaberis ſcut.4.
Parochialis Eccleſia S. Laurentii in Monte ſcut.4.
Parochialis Eccleſia S. Joannis della Pigna ſcut.5.
Parochialis Eccleſia S. Blaſii ad Scalas Campitelli in Ara-Cœli ſc.4. ob.50.
Parochialis Eccleſia S. Salvatoris in pede Pontis ſc.4.
Parochialis Eccleſia S. Benedicti alla Regola ſcut.5.
Parochialis Eccleſia S. Sebaſtiani della Valle ſcut.5.
Parochialis Eccleſia S. Mariæ in Publiculis ſcut.5.
Parochialis Eccleſia S. Martinelli ſc.7.
Parochialis Eccleſia S. Blaſii della Tinta ſcut.7.
Parochialis Eccl. S. Leonardi in Judæa ſc.2.

Parochialis Eccleſia S. Mariæ in Campitello ſc.2.
Parochialis Eccleſia S. Martini in Foro Boario ſc.7.
Parochialis Eccleſia S. Mariæ de Curtis ſc.5.
Cappella S. Pauli in S. Maria in Campitello ſcut.25.
Cappella S. Luciæ in S. Cæcilia in Monte Jordano ſc.3. ob.51.
Cappella S. Andreæ ad Columnam in S. Maria in Via ſc.2. ob.25.
Cappella SS. Petri, & Pauli in S. Angelo in Foro Piſcium ſc.2. ob.50.
Cappella SS. Laurentii, & Antonii in S. Stephano del Caeco ſc.2.
Monaſterium Monialium Turris Speculorum ſc.2.
Cappella in S. Maria Rotunda ſc.2.
Cappella Sanctiſſimæ Trinitatis in S. Euſtachio ſc.2.
Cappella SS. Patris Mutii, Coprete, & Alexandri in S. Maria in Vallicella ſc.4.
Cappella S. Nicolai in S. Maria in Campitello ſc.7. ob.50.
Cappella S. Joannis Baptiſtæ in S. Barbara ſcut.2.
Cappella S. Nicolai in S. Maria in Via-Lata ſc.1. ob.80.
Cappella S. Nicolai in Monte in S. Marco ſcut.4.
Cappella S. Mariæ Magdalenæ in S. Joanne Lateranenſi ſc.25.
Cappella SS. Philippi, & Jacobi in S. Laurentio in Lucina ſc.7.
Cappella S. Jo: Baptiſtæ, & S. Luciæ in Sancto Celſo ſc.4.
Cappella SS. Sergii, & Bacchi in S. Hadriano ſcut.4.
Cappella S. Mariæ Innocentii Papæ Octavi in S. Petro in Vaticano ſc.12.
Cappella S. Petronillæ in S. Petro in Vaticano ſc.5.
Cappella S. Marci in S. Petro in Vatic. ſc.10.
Cappella S. Nicolai in S. Euſtachio ſc.1. 50.
Cappella S. Franciſci in S. Marco ſc.1. ob.50.
Cappella S. Cæciliæ in S. Maria de Planctu ſc.2. ob.25.
Cappella S. Joannis in S. Laurentio in Lucina ſc.5. ob.50.
Cappella S. Mariæ Magdalenæ in S. Angelo in Foro Piſcium ſc.1. ob.50.
Cappella Sanctiſſimæ Nativitatis in S. Celſo ſc.2. ob.20.
Cappella S. Annæ, & Conceptionis B. Mariæ Virginis in S. Laurentio in Damaſo ſcut.2. ob.50.
Cappella Sanctiſſimi Crucifixi in S. Laurentio in Damaſo ſc.2.
Cappella S. Joannis Baptiſtæ in S. Laurentio in Lucina ſc.1. ob.50.
Cappella S. Luciæ in S. Laurentio in Damaſo ſcut.2.
Cappella S. Mariæ Miſidianæ in S. Celſo ſcut.2.
Cappella S. Margaritæ in S. Laurentio in Damaſo ſcut.2.
Eccleſia S. Joannis in Campo ſc.10.
Cappella B. Virginis, & S. Laurentii in S. Angelo in Foro Piſcium ſc.3.

Tempora ſolutionum.

§.2. Quoad S.Petri, & S.Mariæ in Via-Lata Capitula, in tribus ſolutionibus diſtinctis, videlicet: quoad S. Petri in qualibet Reſurrectionis Dominicæ pro ſecunda, & Aſſumptionis Beatæ Mariæ pro quarta, & in qualibet Nativitatis Dominicæ feſtivitatibus pro reliquorum ſeptingentorum ſcutorum ſummis, Ratæ, Collectæ, ſeu Taxæ hujuſmodi, & idem Capitulum S. Petri tangentis: & quoad Capitulum S. Mariæ in Via-Lata hujuſmodi in tribus æqualibus ſolutionibus, nempe in eiſdem Feſtivitatibus Ratæ Impoſitionis, Collectæ, ſeu Taxæ hujuſmodi ipſum tangentis. Quo vero ad Monaſteria,& aliarũ Collegiatarum Capitula,& Parochialium, & aliarum Eccleſiarum præfatarum Rectores,ac Cappellanos,& Cappellanias ſuperius expreſſas, ſeu alia Beneficia hujuſmodi pro tempore quomodolibet obtinentes, in duabus æqualibus ſolutionibus Ratæ quemlibet tangentis, pro una videlicet in Domini Noſtri Jeſu Chriſti, & altera medietatibus Ratæ quemlibet tangentis hujuſmodi in B. Joannis Baptiſtæ Nativitatum feſtivitatibus, integre perpetuis futuris temporibus perſolvenda impoſuerit.

Seminarii adminiſtratio,& cura commiſſa Vicario Urbis, & Soc. Jeſu Generali, &c.

§.3. Ipſumque Seminarium ſic erectum, & inſtitutum Curiæ, Regimini, & Adminiſtrationi Præpoſiti Generalis, & Presbyterorum Soc. Jeſu, & ſui, ac Romani Pontificis pro tempore exiſtentis in dicta Urbe Vicarii in ſpiritualibus Generalis tutelæ,patrocinio, & protectioni commiſerit.

Deputatio Commiſſarii pro exactione Taxæ factæ a Pio V.

§.4. Et ſubinde piæ memoriæ Pius Papa Quintus ſimiliter Prædeceſſor noſter ipſius Seminarii indemnitati conſulere cupiens, & ut facilius annuæ Collectæ, & Taxæ hujuſmodi eidem Seminario pro tempore debitæ facilius exigerentur, bonæ memoriæ Jacobo, dum vixit, Tituli Sanctæ Mariæ in Coſmedin Presbytero Cardinali Sabello nuncupato, tunc ſuo in Urbe, & ejus diſtrictu in eiſdem ſpiritualibus Vicario licentiam, & facultatem unum, vel plures Commiſſarios ad exactionem Collectæ, ſeu Taxæ hujuſmodi, & pecuniarum illius occaſione tunc debitarum,& in futurum quandocumque debendarum, ab illarum debitoribus, etiam Epiſcopis, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, Abbatibus, & aliis quarumcumque Eccleſiarum, & Monaſteriorum Prælatis, ſeu Commendatariis, aut aliis Adminiſtratoribus, necnon Baſilicarum, aliarumque Collegiatarum Capitulis, & aliis quibuſcumque, etiam de neceſſitate exprimendis, cum facultatibus ampliſſimis ad id neceſſariis deputandi, Motu ſimili conceſſerit, prout in diverſis decretis, ſeu aliis ſcripturis deſuper confectis,plenius dicitur contineri.

Confirmatio rerum omniũ prædd. ab Urbano Papæ VIII.

§.5. Nos decretorum, ſeu ſcripturarum deſuper confectarum hujuſmodi tenores, etiam veriores, præmiſſis tamen minime contrarios, ac datam præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, ac hujuſmodi Seminarii manutentioni, ac felici progreſſui in præmiſſis opportuna ratione conſulere volentes, Motu ſimili, non ad alicujus Nobis deſuper oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, ac mera deliberatione noſtris, & de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine Collectam, ſeu Taxam, vel aſſignationem præfatas, prout in prædicta nota continetur, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adiicimus, omneſque, & ſingulos, tam juris, quam facti defectus, ſi qui forſan deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus.

Prædicti omnes ad ſolutionem Taxæ tenentur.

§.6. Decernentes, omnium, & ſingulorum Monaſteriorum Abbates, ſeu Commendatarios, aut alios Adminiſtratores, necnon Baſilicarum prædictarum, aliarumque Eccleſiarum Capitula, ac ſingulas Eccleſias, ac Cappellanias præfatas nunc, & pro tempore quomodolibet in titulum, Commendam, aut aliàs obtinentes, quavis etiam Epiſcopali, vel Cardinalitia, aut alia quavis auctoritate,& dignitate præfulgentes;

Pro unitis etiam,ſuppreſſis, incorporatis, &c. ſolvendam.

§.7. Necnon Eccleſiarum, ſeu Menſarum Capitularium, aut aliorum Locorum piorum, quibus forſan aliqua ex Monaſteriis, Eccleſiis, Cappellaniis, ſeu aliis Beneficiis præfatis, etiam prævia illorum perpetua ſuppreſſione, & extinctione, conceſſa, aut etiam unita, annexa, & incorporata, vel etiam eorumdem Monaſteriorum, & Menſarum Capitularium fructus in toto, vel in parte, etiam per viam diſmembrationis, ſeu aliàs apoſtolica, vel alia canonica auctoritate applicati, & appropriati fuerunt, Capitula, Rectores, ſeu Adminiſtratores nunc, & pro tempore exiſtentes ad integram ſolutionem Taxæ, ſeu Collectæ hujuſmodi pro rata eorumdem fructuum illis, ut præfertur, unitorum, & incorporatorum, ſeu aliàs applicatorum, & appropriatorum a die, qua ſingulæ uniones, annexiones, & incorporationes, aliæque applicationes ſuum ſortitæ fuerunt effectum, & aliàs juxta formam Notæ, Impoſitionis, Taxæ, ſeu Collectæ hujuſmodi, ejuſdem Seminarii Rectori,ſeu illius Agentibus, vel Miniſtris, debitis, & conſuetis locis, & temporibus faciendam efficaciter teneri, ac omnino obligatos eſſe, & fore.

Facultates Vicarii circa exequutionem ſolutionum.

§.8. Ac eos, eorumque ſingulos a præfatæ Urbis Vicario, ſeu Seminarii Rectore, vel aliis Miniſtris præfatis a Vicario hujuſmodi depotatis, omnibus, & ſingulis juris, & facti remediis neceſſariis, & opportunis, manu regia, ac ſine figura, & ſtrepitu Judicii, etiam per fructuum hujuſmodi ſequeſtrationem, appellatione poſtpoſita, cogi, & compelli poſſe, ſic, &c.

Clauſula ſublata.

§.9. Quæ, & non aliàs, per quoſcumque Judices, &c. etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Sedis Apoſtolicæ Nuncius, ſublata &c. judicari, & definiri debere, irritumque &c. attentari &c.

Decretum irritans.

§.10. Quocirca dilecto filio moderno,& pro tempore exiſtenti noſtro,& Romani Pontificis etiam pro tempore exiſtentis in Urbe. ejuſque diſtrictu Vicario in ſpiritualibus Generali per apoſtolica ſcripta mandamus,

Digitized by Google

mus, quatenus ipſe, ſi & poſtquam præſentes ſibi prætentatæ fuerint, per ſe, vel per alium, ſeu alios, eaſdem præſentes, & in eiſdem contenta quæcumque, quandocumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Rectoris ejuſdem Seminarii pro tempore exiſtentis fuerit requiſitus, ſolemniter publicans, eiſque, ac eorum ſingulis in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtens, faciat auctoritate noſtra præſentes, & in eis contenta quæcumque per eos ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, firmiter obſervari, & per ſingulorum Monaſteriorum præfatorum Abbates, ſeu perpetuos Commendatarios, aut alios Superiores, ac Eccleſiarum Capitula, Rectores, & Cappellanias præfatas pro tempore quomodolibet obtinentes, quavis auctoritate, vel dignitate, etiam Cardinalitia fulgentes, omnes, & ſingulas pecuniarum præſtationes prædictas, aut illarum ratas pro tempore debitas, manu regia, & ſub cenſuris, & pœnis ſibi beneviſis, integre perſolvi, necnon ejuſdem Seminarii Rectorem pro tempore exiſtentem, ejuſdem Seminarii Alumnos, cæteraſque illius perſonas præſentibus pacifice frui, & gaudere.

Sub cenſuris, & pœnis.

§. 11. Non permittentes ipſos, vel eorum quempiam deſuper per quoſcumque, contra earumdem præſentium formam, & tenores indebite moleſtari, perturbari, vel inquietari.

Derogatio contrariorum

§. 12. Contradictores appellatione poſtpoſita compeſcendo, ac in legitimis ſuper his habendis proceſſibus cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus, ſervata forma Concilii Tridentini aggravando, invocato ad hoc, ſi opus fuerit, brachii ſecularis auxilio. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſvis apoſtolicis, necnon in ſynodalibus, provincialibuſque, & univerſalibus Conciliis editis ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon ſingulorum Monaſteriorum, ac ſingularum Eccleſiarum præfatarum, etiam juramento, &c. roboratis ſtatutis, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis illis, illorumque Abbatibus, Commendatariis, Capitulis, & Canonicis, aliiſque Superioribus, & perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, & irritantibus, vel aliis decretis in genere, vel in ſpecie, aut aliàs quomodolibet conceſſis. Quibus omnibus, etiamſi de illis &c. eorum tenores &c. latiſſime, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe motu pari derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque, cum clauſulis opportunis.

Subſcriptio Papæ.

Fiat Motu proprio M.

Clauſulæ ſanativæ.

§. 13. Et cum abſolutione a cenſuris ad effectum &c., & quod ſingolarum Literarum, ſeu decretorum, aliarumve ſcripturarum Prædeceſſorum prædictorum tenores, præmiſſis tamen minime contrarii, habeantur pro expreſſis, vel in toto, vel in parte exprimi poſſint, & de perpetuis approbatione, confirmatione, roboris adjectione, defectuum ſuppletione, decreto, derogatione, aliiſque præmiſſis latiſſime extendendis.

Sola Signatura ſufficiat.

§. 14. Et quod pro præmiſſorum omnium, & ſingulorum etiam denominatione, qualibet nuncupatione, invocatione annexorum, aliorumque neceſſariorum maior, & verior ſpecificatio, & expreſſio fieri poſſit in Literis, ſeu, ſi videbitur, ſola præſentium ſignatura ſufficiat, & ubique fidem faciat in judicio, & extra, Regula quacumque contraria non obſtante.

Fides adhibeatur tranſumptis.

§. 15. Cum decreto, quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu ipſius Vicarii ſubſcriptis, & ſigillo ejuſdem Vicarii, vel perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus ubique in judicio, & extra illud fides adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Regulares, & alii obtinentes hujuſmodi beneficia unita, ad Taxam illorum teneantur.

§. 16. Et cum alio decreto, quod quæcumque Eccleſiæ, tam ſeculares, quam cujuſvis Ordinis Regulares, aut Capitula, Conventus, vel Collegia, quibus aliqua ex Beneficiis, ſive Eccleſiis in præfata Taxa compræhenſis, prævia eorum ſuppreſſione, unita, ſeu eorum fructus &c., etiam pro erectione Canonicatuum, & Præbendarum, vel novorum titulorum beneficiorum, ſeu aſſignatione quotidianarum diſtributionum applicati fuerunt, vel impoſterum uniri, vel applicari contigerit, ad Taxæ contributionem, & ſolutionem Seminario hujuſmodi faciendam teneantur, & ad id per Vicarium præfatum omnibus juris, & facti remediis cogi, & compelli poſſint, & debeant.

Dat. 16. die Auguſti 1629. An. VII.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, ſexto Kalen. Septembris 1629. Anno VII.

Fiat M.

CCCXVII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Suppreſſio Monaſterii Sancti Salvatoris Majoris, & Prioratuum ab eo dependentium.

URBANUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI,

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

Singulari diligentia, & exactiſſima cura, qua ſuper gregem Nobis a Domino commiſſum aſſiduos Nos invigilare convenit, ſatis comperimus, quantum ex Monaſteriis, aliiſque regularibus locis pie inſtitutis, & recte adminiſtratis in Eccleſia Dei ſplendoris, atque utilitatis oriatur, quantum quoque regularis diſciplinæ relaxatio perfectioni evangelicæ, quam Chriſtus Dominus Noſter a ſuis Miniſtris, & domeſtico quaſi ejus obſequio adſcriptis, exacte requirit, adverſetur, atque charitatis fervorem extenuet, virtutiſque robur ad ſtudium adimat; perindeque reſtitutioni priſtinæ diſcipli-

ſciplinæ regularis, quando collapſa eſt, ſolertius, atque vigilantius intendimus ſed ubi pertinacia durius perſeverat, & regularis vita inaniter, & ortenus tantum jactatur, ſubſtantialiter autem non ſatis obſervatur, certaque in melius reformationis ſpes jam nulla, aut modica expectatur, pro poteſtate Nobis a Domino tradita Regulares ipſos a Monaſteriis, & locis, ubi ſegnius, atque ignavius otioſi torpeſcunt, merito removemus, novos operarios in agrum Domini deſtinamos, ac poſtremo pro paſtoralis officii noſtri ſolicitudine ad hoc, ut adoleſcentium, quorum proba indoles, & voluntas ſemper afficiat eos eccleſiaſticis miniſteriis ſedulo perpetuo inſervituros, recte inſtituatur ætas, & a teneris annis ad pietatem, & religionem informetur, attentius providemus, aliaſque deſuper diſponimus, & ordinamus, prout rerum, perſonarum, & temporum qualitatibus debite penſatis, conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Paulus V. Alexandro Montalto committit reformationem Monaſterii S. Salvatoris Majoris.

§.1. Sane, cum alias bo: me: Alexander Epiſcopus Albanen. Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Montaltus nuncupat. fel: rec: Paulo Papæ V. Prædeceſſori Noſtro expoſuiſſet, quod regularis diſciplinæ obſervantia in Monaſterio Sancti Salvatoris Majoris nuncupati Ordinis Sancti Benedicti, Monaſterio Beatæ Mariæ Farfen. ejuſdem Ordinis nullius Diœceſis in diſtrictu Urbis perpetuo canonice unito, quæ præfatus Alexander Epiſcopus, & Cardinalis in Commendam ad ſui vitam, ex conceſſione, & diſpenſatione apoſtolica tunc obtinere aſſeruit, necnon Sanctæ Victoriæ ejuſdem Sanctæ Victoriæ, & Sancti Petri de Farcis, ac ejuſdem Beatæ Mariæ, aliàs Sancti Laurentii de Rotellis, necnon Sancti Angeli de Montelparo, & ejuſdem Sanctæ Mariæ Cillanæ de Monte, novem locorum, ſeu Oppidorum ſimiliter nullius, ſeu Firman., ac Montis alti reſpective Diœceſis, Prioratibus Conventualibus ejuſdem Ordinis, a primo dicto Monaſterio dependentibus jam dudum collapſa erat, idem Paulus Prædeceſſor prædicto Aleſandro Epiſcopo, & Cardinali Dilectos filios Monachos primodicti Monaſterii, ac Prioratuum hujuſmodi vulgo Berrettanti a Bireti de Laonen. nuncupatos vitam laxiorem, & liberiorem, ac a Statu Monachali admodum alienam tunc agentes reformandi licentiam, & facultatem conceſſit, eidemque Alexandro Epiſcopo, & Cardinali, ut eiſdem Monachis, qui reformationem hujuſmodi amplecti recuſarent, poſtquam illis ex eorumdem Prioratuum redditibus de congrua ſuſtentatione providiſſet, in propriis domibus, habitu tamen regulari ſecreto retento, ſub Ordinarii loci obedientia degendi etiam licentiam concedere poſſet, indulſit.

Ac deinde Congregationi Caſſinenſi unit.

§.2. Et ſubinde per dictum Paulum Prædeceſſorem accepto, quod nonnulli ex prædictis Monachis reformationem ipſam ſubire nolentes, data eis in vim prædicti indulti, extra Monaſterium Sancti Salvatoris, & Prioratus hujuſmodi, commorandi licentia, in domos ſuas, ſeu in ſeculum ſe receperant, pluries vero eamdem reformationem ſuſceperant, & ut ex ipſa reformatione ſperati fructus percipi poſſent, opere pertium, & valde expediens fore noſcebatur, ut Monaſterium Sancti Salvatoris, & Prioratus hujuſmodi Congregationi Caſſinen. aggregarentur; Idem Paulus Prædeceſſor motu ſuo proprio, tam Monaſterium Sancti Salvatoris, quam Prioratus hujuſmodi cum ſuis reſpective membris, bonis, juribus, juriſdictionibus, proprietatibus, annexis, pertinentiis, & dependentiis quibuſcumque dictæ Congregationi per eam, illiuſque Præſidentem, & Superiores tunc, & pro tempore exiſtentes, juxta illius mores, conſuetudines, & inſtituta regularia regenda, gubernanda, & adminiſtranda, ac reformanda, titulo tamen, & denominatione Abbatis Monaſterii Farfen. illiuſque dignitate, menſa, ædibus abbatialibus, ac quorumcumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum collatione, juriſdictionibus, bonis, proprietatibus, fructibus, decimis, & aliis quibuſcumque rebus ad menſam abbatialem Farfen. hujuſmodi quomodolibet ſpectantibus præfato Alexandro Epiſcopo, & Cardinali, ac pro tempore exiſtenti Abbati ſeu perpetuo Commendatario Monaſterii Farfen. hujuſmodi ſalvis, & illæſis remanentibus, ejuſdem Alexandri Epiſcopi, & Cardinalis expreſſo ad id accedente conſenſu, & dummodo præſati Prioratus collativi non eſſent, apoſtolica auctoritate perpetuo ſub certis modo, & forma tunc expreſſis aggregavit, univit, annexuit, & incorporavit.

Hujuſmodi unionem revocat Gregorius XV.

§.3. Succeſſive vero per piæ me. Gregorium PP. XV. etiam Prædeceſſorem Noſtrum ſimiliter accepto, quod Alexander Epiſcopus, & Cardinalis præfatus, qui tunc temporis Farſen., & Sancti Salvatoris Monaſteriorum hujuſmodi commendæ, ad favorem dilecti filii Franciſci Urſini Clerici Romani ceſſerat, & eorumdem Monaſteriorum fructuum, & aliorum prædictorum reſervatarius dumtaxat exiſtebat, conſenſum aggregationi, & aliis præfatis in dicti Franciſci, ac ejus in Farſen., & Sancti Salvatoris Monaſteriis hujuſmodi ſucceſſorum damnum, & præjudicium valde præſtare non potuerat, atque ideo conſenſus hujuſmodi datus omnino nullus, & invalidus fuerat, & erat; ipſeque Franciſcus in hoc aggregationis negotio de alienatione perpetua, atque etiam de ſuo proprio intereſſe, & detrimento agi, & tractari videns, illi, prout debebat, numquam facile, vel expreſſe aſſentire, immo vero, quantum in ſe erat, refragari ſemper intendebat, & ſupradicta reformatio tantummodo in dicto Monaſterio Sancti Salvatoris, ac in uno ex Prioratibus hujuſmodi ſubſequuta, neque hoc pacto poſteriores Literæ ſuum plenarium, & integrum effectum ſortitæ fuerant, nec Monachi præfati reformationem in reliquis eorum Prioratibus ſuſcipere intendebant; Proptereaque, & ex aliis rationabilibus cauſis prædicto Gregorio Prædeceſſori notis, ſuppreſſio, unio, annexio, & aggregatio, ac deſuper confectæ literæ merito revocandæ,

Digitized by Google

dæ, ipſique Monachi ad priſtinum eorum ſtatum reſtituendi erant, unde ipſe Gregorius Prædeceſſor, etiam motu proprio, unionem, annexionem, & incorporationem prædictas cum omnibus inde ſequutis apoſtolica auctoritate præfata, etiam abſque ullo Congregationis Caſſinen., illiuſque Præſidentia, Superiorum, & Monachorum deſuper habendo, & requirendo conſenſu, perpetuo, penitus, & omnino revocavit, caſſavit, irritavit, annulavit, abolevit, viribuſque, & effectu evacuavit, & alias prout in diverſis Pauli, & Gregorii Prædeceſſorum præfatorum deſuper confectis Literis plenius continetur.

Manentibus autem iiſdem cauſis,

§.4. Cum autem, ſicut non ſine magni animi noſtri diſplicentia accepimus, dilectus filius noſter Franciſcus Sanctæ Agathæ Diaconus Cardinalis Barberinus nuncupatus noſter ſecundum carnem ex fratre germano Nepos, qui ad præfata Sancti Salvatoris, & Farfen. Monaſteria hujuſmodi in commendam ad ſui vitam ex ſimilibus conceſſione, & diſpenſatione obtinet, in Monaſterio Sancti Salvatoris, &, qui omnes, ut etiam accepimus, per Priores triennales juxta Decretum in Synodo Abbatiali de Anno Domini 1604. celebrata regi conſueverunt, ſeu debent, Prioratibus hujuſmodi regularem diſciplinam in deterius prolabi, Monaſteria, & Prioratus hujuſmodi majora in dies in ſpiritualibus detrimenta ſuſtinere, ac Monachos, & Religioſos præfatos, qui num.34., vel circa exiſtunt, & in parum diſtinctos a Presbyterorum ſecularium habitu incedunt, ac profeſſionem regularem in manibus ſupradicti commendatarii ſolemniter emittere, eique obedientiam præſtare conſueverunt, vitam longe ab eorum inſtitutis regularibus alienam cum propriæ ſalutis periculo traducere animadverterit, & jam nullos ad habitum regularem in Monaſterio Sancti Salvatoris, & Prioratibus hujuſmodi de cætero recipi debite ſtatutum fuerit; lis vero, & cauſa inter Præſidentem, & Superiores Caſſinen. Congregationis ex una, ac eoſdem Monachos, ſeu alios eorum litis conſortes ex altera partibus ſuper aggregatione, & aliis præmiſſis coram certo Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditore ab eo tempore, quo dictus Franciſcus Urſinus Monaſteria præfata in commendam obtinebat, introducta reperiatur;

Urbanus Regularitatem in Prioratibus ab eo dependentibus ſupprimit.

§.5. Nos eoſdem Monachos regularis diſciplinæ, reformationiſque parum capaces agnoſcentes, ex præmiſſis, & aliis Nobis etiam plane notis cauſis Ordinem prædictum in Monaſterio Sancti Salvatoris, ac Prioratibus hujuſmodi tollere, & ſupprimere, litibuſque, & cauſis hujuſmodi, ac earum ſumptibus occurrere volentes, necnon ſingularum Literarum præfatarum veriores, & totos tenores, ac Datas, nec non quarumcumque cauſarum, & rationum in eis deductarum, & quæ forſan deduci poſſent, ac ſi de verbo ad verbũ infererentur, illarumque ſtatum, & merita, nominaque, & cognomina judicum, & collitigantium, eorumque titulos, & prætenſiones, cum inde ſequutis quibuſcumque præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, motu ſimili, non ad dicti Franciſci Cardinalis, vel alterius pro eo Nobis deſuper oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, maturaque deliberatione noſtria, deque apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, etiam de conſilio Venerabilium Fratrum noſtrorum ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium negotiis Regularium præpoſitorum, ad quos negotium hujuſmodi examinandum, & diſcutiendum rejecimus, tam in Monaſterio Sancti Salvatoris, & Prioratibus hujuſmodi ex nunc, quam in Parochiali Eccleſia ejuſdem Sancti Salvatoris in Campo nuncupati de Urbe, quæ a prædicto Monaſterio Sancti Salvatoris dependet, ſeu illius Grangia exiſtit, ac cujus, dum pro tempore vacat, collatio, proviſio, & omnimoda diſpoſitio ad præfatum commendatarium ſpectare dignoſcitur, cum primum tamen ipſam Eccleſiam Sancti Salvatoris per ceſſum, vel deceſſum, etiam ex cauſa permutationis, etiam in noſtris, vel Succeſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum pro tempore exiſtentium, vel etiam Commendatarii Sancti Salvatoris, & Farfen. Monaſteriorum hujuſmodi manibus factæ, vel faciendæ, ſeu privationem, vel quamvis aliam dimiſſionem, aut amiſſionem quamcumque illam in titulum ad præſens obtinentis, vel aliis quibuſvia modis, etiam apud Sedem Apoſtolicam, etiam in aliquo ex menſibus Nobis, & Romano Pontifici pro tempore exiſtenti, Sedique hujuſmodi per quaſcumque Conſtitutiones Apoſtolicas, ſeu Cancellariæ Apoſtolicæ regulas nunc, & pro tempore reſervatis, aut Ordinariis Collatoribus per Conſtitutiones, ſeu regulas eaſdem, vel Literas alternativarum, aut quæcumque privilegia, & indulta hactenus conceſſa, & in poſterum concedenda competentibus, aut aliàs quomodolibet vacare contigerit, ſeu ſi jam Parochialis Eccleſia Sancti Salvatoris hujuſmodi actu vacet, eorumque membria, & dependentiis quibuſcumque, ac in omnibus, & ſingulis, ſi quæ ſint, Beneficiis dicti Ordinis regularibus quomodolibet qualificatis, & ab ipſis Monaſteriis, ſeu Prioratibus dependentibus, dictum Ordinem Sancti Benedicti, omnemque illius ſtatum, & eſſentiam, ac dependentiam regulares, necnon conventualitatem quamcumque, ac omnia, & ſingula officia clauſtralia, ſi quæ ſint, ac miniſteria, & munia regularia, necnon quæcumque ſtatuta, & ordinationes, ac conſtitutiones, & decreta ejuſdem, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia munita quorum omnium tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur, eiſdem præſentibus etiam pro plene, & ſufficienter expreſſis habemus, ac in eiſdem Prioratibus, etiam titulos, etiam abſque Priorum Monachorum, ac Rectoris Parochialis Eccleſiæ Sancti Salvatoris hujuſmodi, vel quorumvis aliorum, de quorum intereſſe forſan quomodolibet tractatur, & agitur, conſenſu, immo etiam ipſis, & eorum ſingulis,

Digitized by Google

ſingulis, ac quibusvis aliis invitis, & reclamantibus, & firmo remanente titulo, & denominatione Abbatis, ſeu perpetui Commendatarii Farſen., & Sancti Salvatoris Monaſteriorum hujuſmodi, & ſine aliquo ejus, aut menſarum abbatialium utriuſque Monaſterii hujuſmodi, necnon quorumcumque fructuum illarum reſervationum, vel aſſignationum præjudicio, dicta auctoritate apoſtolica earumdem tenore præſentium, etiam perpetuo ſupprimimus, extinguimus, & abolemus.

Et ad ſtatum ſecularem reducit.

§.6. Necnon omnia, & ſingula, ſi quæ ſint officia, & beneficia dicti Ordinis regularia qualitercumque nuncupata, & qualificata ab ipſis Monaſteriis, ſeu Prioratibus dependentia, Eccleſiaſque, ſeu Cappellas ad ſecularitatem, & ſtatum ſecularem, itaut Parochialem Sancti Salvatoris Eccleſiam hujuſmodi ad præſens obtinens abſque alia nova proviſione, vel poſſeſſionis adeptione deſuper facienda, illam deinceps in titulum, quoad vixerit, retinere, & illius fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, & emolumenta quæcumque percipere, exigere, & levare, ac in ſuos proprios uſus, & onerum, ad quæ de præſenti tenetur, & obligatus exiſtit, ſupportationem, necnon Parochialis Eccleſiæ prædictæ manutentionem, ut prius, convertere libere, & licite poſſit, & valeat, auctoritate, & tenore prædictis, ſimiliter perpetuo reducimus, ac Priores, & Monachus præſatos, qui dictum Ordinem profeſſi fuerint, ab obſervantia diſciplinæ regularis dicti Ordinis abſolvimus, & liberamus.

Monachos jure omni privat, propriaſque remittit ad Demor.

§.7. Inſuper omnes, & ſingulos Monachos, tam Monaſterii S. Salvatoris, quam Prioratuum hujuſmodi, Rectore Parochialis Eccleſiæ prædictæ dumtaxat excepto, ſic ſeculares effectos domibus, ac locis, & bonis immobilibus, mobilibus, & ſemoventibus, ſacra quoque, & communi ſuppellectili, atque illorum omnium uſufructu, adminiſtratione, poſſeſſione ſpirituali, temporali, ac etiam jure, & actione privamus, eoſque deinceps ad proprias domos eſſe dimittendos:

Locorumque Ordinariis ſubjicit.

§.8. Monachos vero ſic dimittendos prædictos, ſuper quorum dimiſſione, ut præfertur, facienda, eidem Franciſco Cardinali moderno Commendatario liberam, plenam, & amplam facultatem concedimus, & auctoritatem, viſitationi, correctioni, & juriſdictioni Epiſcopi, in cujus Diœceſi ipſos pro tempore commorari contigerit, in omnibus, & per omnia, itaut per Franciſcum Cardinalem, & pro tempore exiſtentem Commendatarium dictorum Monaſteriorum ad Clauſtra nullo umquam tempore revocari poſſint, ſubjacere, ac Eccleſiarum ſecularium ſervitio adſcribi debere, & Beneficiorum eccleſiaſticorum ſecularium capaces fore, ac in Eccleſiis ſecularibus deſervire poſſe. A Novitiis vero, & aliis quibuſcumque non profeſſis, ſi qui ad præſens in Monaſterio S. Salvatoris, & Prioratibus hujuſmodi reperiantur, habitum regularem tollendum, & detrahendum fore, & eſſe, nulloſque de cætero ad habitum, & profeſſionem regulares itidem aliquo modo recipi, & admitti debere, & ſi recipiantur, & admittantur, receptionem, & admiſſionem hujuſmodi, ac inde ſequuta quæcumque nullius fore, & eſſe roboris, vel momenti decernimus, ac etiam declaramus.

Nomen Rectoris in Eccleſia S. Salvatoris in Campo ſupprimit.

§.9. Præterea in Parochiali Eccleſia S. Salvatoris hujuſmodi, ex nunc, prout poſtquam illam quoquo modo, ut præfertur, aut aliàs vacare contigerit, nomen, & titulum, ac denominationem Rectoris, eadem apoſtolica auctoritate pariter, & perpetuo ſupprimimus, & extinguimus.

Prioratus in Vicarias pro Præsbyteris ſecularibus erigit.

§.10. Et tam in ea ex nunc, prout poſtquam caſus vacationis illius, ut præfertur, evenerit, quam in ſingulis Prioratibus præfatis, quibus cura Parochianorum imminet animarum, etiam ex nunc unam Vicariam perpetuam, quarum omnium, & ſingulorum collatio, proviſio, & omnimoda diſpoſitio ad præfatum Franciſcum Cardinalem, & ceſſantibus tamen reſervationibus, & affectionibus apoſtolicis, pro tempore exiſtentem Commendatarium dicti Monaſterii Farſen. ſpectare, & de quibus ſingulis, quoties illas vacare contigerit, prævio examine per Examinatores in Synodo Abbatiali deputatos (hac prima tamen vice, quatenus providendi approbati jam reperiantur, excepta) provideri debeat, pro Præsbyteris ſecularibus futuris intibi perpetuis Vicariis, qui apud Eccleſias præfatas perpetuo continuo reſidere, & curam animarum exercere, & Sacramenta eccleſiaſtica illarum reſpective Parochianis miniſtrare, omniaque alia, & ſingula officia, & onera parochialia eiſdem Eccleſiis incumbentia ſubire, & adimplere teneantur, dicta apoſtolica auctoritate etiam perpetuo erigimus, & inſtituimus.

Congruam unicuique Vicario aſſignat.

§.11. Ac a Monaſteriis S. Salvatoris, necnon ſingulis Prioratibus, & Parochiali Eccleſia S. Salvatoris præfatis, tot eorum proprietates, & bona ſtabilia, ex quibus redditus, & proventus annuus ſexaginta ſcutorum monetæ pro unoquoque Vicario commode percipi poſſit, ſimiliter, tam arbitrio dicti Franciſci Cardinalis, aut perſonæ, vel perſonarum per eum ad hunc effectum deputandæ, ſeu deputandarum deſignandus, perpetuo quoque diſmembramus, & ſeparamus, eaque ſic diſmembrata, & ſeparata cuilibet ex dictis Vicariis pro congrua, & competenti cujuslibet earum dote, ac illas pro tempore obtinentium ſuſtentatione, onerumque eis incumbentium ſupportatione, etiam ultra alia incerta emolumenta, ex curæ animarum exercitio provenientia, quæ ad perpetuos Vicarios ſpectare debeant, eiſdem apoſtolica auctoritate, & tenore ſimiliter perpetuo applicamus, & appropriamus, ita quod liceat eiſdem Vicariis, & cuilibet eorum pro tempore exiſtentium, quos prædicto Franciſco Cardinali, & etiam pro tempore exiſtenti dictorum Monaſteriorum Commendatario, eodem penitus modo, quo Monachi præfati ante eorum abſo-

Digitized by Google

abſolutionem ; & liberationem ſubjecti erant, in omnibus, & per omnia ſubjeimus, & ſupponimus. corporalem, realem, & actualem proprietatum, & bonorum diſmembratorum. ac ſeparatorum hujuſmodi, ac eorum Vicariis reſpective applicatorum poſſeſſionem, per ſe, vel alium, ſeu alios eorum, & cuilibet eorum, necnon Vicariarum per ipſos pro tempore obtinendarum nomine, propria auctoritate appræhendere, & appræhenſam etiam perpetuo retinere, illorumque fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, & emolumenta quæcumque pari modo percipere, exigere, levare, recuperare, locare, arrendare, ac in ſuos uſus, & utilitatem convertere, dicti Commendatarii nunc, & pro tempore exiſtentis, vel cujuſvis alterius licentia deſuper minime requiſita.

Beneficiorum a Prioratibus dependentium collationé Abbati Commendatario concedit.

§.12. Collationem vero, proviſionem, & omnimodam diſpoſitionem omnium, & ſingulorum beneficiorum eccleſiaſticorum, cujuſcumque naturæ exiſtant, de quibus per Priores præfatus hactenus diſponi conſuevit, prout etiam inſtitutionem perſonarum ad beneficia juriſpatronatus, tam laicorum, etiam univerſitatum, quam illorum, & Clericorum mixtim, & Clericorum tantū, etiam Collegiorum, & aliorum piorum locorum, per priores dumtaxat, ſeu etiam Priores, & Conventus omnium, & ſingulorum Prioratuum prefatorum fieri ſolitas. necnon omnimodam juriſdictionem, correctionem, & viſitationem Monaſterii Monialium ejuſdem Ordinis in d. Oppido, ſeu loco S. Victoriæ ſiti, & aliàs ſub cura Prioris Prioratus S. Victoriæ hujuſmodi exiſtentis, necnon bona ab Abbatibus, ſeu Commendatariis dictorum Monaſteriorum in emphiteuſim, ſeu livellum, quibuſvis perſonis conceſſa, ſeu aliàs poſſeſſa, ſi quandocumque ex quovis capite devolvantur, aut etiam ob delictum incorporanda veniant, ſervata tamen forma circa dictas renovationes, & locationes in aliis ſervari ſolita, locandi, ſeu renovandi facultatem eidem Franciſco Cardinali, & pro tempore exiſtenti dictorum Monaſteriorum Commendatario, ſeu ab eo ad præmiſſa communiter, vel diviſim deputando, ceſſantibus ſimiliter quoad beneficiorum collationes, & proviſiones per dicti Franciſci Cardinalis in eodem Monaſterio Farſen. ſucceſſores pro tempore faciendas, reſervationibus, & affectionibus apoſtolicis, perpetuo competere declaramus.

Vetat quominus Rector Eccleſiæ S. Salvatoris eam reſignet ad favorem.

§. 13. Cæterum Rectori Parochialis Eccleſiæ S. Salvatoris hujuſmodi, ne deinceps illam ad favorem cujuſvis perſunæ reſignare, ſeu dimittere, vel ejus jura in ipſa Parochiali Eccleſia S. Salvatoris, vel ad illam quomodolibet competentia cedere audeat, ſeu præſumat, ſub nullitatis reſignationis, dimiſſionis, vel ceſſionis, ac indignationis noſtræ, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis Succeſſoris noſtri, & aliis dicti Franciſci Cardinalis, & Commendatario arbitrio imponendis pœnis inhibemus, atque interdicimus.

§.14. Ex redditibus vero, & proventibus ad Prioratos, necnon menſam conventualem Monaſterii S. Salvatoris, & cum primum illa vacaverit, Parochialem Eccleſiam S. Salvatoris hujuſmodi quomodolibet ſpectantibus, & per exactores per Franciſcum Cardinalem. ac pro tempore exiſtentem Commendatarium Monaſterii B. Mariæ Farſen. hujuſmodi, per quem etiam Procuratores ad lites deſuper neceſſarii deputari debeant, deputandos exigendis, certam alioquin ſufficientem portionem ab eodem Franciſco Cardinali, & Commendatario, pro tempore exiſtente, taxandam, & pro cultu uniuſcujuſque Eccleſiæ, & Fabricæ conſervatione, & pro adimplendis oneribus cuilibet dictarum Eccleſiarum incumbentibus, & manutentione Sacerdotum ſecularium, vel cujuſvis Ordinis regularium Monaſterii S. Salvatoris, & ubi opus fuerit, Prioratuum præſatorum Eccleſiis prædictis reſidentium, & aliorum Sacerdotum hujuſmodi ſervitio inſiſtentium, necnon pro neceſſitatibus, & indigentiis dictorum Monaſteriorum, & illorum Prioratuum, qui ſufficientes nunc, & pro tempore non habuerint redditus, detrahendam, prout etiam reſiduum ad quamcumque ſummam etiam notabilem aſcendens penes ſacrum Montem Pietatis de dicta Urbe, aut aliquam ædem ſacram, vel perſonam fide, & facultatibus idoneam per eumdem Franciſcum Cardinalem, & pro tempore exiſtentem dicti Monaſterii Farſen. Commendatarium, ad effectum infraſcriptum deponendum, & conſervandum, uni, ſeu pluribus Seminariis in loco, ſeu locis per eumdem Commendatarium ſemel, vel pluries ejus arbitrio eligendis, & pro Clericis eidem Franciſco Cardinali, & pro tempore exiſtenti Commendatario dictorum Monaſteriorum ſubjectis, & præcipue ex locis Monaſterii Sancti Salvatoris, & Prioratuum præfatorum oriundis, & in eorum omnium defectum, aliis per eumdem Franciſcum Cardinalem, & pro tempore exiſtentem Commendatarium eligendis, qui in eo, ſeu eis alantur, & religioſe educentur, & in eccleſiaſticis diſciplinis, & humanioribus literis inſtruantur, & tandem Eccleſiarum miniſterio adduci, atque animarum curæ ſalubriter perfici valeant, applicari pariter mandamus;

Quoddam Clericorum Seminarium erigi jubet.

Cauſas omnes extinguit, & ad ſe avocat.

§.15. Demum omnes, & quaſcumque lites. cauſas, & controverſias, quæ ſuper præmiſſis, ut præfertur, aut aliàs quovis modo motæ, & agitatæ reperiuntur, in ſtatu, & terminis, in quibus reperiuntur, etiamſi inſtructæ, & in calculo ferendæ ſententiæ exiſtant, ſeu ſi in eis ad aliquos actus, ſeu aliquas deciſiones, etiam ad favorem Præſidentis, & Superiorum Congregationis Caſſinen. hujuſmodi, aut quorumvis aliorum deventum ſit, a quibuſcumque Judicibus, coram quibus de præſenti pendent, ſeu aliis Ordinariis, vel Delegatis, ac quavis auctoritate, dignitate, vel excellentia fulgentibus, harum ſerie, motu, ſcientia, & deliberatione, ac poteſtatis plenitudine paribus, ad Nos avocamus, illaſque ſic avocatas,

Google

catas, penitus, & omnino extinguimus, necnon tam Præſidenti, & Superioribus Congregationis Caſſineo., & Monachis Monaſterii S. Salvatoris, & Prioratuum hujuſmodi, quam quibuſvis aliis intereſſe in præmiſſis quomodolibet habentibus, vel habere prætendentibus ſuper præmiſſis omnibus, & ſingulis perpetuum ſilentium imponimus, præſatiſque, ſeu quibuſvis aliis Judicibus, etiam cauſarum dicti Palatii Auditoribus, & Cappellanis noſtris, ne poſthac de ſtato, & meritis litium, & cauſarum prædictarum, tsm ſorſan ad inſtantiam Præſidentis, & Superiorum Congregationis, vel Monachorum Monaſterii S. Salvatoris, & Prioratuum hujuſmodi, quam quorumvis aliorum conjunctim, vel diviſim introductorum, ac juribus, & prætenſionibus eorum, nunc, vel quandocumque in futurum cognoſcere, minuſque ipſas partes, aut alios in præmiſſis intereſſe habentes, vel habere prætendentes, ad illarum proſequutionum, etiam prætextu cujuſcumque commiſſionis, vel reſcripti, etiam a Nobis, vel Succeſſoribus noſtris, ſeu de noſtro, aut de eorum mandato, etiam in plena noſtra, ſeu eorumdem ſucceſſorum ſignatura, etiam cum quibuſvis prægnantiſſimis, & efficaciſſimis clauſulis, & decretis obtenti, vel obtinendi, dimittere, aut deſuper quandocumque audire, vel aliàs in cauſa, & cauſis hujuſmodi ad ulteriores actus, vel aliàs procedere quoquomodo audeant, ſeu præſumant, diſtrictius etiam inhibemus.

Ex hujuſmodi ſuppreſſione locorum, Eccleſiarum, & bonorum privilegiis nihil derogatū eſſe declarat.

§. 16. Cæterum per ſuppreſſionem, aliaque præmiſſa omnia, & ſingula Monaſterio S. Salvatoris, & Prioratibus, ac Parochiali Eccleſiæ S. Salvatoris prædictis, eorumque perſonis dimittendorum Monachorum dumtaxat exceptis, ac locis, & bonis in aliquo præjudicare non intendimus, neque in Monaſterio Sancti Salvatoris, eorumque perſonis, præterquam dimittendorum Monachorum, ac omnibus tam Eccleſiis Monaſteriorum Sancti Salvatoris, ac Prioratuum hujuſmodi, quam Monaſterio Sancti Salvatoris, & Prioratibus ipſis actu inſervientibus, ac locis, & bonis præfatia aliquod jus locorum Ordinariis acquiſitum eſſe, ſed Monaſterium Sancti Salvatoris, & Prioratus, ac Parochialem Eccleſiam Sancti Salvatoris, eorumque etiam perſonas, loca, & bona, & omnes eiſdem Eccleſiis, & Monaſterio Sancti Salvatoris, necnon Prioratibus actu inſervien. non tamen Monachos, ut præfertur, dimittendos omnibus, & ſingulis privilegiis, exemptionibus, facultatibus, libertatibus, indultis, & gratiis, quibus ante ſuppreſſionem, & alia præmiſſa quomodolibet utebantur, fruebantur, potiebantur, & gaudebant, ac uti, frui, & gaudere potuiſſent pariter, & abſque ulla differentia uti, frui, potiri, & gaudere poſſe, & debere ſimiliter decernimus, & declaramus.

Monachorum dimiſſorū ſuſtentationi conſulit.

§. 17. Necnon Monachis ſic dimiſſis, ac cuilibet eorum, donec aliunde etiam ex redditibus eccleſiaſticis æquivalentem ſuſtentationem habuerint, annuum redditum quadraginta ſcutorum monetæ pro congrua ſuſtentatione per Œconomos, vel Sindicos, ſeu Miniſtros, & Exactores Monaſterii Sancti Salvatoris, & Prioratuum hujuſmodi per eumdem Fraociſcum Cardinalem, & pro tempore exiſtentem Commendatarium, deputandos, & eorumdem Monaſterii præfati Sancti Salvatoris, & Prioratuum hujuſmodi reſpective per eos debentur fructibus, redditibus, & proventibus Annis ſingulis in duabus ſolutionibus, vel ſi ita expediens videbitur, quolibet menſe, ſeu bimeſtre, vel trimeſtre pro rata ejuſdem ſummæ, quā quilibet eorum in adminiſtratione pro uſibus religioſis, & neceſſitatibus ſuis, etiam abſque eo quod rationem de illa Ordinario loci, aut alteri cuicumque perſonæ reddere teneaotur, detinere valeant, perſolvi mandamus, exceptis etism eiſdem Monachis, cum qoibus de minori portione concordatum fuerit, quos portiones, ſeu concordata, ſicut etiam alios Monachos ſimili portione quadraginta ſcutorum hujuſmodi eis, ut præfertur, ſolvenda, contentos remanere, nec quidquam aliud ultra dictam portionem prætendere poſſe, ſeu debere, & quod Sacris Ordinibus non initiati ad titulum redditus annui, ſeu portionis hujuſmodi, loco Patrimonii promoveri valeant; & nihilominus Franciſcus Cardinalis præſatus, & pro tempore exiſtens Commendatarius illis omnibus, ſeu illorum aliquibus, qui minori, quam quadraginta ſcutorum hujuſmodi ſummæ acquieverit, aliquid aliud ipſius Frauciſci Cardinalis, & pro tempore exiſtentis Commendatarii arbitrio concedere poſſint, volumus, & declaramus.

Clauſulas addit opportunas.

§. 18. Decernentes eaſdem præſentes ſemper, & perpetuo validas, & efficaces fore, & eſſe in omuibus, & per omnia, perinde ac ſi præmiſſa in Conſiſtorio noſtro ſecreto de Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium conſilio, & aſſenſu emanaſſent, ac nullo umquam tempore, etiam ex eo quod cauſæ, propter quas emanaruut, coram Ordinariis locorum, etiam tamquam a Sede Apoſtolica delegatis, aut alibi examinatæ, verificatæ, juſtificatæ, & approbatæ, ac Præſideus, & Superiores præfatæ Congregationis Caſſinen. ſive iidem Monachi, vel quicumque alii in præmiſſis quomodolibet intereſſe habentes, ſeu habere præteodentes ad id vocati, & auditi oon fuerint, oec eiſdem præmiſſis conſenſerint, ſeu ex quovis alio, etiam enormiſſimæ læſionis prætextu, vel quacumque alia legitima, & juridica cauſa hic non expreſſa, aut in corpore juris clauſa, etiam neceſſario, & de neceſſitate exprimenda, de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aot intentionis, vel alio quovis defectu notari, impugnari, invalidari, aonullari, retractari, in jus, vel controverſiam revocari, ad terminos juris reduci, ſeu adverſus eas quodcumq; juris, gratiæ, vel facti remedium impetrari, aut motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus coneedi poſſe, neque ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus,

ſuſpen-

Digitized by Google

ſuſpenſionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus etiam per Nos, & quoſcumque Romanos Pontifices Succeſſores noſtros pro tempore exiſtentes, & Sedem præfatam, etiam in craſtinum aſſumptionis cujuſlibet eorum ad ſummi apoſtolatus apicem, vel aliàs etiam conſiſtorialiter, & de ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium pro tempore exiſtentium conſilio, & aſſenſu, ſub quibuſcumque tenoribus, & terminis, & ex quibuſcumque cauſis pro tempore faciendis, etiam ſi in deſuper conficiendis Literis de toto earum tenore, ac dat. ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, ac de verbo ad verbum mentio fiat, comprehendi, ſed ſemper ab illis excipi, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, & validiſſimum, ac eum in quo, antequam emanaſſent, quomodolibet erant ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenarie reintegratas, ac etiam de novo ſub quacumque poſteriori data per quoſcumque in hoc intereſſe habentes eligenda conceſſas ſemper validas, & efficaces fore, & eſſe, ſuuſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat firmiter, & inviolabiliter obſervari, ac etiam adimpleri, ſicque, & non aliàs per quoſcumque Judices Commiſſarios, & delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales etiam de latere Legatos, & Vicelegatos, dictæque Sedis Nuncios ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate ubique, & in quacumque inſtantia judicari, & interpretari debere, irritum quoque, & inane quidquid ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Exequutores deſignat.

§.19. Quocirca Dilectis filiis Cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori, & Magiſtro Aurelio Maraldo in utraque ſignatura noſtra Referendario, ac Vicario Venerabilis Fratris noſtri Epiſcopi Ripan. in ſpiritualibus generali, motu pari mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes Literas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte Franciſci Cardinalis, & ejus in dictis Monaſteriis ſucceſſorum, vel aliorum, quorum favorem illa concernunt, fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, illiſque efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra, eaſdem præſentes Literas, & in eis contenta hujuſmodi ab omnibus, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit quomodolibet in futurum firmiter, & inviolabiliter obſervari, ac Franciſcum Cardinalem, & ejus in Monaſteriis hujuſmodi ſucceſſores, alioſque præfatos illis pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos deſuper per quoſcumque quomodolibet indebite moleſtari: contradictores quoslibet, & rebelles per cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione quacũque remota compeſcendo, ac ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas, ſervata forma Concilii Tridentini, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachii ſecularis.

Derogat contrariis.

§.20. Non obſtantibus litis pendentia, aliiſque præmiſſis, ac quatenus opus ſit noſtra, de jure quæſito non tollendo, ac recolendæ me: Pauli Papæ II. ſimiliter Prædeceſſoris noſtri de rebus Eccleſiæ non alienandis, aliiſque apoſtolicis, nec non in Lateranen., & aliis univerſalibus, nec non Provincialibus, & ſinodalibus Conciliis editis, vel edendis Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac omnibus illis, quæ Paulus, & Gregorius Prædeceſſores præfati in ſingulis eorum Literis præfatis voluerunt non obſtare, necnon Ordinis, ac Monaſteriorum, & Prioratuum, ac Congregationis Caſſinen. hujuſmodi, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, ordinationibus, uſibus, & ſtabilimentis, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis tam illis, quam eorum ſuperioribus, & perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac etiam quibuſvis derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, etiam motu ſimili, & conſiſtorialiter, ac aliàs in contrarium forſan quomodolibet, etiam iteratis vicibus conceſſis. Quibus omnibus, etiam ſi aliàs pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbũ, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, eorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata inſerti forent, præſentibus eiſdem pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, illis aliès in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe harum ſerie motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus derogamus, contrariis quibuſcumque.

Aut ſi quibusvis communiter, aut diviſim ab eadem ſit ſede indultum quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per Literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali, vel ſpeciali cujuſcumque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua cujuſcumque toto tenore habenda ſit in noſtris Literis mentio ſpecialis.

Tranſumptis credi mandat.

§.21. Volumus autem, quod earumdem præſentium tranſumptis etiam impreſſis, etiam manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, ac Franciſci Cardinalis, & pro tempore exiſtentis Commendatarii dicti Monaſterii Beatæ Mariæ Farſen., ſeu alterius perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ ſigillo munitis, eadem prorſus fides in judicio, & ex-

& extra illud adhibeatur, quæ ipſis originalibus adhiberetur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Clauſulæ pœnales. §.22. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ cujuſvis, & utriuſque reſpective ſuppreſſionis, extinctionis, abolitionis, liberationis, privationis, conceſſionis, ſubjectionis, Decreti, declarationis, erectionis, inſtitutionis, diſmembrationis, ſeparationis, applicationis, appropriationis, ſuppoſitionis, inhibitionis, interdicti, mandati, avocationis, ſilentii impoſitionis, voluntatis, ſublationis, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire: ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Dat. die 12. Septem. 1629. An. VII. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ 1629. Pridie Idus Septembris Pontificatus Noſtri Anno Septimo.

CCCXVIII.

Erectio Reformationis Provinciæ S. Salvatoris Hungariæ Ordinis Fratrum Minorum Strictioris Obſervantiæ S. Franciſci.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prœmium. SAcroſanctum Apoſtolatus miniſterium humilitati noſtræ, nullo licet meritorum ſuffragio, per ineffabilem divinæ ſapientiæ providentiam commiſſum poſtulat, ut inter multiplices, graviſſimaſque apoſtolicæ ſervitutis curas, illam peculiari ſtudio amplectamur, per quam perſonæ ſub ſuavi Religionis jugo Salvatoris, & Domini noſtri obſequiis famulantes felicioribus in dies proficiant incrementis.

Cauſæ hujus Conſtitutionis. §.1. Cum itaque, ſicut dilectus filius Ambroſius à Galbiato Fratrum Ordinis Minorum Sancti Franciſci Strictioris obſervantiæ per Germaniam Superiorem Commiſſarius Generalis Nobis nuper exponi fecit, dilecti filii Fratres Ordinis prædicti Provinciæ Sancti Salvatoris Hungariæ pro celebratione Capituli Provincialis congregati, ſe puritatem Regulæ Sancti Franciſci, juxta Decretum deſuper a Nobis aliàs emanatum, & prout dilecti etiam filii Fratres reformati nuncupati ejuſdem Ordinis ſervant, ſervare velle unanimes decreverint, proindeque Provinciam prædictam in Provinciam Fratrum Reformatorum Diſcalceatorum nuncupatorum, per Nos modo, & forma infraſcriptis erigi, & inſtitui ſummopere deſiderent.

Declarat Provinciam Reformatam, & ſubjicit Superiori generali Italicæ nationis.

Viſitari non poteſt niſi a Reformatis. §.2. Nos eoſdem Fratres in hujuſmodi eorum laudabili propoſito confovere, ac ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus dicti Ambroſii eorumdem Fratrum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Provinciam prædictam in Provinciam Fratrum Diſcalceatorum Ordinis S. Franciſci Reformatorum Ungariæ nuncupandam, quæ Reformata, & aliis eorumdem fratrum Reformatorum Diſcalceatorum nuncupatorum Provinciis Regnorum Hiſpaniarum conformem, & ad illarum inſtar eſſe, necnon ſub omnimoda Miniſtri Generalis dicti Ordinis, ac eo Italicæ Nationis, & extra Italiam exiſtente, ejus Vicarii Generalis, necnon etiam Commiſſarii Generalis, juxta Bullam unionis electi, non autem Commiſſariorum Generalium ejuſdem Ordinis, & Regnorum, nec ſuperioris, vel inferioris Germaniæ.

§.3. Ita quod Miniſter, ac Vicarius, & Commiſſarius Generales prædicti juxta Bullam hujuſmodi electi illam, nonniſi per ſe ipſos, aut Commiſſarios Ordinis Reformatorum prædictorum viſitare valeant juriſdictione, authoritate, & ſuperioritate cujuſque Fratres, juxta declarationes felic. record. Nicolai III., & Clementis V. Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum vivere debeant. Moderari debet ſicut alia Prov. Reformata.

§.4. Et cum hoc etiam, quod ex nunc Miniſter Provincialis Provinciæ Hungariæ hujuſmodi omnem juriſdictionem, facultatem, & auctoritatem, tam in Fratres Ordinis prædicti ſibi ſubditos, quam circa novarum domorum ejuſdem inſtituti in eadem Provincia fundationem, ſeu erectionem, aut ædificationem, necnon etiam circa Novitios, aliaque in Literis Apoſtolicis recol. mem. Gregorii PP. XIII. etiam Prædeceſſoris noſtri contenta, prout alii Miniſtri Provinciales aliarum Provinciarum Fratrum ejuſdem Ordinis Reformatorum Diſcalceatorum nuncupatorum in omnibus, & per omnia habeant, & tam ipſi, quam ſingularum domorum dictæ Provinciæ Fratrum Minorum S. Franciſci Reformatorum Diſcalceatorum nuncupatorum Hungariæ Superioris, necnon ſingulares eorum, & cujuſlibet illorum perſonæ omnibus, & ſingulis prærogativis, præeminentiis, privilegiis, exemptionibus, immunitatibus, indultis, conceſſionibus, favoribus, & gratiis ſpiritualibus, & temporalibus, quibus alii hujuſmodi Miniſtri Provinciales, & illarum domorum regularium ſuperiores, & ſingulares perſonæ uti, frui, potiri, & gaudere ſolent, ac poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum pariter, & pariſurmiter, ac æque principaliter, ſine ulla prorſus differentia uti, frui, & gaudere poſſint, & valeant.

§.5. Quodque nunc, & pro tempore exiſtens Miniſter Generalis prædictus, aut Viſitatores ab eo etiam pro tempore mittendi, ſtatuta, conſtitutiones, & ordinationes ejuſdem Provinciæ Hungariæ, illiuſque domorum regularium hujuſmodi, niſi de con-

conſenſu majoris partis Fratrum vocalium dictæ Provinciæ Hungariæ in eorum Capitulis Provincialibus præſtando alterare, vel immutare, aut eoſdem Fratres ab eorum modo vivendi, dummodo juxta eaſdem declarationes vivant, diſturbare.

§.6. Necnon quod Fratres ejuſdem Ordinis S. Franciſci de Obſervantia nuncupati infra limites ejuſdem, ſeu alterius Provinciæ exiſtentes collectas, ſeu quæſturas ad domos regulares ejuſdem Provinciæ Reformatorum Diſcalceatorum Hungariæ ſpectantes, exceptis eis à Fratribus dictæ Provinciæ Hungariæ in dicto eorum Capitulo Provinciali forſan concedendis occupare, aut eoſdem Fratres Reformatos Diſcalceatos Provinciæ Hungariæ hujuſmodi deſuper perturbare nullo umquam tempore poſſint, nec valeant, apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo erigimus, & instituimus.

§.7. Ac inſuper eidem Miniſtro Generali, ut Miniſtrum Provincialem, Cuſtodem, & Definitores dictæ Provinciæ Hungariæ creare, & eligere, cæteraque omnia, & ſingula in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, & quomodolibet opportuna, etiamſi talia ſint, vel fuerint, quæ magis ſpecialem, ſpecificam, individuam, & expreſſam requirerent mentionem, facere, dicere, ordinare, & exequi libere, & licite poſſit, & valeat, plenam, liberam, & amplam auctoritatem, etiam tenore prædictis concedimus, & impertimur licentiam, & facultatem.

§.8. Ita tamen, ut Fratres Provinciæ hujuſmodi Conſtitutionibus, & Ordinationibus in Capitulo, ſeu Congregatione generali factis, quæ ſtrictiori obſervantiæ non adverſentur, ſubjaceant, ad illarumque obſervationem omnino teneantur.

Decretum irritans.

§.9. Decernentes Provinciam per præſentes erectam, & inſtitutam hujuſmodi decretis, & declarationibus à Nobis, & Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus, & Succeſſoribus noſtris pro reformationibus, & cuſtodiis Italiæ emanatis, ſeu emanandis nullatenus ſubjectam, & comprehenſam eſſe, vel fore, ac Provincialem, Cuſtodem, & Definitores, alioſque Superiores, & Fratres Provinciæ per præſentes erectæ, & inſtitutæ à quoquam, quavis etiam Archiepiſcopali, aut Epiſcopali, vel etiam majori auctoritate fungentes deſuper moleſtari, inquietari, perturbari, aut impediri non poſſe; ſicque per quoſcumque Judices ordinarios, vel delegatos, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, irritum quoque, & inane quidquid ſecus ſuper his à quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§.10. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti Ordinis, illiuſque Provinciarum, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis eidem Ordini, & Provinciis, illiuſque, & illarum Superioribus, & perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis: quibus omnibus, & ſingulis, eorum omnium tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 15. Septem. 1629. An. VII.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, ſub Annulo piſcatoris, die 15. Septembris 1629. Pontificatus noſtri Anno ſeptimo.

CCCXIX.

Quod Regens, & Collegiales Collegii Sanctæ Bonaventuræ in Domo SS. Duodecim Apoſtolorum de Urbe ſubiaceant obedientiæ Guardiani dictæ Domus, aliorumque dicti Ordinis Superiorum.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

FElici, ac proſpero Collegii S. Bonaventuræ in Domo Sanctorum duodecim Apoſtolorum de Urbe Fratrum Ordinis Minorum S. Franciſci Conventualium nuncupatorum erecti, quantum cum Domino poſſumus, pro noſtri paſtoralis officii munere conſulere volentes, motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris.

Præcipit prout in Rubrica.

§.1. Quod de cætero perpetuis futuris temporibus dilecti filii Regens, & Collegiales dicti Collegii obedientiæ, correctioni, & viſitationi dilectorum filiorum Guardiani dictæ Domus, aliorumque dicti Ordinis Superiorum, prout cæteri Fratres in eadem domo degentes ſubjaceant, itaut debitis pœnis puniti poſſint, non tamen in loco Collegiali.

Oeconomus quolibet ſemeſtri reddat rationem.

§.2. Quodque Œconomus pro tempore deputandus ipſius Collegii cautionem idoneam de bene adminiſtrando dare debeat, necnon Guardiani, & alii prædicti Ordinis Superiores hujuſmodi computa ipſius Œconomi quolibet ſemeſtri revidere poſſint, & ita in præmiſſis obſervari: ſicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium decernimus, & declaramus.

Contrariis derogat.

§.3. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenus opus ſit, dicti Collegii etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis eidem Collegio, illiuſque Regenti, & Collegialibus prædictis, & quibuſvis

buſvis aliis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingolis etiamſi de illis ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importaotes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, eorum omnium, & ſingulorom tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 26. Septem. 1629. An. VII.

Datum Romæ apod S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 26. Sept. 1629. Pontificatus noſtri Anno VII.

CCCXX.

Confirmatio Decreti Sacræ Rituum Congregationis ſuper uſu Baldachini, Miniſtrorum, ac aliarum Ceremoniarum pro Abbatibus Congregationis Cœleſtinæ, Ordinis S. P. Benedicti.

De horum Monachorum Congregatione, lege Conſt. I. Cœleſt. V. Etſi cunctos. *Tom. III. Par. III. fol. 70. Cui poſtea communicavit aliorum Monachorum privilegia Urbanus Octavus Conſtitut. LXXIII.* Sacroſancti. *Tom. V. Par. V. fol. 243. Et Conſtitutiones, vel Statuta noviſſime pro Congregationis gubernio edita, confirmavit in Conſt. 182.* Sacroſanctum. *ibid. fol. 423.*

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

S. Rit. Cong. edidit Decretum ad favorem Abbatum Monach. Cœleſtinorum ſuper pontificalibus.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Henricus Fortuna, Procurator Generalis totius Congregationis Monachorum Cœleſtinorom Ordinis S. Benedicti, quod nuper à Venerabilibus Fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus ſacris Ritibus præpoſitis emanavit Decretum tenoris ſubſequentis, videlicet.

Cum Sacra Rituum Congregatio alias de anno 1606. ſub die 18. Januar. ad inſtantiam Archiepiſcopi Firmani prohibuerit Priori Sanctæ Catharinæ ordinis Canonicorum Regularium, in eorum Eccleſia uſum Baldachini, & aliquarum Caremoniarum. Et de anno 1627. ſub die 18. Martii idem Decretum ad Inſtantiam Cardinalis Caraſæ Archiepiſcopi Neapolitani, extenderit ad omnes Priores, & Abbates cujuſcumque Ordinis, etiam Caſſiaen. R. P. D. Henricus Fortuna de Monte Legne Procurator Generalis totius Congregationis Monachorum Cœleſtinorum Ordinis Sancti Benedicti, ægre ferens hujuſmodi Decreta tamquam præjudicialia antiquiſſimæ conſuetudini, ſolemniter celebrandi cum Baldachino, & Aſſiſtentibus in eorum Eccleſiis; Inſtetit audiri in eadem Sacra Congregatione, ſuper dicta antiquiſſima eorum conſuetudine. Et commiſſa cauſa Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo Cardinali Antonio Barberino, coram quo, audito ſæpius dicto Procuratore Generali Cœleſtinorum, & rationibus, ab eo deductis bene perpenſis: Eodem Illuſtriſſimo, ac Reverendiſſimo Antonio referente: Sacra Rituum Congregatio, re mature diſcuſſa, cenſuit in hac parte recedendum à ſupradictis decretis, de anno 1606. & 1617. & declaravit, licere Abbatibus Cœleſtinis, in tribus tantum anni feſtivitatibus ſolemniter celebrantibus uti Baldachino ſine auro tamen, & pompa, necnon aſſiſtentia unius Presbyteri, & duorum Diaconorum, ac aliorum ſex ad ſummum Monachorum ſacris Veſtibus, coloris ſolemnitati, reſpective convenientis, indutorum, duorum nempe cum Pluvialibus, duorum cum Planetis, & aliorum duorum cum tunicellis, ultra Diaconum, & Subdiaconum, qui in Miſſa cantaturi ſunt Evangelium, & Epiſtolam: dummodo iidem Abbates nullo modo teneant Sedem Abbatialem fixam, & permanentem prope Altare, ut ſedes Epiſcopalis retineri ſolet, ſed eorum ſedes retineatur in Eccleſia iis tantum diebus, quibus ſolemniter, ut ſupra celebrari debet: Et dicti ſex Monachi, ut ſupra parati, non in ſedibus choralibus, ſed ſuper ſcabellis ſedeant in ſitu congruo, juxta Eccleſiarum convenientem ſitum tunc appoſitis, panno laneo coopertis; firmis in reliquo remanentibus ſupradictis ſacræ Congregationis, in Firmana, & Neapolitana Decretis editis die 30. Junii 1629.

Quod Decretum petit Procurat. Generalis a Pontif. confirmari.

§. 2. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, dictus Henricus plurimum cupiat, Decretum hujoſmodi pro firmiori illius ſubſiſtentia, & inviolabili obſervantia, apoſtolicæ noſtræ coofirmationis robore communiri.

Pontif. illud confirmat, & approbat.

§. 3. Nos dictom Henricum ſpecialis gratiæ ſavore proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſenteutiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequen., harum ſerie abſolventes, & abſolutom fore cenſentes, ſupplicationibus ejus nomine, Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati: Decretum præinſertum hujuſmodi cum omnibus in eo conteotis, apoſtolica auctoritate, tenore præſeotium perpetuo approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes, & ſingulos tam juris, qoam facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet iotervenerint, ſupplemus.

Clauſulas præſervativas apponit.

§. 4. Decretomque, & in eo cooteota hujuſmodi, ac præſentes Literas valida, firma, & efficacia eſſe, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac eidem Congregationi io omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari.

Aliter judicari prohibet.

§. 5. Sicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarom Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & defioiri debere: ac irritum, & inane, ſi ſecus

ſuper

ſuper his a quoquam , quavis auctoritate ſcienter , vel ignoranter contigerit attentari , decernimus , & declaramus .

Contraria tollit.

§.6. Non ubſtantibus præmiſſis,ac Conſtitutionibus,& Ordinatinnibns Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque .

Dat. die 26. Septem. 1629. An.VII.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, ſub Annolo Piſcatoris,die 26.Septembris 1629. Pootificatus noſtri Anno ſeptimo .

CCCXXI.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Epiſcopo Paphienſi Eccleſiæ omnes latinæ Regni Cypri adminiſtraodæ demandantur .

Ven. Fratri Petro Epiſcopo Paphien.

URBANUS PAPA VIII.

Ven. Frater ſalutem , & apoſtolicam benedictionem.

Commiſſio, de qua in rubrica.

§.1. FEliei , ac proſpero Eccleſiarum latioarum Regni Cypri ſtatui , & gubernio quantum cum Domino poſſumus , ne aliqua in ſpiritualibus detrimenta patiantur , pro noſtri paſtoralis officii mnnere providere volentes , ac de fraternitatis tuæ fide , prudentia , doctrina , & Religionis zelo plurimum in Domino confiſi , de Ven: Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negocio Propagandæ Fidei præpoſitorum conſilio , Tibi omnium Eccleſiarum latinarum Regni Cypri hujuſmodi curam , regimen , & adminiſtrationem io eiſdem ſpiritualibus , & temporalibus cum omnibus , & ſingulis ſacultatibus , auctoritate , & poteſtate, quas Eccleſiarum prædictarum Epiſcopi de jure , vel conſuetudine habere ſolent, & poſſuot , & præſertim juxta Sacrorum Canonum , & Concilii Tridentini decreta viſitandi , & reformandi, cæteraque omnia, & ſingula , quæ in præmiſſis , & circa ea neceſſaria fuerint , ſeu quomodolibet opportuna , etiamſi talia ſorent , quæ magis expreſſam , & ſpecificam exigerent commiſſionem , & quæ dicti Epiſcopi pro tempore exiſtentes de jure , uſu , conſuetudine , aut aliàs quomodolibet facere poſſunt , faciendi , ordinandi , & exequendi apoſtolica auctoritate tenore præſentium committimus, & demandamus .

Mandatum de parendo.

§.2. Maodantes propterea dilectis filiis Cleris , & Populis dictarum Eccleſiarum , cæteriſque ad quos ſpectat , nt Tibi in omoibus officium tuum concernentibus,& quæ in Domino eis mandanda duxeris , pareant, & obediaot , alioquin ſententiam , ſive pœnam , quam rite tuleris , ſeu ſtatueris in rebelles . ratam habebimus , & faciemus auctore Domino, uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari .

Obſtantia tolluntur.

§.3. Nnn obſtantibus Apoſtolicis , ac io nniverſalibus , provincialibuſque Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitntiooibus , & Ordinationibus , ac dictarum Eccleſiarum etiam Jnrameoto , confirmatione apoſtolica , vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis , & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis , confirmatis , & innovatis . Quibus omnibus , & ſingulis illorum teoores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis , ac de verbo ad verbum inſertis , illis aliàs in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter , & expreſſe derogamus , cæteriſque contrariis quibuſcumque .

Datum die 2. Octobr. 1629. An.VII.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem , ſub Annulo Piſcatoris die 2. Octobris 1629.Pontificatus ooſtri Aooo ſeptimo.

CCCXXII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Impoſitio noooollarnm Decimarum ſuper Beneficiis Eccleſiaſticis io Dominio Reipublicæ Venetæ exiſteotibus in ſubſidium belli cootra Turcas .

Venerabili Fratri Joanni Baptiſtæ Archiepiſcopo Amaſien. , moderno , & pro tempore exiſtenti noſtro , & Sedis Apoſtolicæ in Dominio Venetarum Nuncio .

URBANUS PAPA VIII.

Ven. frater ſalutem , & apoſtolicam benedictionem .

Exordium a cauſis imponendi decimas ſumptum.

SAcroſanctæ militantis Eccleſiæ regimini per abundantiam divinæ gratiæ , nullo licet meritorum ſuffragio præpoſiti , inter graves ſollicitudines , quibus pro credito Nobis apoſtolicæ ſervitutis officio aſſidoe premimur, ea eſt præcipua , quam continua pericula , atque diſcrimina , quæ à neſario Chriſti nominis hoſte Turcarum tyramno Principibus,& populis Chriſtianis numquam non impendent Nobis conficinnt . Quapropter , & ſi Domini Dei exercituum , qui ſponſam ſuam Eccleſiam ſanctam protegit , præſidio potiſſimum confidamus , cogimur tamen pro debito paſtoralis muneris in id omni cogitatione,omnique cura incombere, ut proviſionis noſtræ miniſterio , adbibitis Catholicorum Principum viribus , mala hojnſmodi procul à Populo Chriſtiano arceantnr . Com vero plus ſatis conſtet eumdem impium Turcarum Tyramoum oihil avidius qnærere, quam Chriſtianos Populos invadere , & Chriſtianam Religiooem exterminando abominationem ſuam plantare, ac propagare ; Idcirco pro ea , quam univerſo gregi dominico curæ noſtræ divioitus commiſſo impendere tenemur , ſollicitudine malum hoc jamdudum metuentes pro officii noſtri debito Venetorum præcipue Nobiliſſimam Rempublicam, quæ hoſtibus maxime expoſita eſſe dignoſcitur , non ſemel in Domino cohortati ſumus , oe inſidiarum plena cum impiis pace , quibus noo eſt pax, confideret , ſed prudenter caveret , ſuaſque

arces,

arces potius, & loca muniret, claſſem, & alia ad Bellum neceſſaria compararet, & parata haberet.

Sexdecim decimas ſuper omnibus Beneficiis Eccleſiaſticis imponit.

§. 1. Cum autem ingentes ſumptus hæc res poſtulet fel. rec. Clem. VIII., & Pauli V., necnon Gregor. XV., aliorumque Rom. Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes, eam Rempublicam id enixe flagitantem, eccleſiaſticis auxiliis prompto, libentique animo adjuvandum decrevimus, attendentes non ſolum Nos ejus unius ſaluti, verum etiam multorum, ac omnium Italiæ Populorum incolumitati conſulere, cum ipſa ſit magnum totius Italiæ Populorum munimentum, ac firmiſſimum Maris Adriatici propugnaculum. Quamobrem æquum, & rationi conſentaneum eſſe duximus, eidem Reipublicæ eorumdem Clementis, & Pauli, necnon Gregorii Prædeceſſorum exemplo, ſubſidio decimarum ex fructibus, & redditibus Cleri ejuſdem ſtatus Venetorum pro eiſdem uſibus, ad certum tempus attribuendo, ſubvenire, firmam in Domino fiduciam haben. fore, ut ea Reſpublica hac teſtificatione paternæ voluntatis erga ſe noſtræ non ſolum ſe eſſe munitam, & pro re nata ad reſtituendum communi hoſti paratam in dies magis conſervet ſed etiam ad priſtinos belli ſpiritus reſumendos, contra eumdem Turcarum tyrannum excitetur, ut ille Chriſtianorum armis ab Europæ finibus aliquando detrudatur. Nos igitur iſtis graviſſimis, & juſtiſſimis de cauſis moti, motu proprio, ac ex certa ſcientia, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine noſtris tenore præſentium indicimus, & imponimus ſexdecim decimas integras omnium, & quorumcumque fructuum, redditUUM, & proventuum quarumcumque Eccleſiarum Patriarchalium, Archiepiſcopalium, Epiſcopalium, Abbatialium, Capitularium, & conventualium, Prioratuum quoque, Præpoſiturarum, Præpoſitatuum, Præceptoriarum, Canonicatuum, Præbendarum, Dignitatum etiam Majorum, ac Principalium, Perſonatuum, Adminiſtrationum, & officiorum, cæterorumque beneficiorum eccleſiaſticorum cum cura, & ſine cura ſecularium, ac S. Benedicti, S. Auguſtini, Cluniacen., Ciſtercien., Præmonſtraten., S. Baſilii, Silveſtrinorum, & qui proprietates, redditusque certos ex privilegio Apoſtolico, vel aliàs poſſident, mendicantium, & quorumvis aliorum ordinum, utriuſque ſexus, & Congregationis non tamen earum que inferius deſcriptæ ſunt, ac militiarum regularium in univerſo dominio dictæ Reipublicæ Venetorum exiſtentium.

Aliaſque ſexdecim ſuper quibuſcumq; penſionibus.

§. 2. Ac inſuper alias ſexdecim decimas omnium, & quarumcumque penſionum annuarum ſuper fructibus, redditibus, & proventibus ſupradictis aſſignatarum, & aſſignandarum ab omnibus, & quibuſcumque Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis Eccleſiarum Prælatis, cæteriſque cujuſcumque ſtatus, gradus, Dignitatis, & conditionis perſonis: exceptis dumtaxat Ven. Fratribus noſtris S.R.E. Cardinalibus, necnon dilectis filiis fratribus Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolimitani, ac Fratribus Mendicantibus prædictis, & inſuper beneficiis eccleſiaſticis officio ſanctæ Inquiſitionis hæreticæ pravitatis in dicto Dominio inſtituto unitis, annexis, & applicatis, quos Cardinales, ac fratres Hoſpitalis prædicti, ac beneficia prædicto Inquiſitionis officio unita in totum; fratres vero mendicantes pro medietate dumtaxat ab eiſdem Decimis, & earum ſolutione immunes, & exemptos eſſe volumus, & decernimus, Eccleſias, Monaſteria, & beneficia, ac penſiones, ſeu fructus, aut illorum partem hujuſmodi in eodem Dominio quocumque jure, ac titulo obtinentibus, & obtenturis, necnon ab univerſis etiam Œconomis, Commendatariis, atque adminiſtratoribus perpetuis, & temporalibus uſufructuariis, ſimiliter fructus omnes, vel illorum partem loco penſionum annuarum, vel penſiones, & alia hujuſmodi jura ex quacumque auctoritate apoſtolica in toto, vel in parte reſervata habentibus, & habituris, ſive ſecularibus, ſive quorumcumque ordinum, Congregationum, & Militiarum prædictorum regularibus, & ab ipſis, & Eccleſiis, Capitulis, Conventibus, Ordinibus, Congregationibus, perſonis, Collegiis, Militiis, Maſſis, & locis prædictis quacumque ampliſſima, & firmiſſima exemptione, & immunitate reali, perſonali, vel mixta, antiqua, & immemorabili, pacifica, & continua, etiam ex titulo quantumvis oneroſo ſuffultis integraliter, & cum effectu numerandas perſolven., & conſignan.

Cardinales, aliosque ab his decimis eximit.

Mendicantes autem pro medietate ſolvere jubet.

Novemque alias ſuper unaquaq; Congreg. Monaſtica hic expreſſa.

§. 3. Ulterius ſupradictis de cauſis motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus imponimus, & indicimus novem decimas omnium, & quorumcumque fructuum, reddituum, & proventuum: ad Caſſinen. aliàs Sanctæ Juſtinæ de Padua, Lateranen., Carthuſien., Montis Oliveti, S. Salvatoris, Camaldulen., S. Mariæ Valliſumbroſæ, S. Georgii in Alga Venetiarum, Cæleſtinorum, Ciſtercien., Provinciæ Lombardiæ, Cruciferorum, & S. Hieronimi Congregationes, earumque Monaſteria, Abbatiales, vel Conventuales, aut alias menſas, Prioratus, Præceptorias, Præpoſituras, beneficia, & officia, cum cura, & ſine cura, membra, grangias, & alia loca illis annexa in dicto Dominio conſiſtentia quovis modo pertinentia ſulven. etiam per ipſas Congregationes, earumque Superiores, Abbates, Priores, Præpoſitos, Conventus, Capitula, & perſonas ultra ſubſidia montis religionis, ſeu quadringentorum millium ſcutorum, & quartæ partis eorumdem fructuum, reddituum, & proventuum, & alia onera, quæ per Sedem Apoſtolicam eis impoſita, aut alias peſolvunt, ſeu perſolvere promiſerunt ſimiliter numerandas, & perſolven., & conſignan. ſecundum valorem annuum verum fructuum, reddituum, & proventuum prædictorum, & ad hunc effectum licet fel. rec. Pius Papa V. nonnullis tunc cauſis adductus, & Clemens, necnon Paulus, ac noviſſime Gregorius Prædeceſſores noſtri prædicti etiam ex aliis tunc expreſſis cauſis eaſdem

Con-

Digitized by Google

Congregationes à Decimis ſuper fructibus, & reddiribus eccleſiaſticis deinceps ubivis etiam in Dominio Venetorum, & ex quacumque cauſa imponendis liberas, & immunes fecerint, pari motu, ſcientia, auctoritate, & de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine quoad fructus, redditus, & proventus ad ipſas Congregationes, & qoamlibet earum in dicto Dominio Venetorum ſpectantes, immunitates, exemptiones, ac omnes, & quoſcumque contractus, ſcripturas, conventiones, tranſactiones, concordias, pacta, inſtrumenta, obligationes, etiam in forma Cameræ Apoſtolicæ, & Juramento, vel alia quavis firmitate roborata præſertim inter Pium, & Clementem, ac Paulum, necnon Gregorium Prædeceſſores prædictos, & Cameram Apoſtolicam, & pro ea Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerarium, vel Theſaurarium generalem, alioſve quoſcumque tunc exiſtentes, & ejuſdem Cameræ Miniſtros quantumvis ampla, & ſufficienti facultate ad præmiſſa facien., ſuffultos ex una, & Congregationes ultimo dictas, illarumqoe procuratores ex altera partibus, ac omnia, & quæcumque privilegia, indulta, libertates, exemptiones, immunitates, hac de cauſa in hunc uſque diem eiſdem Congregationibos etiam ex cauſa, & titulo oneroſo conceſſa hac vice dumtaxat, & ex cauſis ſupradictis ſuſpendimus, ac ipſis Congregationibus qooad novem decimas prædictas hac vice, ut præfertur, ſuffragari nolumus, illa vero aliàs in ſuo robore permanere decernimus, ipſaſque Congregationes ex graviſſimis cauſis prædictis novem decimis hujuſmodi oneramus cum cæteris ſecularibus, ac regularibus clericis, perſonis, ejuſdem dominii Venetorum ſexdecim, ut præfertur, indixerimus, tali noſtræ impoſitioni acquieſcere, ac tacite, & contentas eſſe volumus, univerſas vero, & ſingulas perſonas quavis Dignitate, vel auctoritate fungentes, tam ſupradictas Eccleſias, Monaſteria, & beneficia, quomodolibet obtinentes, ac penſiones, ſeu fructus, aut earum partem ſibi, ut præfertur, reſervatas percipientes, quam ultimo dictas Congregationes, & eorum unumquemque tam conjunctim, quam diviſim ad hujuſmodi decimas in octo annis, binas videlicet Decimas dumtaxat quolibet anno, & quoad ultimodictas Congregationes ſingulas tantum Decimas cum una octava parte alterius decimæ, quoad dictos autem fratres mendicantes ſingulas ſimiliter decimas quotannis durante octennio à die, qua ultima conceſſio expirat computan., & ut ſequitur finien., in certis terminis per te præfigendis integre perſolven., efficaciter teneri, & jure obligatos eſſe, iſdemque penſionariis, aut eorum alicui penſiones annuas prædictas quantumlibet exemptas, & ſub quibuſvis obligationibus etiam in forma Cameræ, & juramento etiam de non contravenien., & forſan de non impetran. gratias noſtras contra eos, & de non utendo conceſſis firmatas, aut alias vallatas, & forſan aliis cautelis, & decretis munitas cauſam donationis ſuper iiſdem fructibus, & penſionibus etiam medio Cedularum Banchi, ſeu in forma depoſiti habentibus, & intra octo annos prædictos habituris, etiamſi ipſi, a quibus penſiones hujuſmodi ſolven. ſunt, juri, & actioni petendæ, vel retinen. portiones, aut ratæ partis penſionarios tangen. jure jurando renunciaverint, ulla privilegia, aut indulgentias ſub quacumque verborum forma, aut expreſſione concepta quoad hoc nullatenus ſuffragari volumus.

Clauſula ſublata.

§.4. Sicque, & non aliter in prædictis univerſis, & ſingulis per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, etiam S. R. E. Cardinales in quavis cauſa, & inſtantia ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Exactores deputat.

§.5. Ut autem hujuſmodi decimæ facilius exigantur, fraternitatem tuam, ac Ven. Fratres Patriarcham Venetiarum, & Epiſcopum Clodien. ad dictas decimas exigendas, Ducique, & Dominio prædictis, ſive ejus Miniſtris ad id ſpecialiter deputatis ſtatim, nulla interpoſita mora, & ſine aliqua prorſus diminutione, retentione, aut detractione, etiam non detractis quinque pro centenario Cameræ noſtræ prædictæ in exactione talium Decimarum applicari conſuetis integre conſignandas, earumdem decimarum Collectores, & exactores prædictos conſtituimus, & deputamus, ac tibi, & Patriarchæ Venetiarum, ac Epiſcopo Vicentin. pro onere, quod in exactione Decimarum hujuſmodi ſubſtinebitis quatuor millia ſcuta auri in auro ex eiſdem decimis detrahenda, & illorum medietatem inter vos pro æquali portione, & quolibet anno ejuſdem octennii pro rata diſtribuen., & dividen., reliquam vero medietatem ſubcollectoribus, & aliis exactoribus, ac procuratoribus ad eaſdem Decimas colligendas deputatis, etiam quolibet anno pro rata habita ratione laboris, & amplitudinis cujuſcumque Civitatis, & Diœceſis loco ſalarii, ſeu ſtipendii, & mercedis aſſignan., & diſtribuendi, ita tamen, ut non quotannis hujuſmodi quatuor millia ſcuta, ſed in toto octennio integra ſumma eorumdem quatuor millium ſcutorum pro rata quolibet anno detrahatur, ac tam vos, & quilibet veſtrum, quam ipſi ſubcollectores, & alii prædicti ratione fructuum Eccleſiarum, quibus nunc præeſſe dignoſcimini, aut impoſterum præfici, vel beneficiorum obtentorum, aut quæ obtinere, necnon fructuum, & penſionum reſervatorum, & aſſignatarum, quos, & quas vobis aſſignari poſthac contigerit, Decimas ipſas pro veſtra, & illorum rata, & illorum quemlibet tangente integre, & realiter perſolvere omnino teneamini, & dicta aſſignatione, & diſtributione contenti eſſe debeatis, nec quidquam aliud vos, & veſtrum quilibet prætendere poſſitis, Tibi, & aliis prædictis, à dictis Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Electis, Adminiſtratoribus,

Com-

Digitized by Google

Commendatariis, Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Capitulis, Conventibus, & aliis perſonis ſupra expreſſis exceptis, eaſdem decimas, ut præfertur, per Nos impoſitas petendi, exigendi, & colligendi, eiſque tam in genere, quam nominatim, & in ſpecie ut illas ſolvant ſub privationis beneficiorum eccleſiaſticorum per eos quomodolibet obtentorum, aliiſque prout Nobis videbitur pœnis, etiam pecuniariis, ac demum per ſententias, & cenſuras eccleſiaſticas mandandi, & præcipiendi, ac pro earumdem decimarum faciliori exactione unum, vel plures ſubcollectores qui ſi in dignitate eccleſiaſtica conſtituti ſint, pari, actu vigore præſentium facultate fungantur, per locorum ordinarios in quacumque Civitate, & Diœceſi, & loco ſibi ſubjecto pro tempore deputatos approban., & ſi quis e ipſis ordinariis intra aliquem brevem terminum veſtro arbitrio præfigendum viros idoneos ad id deputare neglexerit, tibi, etiam ſine illorum conſenſu, tuo arbitrio illos libere deputan., & deputatos amoven., aliosque eorum loco toties quoties tibi videbitur ſubſtituen., & ſubrogan., ac ſolvere recuſantes, & differentes: & generaliter contradictores quoslibet, & rebelles, & ne decimæ hujuſmodi ſolvantur perſuadentes directe, vel indirecte; per ipſas cenſuras eccleſiaſticas, ac alia opportuna juris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendi, auxilioque brachii ſecularis contra eos ad hoc ſi opus fuerit invocan., ſolventes vero de ſolutis quietandi, & liberandi à cenſuris, & pœnis, quas dicta occaſione quomodolibet incurrerint, abſolven., ac generaliter omnia, & ſingula alia in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, ſeu quomodolibet opportuna faciendi, ordinandi, mandandi, & exequendi plenam, & liberam, auctoritate, & tenore prædictis, facultatem concedimus, & poteſtatem.

Obſtantibus derogat.

§.6. Non obſtan. regula noſtra de non tollendo jure quæſito, ac aliis quibuſvis Apoſtolicis, ac etiam in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Aut ſi ipſis Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Electis, Adminiſtratoribus, Commendatariis, Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Capitulis, Conventibus, Congregationibus, & aliis perſonis prædictis, vel quibuſvis aliis communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod ad ſolutionem alicujus decimæ non teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, ſeu extra, vel ultra certa loca ad judicium evocari non poſſint per Literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem: & quibuslibet aliis privilegiis, & exemptionibus, etiam in corpore juris clauſis, ac Literis Apoſtolicis, quibuſcumque Dignitatibus, ſeu Ordinibus ſpecialiter, vel generaliter ſub quacumque verborum forma expreſſis, etiamſi motu proprio, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, & conſiſtorialiter, ac etiam in vim contractus emanaverint, etiamſi pro ſufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio habenda eſſet, quæ eis quoad præmiſſa nolumus in aliquo ſuffragari.

Decreta Concilii Viennenſis ſervari mādat.

§.7. Volumus autem, quod juxta ordinationem in Concilio Viennen., ſuper hoc editam calices, libri, & alia ornamenta Eccleſiarum, Monaſteriorum, Beneficiorum, & aliorum piorum locorum divino cultui dicata ex cauſa pignoris, vel alia occaſione ſolutionis Decimarum hujuſmodi nullatenus capiantur, detrahantur, vel occupentur.

Tranſumptis fidem addit.

§.8. Quodque præſentium Literarum tranſumptis tuo, vel alterius Prælati eccleſiaſtici ſigillo, & publici Notarii ſubſcriptæ munitis eadem prorſus fides adhibeatur in judicio, & extra, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 3. Octobr. 1629. An. VII.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die tertia Octobris 1629. Pontificatus noſtri Anno VII.

CCCXXIII.

Beatificatio Cajetani Thienæi Clericorum Regularium Fundatoris, ac Indultum celebrandi Miſſam, & Officium de eodem recitandi.

Hujus Congregationis inſtitutionem habes in Conſtit. X Clementis VIII. Exponi Nobis. *Tom. IV. Par. I. fol. 47.*

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

IN Sede Principis Apoſtolorum, nullis licet noſtris ſuffragantibus meritis, divina providentia conſtituti, ad ea, per quæ ſervorum Chriſti veneratio in terris promoveatur, & laudetur Dominus in Sanctis ſuis paſtoralis muneris noſtri partes propenſis ſtudiis impendimus, prout pia Catholicorum Regum, & Principum, aliorumque Chriſtifidelium, & præſertim vota expoſcunt, Noſque conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Inſtantiæ factæ Pont. pro hujus viri Beatificatione.

§.1. Sane nomine dilectorum filiorum Præpoſiti Generalis, & Congregationis Clericorum Regularium Theatinorum nuncupatorum Nobis nuper expoſitum fuit, quod facta nuper per dilectos etiam filios cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores Nobis relatione de proceſſibus, apoſtolica auctoritate fabricatis, ſuper ſanctitate Servi Dei Cajetani Thienæi Nobilis Patritii Vicentini dictæ Congregationis Fundatoris, iiſque in Congregatione Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium Sacris Ritibus præpoſitorum, de mandato noſtro per plures ſeſſiones, citato etiam ad hoc,

ad hoc, & audito Promotore Fidei, ad relationem dilecti filii noſtri Antonii S. Mariæ in Aquiro Diaconi Cardinalis Barberini nuncupati, noſtri ſecundum carnem ex fratre germano Nepotis, acerrime diſcuſſis, cognito primum ſuper validitate dictorum proceſſuum, deinde ſuper virtutibus heroicis, ac demum ſuper miraculis in vita, & poſt mortem interceſſione dicti Servi Dei ab Altiſſimo patratis, iidem Cardinales unanimi conſenſu cenſuerunt, tuto poſſe, quandocumque Nobis placuerit, ad ſolemnem Canonizationem dicti Servi Dei Cajetani Thienæi deveniri. Quare pro parte non ſolum Præpoſiti Generalis, & Clericorum prædictorum, verum etiam chariſſimorum in Chriſto filiorum noſtrorum Ferdinandi Romanorum Regis Imperatorem electi, ac Ludovici Francorum Regis Chriſtianiſſimi, necnon dilectorum filiorum nobilium virorum Ducis, & Reipublicæ Venetorum, aliorumque Chriſtianorum Principum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut interim, donec ad ſolemnem Canonizationem dicti Servi Dei Caietani Thienæi deveniatur, idem Servus Dei Cajetanus Thienæus Beatus nuncupari, atque Officium, & Miſſa de eo, ut infra, celebrari poſſit.

Beatificatio ejuſdem, ac conceſſio Miſſæ, & Officii prout hic.

§.2. Nos piis Ferdinandi Regis in Imperatorem electi, ac Ludovici Regis, necnon Ducis, & Reipublicæ, aliorumque Principum, ac Præpoſiti, & Clericorom prædictorum votis hujuſmodi, quantum cum Domino poſſumus, benigne annuere volentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, de eorumdem Cardinalium conſilio, ut ipſe Dei Servus Cajetanus Thienæus impoſterum Beatus nuncopari, atque ab omnibus Clericis Regularibus ubique exiſtentibus Officium de commoni Confeſſoris non Pontificis in die ejus obitus recitari, & Miſſa celebrari, juxta Breviarii, & Miſſalis Romani Rubricas, etiam per ſacerdotes regulares, & ſeculares ad eorum Eccleſias confluentes. In Civitate vero Vicentina ubi natus, & in Civitate Neapolitana ubi ſacrum ejus corpus requieſcit, in omnibus Eccleſiis, tam regularium, qoam ſecularium, Miſſam, & Officium, ut ſupra, reſpective celebrari, & recitari valeat: Ac pro præſenti anno dumtaxat dicti Præpoſitus Generalis, & Clerici ſolemnem Beatificationem cum Officio. & Miſſa in die eis benevisa, hic Romæ in Eccleſia Sancti Andreæ de Valle, necnon alii ad illam confluentes celebrare, libere, & licite poſſint, & valeant, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium licentiam, & facultatem concedimus, & impertimur.

Contrariorum remotio.

§.3. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis qoibuſcumque.

Fides tranſumptorum.

§.4. Volumus autem, ut præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, Secretarii ipſius Congregationis, vel alicujus Notarii publici manu ſobſcriptis, & alicujus perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ, aut Præpoſiti, vel Vicarii Generalis ejuſdem Congregationis ſigillo munitis, eadem prorſus fides ubique adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 8. Octob. 1629. An.VII.

Datum Romæ apod Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die octava Octobris 1629., Pontificatus noſtri Anno Septimo.

CCCXXIV.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Extenſio facultatum Cruciatæ, quoad licentiam veſcendi ovis, & lacticiniis, ad Patriarchas, Archiepiſcopos, & alios inferiores Prælatos, ac Presbyteros, & Clericos ſeculares, tantum excepta majori hebdomada.

Chariſſimo in Chriſto filio noſtro Philippo Hiſpaniarum Regi Catholico.

URBANUS PAPA VIII.

Chariſſime in Chriſto fili noſter ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Pius V. aliique Pontifices vigore Cruciatæ conceſſerunt jejuniorum temporibus ovorum, & lacticiniorum uſum:

§.1. ALiàs a felicis recordationis Pio Papa Quinto Prædeceſſore noſtro inter cæteras gratias illas ſpirituales, & temporales ad certum tunc expreſſum tempus publicandas, & duraturas claræ memoriæ Philippo II. Hiſpaniarum Regi Catholico Avo tuo, ac omnibus, & ſingulis Chriſtifidelibus in Regnis, & Dominiis Hiſpaniarum, & illis adiacentibus, necnon Sardiniæ Inſulis conſiſten., & ad illa declinan., iis, qui certa munera adimpleviſſent, conceſſas, & à diverſis Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris eidem Philippo, ac ſimilis memoriæ Philippo III. etiam Hiſpaniarum Regi Catholico genitori tuo, & à Nobis per noſtras in ſimili forma Brevis ſub die 26. Martii 1624., & die 9. Octobris præſentis anni 1629. expeditas Literas Majeſtati tuæ prorogatas indultum fuit, ut ipſi carnibus, de conſilio utriuſque medici, temporibus jejuniorum, tam quadrageſimalium, quam quorumlibet totius anni, ac pro eorum libito ovis, & lacticiniis veſci, ita quod, qui carnes non comediſſent, ſervata in cæteris Jejonii Eccleſiaſtici forma, dicto jejunio ſatisfeciſſe cenſerentur, libere, & licite poſſent.

Exceptis tamen Patriarchis, Primatibus &c.

§.2. Subhac tamen gratia, & conceſſione minime comprehendi Patriarchas, Primates, Archiepiſcopos, Epiſcopos, neque alios inferiores Prælatos, neque quaslibet regulares perſonas, atque ex ſecularibus eas, quæ in Presbyteratus ordine conſtitutæ eſſent, quoad quadrageſimalia jejunia, illis autem exceptis, omnes prædictos, præterquam Inſularum prædictarum Incolas etiam ovis, & lacticiniis veſci poſſe, ut ſupra, conceſſit, voluit etiam quemcumque Eccleſiaſticum, vel ſecularem, qui eam gratiam fuiſſet aſſequutus, ea minime poſſe uti extra ipſa Hiſpaniarum Regna, & aliàs prout in diverſis, tam ſub plumbo, quam in ſimili forma Brevis deſuper expeditis Literis, quarum

rum omnium tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus plenius contineretur.

Urbanus idē privilegium extendit ad ipſos.

§.3. Nunc autem Nos ſpirituali conſolationi Patriarcharum, Primatuum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, aliorumque inferiorum Prælatorum, & Presbyterorum ſecularium prædictorum dumtaxat, quantum cum Domino poſſumus, benigne conſulere volentes, ſupplicationibus etiam Majeſtatis tuæ nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Ven: Fratribus Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis inferioribus Prælatis, necnon Clericis, & Presbyteris ſecularibus prædictis tantum, ut Quadrageſimali tempore, hebdomada tamen majori excepta, ovis ſimiliter, & lacticiniis, pro eorum libito, uti, & veſci libere, & licite valeant, apoſtolica auctoritate tenore præſentium indulgemus.

Ac Antonium de Soto hujus indulti Commiſſariū eligit.

§.4. Ac dilectum filium Antonium de Sottomajor ordinis fratrum Prædicatorum profeſſorem prædictarum gratiarum exequutorem, & Commiſſarium apoſtolica auctoritate deputatum, & præſentium exequutorem, & Commiſſarium auctoritate, & tenore prædictis facimus, conſtituimus, & deputamus.

Clauſulæ.

§.5. Decernentes irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§.6. Non obſtantibus Literis prædictis, ac omnibus iis, quæ in illis conceſſa ſunt non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Præſentibus ad ſexennium tantum valituris.

Dat. die 10. Octob. 1629. An.VII.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris die 10. Octobris 1629. Pontificatus noſtri Anno ſeptimo.

CCCXXV.

Jubilæi univerſalis conceſſio ad divinam opem pro imminentibus in diverſis Chriſtiani Orbis partibus periculis poſtulandam.

URBANUS PAPA VIII.

Univerſis Chriſtifidelibus præſentes Literas inſpecturis, ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Cauſa hujus conceſſionis Jubilæi, & hortatio ad illud aſſequendum.

IRritatus aſſiduis humani generis flagitiis Deus conſuevit iracundiæ ſuæ flagella ſæpius oſtentare, ut errantes derelinquant vias ſuas, & aliquando viſitat in virga iniquitates, & in verberibus peccata; nolens tamen aliquem perire; remediis acrioribus excitat peccatorum ſopitas mentes, ut reſipiſcentes ad eum revertamur. Nos igitur è paſtorali ſpecula, dominici gregis Nobis, licet immeritis, crediti, proſpicientes ſaluti, cum propius imminere diſcrimina peſtilentiæ, & damna famis pervagari, belliquè turbines in detrimentum Catholicæ Religionis variis Chriſtiani orbis partes invadere, & ibidem violentius percrebreſcere animadvertamus, oculos in excelſum tollimus ad Altiſſimum, qui licet ſit juſtus, etiam miſericors eſt, & placabilis ſuper nequitiam populi ſui, & publicæ orationis anchora, quod ſæpius fecimus, iterum innixi, inſtantis tempeſtatis impetum evitare ſperamus. Adeamus itaque in amaritudine animarum noſtrarum, recogitantes vitæ præteritæ annos, Aram miſericordiarum Domini, & ſine intermiſſione orantes contriti cordis, & humiliati ſpiritus offeramus ei ſacrificium, ut, qui interdum opem implorantibus dormiens vult videri, & quandoque ſupplicantium preces ſeriùs audit, tandem cumulatè exaudiat, & noſtris, & communibus Fidelium votis in tempore opportuno adeſſe dignetur, & tantos æſtuantis maris motus diſſidiorum, ventis imperans, ſedet, ut optata fiat tranquillitas. Hoc autem, ut fructuoſius, & majori cum ſpiritus ardore peragatur: ea veteri Eccleſiæ Romanæ omnium Matris, & Magiſtræ more, in præſentibus neceſſitatibus, ejuſdem Eccleſiæ theſauros, quorum diſpenſatores à Domino conſtituti ſumus, proferre, & largiſſime erogare decrevimus. Itaque ex parte omnipotentis Dei Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, omnes, & ſingulos utriuſque ſexus Chriſtifideles, tam in Alma Urbe noſtra, quam alibi ubicumque locorum conſtitutos apoſtolica auctoritate paterne, enixeque requirimus, monemus, & in Domino adhortamur ad infraſcripta devote peragendum, & adimplendum, ac ad Deum Salvatorem noſtrum orandum, ut per viſcera miſericordiæ ſuæ fidem Catholicam protegere, ab hoſtium conatibus, & inſidiis defendere, hæreſim extirpare, Principibus Chriſtianis pacem, & veram concordiam donare, ac præcipuè præſentibus Eccleſiæ neceſſitatibus ſubvenire dignetur.

Conceſſio Jubilæi pro exiſtentibus Romæ.

§.1. Nos enim de omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, ex illa ligandi, atque ſolvendi poteſtate, quam Nobis Dominus, meritis minime ſuffragantibus, contulit, univerſis, & ſingulis Chriſtifidelibus in Alma Urbe prædicta degentibus, qui ſolemni proceſſioni, quam ab Eccleſia B. Mariæ Angelorum nuncupata, Carthuſien., Ordinis, ad Baſilicam ejuſdem B. Mariæ Majoris etiam nuncupatam de Urbe, feria quarta proximæ ſequentis hebdomadæ, una cum Venerabilibus Fratribus Noſtris S. R. E. Cardinalibus, Chriſtianorumque Regum, & Principum apud Nos, & Apoſtolicam Sedem Oratoribus, omnibuſque Prælatis, Proceribus, ac univerſo Clero, & Populo agemus, interfuerint, aut qui prædicta, vel immediate ſubſequenti hebdomada eaſdem Eccleſiam, & Baſilicam, ſaltem ſemel viſitaverint, ibique devote, ut ſupra, Deum oraverint, necnon feria quarta, & ſexta, ac Sabbato ejuſdem, vel ſubſequentis hebdomadæ jejunaverint, & peccata ſua confeſſi fuerint, atque in primo die Dominico, vel ſecundo, ſeu ſaltem alio di-

ctatum

Digitized by Google

ctarum hebdomadarum die Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum reverenter ſumpſerint, & eleemoſynas ad libitum, prout charitas ſingulis ſuggeſſerit, fecerint.

Necnon pro exiſtentibus extra Urbem.

§. 2. Cæteris vero omnibus, & ſingulis fidelibus extra Urbem exiſtentibus in quibuſvis Civitatibus, Terris, & Locis, qui proceſſioni ab ordinariis locorũ, vel eorum Vicariis, ſeu Officialibus de eorum mandato, & ipſis deficientibus, per eos, qui ibi curam animarum exercent, prima, vel ſecunda hebdomada, poſtquam, ad eorum notitiam hæ noſtræ Literæ devenerint, indicendæ, & agendæ, interfuerint, vel Eccleſiam, ſeu Eccleſias per eoſdem deſignandas ſaltem ſemel viſitaverint, ibique, ut ſupra Deum oraverint, ac feria quarta, ſexta, & Sabbato alterius ex duabus hebdomadis ab eiſdem deputandis jejunaverint, pariterque peccata ſua confeſſi, ac Sanctiſſ. Communione refecti fuerint, & eleemoſynas ſimiliter pro arbitrio ſuo fecerint, pleniſſimam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem, ſicut Anno Jubilæi viſitantibus certas Eccleſias intra, & extra Urbem concedi conſuevit, tenore præſentium concedimus, & elargimur.

Ac pro itinerantibus.

§. 4. Navigantes vero, aut iter agentes, ut cum primum ad ſua ſeſe domicilia receperint, ſuprascriptis peractis, & loco interventus in proceſſione, viſitata Eccleſia Cathedrali, vel majori, aut Parochiali loco ejuſdem domicilii, eamdem Indulgentiam conſequi poſſint, & valeant.

Etiam pro regularibus aliiſque impeditis

§. 4. Regularibus autem perſonis utriuſque ſexus, etiam in clauſtris perpetuo degentibus, necnon aliis quibuſcumque, tam laicis, quam religioſis ſecularibus, vel regularibus, etiam in carcere, aut in captivitate exiſtentibus, vel aliqua corporis infirmitate, ſeu alio quocumque impedimento detentis, qui ſupra expreſſa, vel eorum aliqua præſtare nequiverint, ut Confeſſarius, quem, ut infra, elegerint, eis prædicta omnia, & ſingula, vel eorum aliqua, in alia pietatis opera commutare, vel in aliud proximum tempus prorogare poſſit, eaque injungere, quæ ipſi Pœnitentes efficere poterunt, pariter concedimus, & indulgemus.

Conceſſio eligendi Confeſſarium cum facultatibus, ut hic.

§. 5. Cupientes autem omnes Chriſtifideles participes fieri hujus pretioſiſſimi theſauri, univerſis, & ſingulis utriuſque ſexus, tam laicis, Eccleſiaſticis, ſecularibus, & regularibus cujuſvis Ordinis, Congregationis, & Inſtituti licentiam concedimus, & facultatem damus, ut ſibi ad hunc effectum eligere poſſint quemcumque Presbyterum Confeſſarium, tam ſecularem, quam cujuſvis Ordinis regularem, ea approbatis à locorum Ordinariis, qui eos ab omnibus excommunicationis, ſuſpenſionis, & aliis eccleſiaſticis ſententiis, & cenſuris à jure, vel ab homine quavis cauſa latis, ſeu inflictis, necnon ab omnibus peccatis, exceſſibus, criminibus, & delictis quantumvis gravibus, & enormibus, etiam locorum Ordinariis ſive Nobis, & Sedi Apoſtolicæ, & etiam in Literis die Cœnæ Domini legi ſolitis, contentis, & aliàs per qualcumque noſtras, aut Rom. Pont. Prædeceſſorum noſtrorum Conſtitutiones, quarum tenores præſentibus haberi volumus pro expreſſis, quomodocumque reſervatis, in foro conſcientiæ, & hac vice tantum, non tamen à crimine hæreſis, abſolvere, & liberare valeant: & inſuper vota quæcumque (Religionis, & Caſtitatis exceptis) in alia pia, & ſalutaria opera commutare; injuncta tamen eis, & eorum cuilibet in ſupradictis omnibus caſibus, pœnitentia, aliiſque ejuſdẽ Confeſſarii arbitrio, injungendis.

Præceptum illud publicandi, &c.

§. 6. Quapropter tenore præſentium in virtute ſanctæ obedientiæ diſtricte præcipimus, atque mandamus omnibus, & quibuſcumque Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis Eccleſiarum Prælatis, ac quibuſcumque Ordinariis locorum, eorumque Vicariis, & Officialibus, vel iis deficientibus, illis, qui curam animarum exercent, ut cum præſentium Literarum tranſumpta, aut exempla, etiam impreſſa acceperint, illa ſtatim abſque ulla mora, retardatione, vel impedimento per ſuas Eccleſias, & Diœc. Provincias, Civitates, Oppida, Terras, & Loca publicent, & publicari faciant, ac Cleris, & populis ſibi ſubjectis ſolemnes proceſſiones, & ſupplicationes indicant, & celebrent, Eccleſiamque, ſeu Eccleſias viſitandas deſignent.

Reſtrictio circa facultatem diſpenſandi.

§. 7. Non intendimus autem per præſentes ſuper aliqua irregularitate publica, vel occulta, nota, defectu, incapacitate, ſeu inhabilitate quoquomodo contracta diſpenſare, vel aliquam facultatem tribuere diſpenſandi, ſeu habilitandi, & in priſtinum ſtatum reſtituendi, etiam in foro conſcientiæ. Neque etiam eaſdem præſentes, iis qui à Nobis, & Apoſtolica Sede, vel ab aliquo Prælato, ſeu Judice Eccleſiaſtico excommunicati, ſuſpenſi, interdicti, ſeu aliàs in ſententias, & cenſuras incidiſſe declarati, vel publice denuntiati fuerint, niſi infra tempus celebrationis hujuſmodi Jubilæi ſatisfecerint, aut cum partibus concordaverint, ullo modo ſuffragari poſſe, aut debere.

Contrariorum remotio.

§. 8. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, præſertim quibus facultas abſolvendi in certis tunc expreſſis caſibus ita Romano Pont. pro tempore exiſtenti reſervatur, ut nec etiam ſimiles, vel diſſimiles Jubilæi Indulgentiarum, & facultatum hujuſmodi conceſſiones, niſi de illis expreſſa mentio, aut ſpecialis derogatio fiat, cuiquam ſuffragari queant, necnon regula noſtra de non concedendis Indulgentiis ad inſtar, ac quorumcumque Ordinum, & Congregationum, ſive Inſtitutorum regularium, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel alia quavis firmitate roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis eiſdem Ordinibus, & Congregationibus, atque Inſtitutis quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & indi-

& individua, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis, ac formam eorum traditam pro ſervata habentes, hac vice ſpecialiter, nominatim, & expreſſe ad effectum præſentium derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptorum fides.

§.9. Ut autem præſentes noſtræ, quæ ad ſingula loca deferri non poſſunt, ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus, ut earumdem præſentium tranſumptis, vel exemplis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, ubique locorum, & gentium eadem prorſus fides adhibeatur, quæ haberetur ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 22. Octob. 1629. An. VII.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris die 22. Octobris 1629. Pontificatus noſtri Anno VII.

CCCXXVI.

Pro Ordine S. Baſilii Congregationis Reformatæ del Tardon, & S. Antonii de Valle del Gallegillos.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

Paſtoralis officii Nobis ex alto commiſſi debitum poſtulat, ut circa ſtatum Religioſorum Ordinum quorumcumque in Eccleſia Dei militantium ſalubriter dirigendum mentis noſtræ aciem aſſidue intendentes, ad ea præcipue ejuſdem officii partes ſedulo impendamus, ut quæ a Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris pro felici eorumdem Ordinum ſtatu, & directione proinde ſunt ſtatuta, & ordinata, ab iis, ad quos ſpectat, inviolabiliter obſerventur.

Clem. VIII. edidit Conſt. de hac reformatione.

§.1. Exponi ſiquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Procurator Generalis Monachorum Ordinis S. Baſilii Congregationis Reformatæ nuncupatæ, quod aliàs fel. record. Clemens Papa VIII. Prædeceſſor noſter cupiens S. Baſilii hujuſmodi regulam cum ſuo laudabili de labore manuum inſtituto in ſua propria, & primitiva Sanctorum Patrum obſervantia ſtabiliri, ac perpetuo conſervari, duo Monaſteria ejuſdem Ordinis tunc expreſſa in Monaſteria Reformationis, & veræ regulæ Obſervantiæ conſtituens, & ſeparans, inter alia voluit, quod Monachi Monaſteriorum Reformationis hujuſmodi Abbati dicti Ordinis Generali taliter ſubjacerent, ut ipſe per ſe, non vero per alium, niſi forte ex eadem Congregatione Reformata Monachum poſſet illa, tam in capite, quam in membris viſitare, corrigere, & emendare, non vero in aliquo contra ſupradictam reformationem, ſeu Conſtitutiones ab ipſis faciendas, & à Sede Apoſtolica approbandas, in communi, vel cum aliquo particulari diſpenſare, vel quidquam aliud mutare, ſive innovare, neque Monachos Reformatos à ſuis Monaſteriis ad alia quacumque de cauſa transferre, ſeu alios ab ipſis etiam ad breve tempus recipi facere, vel aliud quidquam ordinare, ſeu ſtatuere, in quo ipſos poſſet perturbare, ſeu quomodolibet inquietare, & alias, prout in ipſius Clementis Prædeceſſoris in ſimili forma Brevis deſuper expeditis Literis plenius continetur.

Quæ hic Pont. obſervari mandat.

§.2. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, præmiſſis nequaquam obſtantibus nonnulli ejuſdem Ordinis Abbates Generales, eorumque Vicarii quibuſdam Monachis Reformatis ad Provincias non reformatas tranſeundi licentiam, & facultatem conceſſerint, atque ex hoc non leves in Congregatione Reformata hujuſmodi exoriantur perturbationes, proindeque per Nos deſuper opportune provideri ſummopere deſideret: Nos præmiſſis, quantum cum Domino poſſumus, obviam ire, proſperoque Monachorum prædictorum regimini, & gubernio conſulere, illoſque ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibuſvis, &c. cenſentes, ſupplicationibus dicti Procuratoris Nobis, &c. inclinati, de Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium negotiis Regularium præpoſitorum conſilio, dilecto filio Abbati Generali dicti Ordinis pro tempore exiſtenti per præſentes præcipimus, ut in poſterum prædictas Literas in forma Brevis prædicti Clementis Prædeceſſoris omnino obſervet, & obſervari faciat.

Mandat puniri transgreſſores.

§.3. Decernentes illum, ſi unquam aliquem ex Monachis Reformatis hujuſmodi contra diſpoſitionem dictarum Literarum ad Provincias non reformatas transferre præſumpſerit, pœnam privationis vocis activæ, & paſſivæ eo ipſo incurrere, ſicque ab omnibus cenſeri, & ita per quoſcumque Judices ordinarios, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes judicari, &c. attentari. Non obſtantibus omnibus illis, quæ dictus Clemens Prædeceſſor in ſuis Literis prædictis voluit non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 30. Octob. 1629. An. VII.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris, die 30. Octobris 1629. Pontificatus noſtri Anno VII.

Vectigal

Digitized by Google

CCCXXVII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Vectigal ſuper Carne, & Vino, quod ab Eeeleſiaſticis Civitatis Ulixbonen. exigi permiſerat, ab Eeeleſiaſticis quoque Regnorum Portugalliæ, & Algarbiorum esigi poſſe indulget.

Indultum, quod hic recenſetur, lege ſup. in Conſt. CCXCV. Esponi uobia. *pag. 162.*

Venerabili Fratri Laurentio Epiſcopo Hieracen. moderno, & pro tempore exiſtenti jurium, & ſpoliorum Cameræ noſtræ Apoſtolicæ in Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis Collectori Generali.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Venerabilis Frater ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Recenſet Indultum jam concedum exigendi vectigal ab Eccleſiaſticis Ulixbonen.

§. 1. ALiàs s Nobis emanarunt Literæ tibi directæ tenoris ſubſequentia videlicet, Venerabili Fratri Laurentio &c. ſub Dat. 31. Januarii 1629. Anno VI.

Petitio Regis pro extenſione ad omnes Eccleſiaſticos Regn. tū Portugalliæ, & Algarbiorum

§. 2. Cum autem dictus Philippus Rex denuo Nobis exponi fecerit, masimas neceſſitates Chriſti fidelium, & eccleſiarum illarum partium majori indigere ſubſidio, perſonaſque aliarum Civitatum, Oppidorum, & Locorum eorumdem Portugalliæ, & Algarbioru n Regnorum numero valde excedere perſonaa dictæ Civitatia Ulixbooen. emolumentaque dictæ gabellæ, ſi illam pro majori ſubſidio eidem Regi ad prædictum effectum præſtando prædictæ Civitates, Oppida, & loca prædictorum Regnorum Portugalliæ, & Algarbiorum, escepta Civitate Ulixbonen. impoſuerint, vel imponere voluerint, ſpatio prædicti ſesennii dictam ſummam ducentorum millium Crueiatotum bactenus a Nobis per præinſertas Literas etiam quoad eccleſiaſticos approbatam, longe escedere, & ad ſummam quadringentorum millinm Cruciatorum, & ultra aſcendere, facultateſque Laicorum eorumdem Regnorum non ſuppetere, Nobis ideirco dictua Philippus Rex bumiliter ſupplicari fecit, ut quoad prædictas alias Civitatea, Oppida, & Loca dictorum Regnorum, excepta dicta Civitate Ulisbonen., quatenus prædictæ aliæ Civitatea, Oppida, & Loca excepta Civitate prædicta Ulixbonen., eamdem Gabellam impoſuerint, vel imponere voluerint, Nos eamdem gabellam etiam a Perſonis eccleſiaſticis earumdem Civitatum, Oppidorum, & Locorum dictorum Regnorum, non tamen prædictæ Ulisbonen. Civitatis, ad ſesennium pro rata carnis, & vini per eaſdem perſonas eccleſiaſticas publice emendi etiam ultra ſummam dictorum ducentorum millium Cruciatorum esigendi licentiam, & facultatem concedere de benignitate apoſtolica dignaremur.

Cui Pontifex annuit.

§. 3. Nos igitur piis dicti Philippi Regis votis, quantum cum Domino poſſumus, annuere, eumque ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, hujuſmodi ſupplicationibus inelinati prædictas neceſſitates omnino attendentes, Clerumque, & eccleſiaſticos Regnorum prædictorum Portugalliæ, & Algarbiorum, ſub quorum dominio Indiæ prædictæ conſiſtunt, pro Chriſtifidelium, & eccleſiarum in illis exiſtentium neceſſitatibus prædictis ſublevandis de Patrimonio Chriſti, cujua cauſa masime agitur, etiam eorum ratam gabellæ bujuſmodi pro carne, & vino publiee, ut præfertur, emendo ſolvendam libenter ſuppeditaturos, Nobis perſuadentes, Tibi per præſentes committimus, & mandamus, quatenus, excepta dicta Civitate Ulixbonen., reliquarum aliarum Civitatum, Oppidorum, & Locorum dictorum Regnorum, quæ gabellam bujuſmodi impoſueriut, vel imponere voluerint, Præſidentibus, Officialibus, & Miniſtris quovis nomine nuncupatis eamdem gabellam etiam a perſonis eeeleſiaſticis tam ſecularibus, quam regularibus eujuſeumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinia, & conditionia exiſtant, etiam exemptia, & quomodolibet qualificatis, vinom, & carnem, ut præfertur, publiee ementibua oſque ad aliam ſummam aliorum ducentorum millium Crueiatorum, & ſic in totum uſque ad ſummam quadringentorum millium Crueiatorum, escepta dicta Civirate Ulixbonen., infra tamen ſesennium a die impoſitionis dictæ gabellæ, ſi illam, ut præfertur, impoſuerint, vel imponere voluerint, computandum dumtaxat, & non ultra, modo, & forma in præinſertia Literis espreſſis contribuen., ſolven., esigen., & converten., abſque ullo conſeientiæ ſeropulo, aut cenſurarum, & pœnarum eceleſiaſticarum incurſu exigeodi, peeuniaſque inde provenientes ad effectum præmiſſum, & non in alios uſus quoſeumque convertendi, & erogandi licentiam, & facultatem auctoritate noſtra concedas, & impartiaris.

Pro exigendo hoc vectigali duas perſonas, unam ſcilicet a Rege, alteram ab Epiſcopo Hieracen. deputari mandat.

§. 4. Volumus autem, quod pecuniæ ratione gabellæ hujuſmodi exigendæ penea duas Perſonas fide, & facultatibus idoneas, unam ſcilicet ab eodem Philippo Rege, ſeu ejus miniſtris in eiſdem Regnis exiſtentibus, aliam vero a dicto Clero, ſeu a te ejuſdem Cleri nomine deputan., & reſpective approban., omnino deponantur, & per eaſdem perſonaa conjunctim procedentes dictis Philippi Regis Miniſtria ad effectum illas in ſupradictos, & non alioa uſus ſub infraſcriptia cenſuria, & pœnis eo ipſo incurrendia expendendi conſignentur.

Pecunias ſic exigendas in alios impendi uſus vetat.

§. 5. Quodque perſonæ ſic deputatæ, & approbatæ de pecuniaa bujuſmodi nonniſi ad effectum eadem ſubſidia in prædictos, & non alios uſua præſtandi, eiſdem Philippi Regis Miniſtris numerando, Miniſtri vero prædicti pecunias es dictis gabellis provenientes ſibi, ut præfertur, numerandas non niſi in uſus iſtos, & non alios erogando, ſub excommunicationis majoris, ac privationis dignitatum, officiorum, & beneficiorum etiam eceleſiaſticorum, ipſo facto incurren., a quibus nonniſi a Nobis, ſeu Roma-

Digitized by Google

Romano Pontifice pro tempore exiſtente ſpecialiter, non autem vigore Cruciatæ, ſeu cujuslibet alterius conceſſionis, aut privilegii ab eadem Sede pro tempore emanati, & emanandi abſolvi poſſe declaramus, ſolitum præſtent in manibus tuis juramentum.

Contrafacientes ad reſtitutionem teneri vult.

§.6. Inſuper etiam volumus, quod quicumque alii Miniſtri, & Officiales Regii, cujuſcumque conditionis, qualitatis, ſtatus, & præeminentiæ, ſpecialique nota digni ſint, eaſdem pecunias in toto, vel in parte in alios quam prædictos uſus ſub eiſdem cenſuris, & pœnis ipſo facto incurrendis convertere non poſſint; quodque in eventum contraventionis, ſeu inobſervantiæ omnium, & ſingulorum præmiſſorum, vel cujuslibet eorum, præſens gratia nulla ſit, prout illam ex nunc tenore præſentium nullam fuiſſe, & eſſe, contravenienteſque ad reſtitutionem teneri, & non niſi facta actuali reſtitutione abſolvi poſſe.

Elapſo autem ſexennio vectigal exigi vetat.

§.7. Similiter declaramus, ac etiam decernimus, quod ſexennio hujuſmodi elapſo, & interim ſi, & poſtquam prædicta ſumma quadringentorum millium Cruciatorum in Civitatibus, Oppidis, & Locis prædictis prædictorum Regnorum, excepta Civitate Ulixbonen. hujuſmodi, decurſa, ſoluta, ſeu exacta fuerit, præſens gratia expiret eo ipſo, nec ſub eiſdem cenſuris, & pœnis ipſo facto incurrendis gabella, ſeu gabellæ prædictæ ulterius exigi, minuſve ſuper eis aliquod onus, præſertim ultra prædictum tempus duraturum imponi unquam poſſit,

Clauſulæ.

§.8. Decernentes ſic, & non aliter in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque judices ordinarios, & delegatos etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales etiam de latere Legatos, & Nuncios quavis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, ac deffiniri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogat obſtantibus.

§.9. Non obſtantibus omnibus illis, quæ in dictis Literis voluimus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 12. Decem. 1629. An. VII.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die 12. Decembris 1629. Pontificatus noſtri Anno Septimo.

CCCXXVIII.

Erectio Montis Vacabilis ſubſidii nuncupati.

Materiam ſubſidii late videre poteris in Conſtitut. XLVII. Pauli III. Decens, *Tom. IV. Par. I. p. 225. item in Conſt. XXIX. Pauli IV.* Cupientes, *ibidem fol. 358. & Pauli V. Conſtit. XXI.* In maximis, *Tom. V. Par. III. fol. 170. Revocationem verò exemptionum a ſolutione ſubſidii triennalis vide in Conſt. VI. Sixti V.* Inter varias, *Tom. IV. Par. IV. fol. 133.*

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Cauſa hujus Conſtit.

§.1. IMpenſarum moles, quas his duriſſimis, & difficillimis temporibus pro defenſione, & conſervatione Status noſtri Eccleſiaſtici facere cogimur, Nos impellit, ut pecuniam, undequaque haberi poteſt, pro imminentibus Sedis, & Cameræ noſtræ neceſſitatibus, & ad ea gerenda, quæ pro ejuſdem Sedis, & prædicti Status noſtri beneficio neceſſaria videntur, aſſidue cogitemus colligere, & comparare, ut eam paratam in ipſis neceſſitatibus habeamus, idque minori, quo poſſimus, ſubditorum noſtrorum, & ipſius Cameræ incommodo, & detrimento facere ſtudeamus. Ideo unum Montem Vacabilem, ex quo opportuna pecuniæ vis colligi poſſit, ſuper augmento, ſeu ſubſidio Julii unius pro quolibet Cado Vini, quod ad Urbem ex circumvicinis Civitatibus, & locis aſportatur, pro annuis ſcutis viginti duobus millibus monetæ dilectis filiis Joanni Baptiſtæ, & Fratribus de Gallis locatis, & alio augmento, ſeu ſubſidio duarum ex tribus partibus quadrantis ſuper qualibet libra Carnis, quæ in Urbe venditur, ad annua ſcuta 25. millia aſcendente, per Nos impoſitis, & auctis, aliiſque dictæ noſtræ Cameræ introitibus erigere deliberavimus.

De erigendo Monte vacabili ſuper vectigale Vini, & Carnis cogitat;

Et erigit.

§.2. Motu igitur proprio, ac ex certa ſcientia, & poteſtatis plenitudine noſtris Montem vacabilem ſcutorum 300. millium monetæ ſubſidii nuncupandum locorum, ſeu portionum trium millium vacabilium reſignabilium ad inſtar aliorum officiorum, & Montium vacabilium Romanæ Curiæ, ſcutis centum monetæ pro quolibet loco computatis, annui fructus ſcutorum novem monetæ pro quolibet loco, & portione, & anno, a die prima menſis Julii proxime præteriti præſentis anni 1630. inchoando, ad inſtar aliorum Montium, & officiorum vacabilium, auctoritate apoſtolica, tenore præſentium erigimus, creamus, facimus, & inſtituimus.

Dotem aſſignat.

§.3. Illique ſic erecto, & inſtituto, ac perſonis, quæ in eo pecunias, ut infra dicetur, poſuerint, pro dicti Montis congrua dote, ac fructibus, & emolumentis ad prædictam rationem ſcutorum novem monetæ annuis ſingulis pro quolibet loco, & quolibet bime-

bimeſtri in fine pro rata ſolvendis ſummam ſcutorum 27. millium monetæ, annuorum ſcilicet ſcutorum 20. millium monetæ ex dicto ſubſidio, ſeu augmento julii pro quolibet Cado Vini, & reliquorum ſcutorum ſeptem millium monetæ annuorum ex ſupradicto augmento Gabellæ Carnis per Nos, ut præfertur, impoſito, a dictorum ſubſidiorum emolumentis, & redditibus diſmembramus, & ſeparamus, ſicque diſmembratam, & ſeparatam dicto Monti, illiuſque Depoſitario, & Montiſtis ſolvendam eodem Monte durante concedimus, applicamus, & appropriamus, & aſſignamus, applicatamque, & appropriatam eſſe volumus, & mandamus.

Dictum Montem ab omnibus oneribus eximit.

§.4. Ipſumque Montem, & illius futuros Creditores in noſtrum, ac Sedis, & Cameræ prædictarum locum quoad integram ſummam prædictam, ejuſque liberam perceptionem, exactionem, & conſequutionem, etiam irrevocabiliter ponimus, ſubſtituimus, & ſubrogamus, eamdemque ſummam ab omnibus oneribus, tributis, ſubſidiis, & collectionibus, & retentionibus per Nos, & pro tempore exiſtentes Romanos Pontifices ex quacumque urgenti, & publica, ac etiam peſtis, fidei catholicæ tuendæ cauſa, augmento cultus divini, ſeu alia ſublevatione, & conſervatione ejuſdem noſtri Status, & Romanæ Eccleſiæ quomodolibet impoſitis, & imponendis, ac ab omnibus, & quibuſcumque aliis gravaminibus ordinariis, & extraordinariis præſentibus, & futuris eximimus, & liberamus, exemptaque, & libera, dictoſque redditus, introitus, & emolumenta eidem Monti, & illius Creditoribus, & Montiſtis obligata, & hypothecata eſſe volumus, & obligamus, & hypothecamus.

Sedis Apoſtolicæ, & Cameræ bona pro dicti Montis ſecuritate obligat.

§.5. Et pro majori ejuſdem Montis, & perſonarum in eo pecunias ponere volentium cautela, & ſecuritate omnia, & ſingula alia Sedis, & Cameræ prædictarum bona mobilia, immobilia, jura, res, & actiones quæcumque præſentia, & futura ubique locorum exiſtentia, introituſque, redditus, & proventus dicto Monti ſubſidii, illiuſque ſingulis perſonis, & Montiſtis generaliter, & ſpecialiter etiam obligamus, & hypothecamus, ac obligata, & hypothecata eſſe, nec ſuper annuis ſummis prædictis, ut ſupra aſſignatis, illarumque exactione, & perceptione etiam per Nos, & ſucceſſores noſtros prædictos quovis modo Montiſtas prædictos perturbari, inquietari, vel moleſtari poſſe volumus, & decernimus.

Facultatem omnibus tribuit in dicto Monte pecunias ponendi, exceptis Mendicantibus, & infidelibus.

§.6. Necnon etiam eadem auctoritate ſtatuimus, atque decernimus, quod quæcumque utriuſque ſexus perſonæ cujuſcumque ætatis, etiam Minores, Pupilli, ac Spurii, & illegitimi, & cujuſcumque ſtatus, gradus, conditionis, dignitatis, & præeminentiæ exiſtentes, etiam ſi Cardinalatus honore præfulgeant, & Eccleſiis Cathedralibus etiam Metropolitanis, & Patriarchalibus, ſeu Monaſteriis præſint, & quæcumque, quotcumque, & qualiacumque eccleſiaſtica beneficia cum cura, & ſine cura obtineant, in ſacris etiam Presbyteratus ordinibus conſtitutæ, necnon quorumvis ſub quavis regula inſtitutorum Hoſpitalium, & Militiarum, & quorumcumque (non tamen mendicantium) Ordinum Religioſi, quibus a jure, aut per privilegium conceſſum eſt, proprium retinere poſſe, cujuſcumque nominis, qualitatis, & conditionis, præterquam ratione regularis profeſſionis in aliquo Ordine mendicantium inhabiles, & incapaces exiſtant, ac infidelibus exceptis, in Monte prædicto ſubſidii quaſcumque pecuniarum quantitates, non tamen infra ſummam ſcutorum centum monetæ in ſingulas perſonas, itaut loca, & portiones hujuſmodi dividi minime poſſint, uſque ad dictam ſummam locorum trium millium ponere, & ipſæ perſonæ pro pecuniis ſic poſitis fructus ad rationem ſcutorum novem ſimilium pro quolibet loco ſingulis annis, & quolibet bimeſtri eorum ratam ſine aliquo conſcientiæ ſcrupulo, & ſortis principalis diminutione, vel aliquo reſtitutionis onere integrè, omni prorſus impedimento ceſſante, percipere, & habere poſſint, & valeant.

Confiſcati prohibet.

§.7. Præterea etiam expreſſe prohibemus, quod loca prædicta, nec eorum fructus, & emolumenta etiam cauſa rebellionis, proditionis, aſſaſſinii, ſacrilegii, læſæ majeſtatis, & aliorum criminum quantumcumque gravium, & enormium per loca ipſa obtinentes, tam intus, quam extra ditionem noſtram, & in qualibet mundi parte, non tamen in perſonam Romani Pontificis, aut alicujus ex Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus commiſſorum, etiam confeſſorum, & probatorum, publicari, ſeu deliberari, nec ſub aliquibus, ſive ſpecialibus, ſive generalibus omnium bonorum, rerum, & jurium confiſcationibus comprehendantur, ſed ſpecialiter ab illis excepta fore, & eſſe cenſeantur: deque illis ipſimet delinquentes integre diſponere poſſint, ac ſi delicta hujuſmodi nequaquam commiſiſſent; minuſque loca prædicta, vel eorum fructus quolibet prætextu ad inſtantiam cujuſvis perſonæ, etiam Cameræ noſtræ, vel alias modo aliquo ſequeſtrari, vendi, ſubhaſtari, aut impediri poſſint.

Reductionem prohibet, & a vacatione per quinquennium liberat.

§.8. Decernimus præterea, quod Mons prædictus non poſſit redimi, vel reduci ad non vacabilem, nec extingui, minuſque illius fructus a ratione ſcutorum novem hujuſmodi pro quolibet loco, ut ſupra reduci, nec minui ſub quovis prætextu, etiam neceſſitatis urgentis, & urgentiſſimæ Sedis Apoſtolicæ, enormiſſimæ læſionis, urgentis neceſſitatis, ſeu etiam evidentis utilitatis, aut alia quacumque cauſa: & volentes Montem prædictum, illiuſque Montiſtas, & creditores pro tempore exiſtentes ſpecialibus favoribus, & gratiis decorare, decernimus, atque eadem auctoritate ſtatuimus, & indulgemus, quod loca, ſeu portiones dicti Montis per quinquennium incipiendum a Kalendis ejuſdem menſis Julii proxime præteriti præſentis anni 1630. & ut ſequitur, finiendis, per obitum perſonarum, ſuper quarum vitæ periculis loca extabunt

vel ab-

vel ab eis caoſam dicto qoinquennio durante habentium, non vacent, ſed illa ad decedentium, illoromque, ad quos loca prædicta ſpectabuot, hæredes ex Teſtamento, ſeu ab inteſtato omnino deveniant, ipſique hæredes, & ſucceſſores loca, ſeu portiones hujuſmodi retinere, vel reſignare, ac pretium exinde proveniens recipere poſſint, & reſignationes ſic per eos factæ admitti debeant, etiam cum eodem privilegio non vacantiæ per dictum quinquennium a Kalendis Julii ut ſupra incipiendum; quod privilegium noo vacaotiæ dicto quinquennio durante tranſeat etiam in quoſlibet ſocceſſores, quibus ſuffragari debeat pro reſiduo dicti quinquennii, quo elapſo loca prædicta per obitum illa obtinentium omnino vacent, & vacare debeant ad commodum, & favorem ejuſdem Cameræ ooſtræ.

Facultates, exemptiones, & privilegia concedit Montiſtis.

§.9. Volumus præterea, quod Mootis prædicti creditores ad pecunias ab ipſis in eo poſitas, & erogatas, aut illarum partem, in aliquam ſubventiooem, utilitatem, ſeu neceſſitatem Status Eccleſiaſtici, vel Sedis, & Cameræ prædictarum converſas fuiſſe, & eſſe probandum, haud quaquam teneantur, ſed cum ſimplicibus literis patentibus ab infradicendo Theſaurario noſtro Generali, & Secretario dicti Montis, ab ipſo, ut infra deputando, expeditis iidem creditores, & Montiſtæ tuti ſint, eidemque Monti, & perſonis in eo pecunias habentibus Collegium, & Deſenſores creandi, & deputandi, ordinationes, & ſtatuta quæcumque, licita tamen, & honeſta a prædicto Theſaurario ooſtro Generali examioanda, & approbanda condendi licentiam, & facultatem concedimus, necnoo iis, ut omnibus, & ſingulis aliis privilegiis, & facultatibus, exemptionibus, & immunitatibus, libertatibus, prærogativis, gratiis, & indultis, qnibus cæteri creditores aliorum Montium vacabilium Romanæ Curiæ potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum, ac ſi illa ſic de verbo ad verbum inſerta forent, uti, frui, & potiri libere, & licite valeant indulgemus, qoodque præſentes vim, & robur veri, & validi contractus, ac obligationis inter Nos, & Sedem, & Cameram prædictas ea una, & eos, qui pecunias in ipſo Monte poſuerint, ea altera partibus legitime initi, & ſtipulati obtineant, & obtinere, dictuſque Mons, & illius Montiſtæ io pacifica, libera, & quieta dictorum annuorum ſcutorum 27. millium eis, ut præfertur, aſſignatorum exactionis, & perceptionis poſſeſſione, & dicto Monte durante manuteneri, & conſervari debeant.

Theſaurariũ Gen. C. A. hujus Montis deſignat Protectorem.

§.10. Præterea dilectum filium Magiſtrum Stephanum Duratium Theſaurarium noſtrum Generalem, alioſque pro tempore exiſtentes Theſaurarios Generales dicti Montis Protectores cum poteſtate literas patentes ſub eorum nominibus, & ſigillis expedieodi, & concedendi, necnon omnes, & quaſcumque cauſas ſuper dicto Monte, illiuſque cauſa, & occaſione, & ab eo qunmobolibet dependentes movendas privative quoad omnes alios Judices cognoſceodi, & terminandi, ac omnia alia, quæ ad ejuſdem Mootis utilitatem, providamque directiooem pertinere cognoverit, peragendi cum facultate etiam Depoſitarium, ac Secretarium, & Ratiocinatorem, ſeu Computiſtam dicti Montis cum emolumentis eidem benevifis ad eorum vitam, & donec vixerint, & prout ipſis melius placuerit, & videbitnr, eligendi, & deputandi.

Clauſulas præſervativas apponit.

§.11. Decernentes, præſentes ooſtras Literas de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, ſeu alio quocumqoe defectu notari, argui, vel impugnari, aut revocari, reſtringi, vel limitari minime poſſe, ſeu debere, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere debere, etiam quod in dictæ Cameræ, ejuſque libris non admittantur, neque regiſtrentur; ſicque & non aliàs in omnibus, & ſingulis præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici, & dictæ Cameræ Clericos, Cameramqoe ipſam, ac S. R. E. Cardinalea, etiam de latere Legatos in quavis cauſa, & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & defioiri debere; irritum quoque, & inane quidquid ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit atteotari.

Contrariis derogat.

§.12. Non obſtantibus præmiſſis, & fel. recordationis Symmachi, Caliati Tertii, Pauli Secundi, Pauli Tertii, Pauli Quarti, & Pii Quinti, aliorumque Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum, ac etiam noſtris de rebus Eccleſiæ, & Cameræ non alienandis, & alienatis recuperandis, ac etiam Pii IV. de regiſtrandis, aliiſque Apoſtolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus, ac univerſalibus Conciliis editis, ſpecialibus, & generalibus Cooſtitutionibus, & Ordinationibus, etiam prædicta fieri ſpecialiter expreſſe prohibentibus, & facta irrita eſſe decernentibus, dictæque Cameræ juramento, confirmatione apoſtolica, & quavis alia firmitate roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, ſtabilimentis, uſibus, & naturis, privilegiis quoque, indultis, & Literis apoſtolicis eidem Cameræ, & quibuſvis perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, & cum quibuſvis etiam derogatoriarũ derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, etiam Motu proprio, ac ea certa ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibns, & pro conſervatione Status, dignitatis, & exiſtimatioois Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, conceſſis, confirmatis, ac etiam reiteratis vicibus ionovatis, eateoſis, & moderatis, quibus omnibus, etiam ſi de illis, illorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, integra, & individua mentio habenda eſſet, illorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habeotes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus,

Digitized by Google

mus, illaque quatenus præmiſſis obſtent, tollimus, abrogamus, & abolemus.

Exemplis fides adhibeatur.

§. 13. Volumus autem, ut præſentium tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis manu Secretarii dicti Montis, ſeu publici Notarii ſubſcriptis, & ſigillo prædicti Theſaurarii Generalis, ſeu perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutę munitis eadem prorſus fides in judicio, & extra ubique locorum adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ, adhiberetur.

Papæ ſubſcriptio.

Placet Motu proprio M.

CCCXXIX.

Quod præcedentia in concurſu cum aliis Regularibus in Proceſſionibus competit Fratribus Diſcalceatis S. Franciſci in Provinciis Hiſpaniarum.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

EX incumbenti Nobis apoſtolici muneris debito, ad ea mentis noſtræ aciem aſſidue intendimus, per quæ Chriſtifideles, ſub ſuavi Religionis jugo, & ſtrictioris Obſervantiæ Regulis Altiſſimo famulantes, ſublatis obſtaculis, in quietis, ac pacis amænitate vota ſua Domino reddant, ac felicioribus in via mandatorum ejus proficiant incrementis.

Decretum Sac. Rituum Congregat.

§. 1. Nuper ſiquidem a Vener. Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, Sacris Ritibus Præpoſitis, emanavit Decretum tenoris ſubſequentis, videlicet: Procurator Fratrum Diſcalceatorum Ordinis Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia Provinciæ Sancti Joannis Baptiſtæ Hiſpaniarum expoſuit, ſuos Fratres Diſcalceatos pati controverſiam ab aliis Regularibus, & præcipue ab Auguſtinianis circa pręcedentiam in proceſſionibus, & alias prærogativas ipſis etiam Diſcalceatis, cum veri filii reformati ejuſdem Ordinis ſint, pariter ſuffragantes, & expreſſas in Bulla Clementis Octavi, incipiente: Ex injuncto Nobis: ſub die ſeptimo Septembris 1602. quotieſcumque dicti Diſcalceati non incedunt, aut degunt cum Fratribus familiæ de Obſervantia, quod cum ſit contra expreſſam mentem, & Bullam dicti Clementis Octavi, citato etiam ad hoc Procuratore Generali Ordinis Sancti Auguſtini, ſupplicavit provideri. Et Sacra Rituum Congregatio, ſequendo votum Illuſtriſſimi Deti, cui hæc cauſa erat commiſſa, cenſuit præcedentiam in concurſu cum aliis Regularibus in Proceſſionibus, & aliis actibus publicis, ſemper competere dictis Diſcalceatis, ſive ſoli de per ſe, & ſub propria cruce, ſive ſub cruce, & cum familia de obſervantia incedant, & ſive Diſcalceati, Reformati, aut alio quovis nomine nuncupentur, dummodo ſint vere Reformati Ordinis Sancti Franciſci; necnon gaudere, & frui debere omnibus aliis prærogativis in ſupradicta Bulla Clementis Octavi expreſſis, & ita imposterum ubique ſervari mandavit hac die 22. Decembris, & juſta aliàs reſoluta in antecedenti Congregatione ſub die 10. ejuſdem menſis 1629.

Quod petente FF. Diſcalceatorum Procuratore.

§. 2. Cum autem, ſicut dilectus filius Procurator Fratrum Diſcalceatorum prædictorum Nobis exponi fecit, ipſe plurimum cupiat, præinſertum Decretum hujuſmodi, quo firmius ſubſiſtat, exactiuſque ab omnibus obſervetur, apoſtolicæ noſtræ confirmationis robore communiri: Nos, qui pacem, & quietem, inter Regulares præſertim perſonas, vigere ſinceris deſideramus affectibus. Procuratorem, & Fratres prædictos, quo præmiſſorum commodo, & effectu pacifice uti valeant, ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, eorumque ſingulares perſonas, a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, ſupplicationibus illorum nomine, Nobis ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati, præinſertum Decretum hujuſmodi cum omnibus, & ſingulis in eis contentis, & expreſſis, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illiſque inviolabilis apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos, tam juris, quam facti, & quoſvis alios defectus, ſi qui in præmiſſis quomodolibet intervenerint, aut interveniſſe dici, vel cenſeri poſſent, ſupplemus. Necnon Decretum, & in ea contenta hujuſmodi, præſenteſque Literas valida, firma, & efficacia exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac Fratribus Diſcalceatis prædictis ubicumque exiſtentibus, in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, necnon ab omnibus, ad quos ſpectat, & in futurum quomodolibet ſpectabit, firmiter, & inviolabiliter perpetuo obſervari; ſicque ab omnibus cenſeri; & ita per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos, & Sedis Apoſtolicæ Nuncios, ubique, & in quavis inſtantia judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi quid ſecus ſuper hoc a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, auctoritate, & tenore præfatis decernimus, & declaramus.

Pontifex confirmat.

Exequutores deputat.

§. 3. Quocirca Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis, ac Orolienſi, & aliis Epiſcopis in Provinciis, & locis, in quibus Fratrum Diſcalceatorum hujuſmodi Regulares domus erectæ ſunt, ſive imposterum erigentur, conſtitutis, ac dilectis filiis eorum Officialibus, ſeu Vicariis in ſpiritualibus generalibus per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus

eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes Literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte Fratrum Diſcalceatorum hujuſmodi requiſiti fuerint, ſolemniter publicantes, eiſdemque Fratribus Diſcalceatis in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra præmiſſa omnia, & ſingula ab iis, ad quos ſpectat, & pro tempore quomodolibet ſpectabit, in futurum inviolabiliter obſervari, eoſdemque Fratres Diſcalceatos præmiſſorum commodo, & effectu, quiete, & pacifice ubique frui, & gaudere, non permittentes illos per aliorum quorumvis Ordinum, & inſtitutorum Regulares in præmiſſis quovis prætextu, cauſa, vel occaſione, aut aliàs quomodolibet indebite moleſtari, perturbari, inquietari, vel impediri.

Mandat puniri tranſgreſſores.

§.4. Contradictores quoſlibet, & rebelles, aut aliàs in præmiſſis non parentes, ſeu ſeſe quomodolibet opponentes, eiſque auxilium, conſilium, vel favorem publice, vel occulte, directe, aut indirecte quomodolibet præſtantes, per ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, legitimiſque ſuper his habendis, ſervatis proceſſibus, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis.

Contrariis derogat.

§.5. Non obſtantibus fel. rec. Boniſacii Papæ Octavi Prædeceſſoris noſtri de una, & in Concilio generali edita de duabus Dietis, dummodo ultra tres Dietas aliquis auctoritate præſentium in judicium non trahatur, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quorumvis Ordinum, & Congregationum, illorumque Domorum, & locorum regularium, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis, illis, eorumque ſuperioribus, & perſonis, ac quibuſvis aliis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, aut aliàs in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis.

§.6. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Fides tranſumptorum.

§.7. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus ubique fides adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 9. Januar. 1630. An. VII.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, ſub annulo Piſcatoris, die 9. Januarii 1630. Pontificatus noſtri Anno VII.

CCCXXX.

Facultas Cardinali a Balneo abſolvendi Archiepiſcopum Rothomagenſem, qui in quodam libro nonnulla contra Sedis Apoſtolicæ auctoritatem inadvertenter ſcripſerat.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Dilecto filio noſtro Joanni Franciſco Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbytero Cardinali a Balneo nuncupato.

URBANUS PAPA VIII.

Dilecte fili noſter ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Procemium.

SEdes Apoſtolica pia mater recurrentibus ad eam poſt exceſſum cum humilitate filiis libenter ſe propitiam exhibet, & benignam.

Archiepiſcopus Rothomagenſis contra Sedem Apoſtolicam inadvertenter nonnulla ſcripſerat.

§.1. Exponi ſiquidem Nobis nuper fecit Ven. Fr. Franciſcus Archiepiſcopus Rothomagen., quod in certo libro per eum compoſito nonnulla contra noſtram, & hujus Sanctæ Sedis auctoritatem inadvertenter ſcripſit, & publicavit.

Ideo a cenſuris abſolutionem petit.

§.2. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, ipſe de præmiſſis plurimum doluerit, & doleat ad præſens, & per eum contra noſtram, & ejuſdem Sedis auctoritatem ſcripta, ut præfertur, ore, & in ſcriptis palam, & publice retractaverit, ſive revocaverit, cupiatque propterea a cenſuris, & pœnis eccleſiaſticis per eum præmiſſorum occaſione quomodolibet incurſis, per Nos in utroque ſoro abſolvi, & aliàs ſtatui ſuo in præmiſſis opportune provideri.

PP. dat facultatem Cardinali a Balneo ipſum abſolvendi.

§.3. Nos attendentes exuberantem Sedis Apoſtolicæ clementiam gremium ſuæ pietatis petentibus claudere non conſueviſſe, ac cum eodem Franciſco Archiepiſcopo more pii patris agere, cumque ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ejus nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati, circumſpectioni tuæ per præſentes injungimus, ut eumdem Franciſcum Archiepiſcopum, ſi hoc a te humiliter petierit, a quibuſcumque cenſuris, & pœnis eccleſiaſticis per eum, præmiſſorum occaſione, quomodolibet incurſis, & quas incurriſſe dici, vel cenſeri poſſet, impoſita ei, propter præmiſſa arbitrio tuo pœnitentia ſalutari, & facta per eumdem Franciſcum Archiepiſcopum promiſſione de parendo noſtris, & Sanctæ Matris Eccleſiæ mandatis, auctoritate noſtra in utroque ſoro abſolvas, dictaſque pœnas illi gratioſe remittas, & condones, omnemque inhabilitatis notam, & aliud forſan præjudicium contra eum præmiſſorum occaſione quomodolibet

dolibet inſurgens ab eo penitus tollas, & aboleas, eumque in priſtinum, & eum, in quo antea quomodolibet erat, ſtatum reſtituas, reponas, & plenarie reintegres, ſecumque ſuper irregularitate, ſi quam, eorumdem præmiſſorum occaſione, contraxit, eadem auctoritate diſpenſes.

Obſtantia tollit.

§.4. Non obſtantibus Apoſtolicis, & in univerſalibus, provincialibuſque Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 13. Aprilis 1630. An. VII.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die decimatertia Aprilis 1630. Pontificatus noſtri Anno Septimo.

CCCXXXI.

Confirmatio Concordiæ, & revalidatio Literarum, quibus juſſu hujus Pontificis Anno 1616. in Conventu Virginis Mariæ Solitudinis de la Jana Provinciæ S. Joannis Baptiſtæ Minorum Diſcalceatorum S. Franciſci de Obſervantia celebratum, ac inſuper confirmatum fuit Capitulum Provinciale, cum impoſitione ſilentii, ac pœnis, & cenſuris per contrafacientes eo ipſo incurrendis.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Regis pacifici vices quamquam immeriti gerentes in terris, inter cætera cordis noſtri deſiderabilia, illud ſinceris ſemper exoptamus affectibus, ut Chriſtifideles, præſertim ſub ſuavi religionis jugo, & ſtrictioris obſervantiæ regulis divinis obſequiis famulantes vota ſua in pacis amænitate Altiſſimo reddant, ac unanimes, & uno ore Deum glorificent. Quapropter, ſi quæ pro litibus, & controverſiis inter eos, ſuperſeminante humani generis hoſte zizania, exortis evellendis, penituſque extirpandis concorditer facta fuiſſe comperimus, illa, ne in recidivæ contentionis vitium denuo prolabantur, apoſtolicæ noſtræ confirmationis munimine roboramus, ac alias deſuper paſtoralis officii noſtri partes, quantum Nobis ex alto conceditur, ſedulo impendimus, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Referuntur priores Pontificis Literæ.

§.1. Aliàs ſiquidem a Nobis emanarunt Literæ tenoris ſubſequentis, videlicet: Urbanus Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam. In Cathedra Beati Apoſtolorum Principis, nullo licet meritorum noſtrorum ſuffragio, per abundantiam divinæ gratiæ conſtituti, inter graviſſimas paſtoralis ſolicitudinis curas illa Nos ſolicitos jugiter habuit, ut religioſi viri, divini nominis obſequiis ſub regularibus arctioris vitæ inſtitutis famulantes, majoribus in dies in ſanctitate, & juſtitia coram Domino proficiant incrementis, ac proinde, quæ in hoc impedimento eſſe poſſunt, etiam per opportunæ declarationis miniſterium tollimus, aliaſque ſtatuimus, & ordinamus, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Quibus quamdam Clemen. Conſt. declaraverat.

§.2. Aliàs ſiquidem fel. rec. Clem. VIII. Prædeceſſor noſter felici, ac proſpero Fratrum Ordinis Min. S. Franciſci de Obſervantia Diſcalceatorum nuncupatorum Provinciæ S. Jo: Baptiſtæ Hiſpaniarum regimini, & gubernio paſtorali ſolicitudine invigilans, inter alia conceſſit, & indulſit Fratribus prædictis, quod ſuis arctioribus conſtitutionibus gubernarentur, nec ad obſervanda ſtatuta generalia ordinis facta, vel pro tempore facienda a Capitulis, vel Congregationibus Generalibus Ordinis Minorum S. Franciſci de Obſervantia, nec ad peculiaria Superiorum mandata, quæ Definitorum Provinciæ judicio fuiſſent Excalceatorum reformationi, aut commodo diſſentanea, tenerentur: nec ſimiliter poſſent Fratres ipſius Provinciæ ab ipſa ſua Provincia abſtrahi per quoſcumque Superiores, vel ad Indos, vel alias partes, & Provincias remitterentur, niſi de conſenſu Capituli Provincialis ejuſdem Provinciæ, & aliàs prout in ipſius Clementis Prædeceſſoris deſuper in ſimili forma Brevis expeditis Literis, quarum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis haberi volumus, plenius continetur.

§.3. Cum autem, ſicut accepimus, circa conceſſionem, & indultum, ac Literas Clementis Prædeceſſoris hujuſmodi, nonnulla dubia, diverſæque lites, & controverſiæ, ac perturbationes in dicta Provincia hactenus ortæ ſint, & de præſenti vigeant, ac verendum ſit alias longe majores orituras: Nos præmiſſis pro noſtri officii debito, quantum Nobis ex alto conceditur, obviam ire, ac paci, & quieti ipſius Provinciæ opportune conſulere volentes, de Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, negotiis regularium præpoſitorum, conſilio; Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium declaramus, Conſtitutiones proprias illas tantum eſſe intelligendas, quæ fuerunt firmatæ, & receptæ in Capitulo Provinciali: Necnon a clauſula ſequenti, nimirum (nec ad peculiaria Superiorum mandata, quæ Definitorum Provinciæ judicio fuerint Excalceatorum Reformationi, aut commodo diſſentanea) verba illa (aut commodo) omnino delenda eſſe, prout Nos earumdem præſentium vigore delemus: Ubi autem dicitur, non poſſe Fratres ipſius Provinciæ abſtrahi per quoſcumque Superiores, niſi de conſenſu Capituli Provincialis ejuſdem Provinciæ verba illa: *per quoſcumque Superiores*, nimirum de Superioribus ejuſdem Ordinis tantum declaranda, ac reſpective intelligenda eſſe.

Ac præſertim quæ ſit Miniſtri Gen. ſuper hanc Provinciam juriſdictio.

§.4. Præterea pro majori quiete, & ad omnes diſcordias, & differentias inter dictæ Provinciæ Fratres removendas, auctoritate, & tenore præſentium ſtatuimus, & decernimus, quod dilectus filius Miniſter Ge-

neralis prædicti Ordinis Capitulo dictæ Provinciæ, in qua tamquam Miniſter Generalis, vocem habere ſolet, omnino interveniat, cum facultate Fratres quoſcumque Ordinis, Provinciæque hujuſmodi in præmiſſis delinquentes a quibuſvis cenſuris, & pœnis eccleſiaſticis, ac ſuper qoiboſcumque irregularitatibus,per eos propterea quomodolibet incurſis, & reſpective contractis, auctoritate noſtra abſolvendi, & diſpenſandi, eaſdemqne pœnas illis remittendi, & condonandi. Dilecti vero filii Antonius Vives Miniſter Provincialis, ac Joannes Ximenez, pro hac vice tantum tres Patres de corpore dictæ Provinciæ, bonæ famæ, & cooditionis, ac ab omni factioue alienos; Franciſcus autem Borgia ejuſdem Ordinis, & Provinciæ profeſſores tres alios ejuſdem probitatis, & prodentiæ viros reſpective nominent, ac ex iſtis ſic nominatis Miniſter Georalis præfatos quatuor Definitores, ac Provincialem, & Cuſtodem, qui una cum eodem Miniſtro Generali de aliis electionibus, prout in Capitulo Provinciali facere ſolent, provideant, eligat. Quod ſi in dicta nominatione facienda Antonius, ac Joannes, & Franciſcus prædicti concordes non fuerint, vel aliquis eorum interea e vivis deceſſerit, tunc, & eo caſu Miniſter Generalis prædictus vices quoquomodo deficientis, auctoritate noſtra ſuppleat.

Cum Decreto ut prædicta omnino ſerventur.

§. 5. Mandantes propterea in virtote ſanctæ obedientiæ, ac ſub excommunicationis, & privationis quorumcumque officiorum per eos obtentorum, inhabilitatiſque ad illa, & alia impoſterum obtinenda, ac aliis arbitrio noſtro infligendis pœnis eidem Miniſtro Generali, aliiſque Ordinis,& Provinciæ hujuſmodi Superioribus quocumque modo nuncupatis, qoatenus præmiſſa omnia, & ſingula, necnon præſentes Literas firmiter, & inviolabiliter obſervent, ac ab aliis obſervari curent, & faciant: ac decernentes ſic, & non aliter in eiſdem præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam,quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Clementis Prædeceſſoris hujuſmodi Literis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenus opus ſit, dictorum Ordinis, & Provinciæ, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & Conſtitutionibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Cæterum Miniſtrum Generalem præfatum harum ſerie in Domino monemus, ut in præmiſſis adimplendis taliter ſe gerere ſtudeat, quod alicui ex factiooibus ſuſpectus minime reddatur, quioimo dictæ Provinciæ concordiam, quietem, charitatemque præ oculis ſemper habeat, ut non ſolum in proximo futuro Capitulo, ſed etiam perpetuis futuris temporibus, Deo dante, valeat permanere. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris die 6. Februarii 1626. Pontificatus noſtri Anno III.

Imponit ſilentium ſuper celebrato Capitulo.

§.6. Subinde vero pro parte dilecti filii Joannis Baptiſtæ Beruegal Procuratoris Generalis Fratrum Provinciæ hujuſmodi dicti Ordinis Nobis expoſito, quod in Capitulo Provinciali dictæ Provinciæ in Domo Beatæ Mariæ de la Soledad vulgo nuncupatæ, Oppidi de la Jana Dertuſenſis Diœceſis, de menſe Maii tunc proxime præterito, juſſo noſtro Præſideote in eo dilecto filio Bernardino de Senis dicti Ordinis Miniſtro Generali, celebrato, dilectus etiam filius Joannes Olante dicti Ordinis Profeſſor in ejuſdem Provinciæ Miniſtrum Provincialem canonice electus, & deputatus fuerat: Nos dicti Joannis Baptiſtæ ſupplicationibos ea in parte tunc inclinati, electionem, & deputationem prædictas per noſtras in ſimili forma Brevis ſub die 29. Januarii 1627. expeditas Literas Apoſtolica auctoritate approbavimus, & confirmavimus. Ac demum per Nos accepto, quod Venerabiles Fratres noſtri S. R. E. Cardinales negotiis Regularium Præpoſiti, literas remiſſorias aliquibus Fratribos Ordinis Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia Diſcalceatorum nuncupatorum Provinciæ Sancti Joannis Baptiſtæ in Regno Valentiæ, ad effectum examinandi teſtes ſoper tribus articulis, conceſſerant, prout in literis remiſſoriis hujuſmodi continebatur: Nos de eorumdem Cardinalium conſilio, ſtante conſenſu Procuratorum utrioſqne partis, Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, circa nullitates celebrationis Capituli habiti die 17. Maii Anni 1626. in Cœnobio Beatæ Virginis Mariæ Solitodinis de la Jana ſupradictæ Provinciæ, apoſtolica auctoritate perpetuum ſilentiom impoſuimus. Inhibentes propterea omnibus, & ſingulis ejuſdem Provinciæ Fratribos, cujoſcumque gradus, & conditionis exiſterent, ſub pœna privationis officiorum, quæ tunc obtinerent, & inhabilitatis ad cætera in futurum obtinenda, ne ullo umquam tempore ſuper electionibus io eodem Capitulo factis aliquas lites, ſeu controverſias movere, vel proſequi quoquomodo auderent, vel præſumerent, & aliàs prout in diverſis noſtris in eadem forma Brevis expeditis Literis, quarum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis haberi volumus, pleoius contiuetur.

Concordia.

§.7. Com autem, ſicut denuo dictus Joanes Baptiſta Nobis nuper exponi fecit, orta ſubinde inter dilectum filium Joaonem a Sancto Bernardino, tunc dicti Ordinis Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia nuncupatorom Procuratorem Generalem, ipſumque Joannem Baptiſtam, & alios dictæ Provinciæ Fratres ex una, ac quondam Jacobum Palau dilectorum filiorum Honuphrii Legaza, aliorumque ipſius Provinciæ Fratrum Diſcalceatorom Procuratorem ex altera partibos, lite, & caoſa de, & ſoper prætenſa dicti Capituli, ac electionum in eo factarum revocatione,rebuſque aliis in actis cauſæ, ſeu cauſarum hujuſmodi deductis, tandem Joannes, ac Joannes Baptiſta, & alii Fratres, necnon Jacobus præfati com-

muni

Digitized by Google

muni bono; paciſque inter eos conſervationi conſulentes, ad certam inter ſe devenerunt concordiam, & tranſactionem tenoris ſubſequentis, videlicet: Die 12. Septembris 1628. Concordia facta inter Rev. Pat. Fratrem Joannem a Sancto Bernardino Ordinis Sancti Franciſci Generalem Procuratorem, & PP. Fratrem Joannem Baptiſtam Beruegal, Fratrem Damianum Eſtellet, Fratrem Joannem Ruiz, & Fratrem Franciſcum Siruent Provinciæ Sancti Joannis Baptiſtæ Diſcalceatorum ejuſdem Ordinis ſpeciales Procuratores ex una, & ex altera partibus Doctorem Jacobum Palau Procuratorem Fratris Honuphrii Legaza, aliorumque Patrum ipſius Provinciæ. I. Quod literæ remiſſoriales a Sacra Congregatione obtentæ die 17. Decembris 1627. anni proxime præteriti totaliter annullentur, quamvis examen, ſeu proceſſus fuerint inchoati, & ut paci, quietique Provinciæ conſulatur, comburantur. II. Decretum, & Motus proprius conceſſus a Sanctiſſimo Domino Noſtro Papa Urbano VIII. die 18. Januar. 1628. permaneant ſemper in ſuo robore, validitateque, quoad illam partem nempe, & clauſulas revalidantes, ac perpetuum ſilentium ponentes Capitulo, & electionibus rite, & canonice habitis in Conventu Virginis Mariæ Solitudinis de la Jana die 17. Maii 1626. virtute literarum, ſeu Motus proprii ejuſdem Sanctiſſimi incipientis: Urbanus Octavus ad futuram rei memoriam. *In Cathedra Beati Apoſtolorum Principis &c.* ſub datum die 6. Februarii 1626. quin potius ea communi partium conſenſu illud totum ratum ſit, ac denuo confirmetur, quacumque dubitatione non obſtante, aut quæ forſan inde oriri poteſt, eo quod in ipſiſmet Decreto, & Motu proprio de hujuſmodi literis remiſſorialibus ſpecialis fiat mentio, cum illas nunc, & impoſterum, partibus convenientibus, ſpecialiter, & expreſſe irritas, ad nihilumque redigendas omnimode placuerit. Tertio circa ſententias latas die 19. Januarii 1621. tam in favorem Fratris Onuphrii Legaza, quam in pœnam quorumdam Fratrum, prout in ipſiſmet ſententiis majori Provinciæ ſigillo munitis, & a pleno Definitorio, hoc eſt R. P. Fr. Blaſio Aybar Miniſtro Provinciali, Fratre Joanne Ximenez, Fratre Hieronymo Planes, Fratre Antonio Sobrino Provinciæ Patribus, & Fratre Michaele Blanch, Fratr. Petro Adam, Fratre Vincentio Naucaſa, Fratre Sylveſtro Sanz Definitoribus, etiam pronunciatis, ſubſcriptiſque liquido conſtat: hujuſmodi igitur ſententiæ declarandæ ſunt, & admittendæ a Provinciali præſente, & Definitorio, tamquam bene latæ, neque aliquam patientes nullitatem. Quocirca idem Frater Honuphrius Legaza ab eodem Provinciali, & Definitorio pleno per literas patentes declaretur liber juxta ſenſum expreſſum in prædictis ſententiis, itaut quicquid poſt latas ſententias, vel prædictæ concordiæ confirmationem, ſeu interim dum exequutioni mandatur, attentatum pro parte cujuſcumque fuerit, nullum ſit, irritum, & abſque ullo fundamento, & ſi quis aliquid in contrarium præmiſſorum ſuſcitare, commovere, ſeu allegare quovis modo, vel quacumque de cauſa præſumpſerit, pœnis in confirmatione Concordiæ aſſignandis, ſeu infligendis ſubiiciatur, quibus etiam donetur idem Frater Onuphrius, ſi aliquid impoſterum prætenderit, aut directe, vel indirecte facere tentaverit contra Fratres contentos in illis ſententiis, ſeu alias quaſcumque perſonas. Quarto: Rurſus circa prætenſam apoſtaſiam prædictus Frater Honuphrius ſubiiciat ſe ad cautelam abſolutioni, ita & taliter, ut nullis donetur pœnis a Conſtitutionibus Generalibus Ordinis, & Provinciæ conſtitutis. nec cenſeatur active, nec paſſive incapax ad quodcumque religionis officium. Quinto: Inſuper in ipſa Concordia declaretur, quod a Provinciali, & Definitorio, non ſolum dictus Honuphrius, verum etiam omnes illi Patres, qui mandatum Procurationis dederint ad effectum prætenſum revocationis ſupradicti Decreti, ſeu quarumcumque Literarum Apoſtolicarum, affligi, moleſtari, ſeu aliqua pœna affici nequeant. Sexto denique inter partes concordantes declaretur etiam, quod prædicta tranſactio, ſeu concordia nullum habeat vigorem, quouſque tandem ab ipſa Sacra Regularium Congregatione fuerit confirmata, & ante hujuſmodi confirmationem in partibus acceptata, quibus poſitis prædictus Frater Honuphrius, a die datæ confirmationis Concordiæ infra duos menſes ad ſuam teneatur remeare Provinciam.

§. 8. Nos inviolabili Concordiæ, & tranſactionis hujuſmodi ſubſiſtentiæ, & obſervationi, quantum cum Domino poſſumus, conſulere, ac Joannem Baptiſtam, & alios præfatos ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, eorumque ſingulares perſonas à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes: De Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, negotiis Regularium Præpoſitorum conſilio, ac auditis Procuratoribus utriuſque partis, Motu proprio, & ex certa ſcientia noſtris Concordiam, & tranſactionem præinſertas hujuſmodi cum omnibus in eis contentis, ſuperadditis tamen in primo capite loco verbi (comburantur) ſequentibus verbis, ſcilicet, quod dicti proceſſus comburantur, apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus, omneſque, & ſingulos, etiam conſenſus partium prædictarum, ac tam juris, quam facti, & ſolemnitatum, ac quoſvis alios etiam ſubſtantiales defectus, ſi qui in præmiſſis, aut eorum aliquo quomodolibet intervenerint, aut interveniſſe dici, vel cenſeri poſſent, ſupplemus, ſanamus, & abrogamus; nec-

Confirmatio concordiæ.

Digitized by Google

necnon omnibus, & ſingulis Fratribus Diſcalceatis præſatis cujuſcumque conditionis, ſeu gradus eiſtaot, perpetuum ſuper præmiſſis ſilentium imponimus, eiſdemque ſub præcepto ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis, ac privationis vocis activæ, & paſſivæ, necnon quorumcumque officiorum quæ obtinent, ac perpetuæ inhabilitatis ad alia in poſterum obtinenda, pœnis eo ipſo incurrendis iniungimus, ue de cætero dictæ Provinciæ Fratres hujuſmodi lites, ſeu controverſias quavis occaſione, cauſa, ſeu prætestu directe, vel indirecte, per ſe, vel alios movere, vel proſequi poſſint, nec inter ſe moleſtare, ſeu moleſtari facere quomodolibet audeant, ſeu præſumant.

Decretum irritans.

§.9. Decernentes concordiam, & tranſactionem prædictas, præſenteſque Literas cum omnibus in eis contentis ſemper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces eiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac omnibus, & ſingulis Fratribus prædictis, cæteriſque ad quos ſpectat, & in futurum pro tempore quomodolibet ſpectabit, firmiter, & inviolabiliter io omoibus, & per omnia obſervari, & adimpleri debere, nec ab illis ullo umquam tempore reſiliri poſſe; ſicque ab omnibus cenſeri, & ita per quoſcunque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, ac Sedis Apoſtolicæ Nuncios, in quavis cauſa, & inſtantia judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane ſi quid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit atteotari.

Exequutores deputat.

§.10. Quocirca Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Valentino, ac Orioleuſi, & Carthaginenſi Epiſcopis nunc, & pro tempore exiſtentibus per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel per alium, ſeu alios, præſentes Literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Joannis Baptiſtæ, & Fratrum prædictorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, illiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſteutes, faciant auctoritate noſtra concordiam, & tranſactionem prædictas, præſenteſque Literas ab omnibus, ad quos ſpectat, & in futurum ſpectabit, inviolabiliter obſervari, & adimpleri.

Mandat puniri transgreſſores.

§.11. Non permittentes eos deſuper à quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebite moleſtari, perturbari, aut inquietari. Contradictores quoslibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Non obſtantibus felic. rec. Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri de una, & in Concilio Generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præſentium in judicium non trahatur, aliiſque quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenus opus ſit, Ordinis, & Provinciæ prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Transſumptis credi jubet.

§.12. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in digoitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem ubique prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 22. April. 1630. An. VII.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris die 22. Aprilis 1630. Pontificatus noſtri Anno VII.

CCCXXXII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Confirmatio geſtorum ab Epiſcopo Malleacenſi pro reſtituendo exercitio Religionis Catholicæ in Valle Pragellæ Taurinen. Diœceſis.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

UNiverſalis Eccleſiæ regimini divina diſpoſitione præſidentes, in eam potiſſimum curam incumbimus, ut evulſis ex agro dominico nocuis pernicioſarum hæreſum ſtirpibus, eæ ſuperſerantur plantæ, quæ copioſum in eodem agro fructum valeant producere, & propterea, ſi quid in præmiſſis provide factum, & ordinatum fuiſſe accipimus, illud, quo firmius ſubſiſtat, apoſtolicæ firmitatis robore communimus, aliaſque io hoc ſollicitudinis noſtræ partes interponimus, prout conſpicimus in Domioo ſalubriter expedire.

Facti ſeries.

§.1. Exponi ſiquidem Nobis nuper fecit chariſſimus in Chriſto filius noſter Ludovicus Francorum Rex Chriſtianiſſimus, quod cum ipſe Rex pro ſua avita, & a majoribus ſuis Chriſtianiſſimis Regibus, quaſi hæreditario jure accepta in Deum pietate, necnon Catholicæ Religionis ſtudio, ejuſdem Catholicæ Religioois exercitium reſtitui curaret in Valle Pragellæ Taurinen. Diœceſis, quæ ab Anoo 1147. diverſarum hæreſum labe infecta fuerat, & in qua licet Religionis Catholicæ uſus à clar. mem. Ludovico XII. eorumdem Francorum Regem in Italiam tranſeunte, reſtitutus fuiſſet, ab ea tamen ſævientibus poſtmodum per illas partes bellis ita exterminatus fuerat, ut nec Archiepiſcopi Taurinen., nec Præpoſiti Mona-

Digitized by Google

Monaſterii de Oulz Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini, aut alii præteriti dictæ Vallis ordinarii ullum inibi actum juriſdictionis eccleſiaſticæ exercere potuerint, præter bo: me: duos ultimos Archiepiſcopos Taurinen., qui in medio dictæ Vallis agro in ſignum ſui juris, & poſſeſſionis ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium celebrari fecerunt; Ven. Frater Henricus Epiſcopus Malleacen. ad reſtitutionem ejuſdem Religionis in dicta Valle exequendam, auctoritate apoſtolica deputatus, attenta controverſia inter modernum, ſeu tunc exiſtentem Vicarium Capitularem Eccleſiæ Taurinen., illius Sede Archiepiſcopali vacante deputatum ex una, & Hieronymum de Birago Vicarium Præpoſituræ dicti Monaſterii dilectus filius ex altera partibus ſuper juriſdictione ſpirituali dictæ Vallis orta, ſe ad eamdem Vallem tranſtulit, ibique eum coram ſe, & aliis ad id etiam deputatis officialibus, convocatis Conſulibus, & Miniſtris præcipuis, aliiſque ſenioribus dictæ Vallis Incolis, prævio Juramento ab eis accepiſſet, in Burgo de Mentoulle olim unum Prioratum curatum dicti Ordinis S. Auguſtini, à dicta Præpoſitura dependentem, necnon quinque Parochias in dicta Valle, tam inde Feneſtrelle, & Uſceau, quam aliis illius locis extitiſſe, cæpta viſitatione in dicto Burgo de Mentoulle, expulſiſque hæreticis ex ædificiis, & Domibus, quæ dicti Hæretici ſibi ſuper ruinis Eccleſiæ, & Terris Prioratus prædicti conſtruxerant, dictus Henricus Epiſcopus, ædificiis hujuſmodi ad formam Eccleſiæ redactis, Eccleſiam ipſam conſecravit, in illiuſque, ac ejus Domus, & Terrarum ei adiacentium poſſeſſionem dilectum filium Michaelem Orcell. Canonicum Regularem dicti Ordinis de dicto Prioratu canonice proviſum ad deinceps poſſeſſione hujuſmodi utendum, & fruendum, illiuſque Decimas, & redditus percipiendum, prout dicti Prioratus Priores, antequam ille ab hæreticis occuparetur, uti, & frui, ac percipere potuerunt, induxit, deinde ad locum de Feneſtrelle ſe contulit, cumque ibi prævia deſuper capta informatione ſimiliter accepiſſet locum, in quo ſepeliebantur hæretici, fuiſſe olim Cœmeterium Catholicorum, in illoque etiam eorum Eccleſiam, & Domum Parochiales fuiſſe, expulſis prætera exinde hæreticis, ibi donec liquidatio aliarum terrarum, Decimarum, & bonorum ad Parochialem Eccleſiam hujuſmodi pertinentium, & ad unius Parochi ſuſtentationem ſufficientium facta fuerit, duos Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſervantia nuncupat. profeſſores conſtituit, illiſque unam Domum pro eorum habitatione locari curavit, & in uno ex dictæ Domus cubiculo ab omnibus domeſticis uſibus libero, ac decenter ornato, & ad formam Oratorii redacto, ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium publice celebrandi licentiam conceſſit, donec eis Eccleſia, Domuſque regularis conſtructæ fuerint, & ſubinde ad locum de Uſſeaux translatus, expulſis pariter hæreticis ex Cœmeterio Catholicorum, in quo aliàs etiam Parochialis Eccleſia fuerat, ibi duos Societatis Jeſu Presbyteros conſtituit, donec bona Eccleſiaſticorum ibi ab hæreticis uſurpata, recognita fuerint, eiſque quamdam Cappellam Pagi de Pourrieres, quam à Parochiali Eccleſia loci de Uſſeaux dependiſſe acceperat, regendam, & deſerviendam conceſſit: & cum ad Pagum de Rua acceſſiſſet, illumque viſitaſſet, ibique nihil aliud, quam quemdam locum amplum vacuum reperiiſſet, in quo olim Eccleſia Parochialis, & Cœmeterium dicti loci exiſtebant, duos Presbyteros Congregationis Doctrinæ Chriſtianæ, donec liquidatio terrarum, Decimarum, & aliorum bonorum ſpectan. ad dictam Eccleſiam facta fuerit, in loci hujuſmodi poſſeſſionem induxit, & iis quamdam Domum locari ſimiliter curavit, eiſque omnium à Parochiali Eccleſia dicti loci dependentium curam, & adminiſtrationem, tam à Pago de Traudeſes, quam uſque ad locum Collum de Siſtrieres nuncupat. demandavit, & poſthæc ad Pagum de Villaret ſe contulit, ibique cum ejus Cappellam fere ruinoſam ab hæreticis occupatam reperiiſſet, illis inde expulſis, eam Fratribus Ordinis Minorum S. Franciſci Capuccinorum nuncupat. opportunam ſuæ miſſionis facultatem ſuper hoc à Sede Apoſtolica obtentam exhibentibus, conceſſit, illiſque donec aliquod Hoſpitium conſtructum ſit, unum Cubiculum in Domo Prioris Prioratus de Mentoulle aſſignari curavit. Quibus peractis ordinavit, ut dicti Profeſſores, ac Fratres, & Presbyteri in ſua quiſque miſſione actualiter, aut alii eorum loco reſidere teneantur, quia vero Decimæ, Terræ, & alia bona ſpectantia ad Parochos, & Eccleſiaſticos dictæ Vallis ſunt omnino adhuc ab hæreticis poſſeſſa, & uſurpata, pro ſuſtentatione cujuſque ex dictis miſſionibus ſummam 300. librarum monetæ illarum partium è pecuniis dicti Ludovici Regis in manibus Archiepiſcopi Ebredunen. ad effectū eas illis diſtribuendi conſignandam ſub dicti Ludovici Regis beneplacito aſſignavit, & ad evitandam confuſionem, quæ oriri poſſet inter dictos Miſſionarios, ſub noſtro, & Sedis Apoſtolicæ beneplacito, ordinavit, ut fratres Capuccini hujuſmodi omnium locorum curam gerant, quæ à confinibus dictæ Vallis à la Perouſe nuncupatæ uſque ad dictam Terram de Mentoulle reperiuntur; Fratres vero Minores de obſervantia nuncupati prædicti Burgi de Feneſtrelles, & Pagorum ab ejus Parochiali Eccleſia dependentium; Presbyteri Societatis Jeſu Burgi de Uſſeaux, & pagi de Pourrieres, aliorumque locorum intra limites Parochiæ dicti Burgi, uſque ad limites Parochiæ de Rua exiſtentium. Presbyteri autem Congregationis doctrinæ chriſtianæ Burgi de Rua, & pagi de des Traverſes, & aliorum locorum dictæ Vallis, uſque ad locum Col de Siſtrieres, vulgo nuncupatum, curam habeant. Poſtremo cum eidem Archiepiſcopo, captis, quas potuit capere, informationibus, conſtitiſſet, in dicto loco de Mentoulle Prioratum prædictum tantum

exti-

Digitized by Google

extitiſſe, Præpoſitom vero dicti Monaſterii Jus conferendi Prioratum, ac Parochiales Eccleſias de Feneſtrelles, Uſſeaux, & de la Rua locorum prædictorum habere, nihil autem de aliis Eccleſiis locorom ab eis dependen. ei probatum fuiſſet, ipſe pro felici regimine dictæ Vallis pariter ſub noſtro, & Sedis prædictæ beneplacito infraſcripta ordinavit, videlicet: quod Prior Prioratus de Mentoulle ingrediens poſſeſſionem omnium Decimarum, Terrarum, Pratorum, & aliorum bonorum ad Eccleſias Parochiales, & Cappellas prædictas ſpectan. actualiter reſidebit in dicto loco de Mentoulle, habebitque Vicarium, qui eum in deſerviendo Parochiali Eccleſiæ dicti loci adjuvare, & mediante proviſione centum, & quinqoaginta librarum ſimilium pro ejus ſuſtentatione ſiugulis Dominicis, & ſeſtis diebus de præcepto Miſſam in Eccleſia, ſeu Cappella loci de Villaret celebrare teneatur, ita tameo, ut Baptiſmi, aut Matrimonii Sacramenta admiuiſtrare, & mortuos ſepelire nequest, abſque expreſſo couſenſu dicti Prioris, ad quem hæc ſpectabunt; Quovero ad Parochialem Eccleſiam de Feneſtrelles, Præpoſitus dicti Monaſterii de Oulz, aut ejus Vicarius nominabit illius Parochum, ſeu Rectorem, qui ibi celebrare, ſacramenta adminiſtrare, aliaque munia Parochialia intra ejus limites escrcere tenebitur: Prior vero Prioratus de Mentoulle pro ejus, & unius Vicarii ſuſtentatione ſummam annuam treccotarum librarum ſimilium aſſignare debebit, niſi maluerit ei Decimas, Terras, & bona ad dictam Parochialem Eccleſiam ſpectan., ſeu ab ea dependen. relinquere. Præterea, quod dictus Præpoſitus Monaſterii prædicti de Oulz, aut ejus Vicarius nominabit Parochum in Burgo de Uſſeaus, qui poſſeſſionem Domus Parochialis à quodam miniſtro hæreticorum, aliàs poſſeſſæ, & jam ab eis reſtitutæ, ingredictur, & dictæ Domus cubiculum ad formam Oratorii, ſeu Cappellæ, ſervatis ſervaodis prius redactum conſecrari curabit, ad ibi ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium celebrandum, & Eccleſiæ Sacramenta adminiſtran., aliaque officia parochialia peragen., donec Eccleſia ſit cooſtructa, ac ſingulis Dominicis, & ſeſtis diebus de præcepto unam Miſſam in Eccleſia, ſeu Cappella de Pourrieres per Presbyterum, quem ad hunc effectum manutenebit, celebrari facere tenebitur, illi vero ſumma annua 300. lib. ſimilium à dicto Priore de Mentoul perſolvetur, niſi ipſe Prior maluerit eidem Parocho omnes Decimas, & alios redditus, & Jura ad dictam Eccleſiam Parochialem ſpectan., ut præfertur, relinquere. Inſuper, quod Præpoſitus prædictus, aut ejus Vicarios nominabit alium Parochum in loco de Rua, qui curam habeat ejus Parochiæ, & pagorum intra ejus limites exiſtentium, cuique de loco commodo, & uno Vicario ad ibi ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium celebran., & munia, & officia parochialia peragen., donec Eccleſia conſtructa fuerit, providebitur, & præterea ei dictus Prior 300. libras ſimiles pro ejus manutentione, niſi, ut præfertur, maluerit ei ejuſdem Parochialis Decimas, bona, & jura relinquere, & quoad Vicarium prædictum pro eo etiam ſummam annuam 150. librarum ſimilium ſolvere tenebitur, quibus mediantibus ipſe Vicarius obligatus erit in Eccleſia Burgi de Traverſes unam Miſſam ſingulis Dominicis, & ſeſtis diebus de præcepto celebrari facere, ita tamen, ut Sacramenta Baptiſmi, & matrimonii adminiſtrare, aot mortuos ſepelire non poſſit, abſque expreſſo dicti Parochi conſenſu, & aliàs prout in ſcripturis deſuper confectis plenius dicitur contineri.

*Omnia rata habet Urbanus.

§.2. Quare Nos præmiſſorum validitati, & firmitati, quantum cum Domino poſſumus, conſulere volentes, ſupplicationibos dicti Lodovici Regis nomine, Nobis ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati, præmiſſa omnia, & ſingula per dictum Henricum Epiſcopum, ot præfertur, acta, geſta, & ordinata cum inde ſequutis, ſine tamen præjudicio quorumcumque juriom alteri, vel aliis competentium, & præſertim reſpectu juriſdictionis, teoore præſentium approbamus, & confirmamus, illiſqoe apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes, & ſingulos, tam juris, quam facti defectus etiam ſubſtantiales, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus.

Clauſulæ.

§.3. Decernentes illa, necnon præſentes Literas valida, firma, & efficacia exiſtere, & fore, ſooſque plenarios, & integros effectus ſurtiri, & obtinere, & ab omnibus, ad qoos ſpectat, inviolabiliter obſervari debere. Sicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & ioane, ſi quid ſecus ſuper his à quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel igooranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§.4. Non obſtaotibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Ordinum Congregationis, & Societatis prædictorum, ac aliis quibuſvis, etiam Juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis in cootrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, cooſirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Interina proviſio.

§.5. Voluoius autem quod Adminiſtratio Regularibus, ot præfertur, commiſſa, ad decennium proximum tantum duret, ita ut ſi interim cootingat bona recuperari, & de Dote competeote, aliiſque neceſſariis Eccleſiis Parochialibus prædictis, es tunc ſubſtituantur Parochi ſeculares, juxta formam per dictum Henricum Epiſcopum, ut ſupra, ordinatam.

Dat. die 15 Maii 1630. An. VII.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, ſub anoulo Piſcatoris die decimaquinta Maii 1630. Pontificatus noſtri Aono VII.

Non-

CCCXXXIII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Nonnullæ facultates conceduntur Cardinali Barberino Angliæ, & Scotiæ Protectori pro re catholica illis in Regnis bene adminiſtranda.

Dilecto Filio noſtro Franciſco Sanctæ Agathæ Diacono Cardinali Barberino nuncupato noſtro ſecundum carnem ex Fratre Germano Nepoti.

URBANUS PAPA VIII.

Dilecte fili noſter ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Prooemium.

INter graviſſimas paſtoralis noſtræ ſollicitudinis curas, quibus aſſidue urgemur, in ea cogitatione diu noctuque verſamur, quæ ſcilicet ratione catholica fides in iis Regnis, & locis, quæ ſathanæ fraudibus decepta ab illa miſere deſeruerunt, reſtitui valeat, ſed erga nobiliſſima Angliæ, & Scotiæ Regna, eorumque Populos quadam commiſeratione commoti eorum ſaluti, quibus poſſumus modis, omnino conſulendum cenſemus. De tuæ igitur circumſpectionis erga d. Regna, qui apud Nos, & Apoſtolicam Sedem Protector à Nobis deputatus exiſtis, illoſque populos præcipua charitate, vigilantia, ardentique Catholicæ fidei reſtituen., & propagan. ſtudio plurimam in Domino fiduciam habentes, infraſcriptas tibi facultates, quibus provide, & circumſpecte ad reſtituen. in eiſdem Regnis Catholicam fidem, & Anglorum, & Scotorum ſalutem procurandam uti poſſis, concedendas duximus.

Nonnullas facultates hic expreſſas Cardinali Barberino concedit.

§. 1. Motu itaque proprio non ad tuam, vel alterius pro te Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, Tibi quoſcumque Anglos, & Scotos Catholicos doctrina, & moribus idoneos cuicumque Catholico Antiſtiti gratiam, & communionem Apoſtolicæ Sedis habenti per tuas Literas commendandi, ac etiam ſine ſuorum ordinariorum Literis dimiſſoriis, ac ſine titulo ad primam Tonſuram, ac omnes etiam ſacros, & Presbyteratus ordines præſentandi, omneſque pariter Anglos, & Scotos, qui agnitis erroribus pænituerint, & ad S. R. E. Catholicæ gremium redire voluerint, ab omni hæreſis, & ſchiſmatis labe, ac quibuſcumque peccatis, & exceſſibus, quantumvis enormibus, ac cenſuris, & pœnis eccleſiaſticis, etiam Apoſtolicæ Sedis abſolutioni reſervatis, etiam contentis in Literis die Cœnæ Domini legi ſolitis, per eos propterea incurſis, ipſis tamen Clericis, qui hæretici Calviniſtæ, ſeu Sacramentarii fuerint, ab Altaris miniſterio perpetuo, vel ad tempus tuo arbitrio ſuſpenſis, dummodo non ſint relapſi, in foro conſcientiæ abſolvendi, ac cum eis ſuper irregularitate præmiſſorum occaſione quomodocumque, vel etiam ob communicationem cum Hæreticis contracta in eodem foro diſpenſandi, atque ſacerdotibus in prædictis Regnis Angliæ, & Scotiæ, degentibus, vel illuc pro tempore mittendis, vel aliquibus eorum ſimilem, vel limitatam abſolvendi, & diſpenſandi, perſonarum, & temporum qualitate penſata, facultatem, ſecundum prudentiam tuam communicandi, eoſque ad prædicta ſubdelegandi, necnon eiſdem, ut in carceribus, Cameris, Cryptis, & aliis locis, ubi tutius, & melius, atque cum majori, qui licuerit, culto, & ornatu ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium ſuper altare portatili, etiam ante lucem celebrare poſſint, licentiam, & facultatem apoſtolica auctoritate concedendi. Nonnullis etiam eorumdem ſacerdotum, quos magis idoneos judicaveris paramenta, & indumenta, aliaque utenſilia eccleſiaſtica, non tamen calices, patenas, & corporalia, aut alia, in quibus ſacrum Chriſma adhiberi ſolet, pro earum partium uſu benedicendi, facultatem tribuendi, atque etiam cum perſonis catholicis, aut hæreſim relinquentibus dictorum Regnorum, durante in iis ſchiſmate hujuſmodi, ſi ſaltem animarum bonum, religionis, aut evidentem rei neceſſitatem id exigere cognoveris, quas ſecundo in linea æquali, ac ſecundo, & tertio, ac tertio, & quarto ſimplicibus, vel mixtis conſanguinitatis, & ſeu affinitatis gradibus conjunctas matrimonio jungi, aut in jam contractis matrimoniis remanere utile ſotorum ſit, ut non obſtantibus gradibus hujuſmodi matrimonium, ſervata forma Concilii Tridentini, quantum in illis locis fieri poteſt, contrahere, & ſolemnizare, ac in eis, & ſeu jam contractis remanere, & ſuper cognatione ſpirituali ſimiliter, non tamen inter levantem, & levatum, tam de contracto, quam de contrahendo in foro conſcientiæ tantum diſpenſandi, caſque à cenſuris, & pœnis eccleſiaſticis propter ea incurſis, & inceſtus reatu abſolvendi, proleſque ſuſceptas exinde legitimas nunciandi, & decernendi, & ad præmiſſa quoque pios aliquos ſacerdotes in eiſdem partibus ſubdelegandi, dummodo tamen, cum fides catholica ibidem reſtituta fuerit, vel alias commode potuerint, diſpenſationes, & legitimationes hujuſmodi ab Apoſtolica Sede in foro exteriori impetrentur. Vota pariter quæcumque, Caſtitatis, & religionis dumtaxat exceptis, in alia pia opera illis locis, perſonis, & temporibus magis convenientia, commutandis, vel ſuper eis cum perſonis illarum partium, quæ illa emiſerint, deputandi, & ad hæc quoque ſacerdotes tibi beneviſos ſubdelegandi; Ad hæc libros Catholicos contra hæreticos Anglico, & Scoto idiomatibus ſcriptos, ac Sacras Scripturas in eadem idiomata fideliter verſas approbandi, Catholiciſque, ut eas legere poſſint, licentiam concedendi, certis etiam perſonis doctrina, & pietate, ac Catholicæ Religionis Zelo præſtantibus, ut libros hæreticorum ad effectum illos confutandi dumtaxat legere, & contra eos ſcribere valeant, licentiam concedendi, plenam, amplam, & univerſam facultatem, auctoritatem, & poteſtatem concedimus, & impertimur.

§. 2. Prætcrea omnibus, & ſingulis, ad

Mandatum de ei parendo.

quos ſpectat, & in futurum ſpectabit in præmiſſis omnibus prompte pareant, tuaque monita, & juſſa fideliter exequantur, ac omnes ad te inter ipſos catbolicos, aut alios, controverſias, dnbia, & difficultates refersnt.

Derogatio contrariorum

§.3. Non obſtantibus quibuſvis Apoſtolicis, ac in univerſalibus, Provincialibuſque, & Synodalibus Coneiliis editis, generalibus vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, cæteriſque contratils quibuſcumque.

Dat. die 18. Maii 1630. An. VII.

Datum Romæ apud S. Mariam Msjorem, ſub Annulo Piſcatoris, die decimaoctava Maii 1630. Pontificatus noſtri Anno VII.

CCCXXXIV.

Ne de cætero alia Mendicantium Ordinum Monaſteria, Domus, ſeu Conventus, aut regularia loca per tres leucas circumcirca Monsſterium, & Eccleſiam B. Mariæ de Monte Serrato conſtruantur, ſub pœna excommunicationis.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

COmplura pietatis, & charitatis opera, quæ in Monaſterio B. Mariæ de Monteſerrato, Monachorum Ordinis S. Benedicti, Vicentinæ, ſeu Nullius Diœceſis exerceri conſueverunt, Nos inducunt, ut io bis proviſionis noſtræ miniſterio libenter intendamus, per quæ pia opera hujuſmodi conſervari, majoraque in dies ſuſcipere valeant incrementa.

Cauſæ faciendæ de prohibitione.

§.1. Cum itsque, ſicut accepimus, ad Eccleſiam dicti Monaſterii, ac ſacram ejuſdem B. Mariæ de Monſerrato imaginem, inibi exiſtentem, magnus Peregrinorum ex omnibus Orbis partibus devotionis cauſa confluentium, fiat concurſus, ipſumque Monaſterium, in quo erga eoſdem Peregrinos hoſpitalitas, & alia chriſtianæ charitatis opera exercentur, plenam in civilibus, & criminalibus juriſdictionem per longum circuitus ſpatium hsbeat, eaque mediante loca eidem Monaſterio ſubjecta, licet aſpera, & deſerts, proindeque ad bannitorum, viarumque graſſatorum receptionem apta ſint, ab illis tamen hactenus ſemper ſalvs, & illæſa, ipſiſque peregrinis tuta ſervaverit.

Prohibitio, de qua in Rubrica.

§.2. Nos attendentes, quod ſi alia Mendicantium Ordinum Monaſteria, Domus, ſeu Conventus in diſtrictu ipſius Monaſterii, ſive illius juriſdictione conſtruerentur, id non ſolum eidem Monaſterio circa pias fidelium eleemoſynas, & oblationem eidem Monaſterio, & Eccleſiæ fieri ſolitas, piorumque operum prædictorum exercitium maximum præjudicium, & detrimentum illaturum fore, verum etiam bannitis, & graſſatoribus prædictis ſe in Monaſteria, Domus, & Conventus hujuſmodi recipiendi occaſionem præbiturum; Idcirco præmiſſis, quantum cum Domino poſſumus obviam ire, ac dilectos filios Abbatem, & Monachos dicti Monaſterii, ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, eorumque ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodstæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris; ne de cætero perpetuis futuris temporibus alia Mendicantium Ordinum Monaſteria, Domus, ſeu Conventus, aut regularia loca quomodolibet nuncupata, etiam vigore, ſeu prætextu quorumvis privilegiorum eiſdem Ordinibus, illorumque Superioribus, etiam ab Apoſtolica Sede quovis modo conceſſorum per tres leucas circumcirca Monaſterium, & Eccleſiam Beatæ Mariæ de Monte ſerrato hujuſmodi, niſi de expreſſa Abbatis, & Monachorum dicti Monaſterii pro tempore exiſtentium licentia conſtrui, fundari, aut aliàs quomodolibet erigi, vel inſtitui poſſint, ſub excommunicationis majoris latæ ſententiæ pœna, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium interdicimus, & prohibemus.

Decretum irritans.

§.3. Decernentes præſentes Literas perpetuo validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac eidem Monaſterio in omnibus, & per omnia pleniſſimè ſuffragari. Sicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palstii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi quid ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentsri.

Executores deputat.

§.4. Quocirca Venerabilibus Fratribus Elnenſi, & Urgellenſi Epiſcopis, ac dilecto filio Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori per præſentes committimus, & mandamus, qustenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes Literas, & in eis contenta quæcumque, ubi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Abbatis, & Monschorum dicti Monaſterii fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra, eaſdem præſentes Literas, & in eis contenta quæcumque ab omnibus, ad quos ſpectat, & in futurum ſpectabit, inviolabiliter obſervari, ac Abbatem, & Monachos prædictos illorum commodo, & effectu pacificè frui, & gsudere, non permittentes eos deſuper a quoquam quomodolibet indebite moleſtari.

Inobedientes per cenſuras puniendi.

§.5. Contradictores quoslibet, & rebelles per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio bracnii ſecularis. Non obſtantibus fel.

rec.

Obſtantium derogatio.

rec. Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri de una, & in Concilio Generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præſentium in judicium non trahatur, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Mendicantium Ordinum hujuſmodi etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis eiſdem Ordinibus, illorumque Superioribus, & perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, ac aliàs in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma, ad hoc ſervanda foret, illorum omnium tenores, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptis panda fides.

§.6. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, ac ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus ubique fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præſentibus ipſis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 7. Junii 1630. An. VII.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, ſub annulo Piſcatoris, die 7. Junii 1630. Pontificatus noſtri Anno VII.

CCCXXXV.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Confirmatio Contractus inter Regem Catholicum, & Clerum Regni Portugalliæ initi.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

AD clavum apoſtolicæ ſervitutis in puppi militantis Eccleſiæ, nullo licet meritorum noſtrorum ſuffragio per abundantiam divinæ gratiæ conſtituti ad ea, per quæ Eccleſiarum, ac Monaſteriorum, & aliorum Beneficiorum eccleſiaſticorum exornationi, ac perſonarum eccleſiaſticarum tranquillitati, & paci opportune conſulere, libenter intendimus, & his, quæ propterea, præſertim per Catholicos Reges, & perſonas eccleſiaſticas hujuſmodi facta fuiſſe dicuntur, ut firma perpetuo, & illibata permaneant, libenter cum a Nobis petitur, apoſtolici muniminis adjicimus firmitatem, aliaſque ſtatuimus, atque decernimus, prout rerum ac temporum, necnon perſonarum qualitatibus debite penſatis, conſpicimus ſalubriter in Domino expedire.

Gregorii XV. ſuaſque Literas refert.

§.1. Aliàs ſiquidem a fel. rec. Gregorio Papa XV. Prædeceſſore noſtro, & Nobis emanarunt Literæ, tenoris ſubſequentis, videlicet: Gregorius PP. XV. ad futuram rei memoriam. In ſuprema militantis Eccleſiæ ſpecula &c. *reliqua invenies in ſuo ordine ſub* Dat. 22. Junii 1623. Pontificatus anno III.—Chariſſimo in Chriſto filio noſtro Philippo Hiſpaniarum Regi Catholico, Urbanus PP. VIII. Chariſſime &c. Orthodoxæ fidei &c. *reliqua invenies in ſuo ordine ſub* Dat. 31. Maii 1625. Pontificatus An. II.

Expoſitio Michaelis Soarez, nomine Regis, & Status Eccleſiaſtici.

§.2. Cum autem, ſicut dilectus filius Michael Soarez Pereira negotiorum Regni Portugalliæ in Romana Curia agens, tam ejuſdem Philippi Regis, quam Status dictorum Regnorum nominibus, Nobis nuper exponi fecit, inſtante poſtmodum apud eumdem Philippum Regem, Venerabili Fratre Joanne Epiſcopo Colimbricen. uti procuratore Status Eccleſiaſtici dictorum Regnorum, ut ipſe Philippus Rex, tam nomine proprio, quam Coronæ ſuorum Regnorum ab omni jure, & actione, quæ vigore conceſſionum, & gratiarum in præinſertis Literis contentarum hujuſmodi prætendere poſſet, attentis Eccleſiarum dictorum Regnorum neceſſitatibus, deſiſtere vellet, nec aliam gratiam, ſeu gratias ob cauſas in dictis præinſertis Literis expreſſas ab hac Sancta Sede peteret, nec etiam Motu proprio conceſſas acceptare, ſeu eis uteretur idem Philippus Rex præfatis, & aliis magni momenti rationibus, ſibi per eumdem Joannem Epiſcopum, nomine Status Eccleſiaſtici hujuſmodi allegatis, mature conſideratis, cupiens quantum fieri poterat Statui Eccleſiaſtico prædicto gratificari, dilectum filium Mendum de Mota de Valladares, Conſiliarium ſuum, & Palatii Senatorem in ſuum procuratorem conſtituerit, ut ipſius Philippi Regis, & Coronæ Regnorum ſuorum nominibus, ad aliquam ſuper præinſertis Literis, cum prædicto Joanne Epiſcopo uti Status Eccleſiaſtici præfati procuratore, concordiam deveniret, præfati vero Mendus, & Joannes Epiſcopus nominibus, quibus ſupra, inter ſe concordaverint, pro eo, quod ſpectat ad præinſertas d. Gregorii Prædeceſſoris Literas, in centum nonaginta millium, & pro eo quod ſpectat ad præinſertas Literas noſtras hujuſmodi, in triginta trium millium Cruciatorum monetæ Regni Portugalliæ donativis voluntariis, ſummam inſimul ducentorum, & viginti trium millium Cruciatorum hujuſmodi conſtituen., & in duabus ſolutionibus æqualibus, prima videlicet infra duos menſes, a data inſtrumenti contractus, ſeu ſcripturarum deſuper confectarum; ſecunda vero in Feſto Nativitatis D. N. J. C. 1629. perſolvendas, dictuſque Joannes Epiſcopus in executionem concordiæ hujuſmodi, ac nomine Status Eccleſiaſtici præfati dicto Philippo Regi, ob cauſas in præinſertis Literis expreſſas, nomine voluntarii ſervitii donativum, ſeu donativa in totum ducentorum,

& viginti trium millium Cruciatorum hujuſmndi, nempe centum, & nouaginta, reſpectu prioris, trigicta vero trium millium, reſpectu poſterioris concelſionum, ſeu gratiarum in præinſertis Literis contentarum, in moneta eurrenti Regni Portugalliæ præſati, ae temporibus, & in terminis ſupra declaratis perſolven. obtulerit; & dictus Mendus donativum, ſeu donativa hujuſmodi, nomine ipſius Philippi Regis acceptaverit, & promiſerit, quod idem Philippus Rex non utetur gratiis, ae conceſſionibus, ſibi per præinſertas Literas factis, neque aliam gratiam, ſeu gratias ab eadem Sede pro ſuecurſu Indiarum, aliarumque neceſſitatum reeuperationis, & defenſionis, locorumque Corona Regni Portugalliæ poſſedit in India Orientali, & ſuſtentationis belli offenſivi, & deſenſivi, quod in locis Indiæ prædictæ contra Infideles, Hæreticos, & Schiſmatieos exereetur, obtinebit, nec illam licet per Romanos Pontifices, pro tempore exiſtentes, etiam Motu proprio conceſſam, acceptabit, nee illa utetur, ſed in omnibus concordata olim inter Clerum Regni Portugalliæ, & bo. me. Reges Emanuelem, & Sebaſtianum, ſuper ſimilibus gratiis inita, obſervabit; propterea Inſtrumentum contractus, ſive concordiæ hujuſmodi cum omnibus in eo contentis deſuper, ſub die 17. Februarii 1629. celebratum, per ejus ſchedulam, manu ſua ſubſeriptam, & regio ſigillo munitam, ratum habebit in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi præmiſſa ab eodem Philippo Rege, & in ejus præſentia facta fuiſſent, & ſi idem Philippus Rex Inſtrumentum hujuſmodi non ratificaverit, illud nullum ſit, & nullius roboris, dictus vero Joannes Epiſcopus deſiſtentiam, & renuntiationem præinſertarum Literarum, necnon promiſſionem, de non impetranda, neque aeceptanda alia gratia pro ſuccurſu dictarum neceſſitatum, per dictum Mendum, nomine ipſius Philippi Regis, ac Coronæ ſuorum Regnorum, in Inſtrumento hujuſmodi factam, nomine Status Eecleſiaſtici prædicti acceptaverit, ſeque obligaverit, quod ſui conſtituentes, & dictus Status Eccleſiaſtieus ratificabunt, & approbabunt, ſtatim hoe Inſtrumentum, omniaque in eo contenta, aliàs nullum ſit, & nullius vigoris, & idem Philippus Rex, gratiis, & coneeſſionibus, ſibi per præinſertas Literas, ut præfertur, conceſſis, libere uti poſſit: Inſuper Joannes Epiſeopus, & Mendus prædicti, nominibus, quibus ſupra, convenerint, quod pecunia donativi, ſeu donativorum hujuſmodi expenſis dicti fructus eceleſiaſtici, & de ejus maodato exigatur, neque in hujuſmodi exactione, expenſæ ex parte ipſius Philippi Regis, ſeu regii ejus patrimonii, minuſve aliqua pecuniæ donativorum prædictorum deſalcatio fiat, quodque ducenti viginti tres mille Cruciati dividentur, & diſtribuentur ſuper redditibus eeeleſiaſticis, in præinſertis Literis hujuſmodi compræhenſis, ſolvantur, & ponantur in Civitate Ulixbonen., eapenſis dicti Status Eccleſiaſtici, penes perſonam, ſeu perſonas, quas dictus Philippus Rea nominaverit, & dicta quantitas exigatur, ut dictum eſt, expenſis, & ſumptibus dicti Status Eccleſiaſtici, abſque eo quod in exactione illius, fiant aliquæ expenſæ ex parte ipſius Philippi Regis, dictaque exactio fiat pec nfficiales eecleſiaſticos, ordinarios Prælatos, & Capitula, quibus dictus Philippus Rex, proviſiones, & literas patentes pro exequutione neceſſarias expediri mandabit, ad tranſportationem vero, & conductionem dictarum pecuniarum, Officiales Juſtitiæ ejuſdem Philippi Regis aſſignent Cuſtodes cum proviſionibus, & aliis rebus, etiam neceſſariis, abſque eo, quod pro hujuſmodi cuſtodia, & ſecuritate, aliquid per Statum Eccleſiaſticum expendatur, ſeu erogetur; Inſuper prædictus Philippus Rex perſonam aliquam, ſeu Communitatem ex compræhenſis in præinſertis Literis, a contributione ſuæ ratæ, in diviſione dictorum donativorum nullatenus eximat, nec aliqua perſona, ſeu Communitas, ex compræhenſis in eiſdem præinſertis Literis, aliquo exemptionis generalis, ſeu ſpecialis privilegio ab eadem Sede obtento, vel obtinen., ad effectum non contribuendi ad hujuſmodi donativa, ſe juvare poſſit, & in eventum, in quem privilegium hujuſmodi obtinere contingat derogatio illius, ab eadem Sede obtineatur, & ſi non obtinebitur id totum, quod perſonæ, ſeu Communitates ſic exemptæ non contribuerint, idem Philippus Rex ex pecuniis, vigore præinſertarum conceſſionum exactis deducat, ſeu deſalcet, quodque ipſe Philippus Rea, præmiſſorum omnium, confirmationem cum clauſulis, & cautelis neceſſariis, & opportunis, a Nobis, & eadem Sede quantocitius petat, attentiſque neceſſitatibus, in præinſertis dicti Gregorii Prædeceſſoris Literis expreſſis, prædicta pecuniarum quantitate, in terminis ſupra expreſſis exigenda, etiam non expectata hujuſmodi contractus confirmatione, uti poſſit, quodque idem Rex in computum quantitatis prædictarum pecuniarum, pecuniam, quæ fuerit exacta, vigore prædictorum Brevium, ut præfertur, renunciatorum, recipere, & deſalcare teneatur, & aliàs prout in dicto Inſtrumento per Baldaſſarem Martinez Criado Scribam Regium, Matriti ſub die 17. Februarii 1629. ſeu &c. confecto, plenius dicitur contineri.

Philippus Rex contractum cum Eccleſiaſticis initum petit confirmari.

§.3. Quare pro parte dicti Philippi Regis, ac Prælatorum, & perſonarum eccleſiaſticarum dictorum Regnorum Portugalliæ, & Algarbiorum, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut inſtrumento, & contractui hujuſmodi, apoſtolicæ confirmationis robur adjicere, aliàſque deſuper opportune providere, de benignitate apoſtolica dignaremur.

Cui Pontifex annuit.

§.4. Nos igitur Philippi Regis, ac Prælatorum, & perſonarum eccleſiaſticarum, votis quantum cum Domino poſſumus annuere, illoſque ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, necnon ſingulares Prælatorum, & perſonarum eccleſiaſticarum hujuſmodi perſonas, a quibuſvis ex-

com-

communicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium, dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, contractum præfatum, ac prout illum concernunt, omnia, & ſingula in inſtrumento deſuper confecto contenta, & inde ſequuta quæcumq; licita tamen, & honeſta, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, perpetuo approbamus, & confirmamus, illiſque inviolabilis apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, omneſque, & ſingulos tam juris, quam facti, necnon ſolemnitatum quarumcumque, etiam quantumvis neceſſariarum, & requiſitarũ, & alios etiam quantumvis ſubſtantiales defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, aut interveniſſe dici, vel cenſeri poſſint, ſupplemus.

Laurentio Epiſcopo Hieracen. ut hujuſmodi contractum obſervari faciat, mandat.

§.5. Necnon de Vener. Fratris Laurentii Epiſcopi Hieracen., jurium, & ſpoliorum in eiſdem Regnis Cameræ Apoſtolicæ debiturum Collectoris generalis ſingulari fide, prudentia, integritate, doctrina, & rerum gerendarum uſu plurimum in Domino confiſi, eidem Laurentio moderno, & pro tempore exiſtenti Collectori hujuſmodi, ut præfatum contractum, & concordiam juris, & facti remediis obſervari, & per illos, ad quos ſpectat, adimpleri faciat, ſummæque triginta trium millium Cruciatorum hujuſmodi, ac expenſarum neceſſariarum, deſuper factarum, & faciendarum, redditutum ſcilicet eccleſiaſticorum, Archiepiſcopatuum, & Epiſcopatuum, & aliarum Eccleſiarum, & Beneficiorum præſentationis, ſeu nominationis, ejuſdem Regis diviſionem, ſeu partitionem, auditis poſſeſſoribus, & intereſſe habentibus, reſpectu vero Literarum ejuſdem Gregorii Prædeceſſoris dumtaxat pro rata quemcumque Archiepiſcopatum, & Epiſcopatum, Archiepiſcopoſque, & Epiſcopos, ac Capitula Sedibus Archiepiſcopalibus, & Epiſcopalibus vacan., tangente, auctoritate noſtra faciat, pro reliquo autem alios obligatos, tangente per Archiepiſcopos, & Epiſcopos, Sedibuſque vacantibus, & Capitula, & Canonicos, uti a Nobis, & Sede Apoſtolica, quemque in ſua Civitate, & Diœceſi delegatos fiat, & fieri, & exequi, omni appellatione remota, debeat, cum facultatibus neceſſariis, & opportunis, & cum hoc, ut ſi aliqua dubia coram aliquo præfatorum Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, vel Capitulorum, ſuper partitione, & exactione hujuſmodi, deſuper moveri contigerit, ad eumdem Collectorem, ſine tamen retardatione ſolutionis recurratur, & quidquid ab eo in præmiſſis deciſum, terminatum, ſeu aliàs ordinatum fuerit, illud omni, & quacumque appellatione remota, debitæ eſequutioni demandetur.

Archiepiſcopalibus, & Epiſcopalibus Sedibus vacantibus,

Eccleſias, Monaſteria &c. poſſidentes tercentum Cruciatos perſolvere debeant.

§.6. Quoniam vero ii dumtaxat Prælati, & perſonæ eccleſiaſticæ, qui, & quæ Eccleſias, Monaſteria, & Beneficia eccleſiaſtica, de Jurepatronatus ipſius Philippi Regis, in eiſdem Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis poſſident, ad contributionem, ſeu ſolutionem donativi triginta trium millium Cruciatorum tenentur, volumus, & eadem auctoritate mandamus, ut ob deſiſtentiam per eumdem Philippum Regem factam, ab eſequutione præinſertarum Literarum noſtrarum hujuſmodi, ii, quorum eccleſiaſticæ dignitates, ſeu beneficia, poſt conceſſionem præinſertarum Literarum noſtrarum hujuſmodi vacarunt, attento, quod eædem præinſertæ Literæ noſtræ omnibus intimatæ, & cum multis per Collectorem, in eiſdem præinſertis Literis noſtris prædictis exequutorem deputatum, exequutioni demandatę fuerint, integre perſolvant, quidquid jam ratione earumdem præinſertarum Literarum noſtrarum ſolvere debeant, & quidquid pro complemento ſummæ triginta tres millium Cruciatorum hujuſmodi deſuerit, iis modo, & forma, per eumdem Collectorem dividatur, qui juſtiores illi videbuntur, decernen., Collectorem, ac Archiepiſcopos, & Epiſcopos, necnon Capitulum, & Canonicos præfatos, tamquam noſtros, & Sedis prædictæ delegatos, in præmiſſis omnibus preceſſuros; Perſonas vero, ac Communitates, & univerſitates, in præinſertis Literis comprehenſas, quibuſcumque privilegiis a Sede Apoſtolica obtentis, vel obtinen., nullomodo ad effugiendam ſolutionem ratæ pecuniarum, illàs, ratione donativi hujuſmodi tangentis, oti, ſeu ſe tueri poſſe, ſed eas ad integram ratæ ſuæ, damnorumque, & intereſſe ob dilationem ſolutionis ſatisfactionem, & ſolutionem, per ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, ac etiam pecuniarias, Collectoris, ac Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, necnon Capituli, & Canonicorum præfatorum arbitrio reſpective imponendas, moderandas, & applicandas, cogi, & compelli poſſe, & debere; Contractum vero quatenus adhuc, vel poſtquam, ut præfertur, a partibus ratificatus fuerit, ac prout illum concernunt omnia, & ſingula in dicto inſtrumento contenta, ut præfertur, valida, firma, & efficacia fore, nec partes ipſas ab eis ullatenus reſilire poſſe, ſed eas ad illorum omnium obſervationem, & præſtationem teneri, & efficaciter obligatos fore, cenſuriſque, & pœnis ſimilibus compelli;

Clauſula ſublata.

§.7. Sicque, & non aliter per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ubique judicari, ac definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum

§.8. Non obſtantibus præinſertis Literis hujuſmodi, ac fel. etiam rec. Bonifatii Papæ VIII. ſimiliter Prædeceſſoris noſtri, de una, & in Concilio generali edita de duabus, dietis, ac aliàs apoſtolicis, necnon in univerſalibus, provincialibuſque, & ſynodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac quarumcumque Eccleſiarum, &

Mo-

Digitized by Google

Monaſteriorum, necnon ordinum, quorum fuerint, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, aliiſque decretis, in genere, vel in ſpecie, ac aliàs in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro ſufficienti eorum derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales, idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma, ad hoc ſervanda foret, eorum omnium, & ſingulorum tenores, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 17. Junii 1630. An. VII.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris, die 17. Junii 1630., Pontificatus noſtri Anno Septimo.

CCCXXXVI.

De facultate eligendi Confeſſarium ad Regulares utriuſque ſexus, & cujuſcumque Ordinis non extendenda, nec extra forum conſcientiæ.

Clem. VIII. Conſt. XXII. Romani Pontificis, *quam habes indicatam in §. 1. reperies Tom. V. Par. II. fol. 271.*

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

IN ſpecula militantis Eccleſiæ, nullo licet meritorum ſuffragio, divina diſpoſitione conſtituti, & attente conſiderantes, ſacros Regularium Ordines tantas Eccleſiæ Dei utilitates omni tempore attuliſſe, ut ad eas conſervandas, & inſtaurandas Romani Pontifices Prædeceſſores noſtri magnam jure optimo diligentiam ſemper adhibuerint: dignum quin potius debitum reputamus, ut eorumdem Pontificum veſtigiis inhærentes, ad ea paſtoralis vigilantiæ partes jugiter intendamus, ut in eiſdem Ordinibus diſciplinæ regularis obſervantia ſarta tecta conſervetur, & ſi quæ illi obeſſe dignoſcuntur, opportunæ conſtitutionis miniſterio ſalubriter removeantur.

Clem. VIII. edidit Conſt. indicatam in 2. Rubrica.

§. 1. Aliàs fel. rec. Clementi Papæ VIII. Prædeceſſori noſtro expoſito per Procuratorem Generalem Ordinis Fratrum Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, quod cum in Bulla Cruciatæ Sanctæ, & aliis Privilegiis ab Apoſtolica Sede concedi ſolitis, detur facultas eligendi Confeſſarium idoneum, ab Ordinario approbatum, qui poſſit Chriſtifideles abſolvere a caſibus Ordinario, & Sedi Apoſtolicæ reſervatis, Religioſi prædicti facultatibus uti præſumebant in detrimentum eorum regularis diſciplinæ: Quare idem Clemens Prædeceſſor ſua perpetuò valitura Conſtitutione declaravit, facultatem, & conceſſionem Sanctæ Cruciatæ, & aliorum indultorum prædictorum, quantum ad prædictum articulum, eligendi Confeſſarium, & abſolvendi a caſibus reſervatis, non habere locum cum Fratribus, & Sororibus Monialibus quorumcumque Ordinum, & Congregationum cujuſvis Inſtituti, Mendicantium, & non Mendicantium, tam in Provincia Hiſpaniæ, quam extra eam ubilibet conſtitutis, neque eis ſuffragari, ſed ejuſdem Clementis Prædeceſſoris intentionis fuiſſe, quod iidem Fratres, & Moniales quantum ad Sacramentum Pœnitentiæ, ſeu Confeſſionis adminiſtrationem diſpoſitioni ſuorum Prælatorum ſubjecti eſſent, prout in dicti Clementis Prædeceſſoris in ſimili forma Brevis deſuper ſub die 23. Novembris 1599. Pontificatus ſui anno octavo, expeditis literis, quarum tenores pro expreſſis haberi volumus, plenius continetur.

Sed quia ea nonnulli Regulares abutuntur.

§. 2. Nihilominus, ſicut Nobis, non ſine animi noſtri moleſtia, innotuit, nonnulli Ordinis Fratrum Prædicatorum profeſſores prætextu Bullæ ejuſdem Sanctæ Cruciatæ, ac dictorum Indultorum Confeſſarium hujuſmodi, qui eos, ut præfertur, abſolvat, eligere poſſe prætendant, & forſan eligant etiam ad præſens, poſtquam Literæ noſtræ ſub die 14. Junii 1624. Pontificatus noſtri anno primo ſuper facultate eiſdem Regularibus Confeſſarium, ad effectum hujuſmodi eligendi ad quinquennium tunc proximum conceſſa, emanatæ pridem ab anno, & ultra expiraverunt, in maximum ſtatus, & obſervantiæ regularis præjudicium.

Hic Pontifex eam innovat, & obſervari præcipit.

§. 3. Nos præmiſſis, quantum Nobis ex alto conceditur, obviare, ac felici, tam eorumdem S. Dominici, & Beatæ Mariæ de Monte-Carmelo Religioſorum, quam omnium, & quorumcumque aliorum cujuslibet Ordinis, Congregationis, Societatis, & Inſtituti, etiam ſpeciali mentione, & nota digni utriuſque ſexus, tam Mendicantium, quam non Mendicantium ſtatui, atque directioni, & aliorum Chriſtifidelium ſaluti conſulere volentes, præfatæque Clementis Prædeceſſoris declarationi inhærentes, illamque tenore præſentium innovantes, ac quatenus opus ſit, ampliantes, Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque apoſtolicæ poteſtatis plenitudine Conceſſionem ſanctæ Cruciatæ, quæ reſpectu facultatis hujuſmodi, etiam Laicis, & Clericis ſecularibus cujuſcumque ſtatus, gradus, qualitatis, & conditionis, etiam ſpeciali nota dignis, quoad caſus reſervatos, etiam in Bulla Cœnæ Domini (hæreſi excepta) contentos, nonniſi in foro conſcientiæ, non autem in foro externo ſuffragatur, aliorumque indultorum hujuſmodi qua-

Digitized by Google

quantum ad prædictum articulum eligendi Confeſſarium, & abſolvendi a prædictis caſibus reſervatis, etiam in Bulla Cœnæ Domini contentia cum Fratribus, & Monialibua prædictorum FF. Prædicatorum, ac aliorum quorumeumque Ordinum, & Congregationum, Societatiſque, & inſtituti prædictorum Mendicantium, & non Meodicantium, tam Provinciæ Hiſpaniæ, quam extra eam ubilibet conſtitutorum Religioſis locum minime habuiſſe, neque habere, nec illis ullo modo ſuffragari potuiſſe, neque poſſe, excepto dumtaxat illo quinquennio, quo Literæ noſtræ hujuſmodi, ut præfertur, duraverunt, ſiquidem die 14. menſia Junii 1629. proxime præteriti jam expiraverunt, ſed noſtræ intentionis fuiſſe, & eſſe, quod iidem Fratres, & Moniales quantum ad Sacramenti Pœnitentiæ, ſeu Confeſſionia adminiſtrationem ordinariæ diſpoſitioni ſuorum Prælatorum, & Sedi Apoſtolicæ quoad ſibi reſervata, ſubjecti ſint, earumdem tenore præſentium perpetuo declaramua.

Clauſulas præſervativas apponit.

§.4. Decernentes præſentes noſtras Literas de ſubreptionis, vel obreptionia, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, aut alio quocumque defectu a quoquam impugnari non poſſe.

Ita judicari mandat.

§.5. Sicque, & non aliter, & in omnibua, & ſingulix præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalea, etiam de latere Legatos, Vicelegatoa, ac Sedis Apoſtolicæ Nuntios, ac Cruciatæ Commiſſarios, & quosvia alios quavis auctoritate fungentea, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, interpretari, ac judicari debere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contraria aufert.

§.6. Non obſtantibus præmiſſis, ac omnibus, & ſingulis illis, quæ in prædictis Clementis Prædeceſſuris Literis conceſſa ſunt non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Quibua omnibus, & ſingulia illorum omnium, & ſingulorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus.

Publicatione in Urbe omnes afficere decernit.

§.7. Ut autem præſentium tenor omnibus innoteſcat, volumua eas in valvis Baſilicæ Principis Apoſtolorum, & in acie Campi Floræ de Urbe, ut moris eſt, publicari, ipſaſque ſic publicatas, omnes, & ſingulos ubique exiſtentes ita afficere, ac ſi omnibus perſonaliter intimatæ eſſent.

Tranſumptis credi jubet.

§.8. Quodque præſentium tranſumptia etiam impreſſia, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitia, eadem prorſus ubique fides adhibeatur, quæ præſentibus ipſis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die 19. Junii 1630. Pontificatus Noſtri Anno VII.

Dat. die 19. Junii 1630. An. VII.

CCCXXXVII.

Prohibitio ne aperiantur Loca, & Domus ſub titulo Cogregationis Oratorii in Regno Neapolis, niſi in Civitatibus inſignioribua, & tunc adſint decem Sacerdotes, qui ſe ſuſtentare valeant, quin eleemoſynas quærere cogantur.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Presbyteri Congregationis Neapolitan. referunt abuſus ex multiplicitate Cógregationum exortos.

§.1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Presbyteri Congregationia Oratorii Neapolitan., quod in Regno Neapolitan. nonnullæ perſonæ Loca, & Domus Congregationia, & inſtituti Oratorii hujuſmodi in aliquibus Civitatibus, & Terris ejuſdem inſtituti minime capacibus, & ubi concurſus pro prædicando inibi Dei verbo, aliiſque dicti inſtituti ſpiritualibus exercitiis decenter faciendis non adeſt, aperire, quin etiam quo ſe ſuſtentare valeant in eiſdem locia publice in ſcholia, conſtitutis etiam certis ſalariis docere, victumque ſibi, acſi Mendicantium Ordinum profeſſores eſſent, quærere cœperunt, non ſine magno ejuſdem inſtituti præjudicio, gravique læſione. Quare Presbyteri prædicti Nobis humiliter ſupplicari fecerunt, ut deſuper opportune providere de benignitate apoſtolica dignaremur.

Pontifex alias Congregationes erigi niſi in inſignioribus ejuſdem Regni Civitatibus, vetat.

§.2. Nos igitur eorumdem Presbyterorum indemnitati in præmiſſia opportune providere, illoſque ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticia ſententiia, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quiboa quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſeqoendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati. Quod de cætero perpetuix futuris temporibus Loca, & Domus ſub nomine, ſeu titulo Congregationis Oratorii in dicto Regno, niſi in illius inſignioribus Civitatibua, ſeu quæ Metropolis Provinciæ ſit, & tunc decem inibi Sacerdotes juxta qualitates a Conſtitutionibus d. Congregationis apoſtolica auctoritate confirmatis, requiſitas fuerint, qui ſe abſque eo, quod in eiſdem locia publice, vel privatim in ſcholia conſtitutis etiam certia ſalariia, vel ſine ipſis doceant, ſeu eleemoſynas quærant, aut docere, vel quærere cogantur, ſuſtentare, aliaque ſervitia, ſeu exercitia per Preabyteros inſtituti Oratorii hujuſmodi fieri ſolita, facere valeant, quorum quidem omnium requiſitorum verificatio coram noſtro, & Apoſtolicæ Sedis in Regno prædicto pro tempore exiſtente Nuntio eiſdem Presbyteris ſemper ad omnia

Quibus ſic erectis decem adſint Sacerdotes.

eitatis

Digitized by Google

eitatis, & auditis fieri debeſt, aperiri nullatenus poſſint, nec debeant, apoſtolica auctoritate tenore præſentium ſub eacommunicationis majoris latæ ſententiæ pœna interdicimus, & prohibemus.

Clauſulæ.

§.3. Decernentes præſentes Literas ſemper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, nec illis aliquo modo derogatum, aut contra eas diſpoſitum ſit, aut cenſeatur, niſi in derogatione, aut diſpenſatione hujuſmodi Presbyteri prædicti prius citati, & auditi fuerint: ſicque per quoſcumque judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Obſtantia tollit.

§.4. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quibuſvis etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis quibusvis perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & aliis Decretis in genere, vel in ſpecie, aut aliàs in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum omnium tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Volumus autem quod earumdem &c.

Dat. die 2. Julii 1630. An. VII.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die 2. Julii 1630. Pontificatus Noſtri Anno VII.

CCCXXXVIII.

Inquiſitor Melitenſis Præſes deputatur Capituli a ſexdecim Compromiſſariis in Hoſpitali Sancti Joannis Hieroſolymitani habendi cum facultatibus neceſſariis, & opportunis.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Dilecto filio Magiſtro Ludovico Serriſtorio in utraque Signatura noſtra Referendario hæreticæ pravitatis in Inſula Meliten. Inquiſitori Generali.

URBANUS PAPA VIII.

Dilecte fili, ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Deputatio, de qua in Rubr.

§.1. CUm Capitulum Generale Fratrum Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani die 7. menſis Octobris proxime futuri juxta quaſdam noſtras in ſimili forma Brevis expeditas Literas, benedicente Domino celebrandum ſit; Nos cupientes, ut Capitulum hujuſmodi recte, & fideliter ad Dei laudem, ejuſdemque Hoſpitalis utilitatem celebretur, Te, qui hæreticæ pravitatis in Inſula Meliten. Inquiſitor Generalis exiſtis, & de cujus fide, pietate, prudentia, & religionis zelo, plurimum in Domino confidimus, ſuper ſexdecim Compromiſſariis electis, ſive plures fuerint deputati, noſtro, & Apoſtolicæ Sedis nomine Præſidentem.

Cum facultatibus, quæ hic indicantur.

§.2. Cum auctoritate, facultatibus, juriſdictione, honoribus, & oneribus ſimilibus Præſidentibus competentibus, ac aliis ſolitis, & conſuetis, ac cum facultate quaſcumque propoſitiones, tractatus, & reſolutiones, prout melius in Domino expedire judicaveris, impediendi, terminum quindecim dierum non feriatorum dictis Compromiſſariis pro expediendis negociis ad aliud tibi beneviſum extendendi, & prorogandi, dictos ſexdecim, & plures, ſi fuerint, & alios in dictis ſeſſionibus intereſſentes cogendi ad juramentum præſtandum de non revellando, ſeu indicando verbo, ſcripto, ſigno, ſeu alio quovis modo propoſitionibus, tractatibus, & reſolutionibus in dictis ſeſſionibus habendis, & faciendis cuivis perſonæ, etiam in quavis dignitate conſtitutæ, præterquam dictis electis, & intereſſentibus, ſub pœnis arbitrariis, etiam excommunicationis latæ ſententiæ; donec tamen eorum omnium publicatio in Capitulo Generali facta fuerit, Capitulum Generale ſeptima die Octobris inchoandum, ad aliam diem, ſi tibi videbitur, prorogandi, & quando in dictis ſeſſionibus Compromiſſariorum intereſſe nequiveris, aliquam perſonam tibi beneviſam in Tui locum ad hujuſmodi munus obeundum ſubſtituendi, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium facimus, conſtituimus, & deputamus.

Adhortatio ad eumdem, ut bonum Militiæ curet.

§.3. Teque in Domino hortamur, & monemus, ut ſeſſiones præfatas feliciter regere, & in illis omnia, quæ ad proſperum

rum totius Hoſpitalis ſtatum, regimen, & gubernium pertinere judicaveris, decerni, ſtatui, & ordinari cures, & facias.

Mandatum de parendo.

§. 4. Mandantes propterea in virtute ſanctæ obedientiæ dilectis filiis ejuſdem Hoſpitalis Magno Magiſtro, Prioribus, Bajulivis, Præceptoribus, ſeu Commendatariis, cæteriſque Fratribus quocumque nomine nuncupatis, & ſpecialiter vocalibus in dicto Capitulo, & Seſſionibus congregatis, aliiſque, ad quos ſpectat, ut Te in eorumdem ſesdecim, ſive plurium Compromiſſariorum electionem noſtro, & dictæ Sedis nomine Præſidentem recipiant reverenter, Tibique, ac per Te ſubſtituendæ perſonæ hujuſmodi in omnibus ad Præſidentis hujuſmodi officium pertinen. pareant, obediant, & aſſiſtant, Tuaque, & ejuſdem perſonæ ſalubria monita, & juſſa ſuſcipiant reverenter, & efficaciter adimplere procurent.

Derogatio contrariorum

§. 5. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, dictique Hoſpitalis juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetodinibus, ſtabilimentis, uſibus, & naturis, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis, in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 6. Auguſti 1630. An. VIII.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die ſexta Auguſti 1630., Pontificatus noſtri Anno Octavo.

CCCXXXIX.

Ex regeſt. in Secret. Brev.

Facultas eidem Inquiſitori jubendi, ut electio duorum Compromiſſariorum fiat a qualibet lingua, vel ab aliis incorporatis a Capitulo per ſecreta ſuffragia &c.

Dilecto filio Magiſtro Ludovico Serriſtorio in utraque Signatura noſtra Referendario hæreticæ pravitatis in Inſula Meliten. Inquiſitori Generali.

URBANUS PAPA VIII.

Dilecte fili, ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Recenſet dilatam a ſe fuiſſe Capituli celebrationem ad 7. Octobr.

§. 1. NUper certis de cauſis animum noſtrum moventibus celebrationem Capituli Generalis Fratrum Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani ad Dominicam ſecundam, quæ fuit die 14. menſis Aprilis proxime præteriti, vigore quarumdam Literarum noſtrarum in ſimili forma Brevis expeditarum Indictam ad diem ſeptimam menſis Octobris præſentis anni 1630., firmis in reliquis remanentibus eiſdem noſtris Literis, apoſtolica auctoritate extendimus, & prorogavimus, prout in aliis noſtris in eadem forma Brevis expeditis Literis, quarum tenores præſentibus haberi volumus pro expreſſis, plenius continetur.

Deputatum Inquiſitorem, qui ei præſit.

Jubet Compromiſſarios a tota Lingua eligi,

§. 2. Et quoniam juxta primodictarum noſtrarum literarum formam, & tenorem, in dicto Capitulo duo ejuſdem Hoſpitalis Fratres pro qualibet lingua ad numerum ſexdecim, qui Compromiſſarii exiſtunt, conficiendum, eligendi ſunt; Ideirco Tibi, quem in eorumdem ſexdecim Compromiſſariorum noſtro, & Apoſtolicæ Sedis nomine Præſidentem deputavimus, quod duorum Fratrum hujuſmodi electio a tota lingua, vel ab iis tantum, ut moris eſt, qui in eodem Capitulo incorporati erunt, fiat.

Per ſecreta tamen ſuffragia, ſumptoque ab electoribus SS. Euchariſtiæ Sacramento.

§. 3. Et tam is, quam alius modus per ſecreta ſuffragia, prout eiſdem Literis noſtris cavetur, ſimiliter fiat, ſumpto tamen prius ab illis Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, ac præſtito præciſe juramento de aptioribus eligendis, & in omnibus, prout Tu, cui modus, qui in dicta electione ſervari debeat, præſcribendus relinquitur, melius in Domino expedire judicaveris, auctoritate noſtra apoſtolica mandandi facultatem, eadem auctoritate, tenore præſentium concedimus, & impertimur.

Derogat obſtantibus,

§. 4. Non obſtautibus omnibus illis, quæ in primodictis Literis noſtris voluimus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumqoe.

Dat. 6. Auguſti 1630. An. VIII.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annolo Piſcatoris, die ſesta Auguſti 1630., Pontificatus noſtri Anno Octavo.

CCCXL.

Ex regeſt. in Sec. ret. Brev.

Facultas eidem Inquiſitori conceditur nominandi ſesdecim Compromiſſarios abſque participatione linguæ, aut incorporatorum a Capitulo, qui ſic nominati habeant eamdem facultatem, quam habent nominati a Capitulo.

Dilecto filio Magiſtro Ludovico Serriſtorio in utraque Signatura noſtra Referendario hæreticæ pravitatis in Inſula Meliten. Inquiſitori Generali.

URBANUS PAPA VIII.

Dilecte fili, ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Facultas Inquiſitori nominandi 16. Compromiſſarios:

§. 1. CUpientes proſpero, feliciqne Capituli Generalis Fratrum Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani die ſeptima menſis Octobris proxime futuri benedicente Domino celebrandi ſucceſſui, quantum cum Domino poſſumus, providere, Tibi, quem hodie ſuper ſexdecim Compromiſſariis, ſive plures fuerint, no-

Digitized by Google

ſtro, & Apoſtolicæ Sedis nomine Præſidentem ſub certis modo, & forma tunc expreſſis depntavimus, prout in noſtris inde confectis Literis plenius continetur, ut ſolus per Te ipſum, abſque eo, quod linguæ, ſive alii a Capitulo, ut ſupra, incorporati nominationem aliquam facere poſſint, ſesdecim Compromiſſarins, auctoritate noſtra apoſtolica nominare.

Qui eamdem habeant facultatem, ac ſi a Capitulo forent electi.

§.2. Qui quidem ſic per Te nominati eamdem facultatem, & auctoritatem habeant, quam alii ſexdecim haberent, ſi a Capitulo Generali, ſive ab eo incorporatis nominati, & electi eſſent, quam tamen nominationem prædictum Capitulum, ſive incorporati pro hac vice tantum facere non poſſint.

Ipſe verò Capituli nominationem poſſit impedire.

§.3. Utque etiam ad hunc effectum incorporatis prædictis, & quibuſvis aliis quamcumque nominationem impedire poſſis, & valeas, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium facultatem concedimus, & impertimur.

Contraria tolluntur.

§.4. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti Hoſpitalis etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, ſtabilimentis quoque, ac legibus capitularibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis, in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 6. Auguſti 1630. An. VIII.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die ſexta Auguſti 1630., Pontificatus noſtri Anno Octavo.

CCCXLI.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Facultas Inquiſitori Melitæ nominandi eos Fratres Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani, qui Capitulo Generali pro lingua Angliæ adſint.

Dilecto filio Magiſtro Ludovico Serriſtorio in utraque Signatura noſtra Referendario hæreticæ pravitatis in Inſula Melitæ Inquiſitori Generali.

URBANUS PAPA VIII.

Dilecte fili ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Refert præcedentes Literas.

§.1. CUm Nos hodie te in ſexdecim, vel plurium Compromiſſariorum Fratrum Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani eligendorum in proximo Capitulo Generali die ſeptima menſis Octobris præſentis anni benedicente Domino celebrando, noſtro, & Apoſtolicæ Sedis nomine Præſidentem apoſtolica auctoritate conſtituerimus, & deputaverimus, prout in noſtris deſuper in ſimili forma Brevis expeditis Literis, quarum tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus plenius continetur.

Facultas, de qua in Rubr.

§.2. Nunc autem cupientes, ut Capitulum hujuſmodi, ac dictorum ſexdecim, ſeu plurium Compromiſſariorum ſeſſiones feliciter celebrentur, Tibi eos dicti Hoſpitalis Fratres, qui Capitulo hujuſmodi, & dictorum ſexdecim, ſeu plurium Compromiſſariorum ſeſſionibus pro lingua Angliæ ipſius Hoſpitalis intervenire debebunt, auctoritate noſtra apoſtolica nominandi facultatem, eadem auctoritate tenore præſentium concedimus, & impertimur.

Contraria tolluntur.

§.3. Non obſtantibus quacumque conceſſione dignitatum ipſius linguæ quibuſvis dicti Hoſpitalis Fratribus hactenus, etiam per Literas apoſtolicas in forma Brevis hujuſmodi facta, ac quibuſcumque aliis privilegiis, ſtatutis, & conſuetudinibus, necnon omnibus illis, quæ in aliis noſtris in eadem forma Brevis ſuper indictione dicti Capituli emanatis, voluimus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 7. Auguſti 1630. An. VIII.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die Septima Auguſti 1630. Pontificatus noſtri Anno Octavo.

CCCXLII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Facultas Inquiſitori Melitæ nominandi ſexdecim Fratres Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani etiam ea non incorporatis in Capitulo, duos ſcilicet pro qualibet lingua, qui adjungantur aliis a linguis, ſeu Capitulo nominatis.

Dilecto filio Magiſtro Ludovico Serriſtorio in utraque Signatura noſtra Referendario hæreticæ pravitatis in Inſula Melitæ Inquiſitori Generali.

URBANUS PAPA VIII.

Dilecte fili ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Cauſæ concedendæ facultatis.

§.1. NUper certis de cauſis animum noſtrum moventibus celebrationem Capituli Generalis Fratrum Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani ad Dominicam ſecundam, quæ fuit dies 14. menſis Aprilis proxime præteriti vigore quarumdam Literarum noſtrarum in ſimili forma Brevis expeditarum indictam ad diem ſeptimam menſis Octobris præſentis Anni 1630. firmis in reliquis remanen. eiſdem noſtris Literis, apoſtolica auctoritate extendimus, & prorogavimus, prout in aliis Noſtris in eadem forma Brevis expeditis Literis, quarum tenores præſentibus haberi volumus pro expreſſis, plenius continetur.

Facultas, de qua in Rubr.

§.2. Nunc autem proſpero, felicique Capituli hujuſmodi ſucceſſui quantum cum Domi-

Domino poſſumus providere volentes, Tibi, quem hodie in ſexdecim, ſive plurium Compromiſſariorum Electorem, noſtro, & Apoſtolicæ Sedis nomine, Præſidentem deputavimus, alios ſexdecim dicti Hoſpitalis Fratres, etiam ex non incorporatis, in dicto Capitulo Generali, duos ſcilicet pro qualibet lingua, qui dictis ſexdecim a linguis, ſive a Capitulo incorporatis nominatis adjungi debeant, auctoritate noſtra apoſtolica nominandi facultatem eadem auctoritate tenore præſentium concedimus, & impertimur.

Obſtantium derogatio.

§. 3. Non obſtantibus omnibus illis, quæ in primodictis noſtris Literis voluimus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 7. Auguſti 1630 An. VIII.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 7. Auguſti 1630. Pontificatus Noſtri Anno VIII.

CCCXLIII.

Prohibitio erigendi Scholas ſub denominatione Scholarum Piarum: Et annullatio erectarum ſub tali nomine ab aliis, quam à Clericis Regularibus Religionis Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum. Necnon interdictio deferendi habitum per dictos Clericos geſtari ſolitum.

Scholarum Piarum materiam lege in Conſtit. CCLXIII. Pauli V. Adea, Tom. V. Par. IV. fol. 216.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

AD uberes fructus, quos dilecti filii Clerici Regulares Congregationis Matris Dei Scholarum Piarum in Vinea Domini proferunt, conſiderationis noſtræ aciem convertentes, dignum, quin potius debitum reputamus, ut ea, quæ felicibus eorum progreſſibus obeſſe poſſunt, quantum cum Domino poſſumus, removeamus, & prohibeamus.

Prohibitio, de qua in Rubr.

§. 1. Specialibus itaque illos favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequen., harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſen., ſupplicationibus Miniſtri Generalis dictæ Congregationis Nobis ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati. Ne alii quicumque, quavis auctoritate fungentes Scholas ſub denominatione Scholarum Piarum erigere, aut forſan jam erectas, pias nominare, nec inſcribere, minuſque habitum per dictos Clericos Regulares geſtari ſolitum, geſtari audeant, ſeu præſumant ſub excommunicationis, & aliis cenſuris eccleſiaſticis per contrafacientes ipſo facto incurrendis, apoſtolica auctoritate tenore præſentium interdicimus, & prohibemus.

Clauſulæ præſervativæ.

§. 2. Decernentes præſentes literas validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, & ab omnibus inviolabiliter obſervari.

Clauſulæ irritantes.

§. 3. Sicque per quoſcumque judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi quid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſulæ derogatoriæ.

§. 4. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptorum fides.

§. 5. Ut autem, præſentes facilius omnibus innoteſcant, volumus, ut earumdem præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus ubique fides adhibeatur, quæ adhiberetur præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 17. Auguſti 1630 An. VIII.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris die 17. Menſis Auguſti 1630. Pontificatus Noſtri Anno Octavo.

CCCXLIV.

Declaratio Conſtitutionis Pii Quarti de regiſtrandis in Camera gratiis illius intereſſe concernentibus.

Hanc Pii Quarti Conſtitutionem habes in Conſt. CXVII. Inter multiplices, Tom. IV. Par. II. fol. 241.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium.

CUm ſicut accepimus plures Romani Pontifices Prædeceſſores Noſtri conceſſerint, prout etiam Nos conceſſimus diverſa privilegia, indulta, licentias, & gratias, etiam intereſſe Cam. Apoſt. concernentia, tam per literas apoſtolicas ſub plumbo, & in ſimili forma Brevis expeditas, quam per Chirographa eorum, & Noſtra reſpective manu ſubſcripta, in quibus quidem literis, & Chirographis, Motu proprio, ſeu Conſtitutioni fel. rec. Pii Papæ IV. Prædeceſſoris Noſtri, quo cavetur ut omnes, & ſingulæ gratiæ intereſſe dictæ Cameræ concernentes in eadem Camera intra certum ibi expreſſum tempus, regiſtrari debeant, aliàs gratiæ ipſæ nullæ ſint, derogatum reperitur, a nonnullis vero nimium ſcrupoloſis in dubium revocetur, an tales derogationes adhuc in Camera prædicta regiſtrari debuerint, & debeant.

Dubitatio circa regiſtrationem.

§. 1. Nos, ne ullo umquam tempore de ipſorum privilegiorum, indultorum, licentiarum, & gratiarum validitate, ex eo quod privilegia, indulta, licentiæ, gratiæ, ſeu facultates, aut derogationes hujuſmodi in eadem Camera regiſtratæ non fuerint, hæſita-

Digitized by Google

æſitari, eoſque, ad quorum favorem emanarunt, eo prætextu, ſuper privilegiis, indultis, licentiis, gratiis, & facultatibus eiſdem pro tempore, ut præfertur, conceſſis, moleſtari contingat, providere cupientes, ac motus proprii, ſeu Conſtitutionis prædicti Pii Prædeceſſoris tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes.

Pontificis ex Motu proprio decretum.

§.2. Motu proprio, non ad alicujus Nobis deſuper oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex mera animi Noſtri deliberatione, certa ſcientia, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnia, & ſingula privilegia, indulta, licentias, gratias, & facultates tam per Prædeceſſores Noſtros, quam per Nos ipſos per Literas apoſtolicas ſub plumbo, aut in forma Brevis expeditas, ſeu per Chirographa eorumdem Prædeceſſorum, vel Noſtra manu reſpective ſubſcripta, etiam quodcumque intereſſe dictæ Cameræ concernentia, cujuſcumque qualitatis, generis, quantitatis, & valoris etiam maximi, & inexcogitabilis exiſtat, conceſſa hactenus, & in poſterum per Nos, & Romanos Pontifices Succeſſores Noſtros concedenda, in quibus Motui proprio, ſeu Conſtitutioni Pii Prædeceſſoris hujuſmodi ad effectum, ut illi, ad quorum favorem emanarunt, & emanabunt pro tempore ad ipſa privilegia, indulta, licentias, & gratias in eadem Camera regiſtrandum non teneantur, derogatum fuerit, ſeu derogari contigerit in futurum, etiamſi illæ, & illa ſive derogatio, & voluntas hujuſmodi in prædicta Camera regiſtrata non ſint, & non regiſtrentur, etiam ab earum data valere, & de eorum validitate dubitari non poſſe, neque propterea illos, ad quorum favorem emanarunt, aliquo modo moleſtari debere tenore præſentium decernimus, & declaramus.

Silentii officialibus impoſitio.

§.3. Ac dilectis filiis Noſtro Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerario, ac Theſaurario Generali, Præſidenti, & Clericis, necnon Commiſſario ejuſdem Cameræ nunc, & pro tempore exiſtentibus, & aliis quibuſcumque deſuper intereſſe quomodolibet prætendentibus, aut qui illud quomodolibet prætendere poſſent, perpetuum ſilentium deſuper imponimus.

Contra facientibus pœna.

§.4. Mandantes Camerario, Theſaurario, Præſidenti, & Clericis, necnon Commiſſario nunc, & pro tempore exiſtentibus, & aliis intereſſe prætendentibus prædictis, ne ſub noſtræ, & pro tempore exiſtentis Rom. Pont. indignationis, aliiſque Noſtro, & pro tempore exiſtentis Rom. Pont. arbitrio imponendis pœnis, & etiam interdicti ingreſſus Eccleſiæ, ac aliis eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis ipſo facto per contravenientes, & eorum quemlibet toties quoties contravenerint reſpective incurrendis, a quibus a nemine, præterquam a Roman. Pont. pro tempore exiſtente, præterquam in mortis articulo conſtituti, abſolvi ſeu illæ eis relaxari nequeant, prædictorum aliquem ſuper præmiſſis aliquo modo moleſtare audeant vel præſumant.

Præſervatio.

§.5. Volentes, & eadem auctoritate decernentes præſentes Noſtras Literas, declarationem, & voluntatem, etiam quod in dicta Camera non regiſtrentur, neque præſententur iis omnibus, de quorum intereſſe actum fuerit, vel agetur pro tempore ſuffragari debuiſſe, & debere, perinde ac ſi in eadem Camera debito tempore præſentatæ, & in ea regiſtratæ fuiſſent.

Exequutorum deputatio.

§.6. Quocirca venerabilibus fratribus Noſtris Oſtien. & Portuen. Epiſcopis, ac dilecto filio cauſarum Curiæ Cam. Apoſt. Generali Auditori, per præſentes committimus, & mandamus quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte in præmiſſis intereſſe habentium deſuper requiſiti fuerint, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate Noſtra illos præmiſſorum commodo, & effectu pacifice frui, & gaudere, non permittentes illos deſuper a quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebite moleſtari. Contradictores quoslibet, & Rebelles per cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo legitimiſque ſuper his habendis ſervatis proceſſibus cenſuras, & pœnas ipſas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis.

Contrariorũ abrogatio.

§.7. Non obſtan. piæ mem. Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris Noſtri de una, & in Conc. generali edita de duabus dietis dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præſentium ad judicium non trahatur, ac Motu proprio hujuſmodi, ſeu prædicta Pii Prædeceſſoris, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, aliiſque in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiamſi de illis, eorumque tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, ac individua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda foret, illorum omnium, & ſingulorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes latiſſime hac vice ad effectum præmiſſorum tantum motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptorum fides.

§.8. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 19. Auguſti 1630 An. VIII.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 19. Auguſti 1630. Pontificatus Noſtri Anno VIII.

Indul-

CCCXLV.

Ex regeſt. in Secret. Brev.

Indolgentiæ, ac Privilegia omnia Monachis Ordinis S. Baſilii Monaſterii S. Catharinæ Montis Sinay a Prædeceſſoribus Pontificibus conceſſa confirmantur.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Procemium. ROmanus Pontifex Univerſalis Eccleſiæ regimini præpoſitus, ad ſingulorum quoque Monaſteriorum, præſertim ab hac Sancta Sede longe remotorum, ſtatum reſpiciens, indulta, & gratias illis, eorumque perſonis, ac aliàs ad ea, & illorum Eccleſias confluentibus, ſeu aliàs illorum intuitu conceſſa libenter eum a ſe petitur, apoſtolicæ confirmationis munimine corroborat, ut exinde fidelium pietas, & devotio, animarumque ſalus majora in dies, Deo dante, ſuſcipere valeant incrementa.

Innoc. VIII. Confraternitatem in Monaſterio S. Catharinæ Montis Sinai inſtituit; §. 1. Dudum ſiquidem, poſtquam rec. mem. Pius Papa IV. Prædeceſſor noſter acceperat, quod fel. rec. Innocentius VIII. ex certis tunc expreſſis cauſis, in Monaſterio Hoſpitali Beatæ, & Glorioſæ Virginis, & Martyris Catharinæ Montis Sinay Ordinis Sancti Baſilii Nullius Diœceſis, unam utriuſque ſexus Chriſtifidelium Confraternitatem erexerat, & voluerat, quod omnes, & ſinguli utriuſque ſexus Chriſtifideles illius Confratres pro tempore exiſtentes confeſſarium idoneum ſecularem, vel regularem eligere poſſent, qui illis ſemel tantum in mortis articulo, plenariam omnium peccatorum ſuorum, de quibus contriti, & confeſſi eſſent, remiſſionem, & abſolutionem, apoſtolica auctoritate impendere, ac votum viſitandi Sepulchrum ipſius Beatæ Catharinæ commutare valeret. *Spiritualeſque Confratribus gratias impertitus fuit.*

Pius II. hujuſmodi gratiis novas addidit. §. 2. Et deinde piæ memoriæ Julius II. præmiſſa approbans, ipſis Fratribus conceſſerat, ut idem Confeſſor eos, etiam ab omnibus criminibus, exceſſibus, & delictis, etiam Sedi Apoſtolicæ reſervatis, exceptis contentis in Literis in Cœna Domini legi conſuetis, ſemel in vita, a non reſervatis vero, quoties opus eſſet, abſolvere poſſet.

Prout etiam Leo X. §. 3. Ac poſtea rec. mem. Leo Decimus, omnes, & ſingulas indolgentias, gratias, privilegia, indulta, ab eiſdem Innocentio, & Julio Prædeceſſoribus ad tam pium opus conceſſa ſimiliter approbans, & confirmans, perpetuo ſtatuerat, & ordinaverat, quod in quacumque Civitate, aut Terra illius Incolæ de dicta Confraternitate exiſtentes Altare unum, ſeu unam Cappellam ſub invocatione ipſius Beatæ Catharinæ in aliqua Eccleſia, ſeu Monaſterio, aut loco conſtruere, & deputare, ac in ea ſinguli primis diebus cujuslibet menſis convenire, & inibi Proceſſionem, & Miſſam celebrare, & celebrari facere, ipſamque Cappellam, necnon omnia, & ſingula ad eos, & dictam Confraternitatem inibi quomodolibet ſpectantia, per duos ex eiſdem Incolis, & Confratribus annis ſingulis eligendos, gubernare, & in dicta Cappella Miſſas, & alia divina officia per Presbyterum ad eorum nutum ponendum, & amovendum, etiam tempore cujuſcumque interdicti, ordinaria auctoritate appoſiti, dummodo ipſi, vel eorum alicui interdicto hujuſmodi cauſam non dediſſent celebrari facere, ac eorum non fratrum corpora Eccleſiaſticæ ſepulturæ ſine tamen funerali pompa, tempore interdicti hujuſmodi tradi, & quilibet ex dictis Confratribus quadrageſimalibus, & aliis temporibus, quibus eſus carnium, & lacticiniorum prohibetur, ovis, butiro, lacte, & aliis lacticiniis, ac de utriuſque medici conſenſu, etiam carnibus veſci, & a quacumque excommunicationis ſententia, a jure, non tamen ab homine quavis occaſione, vel cauſa lata per Presbyterum ad ejus nutum eligendum, ſine tamen juris alieni præjudicio abſolvi, ac nobiles, & clerici, necnon infirmitate, vel alias impediti Confratres Altare portatile habere, ac ſuper eo Miſſas, & alia divina officia in quibuſvis locis, ad hoc tamen congruis, & honeſtis, per ſe ipſos, qui Presbyteri forent, alii vero per Presbyterum ad hoc eligendum celebrari facere poſſent, & inſuper quod quicumque Cappellam, ſeu Altare hujuſmodi ſingulis annis dominicis, ac primis cujuslibet menſis diebus viginti annorum, & totidem quadragenarum, qui vero illam in feſto ejuſdem Beatæ Catharinæ viſitarent plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſſionem ſingulis diebus, & feſto prædictis, quibus id facerent reſpective conſequerentur, & qui diebus Stationum in Alma Urbe, & extra ejus muros celebrandarum deputatis, dictam Cappellam viſitarent, eaſdem indulgentias, & peccatorum remiſſiones conſequerentur, quas ipſi eiſdem diebus Eccleſias Almæ Urbis, & extra ejus muros pro indulgentiis hujuſmodi conſequendis deputatas, perſonaliter viſitarent, & quæcumque ad id opportuna facerent, & nihilominus, tam vivi, quam defuncti fratres omnium eleemoſynarum, & Miſſarum participes, & conſortes in perpetuum eſſent.

§. 4. Et ſubſequenter ſanctæ memoriæ Paulus III., ac ſucceſſive dictus Pius Romani Pontifices Prædeceſſores noſtri per quaſdam ſuas Literas erectionem, & inſtitutionem Confraternitatis, necnon omnia, & ſingula, conceſſiones, indulgentias, facultates, indulta, & alias gratias hujuſmodi ſimiliter approbaverant, & confirmaverant, necnon, ut Cappellæ in honorem Beatæ Virginis, & Martyris Catharinæ erigendæ ferventiori devotionis zelo a Chriſtifidelibus frequentarentur, ipſique Chriſtifideles, Monaſterii, ejuſque Abbatis, & Monachorum prædictorum neceſſitatibus promptius ſuccurrerent, quo ſe cœleſti munere uberius refectos eſſe cognoſcerent, omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus vere pœnitentibus, & confeſſis, ſeu ſtatutis a jure temporibus confitendi propoſitum habentibus, qui infra decennium tunc proxime futurum Cappellas præfatas Jovis *Paulus III., & Pius IV.*

in

in Cœna Domini Hebdomadæ Sanctæ, & Feſti Aſſumptiunis Beatæ Mariæ Virginis quintadecima menſis Auguſti diebus a primis Veſperis, uſque ad occaſum ſolis dierum hujuſmodi devote viſitarent, necnon ſenibus valetudinariis, & mulieribus prægnantibus, vel alio legitimo impedimento detentis, qui per alium id facerent plenariam omnium, & ſingulorum peccatorum ſuorum indulgentiam in forma Eccleſiæ anni quinquagenarii, & non ſecus, ac ſi ipſius Beatæ Catharinæ ſepulchrum, & loca ſancta Civitatis Jeruſalem viſitarent, auctoritate apoſtolica conceſſerant; mandantes ſub interdicti, & ingreſſus Eccleſiarum privationis, & excommunicationis pœnis reſpective, univerſis, & ſingulis Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac dilectis filiis eorum Vicariis in ſpiritualibus generalibus, verbi Dei Prædicatoribus, Parochialium Eccleſiarum Rectoribus, & Vicariis, cæteriſque perſonis eccleſiaſticis ſecularibus, & quorumvis etiam Canonicurum Regularium, & Mendicantium Ordinum Regularibus exemptis, & non exemptis, quod, quando, & quoties pro parte Abbatis Monaſterii præfati, & cujuſdam tunc exiſtentis Monachi, & Procuratoris ipſius Monaſterii deſuper requiſiti forent, præmiſſas, & quaſvis alias indulgentias, conceſſiones, facultates, & alia indulta in Literis deſuper confectis contenta in eorum Eccleſiis, aliiſque decentibus locis cum ſolemni, & generali Proceſſione publicarent, & publicari facerent, capſaſque ſub clavibus pro collectione eleemoſynarum in ſuis Eccleſiis ponerent, nec durante deſcriptionis, & indulgentiæ hujuſmodi tempore aliquas alias indulgentias, etiam ſub Sancti Sebaſtiani ad Cathecumbas, vel Sancti Rochi de Urbe, aut Redemptionis Captivorum, ſeu alio nomine per quoſvis Commiſſarios, & Quæſtores publicari ſinerent, ac diſtrictius inhiben. quibuſcumque Commiſſariis, etiam Sancti Sebaſtiani, & Sancti Rochi eorumdem, necnon Sancti Spiritus Almæ Urbis, ac Redemptionis Captivorum Neapolitan., & Avenionen., ac Toletan., aliiſque quibuslibet, ne vigore quarumcumque Literarum eatenus ſibi conceſſarum Abbatem, & Procuratorem prædictos ſuper libera indulgentiarum, aliorumque præmiſſorum publicatione, moleſtare, inquietare, vel perturbare præſumerent.

Privilegia quoque nonnulla, & Indulgentias Monachis Montis Sinai conceſſit idem Pius V.

§.5. Demum poſt certam dicti Pii Conſtitutionem ſimilium indulgentiarum ad ipſamet principalia loca, pro quibus emanaſſent, perſonaliter viſitantes reſtrictivam ſub datum ſeptimo Kalendas Maii, Pontificatus ſui Anno Secundo expeditam provide conſiderans, quod idem Monaſterium Beatæ Catharinæ ob itineris difficultatem, & maxima pericula, cum ipſum ſit inter Arabos ſitum, difficileque poſſet a Chriſtifidelibus viſitari, illiuſque Monachi, quorum, & dicti eorum Monaſterii bona, ab infidelibus occupantur, maxima affligebantur inopia, eorum egeſtati ſuccurrere volens per alias ſuas indulgentias, literas, & facultates, ac deſuper confectas Literas prædictas, & inde ſequuta quæcumque adverſus ſuam hujuſmodi Conſtitutionem in priſtinum, & eum, in quo antequam illa emanaſſent, erant ſtatum, robur, & vires, in omnibus, & per omnia; dummodo præterquam per Monachos dicti Monaſterii non differentur, apoſtolica auctoritate reſtituit, repoſuit, & plenarie reintegravit, ac pro reſtitutis, repoſitis, ac reintegratis habere voluit, & ita ab omnibus cenſeri, necnon dictarum prædictarum Literarum tranſumptis, etiam impreſſis, Procuratoris Generalis Monaſterii hujuſmodi, ac ab eo ſubſtituendi manu ſubſcriptis, ſigilloque alicujus perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eamdem fidem adhiberi debere, quæ originalibus ipſis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ, Literis ipſis poſt decennium prædictum minime valituris decrevit. Ac poſtmodum per dictum Pium accepto, quod Abbas, & Monachi Monaſterii prædicti linguæ latinæ penitus ignari, grecam ſolum noverant, indulgentias prædictas ad duos dies, eiſque Abbati, & Monachis, ſeu eorum procuratoribus, quos ad id duxiſſent deputandos, beneviſos, necnon ad animas defunctorum in Purgatorio exiſtentes per modum ſuffragii, ita quod Chriſtifideles, qui in diebus per Abbatem, & Monachos, ſeu Procuratorem prædictis declarandis etiam alicujus defuncti animæ in Purgatorio exiſtentis, etiam propinqui nomine Cappellas prædictas viſitarent, & alia in prædictis Literis contenta facerent, & adimplerent, ipſius defuncti anima per ſuffragii modum indulgentiæ hujuſmodi particeps efficeretur, ipſique Chriſtifideles eaſdem indulgentias conſequerentur, quas ſi feria quarta in Cœna Domini, & Feſto Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis prædictis ea adimpleviſſent, conſequerentur, dicta auctoritate apoſtolica extendit, & ampliavit. Decernentes eaſdem indulgentias per quaſcumque perſonas Abbati, & Monachis prædictis beneviſas, & ad eorum nutum eligendas publicari, ac denuntiari poſſe.

Idemque Pius præfatas omnes conceſſiones ratas habuit, & confirmavit.

§.6. Ac demum dicto Pio Prædeceſſori pro parte tunc exiſtentis Abbatis, & Monachorum dicti Monaſterii expoſito, quod ab aliquibus hæſitabatur, an indulgentias hujuſmodi ſub certis aliis revocationibus per ipſum Pium Prædeceſſorem poſtmodum editis comprætenderentur, idem Pius Prædeceſſor Abbatis, & Monachorum ſupplicationibus tunc inclinatus omnes, & ſingulas indulgentias, ac deſuper confectas Literas Apoſtolicas adverſus prædictas, & quaſvis alias revocationes, limitationes aliaſque contrarias diſpoſitiones ab ipſo Pio Prædeceſſore eatenus forſan emanatas in priſtinum, & eum, in quo antea quomodolibet erant ſtatum, ſub certis modo, & forma tunc expreſſis, apoſtolica auctoritate plenarie reſtituit, repoſuit, & reintegravit, ac etiam innovavit, prout in ipſius Pii, & aliorum Prædeceſſorum prædictorum Lite-

Digitized by Google

Literis deſuper confectis, quarum tenores præſentibus haberi volumus pro espreſſis plenius continetur.

Procurator Generalis petiit iterum confirmari.

§. 7. Cum autem, ſicut dilectus filius Clemens Lambardus d. Monaſterii Procurator dilectorum filiorum Abbatis, & Monachorũ ipſius Monaſterii nomine nobis nuper exponi fecit, ipſi plurimum cupiant præmiſſa omnia, quo firmiora ſubſiſtant, apoſtolicæ noſtræ confirmationis robore communiri, Nobiſque propterea humiliter ſupplicari fecerit, ut deſuper opportune providere de benignitate apoſtolica dignaremur.

Confirmat Urbanus.

§ 8. Nos attendentes Monaſterium hujuſmodi inter Arabos ſitum, maximamque illius ab hac Sancta Sede diſtantiam, & propterea ejuſdem Monaſterii Monachos ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, omnia, & ſingula conceſſiones, indulgentias, facultates, indulta, & alia ſuperius espreſſa hujuſmodi, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium ſcilicet ad triginta annos, quoad indulgentias extraordinarias, hujuſmodi approbamus, & confirmamus, illiſque inviolabilis apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus.

Clauſulas neceſſarias apponit.

§. 9. Decernentes eadem præmiſſa, ac præſentes Literas valida, firma, & efficacia exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac Monachis prædictis, & aliis, quos illa concernunt, & concernent in futurum in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, irritumque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contraria tollit.

§. 10. Non obſtantibus omnibus illis, quæ in dictis Literis conceſſa ſunt non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§. 11. Volumus autem, quod ſi aliâs Chriſtifidelibus dictam Cappellam viſitantibus, aliquam aliam indulgentiam perpetuo, vel ad tempus non elapſum conceſſerimus, præſentes nullæ ſint.

Dat. die 4. Sept. 1630. An. VIII.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die 4. Septembris 1630., Pontificatus noſtri Anno Octavo.

CCCXLVI.

Magiſtratui Ferrarienſi facultas conceditur vectigal Salis, & Olei imponendi, Montemque non Vacabilem ſuper ejus fructibus erigendi.

Ex regeſt. in Secret. Brev.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Paterna de noſtris, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſubditis cura, & ſollicitudo poſtulat, ut eorum commoditatibus, & ſaluti, quantum cum Domino poſſumus, jugiter conſulamus.

Facultas Magiſtratui Ferrarienſi conceditur vectigal ſalis, & olei imponendi.

§. 1. Cum itaque, ſicut accepimus, dilecti filii Judex, & Magiſtratus ſapientum Civitatis noſtræ Ferrarien. ad avertendam, quantum Divinæ placuerit miſericordiæ, contagionem in nonnullis Lombardiæ partibus graſſantem, varia, atque gravia expenſarum onera ſubeant, Nos, ut Judex, & Magiſtratus prædicti præmiſſa facilius, & minore, quo fieri poteſt, eorum incommodo peragere valeant, pro noſtri paſtoralis officii debito opportune providere, illoſque ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & illorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque apoſtolicæ poteſtatis plenitudine eiſdem Judici, & Magiſtratui, ut in prædicta Civitate dumtaxat unam duorum quatrenorum cum dimidio alterius ſimilis quatreni monetæ illarum partium ſuper qualibet libra ſalis, & aliam Gabellas tertiæ partis unius Bolognini ſuper qualibet libra olei imponere, eaſque a quibuſvis perſonis, tam ſecularibus, quam eccleſiaſticis, ac cujuſcumque Ordinis Congregationis, Societatis, & Inſtituti, etiam Mendicantium utriuſque ſexus Regularibus, Hoſpitaliumque, & aliorum Locorum Piorum, etiam quocumque immunitatis, exemptionis, vel alio quovis privilegio ſuffultis, etiamſi de illis ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, ac de verbo ad verbum mentio habenda foret, exigere libere, & licite poſſint, & valeant, tenore præſentium, licentiam, & facultatem concedimus, & impertimur.

Et Montem non vacabil. erigendi.

§. 2. Præterea ſuper Gabellis vigore præſentium imponendis hujuſmodi, illarumque exactione, & annuo redditu, qui, ut aſſeritur, ad ſummam ſeptem circiter millium ſcutorum monetæ aſcenſurus eſt, unum montem temporalem non Vacabilem, & ut infra extinguibilem mille locorum cum annuo redditu ſex ſcutorum pro quolibet loco, ex quibus quidem mille locis, trecenta, & quinquaginta dumtaxat per Judicem, & Magiſtratum prædictos, reliqua vero

Digitized by Google

vero ſeſcenta, & quinquaginta loca hujuſmodi, nonniſi de noſtra, ſeu pro tempore exiſtentis Romani Pontificis licentia vendi poſſint, pecuniæ vero ex eorumdem Locorum Montium venditione provenientes in alios uſus, quam ad avertendam, quantum Deo propitio fieri poterit, prædictam contagionem, ſeu æris alieni ea de cauſa contracti extinctionem, ſeu prout a Nobis deſuper mandatum fuerit ſub eſcommunicationis latæ ſententiæ, & aliis arbitrii noſtri pœnis converti, & erogari nequeant, apoſtolica auctoritate, earumdem tenore præſentium erigimua, & inſtituimus, ac illi ſic erecto, & inſtituto omnes, & ſingulos redditus, & proventus es Gabellis vigore præſentium imponendis, earumque exactione, ut præfertur, facien. proventuros ab omni onere, impoſitione, gravamine, & reſtauro, ac etiam quocumque caſu fortuito quantumcumque inescogitabili, liberos, immunes, & exemptos, es quibus fructus Locorum Montis prædicti perſonis in eo pecunias ſuas collocantibus ad rationem ſex pro centenario annuatim perſolvantur, ac quidquid ſupererit, in ſolutionem expenſsrum per Communitatem, & Homines ob cauſam ſupra expreſſam ſactarum, iiſque perſolutis in ipſius Montis extinctionem, ut infra faciendam omnino convertatur, auctoritate, & tenore prædictis applicamus, & appropriamus, ac titulo venditionis concedimus, tradimus, & aſſignamus, necnon perſonas prædictas, & Collegium es eis inſtituen. in locum dictorum Judicis, & Sapientum in dictarum Gabellarum exactionem pro concurrenti quantitate eorum crediti ponimus, ſubſtituimus, & ſubrogamus.

Cuilibet hujuſmodi Montis portiones acquirendi facta poteſtas.

§. 3. Volentes, quod quæcumque utriuſque ſexus perſonæ cujuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, & conditionis exiſtentes, etiamſi Cardinalatus honore præſulgeant, & Eccleſiis, etiam Cathedralibus, & Metropolitanis, & Monaſteriis præſint, ac quæcumque, quotcumque, & qualiacumque Beneficia Eccleſiaſtica obtineant, ac in ſacris, etiam presbyteratus ordinibus ſint conſtituti, & quorumvis, non tamen Mendicantium de Obſervantia Ordinum, ac Hoſpitalium, & Mendicorum Religioſorum, ac Mulieres cujuſcumque nominis, qualitatis, & conditionis, præterquam illæ, quæ ratione regularis profeſſionis in aliquo Ordine Mendicantium de Obſervantia, ut præfertur, inhabiles, & incapaces exiſtunt ſuper dicto Monte pro una, vel pluribus portionibus integris, vel dimidiis quamcumque pecuniarum ſummam juxta tenorem præſentium ponere, & pro pecuniis ſic poſitis ad rationem ſex pro centenario annis ſingulis, & quolibet bimeſtri eorum ratam ſine aliquo peccato, & conſcientiæ ſcrupulo, ſeu reſtitutionis, vel ſatisfactionis onere in utroque foro, etiam abſq; eo, quod eorum ſolutio quorumvis interdictorum, aut repreſſaliarum, etiam forſan contra Civitates, Loca, & Caſtra, aut Dominos, ſeu Subditos, vel Incolas in genere, vel in ſpecie, etiam es

Exemptiones Montiſtis conceſſæ.

cauſa belli, vel cujuſvis inobedientiæ, ſeu rebellionis, etiam excogitatarum, incogitatarum, decretorum, aut relasato rum, aut quovis alio prætextu denegari, aut protrahi, vel differri queat, recipere, & habere, & quamcumque remiſſionem, & quamlibet aliam diminutionem es quibuſvis honeſtis, rationabilibus, ac neceſſariis, & quantumvis urgentibus, etiam inexcogitatis cauſis pro tempore faciendas ad damnum, & totale incommodum Cameræ Ferrarien. cedere, & pertinere debere, itaut Conductores, ſeu Appaltatores dictarum Gabellarum ſingulo quoque bimeſtri integros redditus pro concurrenti quantitate eorum crediti dictis Collegio, & perſonis, ſeu eorum Depoſitario perſolvere teneantur, & in eo, quod ſupererit de dictis redditibus, & in ſubſidium in cæteris introitibus, & bonis dictæ Cameræ Ferrarien. de remiſſione, aut diminutione prædictis refici debeant, ac etiamſi læſæ majeſtatis, aut alia quæcumque, & qualiacumque, & quantacumque gravia, & graviſſima crimina, præterquam in perſonam Romani Pontificis, aut alicujus perſonæ S. R. E. Cardinalis, ac Legatorum, Vice-Legatorum, vel Gubernatorum Ferrarien. pro tempore eſiſtentium committerentur, & propterea ultimo ſupplicio condamnati, & traditi, ſeu condemnandi, & tradendi forent, ac omnia eorum bona ſint confiſcata, vel confiſcanda de locis, & portionibus Montis hujuſmodi, etiam emolumentis ſibi es eo ſpectantibus, neenon pecuniis per eos, qui ab ipſis cauſam habuerint ſuper eodem Monte poſitis ita ſtatuimus, quod nullatenus confiſcari, aut ad inſtantiam quorumcumque creditorum, vel aliàs aliquo modo ſequeſtrari, vel impediri ſine licentia Legati pro tempore poſſint, ſed ad eorum ab inteſtato hæredes, ſeu proximiores, aut aliàs ſuccedere habentes tranſeant, ac de eis libere in Teſtamento, vel Codicillis, aut quocumque contractu inter vivos in quoſcumque etiam illegitimos, & alioa, ac in omnibus, & per omnia juſta facultates aliis Montibus, & præſertim Almæ Urbis noſtræ, & Civitatis noſtræ Bononien. per quoſcumque Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac etiam Nos conceſſas diſponere, & ut perſonæ pecunias ſuper dicto Monte ponentes, & habentes Collegium interſe conſtituant, ac Collegialium jura, & inſignia, ſtatumque, & ordinationes ad inſtar aliorum Montium habeant, illaque mutare, & alterare, necnon poſſeſſionem, ſeu quaſi exactionis annui redditus hujuſmodi pro rata pecuniarum, quas in eodem Monte poſuerint, propria auctoritate, & abſque alia juris, ſeu Judicis miniſterio, vel mandato; etiam Judicis, & Magiſtratus prædictorum, aut aliorum quorumcumque appræhendere, & perpetuo retinere libere, & licite valeant, & quod Gabellarum prædictarum Conductorea, ſeu Appaltatores, antequam ad ipſarum poſſeſſionem admittantur, de ſolven. dictis Collegio, & perſonis, vel eorum Depoſitario dictos annuos redditus pro quantitate eorum crediti

Digitized by Google

ti ſingulo bimeſtri integre, & ſine aliqua diminutione, ut ſupra, promittere, & ad hoc ſe ſe principaliter, & in ſolidum, etiam in forma Cameræ Apoſtolicæ, cum juramento, & aliis clauſulis opportunis, & neceſſariis obligare, ac idoneos fidejuſſores præſtare teneantur; & quod quicumque ad dandum inveſtituram in aliqua re immobili tuta, & ſecura, etiam cum juramento obligatus, dando aliquam ratam, & partem dicti Montis æquivalentem pretio per eum inveſtien. obligationi ſuæ ſatisfeciſſe cenſeatur, & ſuper illo pecuniæ pro mulieribus nuptui dandis aſſignari poſſint. Ac Mons ipſe, illiuſque ſingulæ portiones, & loca ab illa pro tempore poſſidentibus libere, vel cum pacto recuperandi aliis reſignari, & ſi libere nulla in inſtrumento reſignationis, aut Campiono facta mentione, quod loco rei immobilis dentur libere, etiam aliis cedi, & reſignari poſſint; ita quod illæ, & illa aliàs, quam in inſtrumento contractus, aut Campiono exprimatur, obligari, aut hypothecari nequeant, ſed illas, & illa acquirentes tuti ſint, & ſecuri, quod illas, & illa ementes tuti ſint, & ſecuri, quod illæ, & illa ab omni onere, & hypotheca prorſus, & omnino liberæ, & libera exiſtant; dictique Judex, & Magiſtratus cum participatione tamen, & conſenſu dilecti filii noſtri moderni. & pro tempore exiſtentis in Civitate, & Ducatu Ferrarien. noſtris de latere Legati Depoſitarium, Notarium, & Camplonerium, ac alios quoſcumque Officiales deputare, ac cum participatione. & conſenſu ſimilibus amovere, illiſque ex fructibus, & redditibus ejuſdem Montis ſalaria, & honoraria reſpective conſtituere, & deputare libere poſſint, & valeant, auctoritate, & tenore prædictis concedimus, & indulgemus.

Card. Legati ſuper Monte hujuſmodi jurisdictio.

§.5. Ultraque ſalaria, & honoraria a dilecto filio noſtro moderno in dicta Civitate, & Ducatu de latere Legato dictis Secretario, & Camplonerio aſſignata annuorum ſcutorum centum octo in totum eiſdem Collegio, & perſonis alia ſcuta triginta ex fructibus, & redditibus dictarum Gabellarum ejus, & eorum arbitrio in aliis ſuſtinen. oneribus, & expenſis pro dicti Collegii conſervatione eroganda; necnon etiam facultatem dictos Secretarium, Camplonerium, & Depoſitarium electos cum ſolo conſenſu ejuſdem, vel pro tempore exiſtentis de latere Legati amovendi, & mutandi dd. ſalario, & honorario non alteratis, eadem auctoritate concedimus, & impertimur.

Alia Montiſtarum privilegia.

§.6. Decernentes, has noſtras conceſſiones, tam reſpectu eorum, qui poſtea pecunias ſuper dicto Monte ponent, quam eorum, qui hactenus poſuerunt, effectum ſuum ſortiri debere. Decernentes inſuper Montem, & Collegium, ac perſonas hujuſmodi, eorumque aſſignamenta, & jura quæcumque per eos eis, ut præfertur, conceſſa, & aſſignata, etiam per Nos, ac dictam Sedem, & Succeſſores noſtros Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes aliquo gravamine ſeu ordinario, extraordinario onere affici, aut ratione cujuſcumque pecuniarum ſummæ eidem pro ſuſtentatione onerum Romanæ Eccleſiæ, aut Nobis incumbentium, ſeu ex quacumque alia etiam urgentiſſima, & efficaciſſima cauſa pro tempore impoſito minui, aut ex eis aliquam partem auferri, vel retineri nullatenus poſſe, vel debere; neque Collegium dicti Montis, illiuſque perſonas ad probandum, in quos uſus dictæ pecuniæ conceſſæ fuerint, teneri.

Clauſulæ pro præſentium Literarum firmitate.

§.7. Præſenteſque Literas de nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quocumque alio defectu notari, impugnari, infringi, retractari, aut quoquomodo in jus, vel controverſiam revocari nullatenus poſſe; Sicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam. quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Leges in redemptione Montis ſervandæ.

§.8. Volumus autem, ut Judex, & Magiſtratus, ac deputati prælati Montem hujuſmodi modo, & forma infraſcriptis redimere, & extinguere, ac ad id etiam ad favorem Montiſtarum non ſolum fructus earumdem Gabellarum, ſed etiam ſe ſe, ac omnia, & ſingula Cameræ Ferrarien. bona efficaciter obligare, etiam in ampliori forma Cameræ Apoſtolicæ omnino teneantur; utque prædictæ impoſitiones, extincto Monte, eo ipſo etiam extinctæ exiſtant, neque ulterius exigi poſſint; quodque redemptio, & extinctio Montis hujuſmodi fieri nequeant, niſi elapſo quinquennio a data præſentium computan., & deinde omnino fieri debeant per Judicem, & Magiſtratum præfatos coram eodem Cardinale Legato, ſeu ejus Vice-Legato, iis modo, & forma. quibus redemptiones, & extinctiones Montium Almæ Urbis noſtræ prædictæ fieri conſueverunt.

Obſtantium derogatio.

§.9. Non obſtantibus piæ memoriæ Pii Papæ Quarti Prædeceſſoris noſtri de gratiis intereſſe Cameræ concernen. in eadem Camera infra certum tempus præſentandis, & regiſtrandis, ac quibuſvis aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis præſertim ſel. record. Simmachi, quæ incipit: *Non licent*; ac aliorum Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum, & noſtris, necnon in univerſalibus, provincialibus, & ſynodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus, necnon Civitatis Ferrarien. hujuſmodi, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, eſemptionibus, immunitatibus, & libertatibus', ac Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſ-

que efficacioribus, & inſolitis clauſulis irritantibus, & aliis decretis, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, aut conſiſtorialiter, ſeu alias quomodolibet conceſſis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innovatis, Quibus omnibus, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda ſit, etiamſi in eis caveatur expreſſe, quod illis nullatenus derogari poſſit, eorumque cauſam, & effectum præſentium pro ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis, necnon modos, & formas ad id ſervan. pro individuo ſervatis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, &c.

Fides danda tranſumptis. §.10. Volumus autem, quod præſentium tranſomptis, etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 16. Septem. 1630. An. VIII. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die 16. Septembris 1630., Pontificatus noſtri Anno Octavo.

CCCXLVII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev. Confirmatio Concordiæ initæ inter Philippum IV. Hiſpaniarum Regem, & Capitula Eccleſiarum Regnorum Caſtellæ, & Legionis ſuper ſolutione primæ Decimæ.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Proœmium. PRo noſtro munere in his partes noſtras libenter interponimus, quæ ad concordiam, & pacem inter Catholicos Reges, & eccleſiaſticas perſonas ſuper exactionibus apoſtolica auctoritate faciendis pertinere dignoſcuntur.

Rex, & Capitula concordiā ineunt ſuper ſolutione primæ Decimæ eidem Regi a Sede Apoſt. conceſſæ. §.1. Nuper ſiquidem, ſicut Nobis exponi fecerunt Chariſſimus in Chriſto filius noſter Philippus IV. Hiſpaniarum Rex Catholicus, ac dilecti filii ſingularum Toletan., Iſpalen., Compoſtellan., Granaten., Burgen., Legionen., Oveten., Palentin., Seguntin., Conchen., Corduben., Pampilonen., Giennen., Zamoren., Aſtoricen., Malacitan., Caurien., Pacen., Aurien., Canarien., Guadixen., Segobien., Civitaten., Calaguritan., Calciaten., Salamantin., Oxomen., Vallis Soletan., Lucen., Mindonien., Almerien., Tuden., Abulen., Oriolen., Placentin., Carthaginen., & Gadicen., Eccleſiarum Capitula, quæ univerſum Clerum Regnorum Caſtellæ, & Legionis repræheſentant, conſiderantes dictus Philippus Rex, & Capitula prædicta gratiam, & conceſſionem primæ decimæ quarumlibet dictarum Eccleſiarum, & Parochialium in omnibus Hiſpaniarum Regnis, & inſulis illis adjacentibus dudum per fel. rec. Pium PP. V. Prædeceſſorem noſtrum clar. mem. Philippo II. Hiſpaniarum Regi Catholico ipſius Philippi IV. Regis Avo ad quinquennium conceſſum, & poſtea pluries a recol. mem. Gregorio XIII., & deinde a Sixto V., & poſtmodum a Gregorio XIV., ac Clemente VIII., nec non Paulo V. Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris eidem Philippo, ac clar. ſimiliter memoriæ Philippo III. ipſius Philippi II. nato, & dicti Philippi IV. genitori pluries, & in ultima vice a Nobis ad aliud quinquenniū a principio Anni MDCXXVII. inchoatam, & in fine Anni 1631. finiendam reſpective prorogatam, & extenſam, prout in ſingulis eorumdem Prædeceſſorum, & noſtris deſuper expeditis Literis, quarum tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus, plenius continetur; ſi iiſdem modo, & forma, quibus conceſſa eſt, exequutioni demandaretur, id non ſine ejuſdem Cleri incommodo exequi poſſet; cupienteſque præmiſſa ea, qua fieri poteſt, ratione occurri, quo facilius illa, ad quæ tenentur, ab ipſis adimpleri valeant, ipſæque perſonæ eccleſiaſticæ onus illis eam ob cauſam incumbens ſupportare facilius poſſint, ad infraſcriptam concordiam, per earum procuratores ad hoc a te ſpecialiter deputatos devenerunt.

§.2. In primis, quod prædictus ſtatus eccleſiaſticus Coronæ Caſtellæ, ac Legionis darent, & ſolverent dicto Philippo IV. Regi, ſeu perſonæ ab eo deputatæ, ſeu deputandæ ducentoa, & quinquaginta mille ducatos, qui aſcenderent ad numerum nonaginta trium millium, & ſeptingentorum quinquaginta millium Morapetinorum quolibet Anno durantibus quinque Annis prorogationis pro iis, quæ ad hujuſmodi effectum dicto Regi debentur, & ad eum ſpectant ratione dictorum Regnorum Caſtellæ, & Legionis, non compræhenſis in præſenti concordia, & repartitione dictorum ducentorum, & quinquaginta millium ducatorum Regnis Aragoniæ, Cathaloniæ, & Valentiæ cum Inſulis illis adjacentibus, itaut dictus Philippus IV. Rex ab ipſis poſſit exigere illud, quod ſibi ex prorogatione hujuſmodi provenit, excepta Eccleſia Oriolen., cujus diſpoſitio, & pars ingreditur, & computatur una cum ſtatu eccleſiaſtico Coronæ Caſtellæ, & Legionis. Et quia tranſactionis, & concordiæ inſtrumentum, antequam gratia prædictæ prorogationis currere inciperet, ſtipulari debebat, id autem factum minime fuit; & eo quod Eccleſiæ diſtuliſſent inſimul ſe congregare ad eum effectum, & ante congregationem hujuſmodi fuiſſent decreti, & relaxati Ordines directi dictis Eccleſiis pro ſumma 250. mil. duc. ſolvendorum in fine Junii, & Novembris Anni 1628. pro quarta parte in argentea, & tribus reliquis partibus in ænea moneta pro fructibus Anni 1627. qui fuit primus hujus quinquennii eidem

Concordiæ tenor.

dem Philippo IV. Regi, ut præfertur ultimo prorogati; & multi ſolverunt non obſtan. proteſtationibus factis, quod non tenebantur, ideo convenerunt, & concordarunt, quod cum ſolverint dictam quartam partem in argento in duabus ſolutionibus, non poſſit peti, nec deſalcari quicquam pro parte Eccleſiarum, quæ hoc modo ſolverunt: ſed illæ, quæ nun ſolverunt uſque in diem conceſſionis, & concordiæ, cenſeantur, non obſtantibus quibusvis ordinationibus datis, a quibuſcumque ſententia, ſeu ſententiis judicum, qui de hujuſmodi cauſis cognoverint, & cognoſcent in futurum, ſatisfacere, ſolvendo quidquid debebunt ratione dictæ quartæ partis argenti in moneta ænea una cum cambio ad rationem viginti pro quolibet centenario; & in hanc conformitatem teneatur Conſilium Cruciatæ decernere, & relaxare Literas ad effectum, ut Judices, & exequutores admittere debeant hujuſmodi ſolutiones, & hoc modo ceſſare debeant exequutiones, & impenſæ; & quod aliæ ſucceſſive ſolutiones adimplendæ, & terminandæ in fine Anni 1632. fiant ſimiliter, videlicet ſolvendo dictam quartam partem in argento, & reliquas tres in moneta ænea, & quoad dictam quartam partem argenteam cenſeatur ſatisfieri dando, & ſolvendo pro reductione, & cambio ad rationem viginti pro quolibet centenario pro quinquennio prædicto ultimo prorogato; ita tamen ut in futurum non poſſit trahi in conſequentiam, neque quinquennio hujuſmodi durante poſſit aliqua lex aut pragmatica alterare neque mutare dictam reductionem ſeu cambium loquendo, & intelligendo tam de pragmaticis factis, quam faciendis, & promulgandis, & neque illæ, neque iſta cenſeantur compræhendere hanc conventionem, & concordiam initam cum ſtatu eccleſiaſtico: quas quidem ſolutiones facient, & facere teneantur ſuis ſumptibus in Civitatibus principalibus cujuslibet diœceſis, ſecundum contributionem, & repartitionem infraſcriptam, quam invicem fecerunt ad hoc, ut contributio hujuſmodi aſſignetur, & recuperetur in ſpecie in qualibet diœceſi ex redditibus decimalibus, etiam primitialibus earumdem Diœceſum, quia ſuper iſtis, & non ſuper ullis aliis redditibus eccleſiaſticis debent repartiri, & recuperari quolibet Anno dictorum quinque Annorum dicti ducenti, & quinquaginta mille ducati; & ex nunc remaneant obligata prout ſe obligant Capitula generaliter, & debeant ſe obligare in particulari pro ſolutionibus, quarum remanent debitores pro quinquennio ipſi Philippo Regi IV. ut præfertur prorogato juxta repartitionem, quæ eſt, ut ſequitur.

Præfigitur Taxa, ab unaquaque Eccleſia ſolvenda.

Capitulum Eccleſiæ Toletan. pro ſe, & ſua Diœceſi ſolvet ſummam quatuordecim millionum, ac ſeptingentorum, & decem millium, noningentorum, & triginta Morapetinorum.

Capitulum Eccleſiæ Iſpalen. pro ſe ac ſua Diœceſi novem millionum, ſexcentorum, & ſexaginta quinque millium, & trecentorum, & triginta octo Morapetinorum.

Capitulum Eccleſiæ Salamantin. pro ſe, ac ſua Diœceſi duorum millionum, ducentorum, & nonaginta ſex millium, & duodecim Morapetinorum.

Capitulum Eccleſiæ Zamoren. pro ſe, ac ſua Diœceſi duorum millionum, & ſeptuaginta novem millium, ducentorum, & quinquaginta ſeptem Morapetinorum.

Capitulum Eccleſiæ Seguntin. pro ſe, ac ſua Diœceſi duorum millionum, ſexcentorum, & quadraginta trium millium, centum, & quadraginta ſeptem Morapetinorum.

Capitulum Eccleſiæ Conchen. pro ſe, ac ſua Diœceſi quatuor millionum, ſexaginta, & duorum mille quingentorum, & octuaginta, & unius Morapetinorum.

Capitulum Eccleſiæ Carthaginen. pro ſe, ac ſua Diœceſi unius millionis, quingentorum, & octuaginta quatuor mille ducentorum, & quadraginta ſeptem Morapetinorum.

Capitulum Eccleſiæ Oriolen. pro ſe, ac ſua Diœceſi quadringentorum, & quadraginta millium trecentorum, & nonaginta ſeptem Morapetinorum.

Capitulum Eccleſiæ Corduben. pro ſe, ac ſua Diœceſi trium millionum quadringentorum ac quinquaginta duorum mille, centum, & octuaginta ac quinque Morapetinorum.

Capitulum Eccleſiæ Pacen. pro ſe, ac ſua Diœceſi unius millionis ſexcentorum, & novem millium, noningentorum, & decem Morapetinorum.

Capitulum Eccleſiæ Caurien. pro ſe, ac ſua Diœceſi unius millionis quingentorum, ac nonaginta novem millia, ducentorum, & quatuordecim Morapetinorum.

Capitulum Eccleſiæ Placentin. pro ſe, ac ſua Diœceſi duorum millionum, trecentorum, & novem millium, ſeptingentorum, ac viginti, & unius Morapetinorum.

Capitulum Eccleſiæ Giennen. pro ſe, ac ſua Diœceſi duorum millionum ducentorum, & nonaginta quatuor millium, quadringentorum, & ſexaginta octo Morapetinorum.

Capitulum Eccleſiæ Sancti Jacobi pro ſe, ac ſua Diœceſi duorum millionum, ſeptingentorum, & undecim millium, ducentorum, & quinquaginta octo Morapetinorum.

Capitulum Eccleſiæ Burgen. pro ſe, ac ſua Diœceſi quinque millionum, centum, & triginta duorum millium quingentorum, & ſex Morapetinorum.

Capitulum Eccleſiæ Legionen. pro ſe, ac ſua Diœceſi duorum millionum, ducentorum, & octuaginta ſex millium, & quinquaginta novem Morapetinorum.

Capitulum Eccleſiæ Oveten. pro ſe, ac ſua Diœceſi unius millionis, quadraginta duorum millium, octingentorum, & viginti ſex Morapetinorum.

Capitula Eccleſiarum Calaguritan., & Calciaten. pro ſe, ſuiſque Diœceſibus duo-

rum millionum . octuaginta , & trium millium, centum , & ſexaginta qoatuor Morapetinorum .

Capitulum Eccleſiæ Aſturicen. pro ſe, ac ſua Diœceſi unius millionis, ducentorum, & ſexaginta millium , & ſexaginta , & octo Morapetinorum .

Capitulum Eccleſiæ Abulen. pro ſe, ac ſua Diœceſi trium millionum , quinquaginta duorum millium , & quadraginta ſea Morapetinorum .

Capitulum Eccleſię Segubien. pro ſe, ac ſua Diœceſi duorum millionum , ac ducentorum , ac quadraginta ſeptem millium, trecentorum , & nonaginta unius Morapetinorum .

Capitulum Eccleſiæ Oxomen. pro ſe , ac ſua diæceſi duorum millioonm, ducentorum , & duorum millium , duceutorum , & nonagiuta novem Morapetinorum .

Capitulum Eccleſiæ Aurien. pro ſe , ac ſua Diœceſi unius millionis , centum , & quinquaginta quatuor millium, centum decem , & octo Morapetinorum .

Capitulum Eccleſiæ Lucen. pro ſe , ac ſua Dœceſi quadringentorum, decem, & ſeptem millium , & ſeptuaginta duorum Morapetinorum .

Capitulum Eccleſiæ Mindonien. pro ſe , ac ſua Diœceſi ducentorum, & nonaginta trium millium , ſeptingentorum , & quadraginta Morapetinorum .

Capitulum Eccleſiæ Tuden. pro ſe , ac ſua Diœceſi quingentorum millium , noningentorum , & quinque Morapetinorum .

Capitulum Eccleſiæ Palentin. pro ſe , ac ſua Diœceſi trium millionum ſeacentorum , & quinquaginta millium , ſexcentorum, & nonaginta, & unius Morapetinorũ .

Capitulum Eccleſiæ Vallis Soletan. pro ſe , ac ſua Diœceſi unius millionis , ſeacentorum , & tredecim millium , quadringentorum , & nonaginta duorum Morapetinorum .

Capitulum Eccleſiæ Civitaten. pro ſe , ac ſua Diœceſi ſeptingentorum , & quatuordecim millium ducentorum , & quadraginta ſea Morapetinorum .

Capitulum Eccleſiæ Guadixen. pro ſe , ac ſua Diœceſi trecentorum , & viginti quatuor millium , centum , & octuaginta octo Morapetinorum .

Capitulum Eccleſiæ Almerien. pro ſe , ac ſua Diœceſi trecentorum , & viginti ſex millium ſeptingentorum , & quinquagiuta , & unius Morapetinorum .

Capitulum Eccleſiæ Gadicen. pro ſe , ac ſua Diœceſi ſeacentorum , & ſexaginta ſeptem millium , & quinquaginta novem Morapetinorum .

Capitulum Eccleſiæ Granaten. pro ſe , ac ſua Diœceſi unius millionis quadringentorum nonaginta , & octo millium noningentorum , & quinquaginta ſeptem Morapetinorum .

Capitulum Eccleſiæ Malacitan. pro ſe , ac ſua Diœceſi unius millionis , trecentorum , & nonaginta ſeptem millium , trecentorum & quinquaginta ſea Morapetinorum .

Capitulum Eccleſiæ Pampilonen. pro ſe , ac ſua Diœceſi unius millionis, quadringentorum , & ſeptuaginta duorum millium, centum , & quinquaginta quinque Morapetinorum .

Capitulum Eccleſiæ Canarien. pro ſe , ac ſua Diœceſi quingentorum decem , & octo millium , ſeacentorum , & duorum Morapetinorum .

Abbatia de Alfaro octuaginta novem millium quingentorum , & octuaginta ſeptem Morapetinorum .

Abbatia de Agreda centum , & quinquaginta ſex millium , ſeptingentorum , & octuaginta Morapetinorum .

Vicaria de Alva de Liſte centum , & ſeptuaginta novem millium , centum , & ſeptuaginta ſeptem Morapetinorum .

Vicaria de Hueſcar centum , & triginta trium millium , octingentorum , quadraginta , & unius Morapetinorum .

Abbatia de Baza centum , & quinquaginta octo millium, centum viginti , & unius Morapetinorum .

Milites Militiæ Sancti Jacobi duorum millionum , noningentorum , & undecim millium , ſexcentorum , & triginta quatuor Morapetinorum .

Milites Militiæ de Calatrava , duorum millionum , centum , & octuaginta trium millium , ſeptingentorum , ac viginti quatuor Morapetinorum .

Milites Militiæ de Alcantara unios millionis, noningentorum , & trium millium , ſeptingentorum , & ſeptuaginta Morapetinorum .

Nullus exemptus ſit.

§.3. Inſuper quod aliquis de comprænenſis in prædicta conceſſione, & prorogatione cujuſvis dignitatis, præeminentiæ, Ordinis, & religionis exiſtat , non eximetur, neque dictus Philippus Rex conſentiet , neque permittet , quod ſe eximat a ſolutione , & contributione ratæ illum tangentis dictorum ducentorum , & quinquaginta millium ducatorum quolibet Anno dictis quinque Annis durantibus ; & quod ſi per Nos , aut dictum Philippum Regem aliquis exemptus eſſet , aut eximeretur , ex dictis perſonis , vel Militiis , Ordinibus , aut quavis alia dignitate fulgentibus , ſic comprænenſus in dicta conceſſione , & prorogatione , idem Philippus Rex fieri mandabit juſtam , & equalem refectionem , & ſatisfactionem pro illis admittendo a dictis Eccleſiis ad bonum computum ratam hujuſmodi reſpective ducentorum , & quinquaginta millium ducatorum .

Neque etiam illi , qui penſiones percipiunt.

§.4. Rurſus quod quælibet perſonæ, cujuſcumque dignitatis , & qualitatis exiſtant , quæ percipiunt , & percipient penſiones comprænendi debeant , & nullo modo ſint exemptæ ad effectum contribuendi ad inſtar aliorum redditnum decimalium in diviſione hujuſmodi ducentorum , & quinquaginta millium ducatorum . Non obſtan. quacumque clauſula , exemptione , prærogativa , ordinatione , & obligatione , etiam in forma Cameræ in ſui favorem factis .

§.5. Quodque decimæ , & tertiæ , quaa idem

Decimæ liberæ omnino declarantur.

idem Philippus Rea habet, & quocumque modo poſſidet, vel alias vendidit, aut impignoravit, cum evictione, & ſecuritate ac promiſſione, quod ſint, & eſſe debeant liberæ a diviſione, & ſubſidio, & qualibet alia impoſitione apoſtolica, remanere debeant liberæ, & ſalvæ a ſolutione, & repartitione dictorum ducentorum, & quioquaginta millium ducatorom, abſque eo quod hac de cauſa, vel aliqua alia, etiam extra contentas, & expreſſas in præſenti coocordia aliquid minuatur ea ſumma ducentorum, & quinquaginta millium ducatorum.

Non tamen illæ, quas Eccleſiæ, Collegia &c. poſſident.

§.6. Reliquæ veto tertiæ decimæ hujuſmodi, & aliæ primitiæ, per quaſcumque Eccleſias, Collegia, Univerſitates, Monaſteria, & quaſcumque alias perſonas poſſeſſæ, & perceptæ quocumque titulo, jure, conſuetudine, ſeu privilegio fueriut, remaneant comprahenſæ, & contribuere debeant in dicta diviſione ducentorum, & quinquaginta millium ducatorum hujuſmodi.

Vacantibus Epiſcopalibus & Archiepiſcopalibus Sedibus, eorum redditus poſſit ipſe Rex percipere intuitu prædictæ ſummæ.

§.7. Inſuper quod dictus Philippus Rea recipere debeat, & recipiat ad computum omne id, quod tanget, & fuerit juſtè aſſignatum, & diſtributum menſis Archiepiſcopalibus, & Epiſcopalibus dictorum Regnorum Caſtellæ, & Legionis, pro toto tempore, quo Sedes vacabunt, intuitu dictorum ducentorum, & quioquaginta millium ducatorum.

Brachium ſeculare debet dictæ ſolutioni opem præſtare.

§.8. Quod idem Philippus Rex debeat mandare dari, & relaxari quaſcumque proviſiones, & Literas neceſſarias ad effectum, ut Brachium ſeculare det, & præſtet favorem, & auxilium ad exequotionem, & exactionem dictæ diviſionis prædictorum ducentorum, & quinquaginta millium ducatorum, & expenſarum deſuper faciendarum, & ut negotia præſentem coocordiam, & contributionem, vel earum expenſas tangen. non ducantur, ſeo trahantur in andientias Regias per viam gravaminis, neque ipſæ regiæ audientiæ in illis ſe intromittant.

Judices &c. debent relaxare mandata ad effectum prædictum.

§.9. Quodque Judices Commiſſarii Apoſtolici exequutores generales dictæ conceſſionis, & protogationis decernere, & relaxare teneantur proviſiones, & ſubdelegationes Judicum, & omnia recapita neceſſaria pro recuperatione ſubſidii prorogati hujuſmodi, & expenſarum,

Omnia credita Capituli &c. etiam per viam Judicii, poſſint recuperari.

§.10. Quodque omnia credita Capituli, Dignitatum, vel Canonicorum poſſint recuperari coram Judicibus ſubdelegatis, nempe debita, ad quæ tenentur ipſorum œconomi, reddituarii, & affictuarii, aliique debitores; etiamſi ipſi aliquam in hoc experiantor difficultatem, & debitores non ſe ſubmiſeriot juriſdictioni Commiſſarii generalis, & ejus ſubdelegatorum; etiamſi ſint ſubjecti aliis Judicibus; quamvis hujuſmodi creditum proveniat ea fructibus, ſeu redditibus, de quibus debeatur, & ſolvi debeat ſubſidium, & dummodo non excedat quantitatem, quæ unicuique fuerit repartita, nec ſint debita decocta, oec debitores intentaverint cauſam graduationis, & aliàs prout continetur in inſtructionibus, ac proviſionibus, & ſcripturia ſuper præmiſſis datis.

Etiamſi per pragmaticam ab ipſomet Rege publicatam ſit prohibitum.

§.11. Quodque cum per pragmaticam a dicto Philippo Rege de anno 1622. publicatam, inter alia probibeatur, ne in ſcripturis conceſſionum, ſive arrendamentorum, redditunm, & debitoruot ſubmiſſiones Judicibus ſpecialibus, neque ſalaria ſolvenda perſonis, quæ ad illas exequeo. ſe conferre debent, poni poſſint, per hoc non intelligantur probibitas fuiſſe dictas ſubmiſſiones, & ſalaria in redditibus eccleſiaſticis, de quibus ſolvitur ſubſidium, & excuſatum, ſed in ſcripturis dictorum redditunm eccleſiaſticorum, ſuper quibus impoſitæ ſint gratiæ hujuſmodi, poſſint poni ſubmiſſiones, & ſalaria iiſdem prorſus modo, & forma, qoibus fieri conſueverat, antequam pragmatica hujuſmodi promulgaretur, alioquin præſens concordia ſimiliter nulla ſit eo ipſo.

Cum Philippus quoddam Tribunal juſſiſſet erigi;

§.12. Et quoniam prædictus Pbilippus III. anno 1617. juſſit expediri quamdam regiam cedulam ad effectum, ut in concilio Juſtitiæ adeſſet quoddam Tribunal, ſeu Aula, in quo, ſeu qua terminarentur competentiæ, quæ occurrerent inter Conſilium Cruciatæ, ejuſque ſubdelegatos, & miniſtros ex una, ac alia Tribunalia, & Judices dictorum Regnorum ex altera partibus, & iſtud ſimiliter conceſſit Regno in comitiis congregato, & fuit una ex conditionibus in conventione, ſeu concordia ſuper ſervitio mil'iuoum inita poſitis, & adjectis, & quamvis ſe obtulerint aliqui caſua, in quibus Decretum circa dictam Aulam competentiæ, ſeu incompeteotiæ Judicum factum exequutioni maodari potuiſſet; id nibilominus propter incommoda, quæ fuerunt expoſita, factum minime fuit.

Poſtea per Congregationem habitam ipſe Rex, ut nihil innovaretur circa hoc Tribunal, juſſiſſet,

§.13. Et ultimo loco prædictus Pbilippus Rex propoſitis per Conſiliom Cruciatæ, & Congregationem Status Eccleſiaſtici io Congregatione habita anno 1624. dictis incommodis, idem Philippus Rea per ſuum Decretum commiſerit Præſidi Caſtellæ, quod pro tunc nihil innovaretur circa exactionem ſuperius mandatorum; idcirco convenerunt, quod nihil ionovetur circa erectionem dictæ Aulæ competentiæ, ſeu incompetentiæ Joriſdictionum, ſed quod omnes lites, & negotia tangeo. dictum Cruciatæ Conſilium tractentur, proſequantur, & terminentur privative in Tribunalibus ſuorum ſubdelegatorom, & in prædicto Conſilio, perinde, ac ſi dicta regia cedula, & conceſſio dicto Regno facta non emanaſſent modo, & forma, quibus eatenus tractata fuerant, alioquin præſens gratia pariter nulla ſit eo ipſo.

Petenda Pontificia Concordiæ confirmatio.

§.14. Præterea, ut pro parte dictorum Philippi Regis, & Status Eccleſiaſtici prædictorum Regnorum ſupplicetur Nobis, quod concederemos Breve, quo confirmaremus, & approbaremus dictam concordiam, quam teneantur adimplere omnes Eccleſiæ dictorum Regnorum, tam illæ quarum procuratores ibi aderant, quæ majorem partem conſtituunt, quam illæ, quarum procuratores

tores erant abſentes, aut non ſubſcripſerunt ſe hujuſmodi concordiæ.

Commiſſarii Generalis, & ſubd. legatorum munus quale eſſe debeat.

§.15. Rurſus quod Commiſſarius generalis, Judex Apoſtolicus, Exequutor generalis dictæ conceſſionis, ſeu prorogationis, det & dare debeat proviſiones, & ſubdelegationes Judicum ſubdelegatorum, & quod dicti ſubdelegati fiot, & eſſe debeant de gremio Capituli, ut moris eſt, pro dicta recuperatione facienda, & quando ad dictum Commiſſarium generalem fuerit appellatum per viam gravaminis, quod aliquis ſibi in dicta contributione, & exactione illatum prætendat, ſi aliquas literas, ſeu proviſiones decernet ſuper iſta materia, non ſuſpendat per eas ſolutionem, neque impediat, quin ſubdelegati poſſint procedere ad exequutionem prædictæ exactionis, & ſuper omnibus Juſtitiam adminiſtret, & aliàs prout in publico deſuper a dilecto filio Joanne de Talavara Scriba Regio, & publico Notario, ſub die 19. Menſis Junii 1629. confecto Inſtrumento plenius dicitur contineri.

Pontifex Concordiam confirmat.

§.16. Cum autem tam Philippus Rex, quam Capitula, & Status Eccleſiaſticus Regnorum Caſtellæ, & Legionis hujuſmodi cupiant concordiam prædictam pro illius majori validitate apoſtolicæ confirmationis robore commoniri, Nobis propterea humiliter ſupplicari fecerunt, ut in præmiſſis opportune providere, de benignitate apoſtolica dignaremur: Nos qui honeſtis Philippi Regis, & Capitulorum prædictorum votis libenter annuimus, eaque favoribus proſequimur opportunis, eumdem Philippum Regem, & ſingulares perſonas Capitulorum hujuſmodi, a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, necnon concordiæ, & inſtrumenti prædictorum veriores tenores præſentibus pro expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, concordiam hujuſmodi, & inde ſequuta quæcumque, etiam ſi ad exactionem pecuniarum in eadem concordia contentarum, etiam ante hujuſmodi noſtram confirmationem, in totum, vel in partem ſit proceſſum, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, confirmamus, & approbamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus: ſupplentes omnes, & ſingulos, tam juris, quam facti defectus, ſi qui forſan intervenerint in eiſdem, eaque tam quoad Capitula, quæ in dicta concordia intervenerunt, & illi conſenſerunt, quam quoad alia Capitula, quæ nullo modo præſenti concordiæ, & diſtributioni interfuerunt, nec illis conſenſerunt, etiamſi S. R. E. Cardinales fuerint Eccleſias, & alia beneficia poſſidentes, necnon decimas, primitias, & alios fructus in dicta concordia expreſſos exigentes, valida, & efficacia eſſe, ac per eos omnes inviolabiliter obſervari debere, illoſque ad illorum omnium obſervationem, & ſolutionem omnibus viis, ac juris, & facti remediis, cogi, & compelli poſſe, & debere decernimus: abſolventes etiam, ſi opus fuerit, tam ipſum Philippum Regem, quam quoſcumque ejus miniſtros, necnon quaſcumque eccleſiaſticas, tam ſeculares, quam regulares perſonas, a quibuſvis cenſuris, & pœnis, ſi quas propter præmiſſa quomodolibet incurrerint, etiamſi in irregularitatem aliquam inciderint, ac Miſſas, & alia divina officia interim, non tamen in contemptum clavium celebraverint, ſuper qua irregularitate, ſic per eos forſan quomodolibet contracta, harum ſerie diſpenſamus, nec propterea fructus Eccleſiarum, & Beneficiorum obtentorum ſuos non feciſſe dici, aut cenſeri poſſe declaramus, ac ab eis omnem inhabilitatis maculam, ſive notam, ſi quam propter præmiſſa quomodolibet incurrerint abolemus, eoſque in priſtinum, & eum, in quo ante præmiſſa quomodolibet erant ſtatum, in omnibus, & per omnia reſtituimus, reponimus, & plenarie reintegramus, ac reſtitutos, repoſitos, & plenarie reintegratos per præſentes nunciamus.

Abſolvit ipſum Regem, ſi aliquas incurriſſet cenſuras.

Ad ſolutionem etiam Monaſteria, & alia loca pia teneri, declaratur.

§.17. Cæterum ad obviandum litibus, & controverſiis, quæ inter perſonas eccleſiaſticas oriri poſſent, harum ſerie declaramus, ad contributionem ſolutionum hujuſmodi concordiæ vigore faciendarum, Monaſteria, & alia loca pia quæcumque, reſpective etiam eorumdem bonorum, quæ vulgo dicuntur de la Branza, & Crianza, quæ vix pro uſu, & victu perſonarum eorumdem Monaſteriorum, & piorum locorum inſerviunt, teneri, & obligatos fore.

Clauſula ſublata.

§.18. Sicque in præmiſſis omnibus, & ſingulis, per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, etiam Sacri Palatii Apoſtolici Auditores, & ejuſdem S. R. E. Cardinales ubique judicari, ac definiri debere: irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter, contigerit attentari, decernimus.

Nuncio Apoſt. ut hanc concordiam obſervari faciat, mandat.

§.19. Et nihilominus Venerabili Fratri moderno, & dilectis filiis, noſtro, & Apoſtolicæ Sedis apud dictum Philippum Regem nunc, & pro tempore exiſtenti Nuncio, & Commiſſario generali Cruciatæ in Regnis prædictis per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel alter eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes Literas, & in eis contenta quæcumque, ubi & quando opus fuerit, & quoties pro parte dicti Philippi Regis, & ſingularum perſonarum prædictarum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, ad exequutionem eorum omnium, quæ in dicta concordia continentur, procedant, & per eos, ad quos ſpectat, eadem obſervari curent, & faciant; necnon eiſdem Nuncio, & Commiſſario generali injungimus, quod ubi, & quoties ſuper repartitione, & aliàs in dicta concordia contentis, aliquas differentias exortas fuiſſe comperierint, illas abſque

retar-

retardatione ſolutionis, juxta repartitionem jam factam, & ſaciendam, judicio eorum æqualiter componant, & terminent, juſtitiam partibus miniſtrando. Nos enim eiſdem tam præmiſſa peragendi, quam quidquid ſuper præmiſſis ſtatuerint, omni, & quacumque appellatione remota exequutioni debitæ demandandi, necnon contradictores quoſlibet, & rebelles, per opportuna juris, & facti remedia, ac demum per ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, appellatione poſtpoſita compeſcendi, legitimiſque ſuper iis habendis ſervatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravandi, auxiliumque brachii ſecularis invocandi, plenam, & liberam facultatem concedimus.

Obſtantia tollit.

§. 20. Non obſtantibus fel. rec. Bonifacii PP. VIII. Prædeceſſoris noſtri de una, & in Concilio generali edita de duabus, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præſentium ad judicium non trahatur, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon quibuſvis etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, legibus etiam municipalibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, in genere, vel in ſpecie, etiam Motu proprio, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ac aliàs quomodolibet, etiam iteratis vicibus conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma, ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, acſi de verbo ad verbum infererentur præſentibus pro expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Necnon omnibus illis, quæ in dicta conceſſione primæ decimæ hujuſmodi expreſſum eſt non obſtare; ſeu ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, aut excommunicari non poſſint per Literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujuſmodi mentionem.

Cardinales a prædicta contributione eximit.

§. 21. Cæterum eoſdem S. R. E. Cardinales tantum, quibus penſiones annuæ ſuper fructibus Eccleſiarum Cathedralium, aut Metropolitanarum, & aliorum Beneficiorum eccleſiaſticorum reſervatæ, ſeu ipſi fructus, vel eorum pars loco penſionum reſervati reperiuntur, a præmiſſa contributione, quoad ipſas penſiones, & reſervationes fructuum, volumus exemptos eſſe.

Fides danda tranſumptis.

§. 22. Quodque præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicuius Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ ipſis originalibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 20. Septem. 1630 An. VIII.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris die 20. Septembris 1630. Pontificatus noſtri Anno VIII.

CCC;XLVIII.

Ven. Joannes Dei Congregationis hujus nominis Fundator in Beatorum Confeſſorum numerum refertur cum conceſſione Indulti recitandi Officium, & Miſſam celebrandi de eo.

De his Fratribus vide Conſt. CXXXI. Pauli V. Inter alias. *Tom. V. Par. III. fol.* 363.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

IN Sede Principis Apoſtolorum, nullis licet noſtris ſuffragan. meritis, divina providentia conſtituti ad ea, per quæ Servorum Chriſti veneratio in terris promoveatur, & laudetur Dominus in Sanctis ſuis, paſtoralis muneris noſtri partes propenſis ſtudiis impendimus, prout pia Chriſtifidelium, & præſertim Catholicorum Regum, & Principum vota expoſcuut, Noſque conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Ad petitionem hic enumeratorum.

§. 1. Sane nomine dilectorum filiorum Majoris, & aliorum Confratrum Congregationis Joannis Dei ſub Regula S. Auguſtini Nobis nuper expoſitum fuit, quod tranſmiſſis de mandato noſtro ad Ven. Fratres noſtros Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales ſacris Ritibus præpoſitos proceſſibus apoſtolica auctoritate fabricatis, & in ſacro Rotæ Auditorio examinatis ſuper ſanctitate, virtutibus, & miraculis Servi Dei Joannis de Deo Fratrum vulgo (Fate ben Fratelli) nuncupatorum Fundatoris, iiſque in Congregatione eorumdem Cardinalium per plures ſeſſiones acerrime diſcuſſis, citato etiam, & audito prius ſuper iiſdem, ut moris eſt, dilecto filio Promotore fidei, cognito primum de validitate proceſſuum, deinde de virtutibus heroicis, ac demum de miraculis in vita, & poſt mortem ab omnipotenti Deo interceſſione dicti ſui ſervi patratis, referente dilecto filio noſtro Petro Maria S. Georgii Diacono Cardinale, iidem Cardinales unanimi conſenſu pronuntiarunt, tuto poſſe, quandocumque Nobis placuerit, ad ſolemnem Canonizationem dicti Joannis de Deo deveniri, & interim Beatum nuncupari, ac Miſſam, & Officium de eo ut infra recitari, & celebrari. Quare pro parte non ſolum Majoris, & Confratrum prædictorum, verum etiam chariſſimorum in Chriſto filiorum noſtrorum Ferdinandi Romanorum Regis in Imperatorem electi, ac Philippi Hiſpaniarum Regis Catholici, & chariſſimæ in Chriſto filiæ noſtræ Iſabellæ Hiſpaniarum Reginæ Catholicæ, aliorumque Chriſtianorum Principum Nobis fuit humili-

humiliter ſupplicatum, ut interim, donec ad ſolemnem Cannonizationem dicti Joannis de Deo deveniatur, idem ſervus Dei Joannes de Deo Beatus nuncupari, atque Officium, & Miſſa de eo ut infra celebrari poſſit.

Concedit ut V. Joannes de Deo Beatus nuncupari, & de eo Miſſas celebrari, ac Officium recitari poſſit, ut h.c.

§.2. Nos piis Ferdinandi Regis in Imperatorem electi, ac Philippi Regis, & Iſabellæ Reginæ, aliorumque Principum necnon Majoris, & aliorum Confratrum prædictorum votis in præmiſſis, quantum cum Domino poſſumus, benigne annuere volentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, de earumdem Cardinalium conſilio, ut ipſe Servus Dei Joannes de Deo in poſterum Beatus nuncupari, ac de eodem ab omnibus dictæ Congregationis Regularibus ubique exiſtentibus quotannis in die ejus obitus Officium recitari, & Miſſa celebrari de communi Confeſſoris non Pontificis ritu duplici majori per annum juxta rubricas Breviarii, & Miſſalis Romani, & quoad miſſam etiam per alios Regulares, & Seculares Sacerdotes ad eorum Eccleſias confluentes: In Civitate vero Granaten., nempe in Eccleſia, ubi ejus ſacrum Corpus requieſcit, & in Terra nuncupata Monte mor il novo, ubi natus eſt, in omnibus Eccleſiis, tam Regularium, quam Secularium Officium, & Miſſa ritu duplici minore recitari, & celebrari poſſit, & valeat: Ac pro præſenti anno dumtaxat Major, & alii Confratres dictæ Congregationis ſolemnem Beatificationem cum Miſſis in die eis beneviſa hic Romæ in Eccleſia S. Joannis Calabitæ, necnon alii Sacerdotes tam Regulares, quam Seculares ad dictam Eccleſiam eo die confluentes cum eadem Miſſa juxta rubricas ſe conformare libere valeant, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium facultatem concedimus; & impartimur.

Contraria tollit.

§.3. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſt. cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptis credi mandat.

§.4. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides ubique adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 21. Septem. 1630 An. VIII.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die 21. Sept. 1630. Pontificatus Noſtri Anno Octavo.

CCCXLIX.

Conceſſio Plenariæ Indulgentiæ in Urbe ad agendas gratias Deo pro præſervatione dictæ Urbis, aliarum Civitatum, ac Provinciarum Italiæ a dira epidimiæ, ſeu peſtis vexatione, & ad divinā opem implorandam pro earumdem conſervatione, & aliarum dictæ vexationi obnoxiarum liberatione. Necnon extenſio prædictarum omnium Indulgentiarum ad univerſam Italiam, & Inſulas ei adjacentes. Ac prorogatio earum ad alios tres menſes.

URBANUS PAPA VIII.

Dilectis filiis Clero, & Populo Romano, ac aliis Chriſtifidelibus ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Cauſa hujus conceſſionis.

Pater miſericordiarum, & totius conſolationis Deus votis noſtris clementer annuens, Almam Urbem noſtram, & multas alias Italiæ Civitates, & Provincias a dira epidimiæ lue, aliiſque belli, & famis calamitatibus, & periculis immunes hactenus conſervavit. Quamobrem cumulata in Nos cæleſtium gratiarum dona omnino exigunt, ut majorea, quas poſſumus, divinæ Majeſtati gratias concordibus, & efficacibus affectibus agamus, cumque humillime deprecemur, ut prædictam Almam Urbem noſtram, ac Civitates, & Provincias prædictas, reliquaſque totius Chriſtiani Orbis partes præſervare, illas vero, quæ prædictis afflictionibus obnoxiæ exiſtunt, liberare, ac præſentibus Eccleſiæ neceſſitatibus ſubvenire dignetur, ut ſi divinæ placuerit bonitati, orationes exaudiantur, & fiat ſuper nos miſericordia Altiſſimi ſpecioſa in tempore tribulationis. Hoc autem, ut fructuoſius, & majori cum ſpiritus ardore peragatur, ea veteri Eccleſiæ Romanæ omnium Matris, & Magiſtræ more ejuſdem Eccleſiæ theſauros, quorum diſpenſatores a Domino conſtituti ſumus, proferre, & erogare decrevimus.

Conceſſio Jubilæi, de quo in Rubr.

§.1. Itaque de omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, ea illa ligandi, atque ſolvendi poteſtate, quam Nobis Dominus, meritis minime ſuffragantibus, contulit, univerſis, & ſingulis Chriſti fidelibus, qui ſpatio trium menſium proxime decurrendorum in aliqua ex ſextis feriis cujuſlibet hebdomadæ jejunaverint, ac confeſſi, & ſacra communione ſaltem in die Dominica immediate ſequente refecti fuerint, propriamque Parochialem, ſeu unam ex infraſcriptis tribus Eccleſiis Urbis, nempe Lateranenſem, Principis Apoſtolorum, & in ea ſitum Altare Sancti Michaelis Archangeli nuncupatum, aut Sanctæ Mariæ Majoris Baſilicas, ſive Eccleſiam Nationalem, quoad ipſius Eccleſiæ Nationales, eadem hebdomada reſpective viſitaverint, ibique ut ſupra, ac etiam pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione pias

ad

ad Deum preces effuderint, eleemoſynaſque ſibi beneviſas erogaverint, plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus.

Præſcriptio alterius formæ pro volentibus ſibi eligere Confeſſarium cum facultatibus, ut hic.

§.2. Iis, qui præterea intra dictos tres menſes ſeptem hebdomadarum ſextis feriis jejunaverint, & aliquam Eccleſiarum, ſeu Baſilicarum præfatarum iiſdem hebdomadis etiam devote viſitaverint, licentiam inſuper concedimus, & facultatem damus, ut poſſint ſibi ad hunc effectum eligere quemcumque Presbyterum confeſſarium, tam ſecularem, quam cujuſvis ordinis regularem ex approbatis a dilecto filio noſtro in Alma Urbe noſtra prædicta Vicario in ſpiritualibus generali, qui eos ab omnibus excommunicationibus, ſuſpenſionibus, & aliis eccleſiaſticis ſententiis, & cenſuris à jure, vel ab homine quavis cauſa latis, ſeu inflictis, necnon ab omnibus peccatis, exceſſibus, criminibus, & delictis, quantumvis gravibus, & enormibus, etiam locorum Ordinariis, ſive Nobis, & Sedi Apoſtolicæ, etiam in literis die Cœnæ Domini legi ſolitis contentis, & alias per quaſcumque noſtras, aut Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum conſtitutiones, quarum tenores præſentibus haberi volumus pro expreſſis, quomodocumque reſervatis, in foro conſcientiæ, & hac vice tantum, non tamen a crimine hæreſis, abſolvere, & liberare valeat. Et inſuper vota quæcumque (Religionis, & Caſtitatis exceptis) in alia pia, & ſalutaria opera commutare, injuncta tamen eis, & eorum cuilibet in ſupradictis omnibus caſibus, pœnitentia ſalutari, aliiſque ejuſdem Confeſſarii arbitrio, injungendis.

Præſcriptio pro Regularibus, & aliis impeditis.

§.3. Regularibus autem perſonis utriuſque ſexus in Clauſtris perpetuo degentibus, necnon aliis quibuſcumque, tam laicis, quam Eccleſiaſticis ſecularibus, & regularibus in carcere exiſtentibus, vel aliqua corporis infirmitate, ſeu alio quocumque impedimento detentis, qui ſupra expreſſa, vel eorum aliqua præſtare nequiverint, ut Confeſſarius, quem, ut ſupra elegerint, prædicta omnia, & ſingula, vel eorum aliqua, in alia pietatis opera commutare poſſit, pariter concedimus, & indulgemus.

Duæ reſtrictiones prædictarum facultatum.

§.4. Non intendimus autem per præſentes ſuper aliqua irregularitate publica, vel occulta, nota, defectu, incapacitate, ſeu inhabilitate quoquomodo contracta diſpenſare, vel aliquam facultatem tribuere diſpenſandi, ſeu habilitandi, & in priſtinum ſtatum reſtituendi, etiam in foro conſcientiæ. Neque etiam eaſdem præſentes iis, qui a Nobis, & Apoſtolica Sede, vel ab aliquo Prælato, ſeu Judice eccleſiaſtico excommunicati, ſuſpenſi, & interdicti, ſeu alias in ſententias, & cenſuras incidiſſe declarati, vel publice denuntiati fuerint, niſi infra tempus, ut ſupra præfixum ſatisfecerint, aut cum partibus concordaverint, ullo modo ſuffragari poſſe, aut debere.

Contrariorũ derogatio.

§.5. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, præſertim, quibus facultas abſolvendi in certis tunc expreſſis caſibus ita Romano Pontifici pro tempore exiſtenti reſervatur, ut nec etiam ſimiles, vel diſſimiles Indulgentiarum, & facultatum huiuſmodi conceſſiones, niſi de illis expreſſa mentio, aut ſpecialis derogatio fiat, cuiquam ſuffragari queant, ac quorumcumque Ordinum, Congregationum, ſive inſtitutorum regularium, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis apoſtolicis eiſdem Ordinibus, & Congregationibus, atque inſtitutis quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis, ac formam eorum traditam pro ſervata habentes, hac vice ſpecialiter, nominatim, & expreſſe ad effectum præſentium derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 9. Julii 1630. An. VII.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris die 9. menſis Julii 1630. Pontificatus Noſtri Anno Septimo.

Sequitur Extenſio prædictarum Indulgentiarum ad univerſam Italiam, Inſulaſque ei adjacentes.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Petitiones pro hac extenſione.

NUper à Nobis emanarunt literæ tenoris ſubſequentis, &c. *Omittitur tenor ipſius conſtitut. quia eſt præinſertus.*

§.1. Cum autem ſicut multi Venerabiles fratres Archiepiſcopi, & Epiſcopi, necnon dilecti filii nobiles viri, Duces, Principes, & alii Magnates in Italia, & Inſulis illi adjacentibus Nobis nuper exponi fecerunt, ipſi ut etiam fructuoſius, & majori cum ſpiritus ardore divinam opem in præſentibus Eccleſiæ neceſſitatibus implorent, præinſertas literas noſtras ad univerſos Italiæ, & Inſularum prædictarum Chriſtifideles extendi, ſummopere deſiderant.

Extenſio, de qua in Rubr.

§.2. Nos pro ea, qua eorumdem Chriſtifidelium animarum ſaluti jugiter invigilamus, paterna charitate, ut illi tam pretioſi Eccleſiæ Theſauri participes fiant, providere volentes, piis Archiepiſcoporum, Ducum, Epiſcoporum, Principum, & aliorum Magnatum votis, quantum Nobis ex alto conceditur, annuendum duximus, Igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, præinſertas literas noſtras cum omnibus, & ſingulis in eis contentis conceſſionibus, facultatibus, indultis, clauſulis, & decretis ad univerſos utriuſque ſexus Chriſtifideles ſeculares, & regulares in Italia, & Inſulis prædictis exiſtentes, necnon Eccleſias per

Ordinarios locorum, ſeu per alios de eorum mandato deſignandas, & Confeſſarios ab iiſdem Ordinariis approbatos, ſeu approbandos ſpatio trium ſimiliter menſium a die publicationis præſentium in dictis locis faciendæ inchoando, durante, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium extendimus, præfatiſque Chriſtifidelibus, necnon Eccleſiis, & Confeſſariis conceſſiones, facultates, & indulta cum clauſulis, & decretis hujuſmodi auctoritate, & tenore prædictis communicamus.

Contrariorũ abrogatio.

§.3. Non obſtantibus, quatenus opus ſit, noſtra de non concedendis Indulgentiis ad inſtar, ac omnibus illis, quæ in dictis literis conceſſa ſunt non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Fides tranſumptorum.

§.4. Volumus autem, ut præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & alicujus perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ ſigillo munitis, eadem prorſus fides ubique adhibeatur, quæ adhiberetur ipſis præſentibus ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 17. Julii 1630. An. VII.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris die 17. Julii 1630. Pontificatus noſtri Anno ſeptimo.

Sequitur Prorogatio earumdem ad alios tres Menſes.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Pontifex edidit Conſtitutionem præinſertam.

§.1. NUper a Nobis emanarunt Literæ tenoris ſubſequentis, videlicet: Dilectis filiis Clero, & Populo Romano. *Hæc Conſtitutio eſt præinſerta, & ideo prætermittitur.*

Et eam extendit, ut in immediate antecedenti.

§.2. Et ſubinde multorum venerabilium fratrum Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum, necnon dilectorum filiorum virorum, Ducum, Principum, & aliorum Magnatum in Italia, & Inſulis illi adjacentibus exiſtentium ſupplicationibus Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, præinſertas literas noſtras conceſſionis Indulgentiarum, ac facultatis eligendi Confeſſarium cum omnibus, & ſingulis in eis contentis, indultis, clauſulis, & decretis, ad univerſos utriuſque ſexus Chriſtifideles ſeculares, & regulares tunc temporis in Italia, & Inſulis prædictis exiſtentes, necnon Eccleſias per Ordinarios locorum, ſeu per alios de eorum mandato deſignandas, & Confeſſarios ab iiſdem Ordinariis approbatos, ſeu approbandos, ſpatio trium ſimiliter menſium a die publicationis literarum deſuper expeditarum inchoandorum durante, apoſtolica auctoritate extendimus; prædictiſque Chriſtifidelibus, necnon Eccleſiis, & Confeſſariis conceſſiones, facultates, & indulta cum clauſulis, & decretis hujuſmodi communicavimus, prout in ultimodictis literis in ſimili forma Brevis ſub die 17. Julii proximè præteriti expeditis, quarum tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus, plenius continetur.

Modo eas prorogat ad alios tres menſes.

§.3. Cum autem per abundantiam divinæ miſericordiæ Alma Urbs noſtra, ac multæ aliæ Civitates, & Provinciæ non ſolum S.R.E., verum etiam aliarum ditionum, & dominiorum temporalium in Italia, & Inſulis prædictis exiſtentium, a periculis, & calamitatibus hujuſmodi immunes hactenus conſervatæ, & aliæ etiam liberatæ fuerint: Nos ut Chriſtifideles prædicti cœleſtium miſerationum copioſiores fructus conſequi valeant, uberius providere volentes, tam præinſertas conceſſionis, quam alias ſubinde expeditas literas extenſionis præfatæ cum omnibus, & ſingulis in eis contentis, conceſſionibus, facultatibus, indultis, indulgentiis, clauſulis, & decretis ad infraſcriptos tres menſes proximos videlicet, Octobris, Novembris, Decembris, quibus durantibus, ſi omnia, & ſingula in præinſertis literis expreſſa dicti Chriſtifideles adimpleverint, illi omnes, & ſingulas indulgentias, & peccatorum remiſſiones cum omnibus facultatibus, gratiis, & indultis prædictis conſequi valeant, auctoritate prædicta, tenore præſentium extendimus, & prorogamus.

Contraria tollit.

§.4. Non obſtantibus omnibus illis, quæ in dictis literis voluimus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Ut autem præſentes literæ facilius omnibus innoteſcant &c.

Tranſumptis credi mandat.

§.5. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & alicujus perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ ſigillo munitis, eadem prorſus ubique fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 25. Septem. 1630. An. VIII.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die 25. Septembris 1630. Pontificatus Noſtri Anno Octavo.

Subſequitur prorogatio ad alios tres Menſes, cum decreto, ut eiſdem tribus Menſibus elapſis, quæcumque extenſiones, & ampliationes Indulgentiæ hujuſmodi ad certum tempus factæ, etiam eo ipſo expirent.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Pontifex edidit Conſtitutionem præinſertam.

§.1. NUper a Nobis emanarunt Literæ tenoris ſubſequentis, videlicet: Dilectis filiis Clero, & Populo Romano, &c. *Omittitur tenor Conſtitutionis, quia habes ſupra.*

Indulgentiarum ad alios tres menſes prorogatio.

§.2. Et ſubinde multorum Venerabilium Fratrum Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, necnon dilectorum filiorum nobilium virorum, Ducum, Principum, & aliorum Magnatum in Italia, & Inſulis illi adjacentibus exiſtentium ſupplicationibus Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, præinſertas literas noſtras conceſſionis Indulgentiarum, ac facultatis eligendi Con-

Confeſſarium cum omnibus, & ſingulis in eis contentis indultis, clauſulis, & decretis, ad univerſos utriuſque ſexus Chriſtifideles, ſeculares, & regulares tunc temporis in Italia, & Inſulis prædictis exiſtentes, necnon Eccleſias per Ordinarios locorum, ſeu alios de eorum mandato deſignandas, & Confeſſarios ab iiſdem Ordinariis approbatos, ſeu approbandos, ſpatio trium ſimiliter menſium a die publicationis literarum deſuper expeditarum inchoandorum durante, apoſtolica auctoritate extendimus; prædictiſque Chriſtifidelibus, necnon Eccleſiis, & Confeſſariis conceſſiones, facultates, & indulta prædicta cum clauſulis, & decretis hujuſmodi communicavimus; & poſtmodum, tam præinſertas, quam alias ſubinde expeditas literas prædictas cum omnibus, & ſingulis in eis contentis conceſſionibus, facultatibus, indultis, Indulgentiis, clauſulis, & decretis ad infraſcriptos tres Octobris, & Novembris proximè præteritos, ac præſentem Decembris menſes extendimus pariter, & prorogavimus, prout in aliis noſtris ſub die 17. Julii, necnon ſub die 25. Septembris proxime præteritorum deſuper in ſimili forma Brevis expeditis literis, quarum tenores etiam præſentibus pro expreſſis haberi volumus, plenius continetur.

Secunda extenſio ad alios tres menſes.

§.3. Cum autem per abundantiam divinæ miſericordiæ Alma Urbs noſtra, ac multæ aliæ Civitates, & Provinciæ non ſolum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, verum etiam aliarum ditionum, & dominiorum temporalium in Italia, & Inſulis prædictis exiſtentium, a periculis, & calamitatibus hujuſmodi immunes hactenus conſervatæ, & aliæ etiam liberatæ fuerint; Nos ut Chriſtifideles prædicti cœleſtium miſerationum fructus uberius conſequi mereantur, peramplius providere volentes, tam præinſertas, quam alias ſubinde expeditas literas prædictas cum omnibus, & ſingulis in eis contentis conceſſionibus, facultatibus, Indultis, Indulgentiis, clauſulis, & decretis, ad alios duos menſes proximos, videlicet, Januarii, Februarii, & Martii, quibus durantibus ſi omnia, & ſingula in præinſertis literis expreſſa dicti Chriſtifideles adimpleverint, illi omnes, & ſingulas Indulgentias, & peccatorum remiſſiones prædictas, cum omnibus facultatibus, gratiis, & indultis hujuſmodi conſequi valeant, auctoritate prædicta, tenore præſentium iterum extendimus, & prorogamus.

Cõcraticorum abrogatio.

§.4. Quia vero ad ſupplicationem nonnullorum Epiſcoporum, ac Principum, & Rerumpublicarum conceſſiones, facultates, indulta, Indulgentias, & remiſſiones peccatorum in præinſertis literis contentas ad certas Civitates, Diœceſes, Provincias, & loca extra Italiam exiſtentia ad certum tempus extendimus, & ampliavimus; volumus, & dicta auctoritate decernimus, ut tribus menſibus per præſentes prorogatis, ut præfertur, elapſis, omnes, & quæcumque extenſiones, & ampliationes gratiarum per Nos factæ hujuſmodi pariter eo ipſo expirent, nulliuſque roboris, vel momenti, nec cuiquam ulterius ſuffragentur.

Suſpenſio aliarum Indulgentiarum.

§.5. Non obſtantibus omnibus illis, quæ in dictis literis voluimus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Fides tranſumptorum.

§.6. Ut autem præſentes literæ facilius omnibus innoteſcant, volumus ut earumdē præſentium tranſumptis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus ubique fides adhibeatur, quæ eiſdem ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 31. Decem. 1631. An.VIII.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die 31. Decemb. 1631. Pontificatus noſtri Anno VIII.

CCCL.

Quod Magiſter Generalis Fratrum Calceatorum Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum infra quindecim dies confirmare debeat electionem Vicarii Generalis pro tempore Fratrum Diſcalceatorum Recollectorum ejuſdem Ordinis.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Proœmium.

COmmiſſi Nobis per abundantiam divinæ gratiæ paſtoralis officii debitum poſtulat, ut in his, per quæ Chriſtifidelium ſub ſuavi Religionis jugo Altiſſimo famulantium proſpero ſtatui, felicique directioni conſulitur, ſedulo intendamus, eaque ſtatuamus, & decernamus, per quæ iidem Chriſtifideles litium ſublatis obſtaculis in pacis amœnitate reddere valeant Domino abundanter fructus ſuos.

Cauſæ controverſiæ.

§.1. Cum itaque, ſicut accepimus, inter dilectos filios Fratres Calceatos Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum ex una, & Fratres Diſcalceatos nuncupatos ejuſdem Ordinis ex altera partibus, vertatur lis, & cauſa de, & ſuper confirmatione Vicarii Generalis prædictorum Fratrum Diſcalceatorum, inſtantibus, & petentibus Fratribus Diſcalceatis hujuſmodi, & cum ſupplici libello Nobis porrecto, & per Nos ad Venerabiles Fratres noſtros S. R. E. Cardinales negotiis Regularium præpoſitos tranſmiſſo, illos de cætero amplius juxta concordiam inter ipſos factam, & per fel. rec. Gregorium PP.XV. Præd. noſtrum, ac etiam Nos confirmatam, non adſtringi, aut teneri petere d. electionis confirmationem a dilecto filio Magiſtro Generali Fratrum Calceatorum hujuſmodi, ex quo id fieri non poſſit, ſine magno ipſorum Fratrum Diſcalceatorum incommodo, & perturbatione, præſertim cum Magiſter Generalis, etiam ſine aliqua juſta cauſa per binas vices illam concedere recuſaverit, vel dare diſtulerit; dictis vero Fratribus Calceatis aliter prætendentibus,

rebuſquc aliis in actia cauſæ, & cauſarum hujuſmodi latius deductis.

Quod Generalis infra 15. dies confirmet Vicarium Generalem.

§.2. Nos pro noſtri paſtoralis officii debito paci, & quieti, felicique Fratrum ejuſdem Ordinis regimini, quantum cum Domino poſſumus, conſulere volentes, ad diſſenſiones, quibus Religioſi carere debent, de cætero evitandas, de eorumdem Cardinalium conſilio, partibus pluries auditis, apoſtolica auctoritate, tenore præſentiū perpetuo ſtatuimus, & ordinamus, quod Vicarius Generalis dictorum FF. Diſcalceatorum pro tempore electus, in ſignum ſolius præeminentiæ dicto Magiſtro Generali Fratrum Calceatorum hujuſmodi in ſupradicta concordia reſcrvatæ, infra tres menſes a die ſuæ electionis teneatur eamdem electionem præſentare eidem Magiſtro Generali Fratrum Calceatorum, qui illam abſque aliqua contradictione, vel cognitione ſuper cjuſdem electionis validitate, an videlicet canonice facta fuerit, confirmare debeat: ſi vero id facere recuſaverit, vel confirmationem prædictam a die præſentatæ electionis ultra quindecim dies dare diſtulerit, dictus Vicarius Diſcalceatus electus accedat, & recurſum habeat pro eadem confirmatione obtinenda ad noſtrum, & Sedia Apoſtolicæ Nuntium in Regnis Hiſpaniarum commorantem. Dictis vero Fratribus, tam Calceatis, quam Diſcalceatis perpetuum ſuper præmiſſis ſilentium imponimus.

Decretum irritans.

§.3. Decernentes ſtatutum, & ordinationem noſtram hujuſmodi, præſenteſque Literas perpetuo valida, firma, & efficacia fore, & eſſe, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ſicque, & non aliter in præmiſſia perpetuo obſervari, & ita per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, dictæque Sedis Nuntios ubique judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi quid ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Exequutores deputat, ac mandat puniri transgreſſores.

§.4. Quocirca dilectis filiis cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, ac noſtro, & Apoſtolicæ Sedia in Regnis Hiſpaniarum Nuntio, ac Officiali Toletano, nunc, & pro tempore exiſtentibus, per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes Literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Fratrum Diſcalceatorum prædictorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacia defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra illos præmiſſorum commodo, & effectu pacifice frui, & gaudere, non permittentes illos deſuper a quoquam, quavis auctoritate quomodolibet indebite moleſtari; contradictores quoſlibet, & rebelles per cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis.

Contrariis derogat.

§.5. Non obſtantibus fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri de una, & in Concilio Generali edita de duabus dictis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præſentium in judicium non trahatur, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenus præmiſſis adverſetur concordia prædicta, necnon dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratia ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis, ſub quibuſcumque tenore, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretia in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptis credi jubet.

§.6. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus ubique fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præſentibus ipſis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 5. Novem. 1630 An. VIII.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris die 5. Novembris 1630. Pontificatus noſtri Anno Octavo.

CCCLI.

Super concordia inter Præſules, ſeu Adminiſtratores ex una, necnon Præpoſitos, & Canonicos ex alia, ac Abbatem, & Monachos Eccleſiæ Sancti Ambroſii Mediolani Ciſtercienſis Ordinis ex reliqua partibus.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

GRegis Dominici cura a Salvatore, & Domino noſtro, qui charitas eſt, & Deus pacis, humilitati noſtræ, nullo licet meritorum noſtrorum ſuffragio, commiſſa poſtulat, ut inter graviſſimas, multipliceſque apoſtolicæ ſervitutis curas, in eam peculiari ſolicitudine incumbamus, qua litibus, & controverſiia inter Chriſtifideles quoſlibet, præſertim Eccleſiarum Præſules, & Cardinalatus honore fulgentes, ac perſonas eccleſiaſticas ſecolares, & regulares exortis opportunæ tranſactionis remedio obviam itur, ut perſonæ ipſæ eccleſiaſticæ, quæ in ſortem Domini vocatæ ſunt, divinis ejus obſequiis commodius deſerviant in ſanctitate, & juſtitia coram ipſo, eique ſemotis litium impedimentis, tranquilliori ſpiritu reddant abondanter fructus ſuos. Unde his,

his, quæ propterea facta fuiſſe dicuntur, ut perpetua roboris validitate ſubſiſtant, & a partibus ipſis inviolabiliter obſerventur, apoſtolici muniminis adjicimus firmitatem, prout rebus omnibus matura conſultatione penſatis, conſpicimus ſalubriter in Domino expedire.

Cauſæ hujus Cōſtitutionis.

§.1. Cum itaque, ſicut accepimus, a quingentis annis, & amplius inter Eccleſiæ Mediolanenſis Præſules, ſeu Adminiſtratores ex una, necnon Præpoſitos, & Canonicos ex alia, ac Abbatem, & Monachos Eccleſiæ S. Ambroſii Mediolanenſis Ciſtercienſis Ordinis, ex reliqua partibus, qui pro tempore reſpective fuerunt, lis, & cauſa, ſeu quæſtionis materia ratione dictæ Eccleſiæ S. Ambroſii, ac illius dominii, & uſus, necnon adminiſtratione, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus intentata, & ad hæc uſque tempora magno earumdem partium diſpendio protracta fuerit.

Promotores concordiæ.

§.2. Cumque nuper dilectus filius noſter Fridericus S. Mariæ Angelorum Preſbyter Cardinalis Borromeus prædictæ Eccleſiæ Mediolanenſis ex conceſſione, & diſpenſatione apoſtolica Præſul liti, & cauſæ prædictis finem aliquando amicabiliter imponi deſideraret, & dilectus etiam filius Coſmus Reynonus ejuſdem Eccleſiæ S. Ambroſii Abbas, & in Italia Congregationis Ciſtercienſis Præſes, pio dilecti filii noſtri Franciſci S. Agathæ Diaconi Cardinalis Barberini nuncupati, noſtri ſecundum carnem ex fratre germano nepotis hortatu inductus, propenſam ejus ad hujuſmodi concordiam voluntatem oſtendiſſet, dilecti ſimiliter filii noſtri Robertus tituli S. Praxedis Presbyter Card. Ubaldinus Ordinis Ciſtercienſis apud Nos, & hanc S. Sedem Protector, & Theodorus Sancti Cæſarii Diaconus Cardinalis Trivultius nuncupatus, a Nobis ſuper hoc ſpecialiter deputati, Nobis, & eodem Franciſco Cardinale annuentibus, totum hujuſmodi negotium dilectis filiis Magiſtris Martino Aliſoro, & Antonio Torniello in utraque Signatura noſtra Referendariis diſcutiendum commiſerint; præfati vero Martinus, & Antonius plures ſuper negotio hujuſmodi tractatus, præſentibus eodem Coſmo, ac dilectis pariter filiis Joanne Baptiſta Beſutio Canonico Mediolanenſi, necnon Hieronymo Rampono noſtro, & Sedis Apoſtolicæ Notario, uti præfati Friderici Cardinalis, ac dilectorum etiam filiorum Præpoſiti, & Canonicorum ejuſdem Eccleſiæ Sancti Ambroſii Procuratoribus reſpective, necnon Matthæo Moretto ejuſdem Theodori Cardinalis Auditore, de illius mandato habuerint, negotioque ipſo mature diſcuſſo, ac viſis omnibus, & ſingulis juribus, & proceſſibus per Martinum, & Antonium, necnon Matthæum præfatos, & nomine ejuſdem Roberti Cardinalis dilectum ſimiliter filium Franciſcum Nerlium ejus Auditorem, & facta per eos omnes dictis Roberto, & Theodoro Cardinalibus relatione, habitiſque primo coram ipſo Theodoro, & ſucceſſive coram eo, & prædicto Roberto Cardinalibus ſuper nonnullis capitibus, quorum reſolutio illorum prudentiæ, & judicio relicta fuerat, diverſis Congregationibus, tandem auctoritate eorumdem Roberti, & Theodori Cardinalium, & in eorum præſentia fuerunt inter dictas partes ſub die 21. menſis Septembris proxime præteriti firmata, & ſubſcripta tranſactionis, ſive concordiæ capitula tenoris ſubſequentis, videlicet:

Capitula concordiæ.

§.3. Capitula concordiæ initæ inter Eminentiſſimum, & Reverendiſſimum D.D. Fridericum Cardinalem Borromæum, Mediolani Archiepiſcopum, & Capitulum Præpoſiti, & Canonicorum Eccleſiæ Collegiatæ, & inſignis S. Ambroſii Mediolani, ac Abbatem, & Monachos ejuſdem Eccleſiæ, ac Monaſterii, quæ infraſcripti eorum Deputati inviolabiliter, & bona fide obſervare promittunt. 21. Septembris 1630.

Canonici tam horis diurnis, quam veſpertinis teneantur ingredi Chorum per dimidium horæ, antequam ingrediatur Capitulum Metropolitanæ, ſervata ſemper ordinaria tabella Illuſtriſſimi D. Archiepiſcopi.

In diebus ſolemnioribus, & præcipue S. Ambroſii, & Sanctorum Gervaſii, & Prothaſii caveat Capitulum Canonicorum, ne diutius immoretur in Choro, quam par ſit, ita ut Monachis remaneat tantum temporis, quo poſſint congrue eorum veſperas celebrare.

Ritu Ambroſiano, quo Clerus utitur, Monachi utantur in ſolemnioribus diebus, videlicet a die Dominico in Ramis Palmarū uſque ad Domin. in Albis, & in primis Veſperis Sancti Ambroſii, & Sanctorum Gervaſii, & Prothaſii; reliquis vero ſuo Ambroſiano Monaſtico, quem vocant, juxta ſolitum utantur, & in Muſicis poſſint etiam adhibere Inſtrumenta ad Simphoniam pertinentia.

Unica Miſſa Sabbathi Sancti, quæ in qualibet Eccleſia celebrari ſolet, juxta ſolitum, alternis vicibus, ab unoquoque Collegio celebretur. Monachi numquam divina celebrare incipiant, donec Capitulum Canonicorum e Choro diſceſſerit.

Tam Canonici, quam Monachi ſub quovis prætextu tempore celebrationis divinorum nullum actum faciant, per quem poſſit ad invicem celebratio impediri.

Liber uſus Pontificalium Abbati Monachorum non controvertatur in quibuſcumque ejus functionibus eccleſiaſticis. Sedes Abbatis ad uſum Pontificalium exercendorum diebus, quibus Illuſtriſſimus Archiepiſcopus ſolet in Eccleſia Sancti Ambroſii ſolemniter celebrare, in latere Epiſtolæ apponatur; Cæteris vero diebus Abbas in utroque latere, prout ſibi magis libuerit, Pontificalia exerceat. Super Sede ſolita arcuata Abbatis Baldachinum apponatur.

Decreta Sac. Congregationis Rituum, tam quoad numerum Miniſtrorum, quam quoad alia in ſolemni Abbatis celebratione, ſeu functione (quæ tamen ſunt in uſu) obſerventur.

Illuſtriſ-

Digitized by Google

Illuſtriſſimus D. Archiepiſcopus a latere Monachorum non poſſit viſitare, niſi ad limites quatuor viſitationum tantum, ut infra, & non aliàs, &c. duarum ſcilicet factarum per S. Carolum de annis 1566., & 1578. tenoris, ut in eorum authentico integre, ac de verbo ad verbum, & non aliàs inſerendi Inſtrumento deſuper inter ipſas partes celebrando, & aliarum duarum factarum per Eminentiſſimum D. Cardinalem Archiepiſcopum modernum de anno 1607. prout tamen in particulis inſerendis, ut ſupra, in dicto Inſtrumento celebrando, ita quod præſens Concordia dictarum viſitationum reſpectu ſit reſtricta ad dictas particulas dumtaxat, & non ad totas, & integras viſitationes, ac reliquum eorum tenorem, etiam ſi quid amplius ad favorem Archiepiſcopi in illis poſſit contineri, quia ſic, &c. & non aliàs, &c. omni, &c.

Oblationes publicæ, & præcipue Altaris Majoris ad Canonicos ſpectent. Privatas unaquæque pars in ſuo latere percipiat, quæ abſque alio impedimento, aut dubitatione percipientium fiant.

Hæreditates, legata, & cæteræ diſpoſitiones factæ ad favorem Eccleſiæ S. Ambroſii in genere, præter ſupradictas oblationes, quæ hic non comprehendantur, non tti Collegio cenſeantur acquiſitæ, ſed debeantur fabricæ ipſius Eccleſiæ.

Claves portarum Eccleſiæ lateralium tres conſuetas teneat Capitulum Canonicorum, inter quas clavis portæ majoris connumeratur, tres alias Monachi, prout hucuſque conſueverunt.

Cuſtodia altaris aurei ad Capitolum Canonicorum ſpectet, ejuſque claves ab eodem, ſeu a deputando ab eo cuſtodiantur. Habeant Canonici curam theſauri dictæ Eccleſiæ, ac ſacræ ſupellectilis, etiam communis, ſi quæ, &c. & in ſpecie candelabrorum argenteorum.

Cuſtodia Sanctiſſimi Sacramenti in Altari majori exiſtentis ad Capitulum Canonicorum pertineat: quoad illius tam publicam, quam privatam expoſitionem ſervetur, ut infra, videlicet: Quando exponendum eſt proceſſionaliter, prout in feſtivitatibus quadraginta horarum, vel ſimilium, fiat alternis vicibus a Capitulo Canonicorum, & Monachorum, itaut primus turnus in executionem concordiæ ſit Canonicorum. Clavem igitur Tabernaculi, quando ſolemnitas fiet per Monachos, durante dumtaxat ſolemnitate, Monachi per Canonicos traditam cuſtodiant, finita ſolemnitate eiſdem Canonicis abſque mora reſtituendam. Ubi vero ex privatorum precibus erit exponendum, ſi recorſus piorum erit ad Monachos, teneantur illico Canonici, eiſdem Monachis inſtantibus, ſanctuarium aperire, & ad eamdem pariter inſtantiam claudere.

Capitulum Canonicorum ſemper Altare majus, & Eccleſiam apparari faciat, & ejus ſit peculiare. Superſtantiarius a Capitulo Canonicorum juxta conſuetum nominandus pro tempore liberam habens ſuperſtantiariæ, ejuſdemque introituum adminiſtrationem, ſarta tectum, & Eccleſiam manutenere debet.

In acceſſu Legatorum, Archiepiſcopi, eccleſiaſticarum perſonarum, & Principum, ubi recipere opus eſt ad Januam majorem, tam Capitulum Canonicorum, quam Monachi obviam eant, & ab ambobus Collegiis recipiantur: Abbas tamen, & Monachi cucullati incedant, nec obviam eant, niſi præſente Capitulo Canonicorum. Vicarius, quem vocant proviſionum, cum ſuo tribunali, ejuſque publicæ oblationes a ſolo Capitulo Canonicorum excipiantur.

Unica Crux in Eccleſia adoranda populo die Veneris majoris hebdomadæ ad Altare majus, nec alibi exponatur alternis vicibus ab utroque Collegio, prout in proceſſione, & expoſitione ſolemni Sanctiſſimi Sacramenti, eodemque turno ſervato. Eleemoſyna ejuſdem occaſione adorationis populi miniſtris exponentium pro tempore relinquatur. Adoratio ſolemnis ejuſdem Crucis juxta ſolitum fiat in Eccleſia S. Ambroſii per Monachos tantum, quæ actio intelligatur prorſus ab expoſitione Crucis ſeparata.

Sepulchrum Domini, quod in majori hebdomada in qualibet Eccleſia fieri ſolet, unicum pariter in Eccleſia S. Ambroſii fiat alternis vicibus a Capitulo Canonicorum, & Monachis quolibet anno, ſervata forma turni, prout in ſolemni expoſitione Sacramenti, & Crucis die Veneris Sancti, Canonici quidem in Navi dexteri lateris, Monachi autem in ſiniſtri.

Quando ob ſupplicationes ſummo mane faciendas, vel aliud ſimile impedimentum binæ Miſſæ Capitulares celebrari non poſſunt, Canonici celebrent ad Altare majus, & Monachi in Cappella S. Satyri, vel alia verſus Monaſterium, Rogationibus exceptis, quas Litanias vocant.

Feſtivitas baptiſmi S. Ambroſii in die S. Andreæ ſolemniter a Capitulo Canonicorum celebretur. Monachi vero eadem die celebrent, prout in aliis feſtivis diebus ordinariis ſolent. Canonici, & Monachi quilibet in labello verſus navem ſui lateris exiſtenti aquam ad aſpergendum populum benedicant. In navi media Eccleſiæ, ſive majori, relicto loco medio ad uſum ſepulchri pro Archiepiſcopis Mediolani, duo ſepulchra fiant, a dextero ſcilicet pro ſepultura Præpoſitorum, & Canonicorum; alterum a ſiniſtro latere ad uſum Abbatum, & Monachorum, neque alia ſepulchra in dicta navi media fieri, aut concedi valeant.

Funeralibus Præpoſitorum, & Canonicorum Monachi interveniant, & pariter Abbatum, & Monachorum Canonici. Quoad ordinem, quando Præpoſiti, aut Canonici erit funus, Abbas, vel dignior poſt ipſum, Abbate impedito, in ejus locum officium celebret mortuorum, & cadaver deferatur a Monachis, ipſis a latere dextero, cum Canonicis a ſiniſtro binis procedentibus. Cum vero Abbatis, vel Monachi funus ſit peragendum, obſervetur ordine

Digitized by Google

dine converſo, Præpoſitus ſcilicet, vel eo impedito, dignior primus ea Capitulo officium celebret, cadaver a Presbyteris deſeratur, Canonicis latus deaterum, & Monachis ſiniſtrom tenentibus, bini bini, prout in funere Canonici, procedant. Circa qualitatem, & ſumptum funerum, ſolitum ſervetur, ſicut in hanc uſque diem fuit ſervatum.

Quoad ſepulturas extraneorum laicorum, vel Eccleſiaſticorum, quilibet in ſuo latere concedant, & ſepeliant. Nullum ducatur in Eccleſia funus abſque interventu Canonicorum. Funeralia cadaverum in media navi Eccleſiæ fiant. Emolumenta funerum in quocumque latere ſepeliantur mortui, æqualiter inter Capitulum Canonicorum, & Monachos dividantur. Officiorum vero integraliter emolumenta ſint eorum, in quorum latere celebratur officium.

Capitulum Canonicorum provideat Eccleſiæ de ſubſelliis, menſis, & aliis hujuſmodi ad uſum Eccleſiæ communem ſpectantibus. Dignior locus ſemper in quacumque functione ſit Capituli Canonicorum, excepto tamen caſu funeris Præpoſiti, vel Canonicorum in Eccleſia S. Ambroſii. In recitatione Completorii ſervetur decretum S. Caroli in viſitatione ſub die 27. Februarii 1578. Organum, Pulpitum, ſeu vulgo Lettorino, utrique Collegio, Canonicorum ſcilicet, & Monachorum, tam quoad uſum, quam quoad reparationes, quamvis in diverſis lateribus reperiantur, ſint communia.

Polluta Eccleſia, ſi quando contigerit, facultas reconciliandi ab Illuſtriſſimo Archiepiſcopo impetretur, eoque nolente per ſe ipſum, alternis vicibus a Præpoſito Eccleſiæ, & Abbate Monachorum reconcilietur, itaut primus turnus ſit Præpoſiti. Teneatur Cimiliarcha abſque ulla contradictione utrique Collegio neceſſaria, communia tamen, pro ſervitio divinorum tradere.

Redditus Superſtantiariæ in ornatum, reparationem, & alios neceſſarios uſus Eccleſiæ erogandi diligenter per Canonicos, eorumque Cimiliarcham miniſtrentur. In ſolemnibus Eccleſiam decenter ornari pro utroque Collegio curet, & ornatam pariter in priſtinum redigi, idque etiam pro Miſſis prima vice tam a Canonicis, quam a Monachis, ſive Præpoſitis, aut Abbatibus pro tempore, item in funeribus eorumdem, ſeu aliarum illuſtrium perſonarum, expenſis tamen Monachorum, ubi ad eorum inſtantiam fiat.

Benedictio ſolemnis Cerei Paſchalis die Sabbathi Sancti alternis vicibus per Capitulum Canonicorum, & Collegium Monachorum fiat, itaut illud, ad quod ſpectabit onus ſacræ functionis, expenſas Cerei faciat, & quod remanebit finito uſu, retineat. Ordo benedictionis antedictæ ſit, ut a Collegio celebrante Miſſam Sabbathi ſancti fiat. Ad poſtulationem Abbatis, Canonici ſeu ab eis deputandi Altare aureum in Adventu illuſtrium perſonarum oſtendant. Caſtrum doloris, quod vulgo, Tomba vocant, & candelabra pro eodem ſervitio deſtinata ſerventur in loco ſolito ſubtus Organum ad uſum communem utriuſque Collegii. Poſſint Monachi diebus feſtivis Sanctorum particularium Cappellas in ſuo latere exiſtentes in eorumdem Sanctorum honorem erectas arbitrio ſuo, tam intus, quam foris, una cum columnis e regione Cappellæ exiſtentibus in honorem feſtivitatum eorumdem ornare.

Ut commodius officiis Monachi incumbere poſſint, Capitulum Canonicorum in gratiam Eminentiſſimorum Dominorum Cardinalium Ubaldini, & Trivultii concedit clavem unam eiſdem Monachis tenendam perpetuò, donec præſens concordia durabit, qua Cancellos ferreos Altaris majoris aperire poſſint, his tamen adjectis conditionibus, & non aliter &c., quod ab Abbate dicti Monaſterii Monachus eligatur, cui dicta clavis conſignetur, qui tamen cavere debebit, ne cancelli aperti remaneant extra horas divinorum officiorum. Ulterius ut Cuſtodiæ Altaris, quanto minus fieri poteſt, præjudicetur, quotieſcumque aperiri contigerit Altare aureum, idque apertum remanere, teneatur dictus Monachus hora præambula ad monitionem ſimplicem Superſtantiarii Canonicorum dictam clavem ei conſignare ab eo tenendam, donec dictum Altare aureum apertum remanebit, eo tamen ſtatim clauſo, ſuperſtantiarius eamdem clavem reddat Monacho ſic, ut ſupra, deputato.

In feſtivitatibus Sanctorum juxta ſtylum Kalendarii Monaſtici Ambroſiani (quæ tamen in diebus feſtivis ex communi præcepto contigerint) ſi apparatus ad uſum Canonicorum, Monachorum feſtivitati non reſpondebit, teneantur Canonici ſtatim eorum divinis peractis proportionabiliter Pallium Altaris majoris, & conopœum Ciborii immutare. Idem particulariter fiat in feſto Sancti Benedicti, etiamſi in die non feſtivo communi occurrat. Abbas pro ſuo arbitrio propria Monachorum candelabra argentea, & Sanctorum reliquias in ſuis vaſibus exiſtentes ad ampliorem Altaris majoris ornatum, candelabris tamen argenteis communibus non amotis, exponere valeat.

Lampades numero 11. circa Altare majus pro Sanctiſſimo Sacramento ſupra idem exiſtente, quinque ad Capitulum Canonicorum, quinque ad Monachos, & una ad Societatem, quam vocant Scuroli, ſpectent, & earum manutentio ad ſingulos proportionabiliter pertineat. Clavis Confeſſionis, ſeu Scuroli cuique Collegio conſignetur ad uſum communem.

Altare privilegiatum pro defunctis fidelibus a Sanctiſſimo Domino Noſtro in Scurolo impetrandum ad uſum utriuſque Collegii, tam Canonicorum, quam Monachorum petatur, cum generali pariter prohibitione, ne quicquam per Confratres dicti Scuroli, neque pro Miſſarum celebratione, aut ſub alio quovis prætextu nomine elee-

eleemoſynarum a quoquam percipiatur. Quoad eleemoſynas pro Miſſis mortuorum ibidem celebrandis nullus in dicta Eccleſia, aut Scurolo ad hunc effectum deputetur, aut pro eiſdem recipiendis a fidelibus aſſiſtat, ſed utrumque Collegium in ſua Sacriſtia a ſponte conſignantibus recipiat. Ne ulla confuſio quoad modum celebrandi in Scurolo gignatur, modus infra dicendus ſervetur.

Quotidianæ, & ex perpetuis obligationibus hinc inde celebrandæ ſtatutis diebus juxta præciſam formam obligationis, & conſuetudinis celebrentur. Extraordinaria, quæ ſæpe etiam occurrunt pro defunctis alternis diebus ab utroque Collegio adimpleantur. Quilibet e ſua Sacriſtia cæteros Sacerdotes ad Altare privilegiatum dirigere poſſit, diſcreto tamen modo, itaut alter ab altero non impediatur: quod a prudentia hinc inde utenda ſperatur.

Clavis Organi utrique Collegio conſignetur, ita ut quilibet pro ſuo arbitrio, & uſu ex ſe aperire poſſit, & Organiſta quandocumque pro ſervitio utriuſque ſit paratus. In ſolemni Proceſſione Corporis Chriſti, & Rogationum ad Ritum Ambroſianum quilibet in ſuo latere Eccleſiam in navi majori viridibus frondibus, & ſimilibus ornet. Lampades, aliaque luminaria Sanctorum Imaginibus, tam in navi majori, quam minori e ſuo latere exiſtentibus, Monachi abſque contradictione accendant. Antiphona: *Sub tuum præſidium*, per Monachos proceſſionaliter diebus feſtivis procedendo per navem Canonicorum, & inde per medium Eccleſiæ ad eorum libitum cantari poſſit. Item eodem modo in feſtivitatibus Purificationis, Olivarum, & Dedicationis Eccleſiæ egredi a janua laterali Canonicorum; procedi per cortinam, & portam majorem ingredi eiſdem liceat, quemadmodum a Capitulo Canonicorum viceverſa ſolet.

In vigiliis Sancti Ambroſii, ac Sanctorum Gervaſii, & Protaſii Abbas celebrans cum Monachis ad Altare Sancti Michaelis a latere Canonicorum exiſtens antelatis inſignibus Abbatialibus procedat, ibique pro ſolita ſtatione immoretur, & inde diſcedens, portamque majorem Eccleſiæ egrediens per plateam proximam ad Eccleſiam Divi Franciſci pergat, redeundo per portam Canonicalem ingrediatur Eccleſiam Sancti Ambroſii, & omnes eaſdem eccleſiaſticas cœremonias præcedenti die per Capitulum Canonicorum factas ipſe Abbas cum ſuis proportionabiliter adimpleat. Monachi in ſuo latere ſubſellia ad uſum Confeſſariorum, quæ vulgo Confeſſionalia nuncupantur, habeant, quæ tamen ſint conformia cum aliis a latere Canonicorum exiſtentibus.

Finito funere in medio Eccleſiæ cum aſſiſtentia Cleri ſecularis ſecundum determinationem ſuperius factam eorum, qui debent ſepeliri in latere Monachorum, poſſint Monachi, abſque ullo interventu ejuſdem Cleri aſportare cadavera ad ſepulturam deſtinatam propria auctoritate. Cerei, ſeu candelæ, quæ ſolent ſuſtineri per binos Angelos hinc, & hinc ſuper Altari majore exiſtentes, & per Canonicos celebrantes ſolent accendi, eodem modo per Monachos celebrantes, propriis tamen ſumptibus, apponantur, & accendantur. Monachos Religionem Ciſtercienſem ingredientes Abbas ad Altare majus novis veſtibus pro libito induat: ibique profeſſionem ſuorum Monachorum, & Equitum ſui Ordinis recipiat.

Officia mortuorum, etiam cum ſolitis ornamentis ab utroque Collegio in medio Eccleſiæ juxta ſolitum fiant. Ubi corpora, vel reliquiæ Sanctorum, vel alii theſauri in Eccleſia Sancti Ambroſii reperiantur, ſi in navi majori, liberæ Archiepiſcopi diſpoſitioni remaneant; ſi vero in latere dextero, Collegio Canonicorum, ſicuti in latere ſiniſtro Monachorum Collegio cedant, non tamen corpora, vel reliquiæ Sanctorum ex eadem navi, ſeu latere extrahantur, ſed in eo, vel ea, debita veneratione ſerventur, ea tamen inquirere nemini liceat, abſque expreſſa Archiepiſcopi licentia.

In Eccleſia Sancti Ambroſii non intelligantur compræhenſæ Eccleſia Sancti Sigiſmundi, ac Cappella Sancti Satyri, & Sancti Joannis.

Item ad tollendas diſſenſiones, ac lites, quæ hactenus verſæ fuerunt, ac vertuntur inter D. Archiepiſcopum, ac duo Collegia Canonicorum, & Monachorum ſuper pertinentia dominii Eccleſiæ Sancti Ambroſii Mediolanenſis, eadem Collegia ex cauſa prædicta, & pro bono pacis, ut evulſa radice communis controverſiæ cum divini cultus augmento quiete, ac liberè fruantur, impoſterum omni commodo dictæ Eccleſiæ ceſſerunt, ac cedunt D. Archiepiſcopo Mediolani pro tempore dominium ejuſdem Eccleſiæ, quod ambo prætendunt habere, ea tamen conditione, ac lege, & non aliàs, ut debeat perpetuo penes eum reſidere, nec ipſe poſſit ullo umquam tempore illud, vel aliquam illius partem, aut majorem commoditatem, quam de præſenti habeant, eis, aut eorum alteri, ſeu aliis quibuſcumque cedere, aut quod illud habeant, conſentire; quodque deinceps D. Archiepiſcopus vigore dictæ ceſſionis, ſic, ut ſupra factæ, nihil amplius quavis auctoritate, titulo, aut jure, etiamſi indigerent ſpeciali mentione, in dicta Eccleſia contra, & in præjudicium utriuſque Collegii, eorumque perſonas, fructus, redditus, proventus, & emolumenta, tam conjunctim, quam diviſim facere, ſeu prætendere poſſit, quam uſque in præſentem diem appareat habuiſſe, & feciſſe reſpectu utriuſque Collegii, ſingula ſingulis congrue referendo, vel circumſcripta præſenti ceſſione, de jure prius habere, & facere quavis auctoritate, titulo, & jure potuiſſet, & poſſet, & quod etiam hujuſmodi ceſſio in quieto, ac libero uſu ipſius Eccleſiæ, ac etiam in aliis concordatis nullatenus præjudicet, nec contra eorum uſum, & utilem ſubſtantiam, aut exercitium quomodolibet,

& qua-

& qualitercumque poſſit allegari, aliàs quælibet contraria prætenſio. & quilibet actus in contrarium attentatus, ſint ipſo jure nulla, non ſolum præmiſſo, ſed etiam omni alio meliori modo.

Hujus concordiæ intuitu, liti fabricæ Monaſterii Monachorum Sancti Ambroſii Mediolanenſis finis perpetuo imponatur, neminique liceat prætendere demolitionem fabricę hactenus factæ, & in futurum faciendæ. Teneantur tamen Abbas, & Monachi providere, ne ex hujuſmodi fabrica, tam facta, quam facienda inferatur præjudicium Eccleſiæ Sancti Ambroſii, videlicet altius eam tollendo verſus dictam Eccleſiam ultra ſummitatem, in qua reperitur de præſenti, vel eidem magis appropinquando dictam fabricam, & præcipue, ne ex aqua pluviali murus Eccleſiæ e latera Monaſterii labeſactetur, conſtruendo cloacam, per quam illa recipiatur, & ducatur extra. Et quia nonnullæ Cappellæ dictæ Eccleſiæ verſus Monaſterium occaſione luminis ampliandi nuper fuerunt ab antiqua earum forma deformatæ, Abbatis, & Monachorum expenſis in priorem formam reducantur, quatenus ita videatur Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo Domino Cardinali Borromæo moderno Archiepiſcopo, & non alteri ejus ſucceſſori.

Tandem ne imposterum aliquid in dicta Eccleſia innovetur: nihil, aut reſtaurationis, aut novæ reædificationis prætextu in eadem fieri, niſi accedente expreſſo conſenſu Illuſtriſſimi Domini Archiepiſcopi, Præpoſiti Eccleſiæ. & duorum Canonicorum per ſuum Capitulum deputandorum, necnon Abbatis ejuſdem Eccleſiæ, & duorum Monachorum de corpore Monaſterii Sancti Ambroſii per Monachos eligendorum, itaut ſaltem duæ partes ex tribus conſentiant, & non aliàs &c. Salva tamen ſuperſtantiaria cum ſuis concordatis: & quoad expenſas, hæ ubi a fidelibus non ſubminiſtrentur, & ubi non adſint redditus, vel proventus ad hunc effectum deſtinati, qui ſufficiant in ſubſidium, Abbas, & Monachi non poſſint adſtringi ad contribuendum ultra tertiam partem. Attentis omnibus ſupradictis concordatis voluerunt, ac volunt, tam Illuſtriſſimus Dominus Archiepiſcopus, quam duo Collegia, quod omnes controverſiæ, & quæcumque lites cenſeantur, & ſint omnino extinctæ ſuper dominio quomodolibet prætenſæ, tam per D. Archiepiſcopum, quam per utrumque Collegium, & perpetuum ſilentium quoad omnes deſuper impoſitum, &c.

Pont. præd. Concordiam confirmat, omneſque defectus ſupplet.

§.4. Nos, quibus deinde, & eidem Franciſco Cardinali facta fuit poſtmodum per eoſdem Robertum, & Theodorum Cardinales de præmiſſis omnibus relatio, inviolabili concordiæ, ſive tranſactionis, omniumque, & ſingulorum Capitulorum præinſertorum obſervationi, quantum Nobis ex alto conceditur, providere volentes, Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, concordiam, ſive tranſactionem hujuſmodi, omniaque, & ſingula Capitula præinſerta hujuſmodi, cum omnibus, & ſingulis in eis contentis, tenore præſentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illiſque omnibus, & ſingulis perpetuæ, & inviolabilis apoſtolicæ firmitatis vim, & robur adiicimus, ac omnes, & ſingulos, non modo conſenſus omnium, & ſingulorum in præmiſſis intereſſe habentium, ſeu habere prætendentium, ſed ſolemnitatum etiam ſubſtantialium, & a quibuſvis ſtatutis, legibus, & conſuetudinibus, aut aliàs quomodolibet, & ex quacumque cauſa requiſitarum, & forſan omiſſarum, necnon quoſcumque alios, tam juris, quam facti, & quoslibet alios defectus cogitatos, vel incogitatos, ſi qui principaliter, vel acceſſorie, aut aliàs quomodolibet intervenerint in eiſdem, etiamſi de illis ad hoc, ut ſuppleri, & ſanari poſſint, ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio habenda eſſet, quam tamen pro habita, & facta haberi volumus, pleniſſime ſupplemus, eoſdemque omnes, & ſingulos defectus a concordia, ſeu tranſactione, & præinſertis capitulis hujuſmodi ex nunc tollimus, abrogamus, & amovemus.

Mandat obſervari Concordiam.

§.5. Necnon concordiam, ſeu tranſactionem, ac Capitula præinſerta hujuſmodi, omniaque, & ſingula in illis quomodolibet contenta ab omnibus, & ſingulis, ad quos nunc quomodolibet ſpectat, & pro tempore ſpectabit, inviolabiliter obſervari, eaque omnia, & ſingula ſuum plenarium effectum, exequutionem, & obſervantiam ſortiri debere volumus, & mandamus in omnibus, & per omnia; perinde ac ſi cum omnibus, & ſingulis ſolemnitatibus, ac aliis etiam ſubſtantialibus de jure, privilegio, etiam apoſtolico, etiam in corpore juris clauſo, ſtylo, & conſuetudine, etiam immemorabili, vel aliàs quomodolibet, etiam ex Conſtitutionum Apoſtolicarum, vel ſtatutorum, etiam juratorum, aut aliàs quomodolibet requiſitis, ac aliis ſervandis plene ſervatis, facta, & geſta, conventa, & celebrata forent.

Decretum irritans.

§.6. Decernentes concordiam, ſeu tranſactionem, ac præinſerta Capitula, præſenteſque literas, & in eis contenta quæcumque etiam ex eo, quod quicumque in præmiſſis intereſſe habentes, aut habere prætendentes eis nullatenus conſenſerint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, minuſque cauſæ, propter quas eædem præſentes emanarint, ſufficienter adductæ, verificatæ, vel aliàs juſtificatæ fuerint, ullo umquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis, ſeu intentionis noſtræ, vel alio quovis defectu, etiam quantumvis magno, maximo, & incogitato; ſive etiam ex eo, quod in eiſdem præmiſſis, ſeu eorum aliquo ſolemnitates, & quævis alia ſervanda, & adimplenda, ſervata, & adimpleta non fuerint, aut ex quovis alio, etiam a jure, vel facto, aut ſtatuto, ſeu conſuetudine aliqua reſultante, ſeu etiam enormis, & enormiſſimæ, ac in totum læſionis, ſive alio capite etiam in corpore

pore juris clauſo, aut occaſione, vel cauſa, etiam quantumvis juſta, rationabili, & privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmiſſorum neceſſario exprimenda foret, aut quod de voluntate noſtra hujuſmodi nihil ullibi appareret, ſeu aliter probari poſſet, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controverſiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adverſus illas reſtitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, aut aliud quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, ſeu etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus concedi, aut ſic impetrato, vel conceſſo quempiam uti, ſeu ſe juvare in judicio, vel extra poſſe, neque ipſas præſentes, & in eis contenta prædicta ſub quibuſcumque generalibus, vel ſpecialibus, etiam per viam legis, aut aliàs, etiam motu proprio, ac etiam conſiſtorialiter, etiam per Nos, & Succeſſores noſtros ex quacumque cauſa quantumlibet favorabili, & juridica editis, & edendis regulis, Conſtitutionibus, revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, & modificationibus, aliiſque quibuslibet contrariis diſpoſitionibus compræhendi, ſed ſemper ab illis libera, & exempta, & ſub poſteriori data per quemlibet ipſorum eligenda conceſſa, & adverſus quaſcumque impugnationes, & impedimenta valida, firma, ac efficacia eſſe, & fore; Sicque, & non aliter per quoſcumque Judices ordinarios, Commiſſarios, & cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, quavis auctoritate, & poteſtate fungentes, in quavis cauſa, & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & definiri debere: ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derog. §.7. Non obſtantibus quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Eccleſiæ, & Ordinis, ſeu Congregationis hujuſmodi, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, uſibuſque, & naturis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & literis apoſtolicis, etiam in corpore juris clauſis per Nos, ſeu quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, etiam motu proprio, & conſiſtorialiter ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & aliis decretis, in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis, approbatis, & ſæpius innovatis. Quibus omnibus, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum infererentur, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 7. Decem. 1630. An. VIII. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die 7. Decembris 1630., Pontificatus noſtri Anno Octavo.

CCCLII.

Facultas Archiepiſcopo Panormitano permittendi, ut Eccleſiaſtici Regni Siciliæ ſubſidium Regi perſolvant. *Ex Regeſt. in Secret. Brev.*

Ven. Fratri Archiepiſcopo Panormitan.

URBANUS PAPA VIII.

Ven. frater ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Eccleſiaſtici Philippo Regi ſubſidium offerunt. EXponi Nobis nuper fecit chariſſimus in Chriſto filius noſter Philippus Hiſpaniarum Rex Catholicus, quod cum dilecti filii tres hominum ſtatus, ſeu tria brachia Eccleſiaſticum, Militare, & Demaniale nuncupata Regni Siciliæ ultra Pharum, cujus ipſe Philippus Rex exiſtit, quibuſdam rationabilibus de cauſis eorum animos moven., de offerendo eidem Philippo Regi, ac dilecto filio nobili viro Franciſco Fernandez dela Cueva Duci de Alburquerque dicti Regni Proregi, certas pecuniarum ſummas, donativum ordinarium nuncupatas ad triennium, ac ſub certis terminis, modoque, & forma exigendas inter ſe tractaverint, Venerabiles Fratres Archiepiſcopi, Epiſcopi, ac dilecti filii Archimandrita, & aliæ eccleſiaſticæ perſonæ dicti Regni, certam ratam ſponte ſua obtulerunt, & dare ſtatuerunt in Parlamentis ordinariis habitis de menſe Maii proxime præteriti, ipſique Archiepiſcopi, Epiſcopi, Archimandrita, & aliæ eccleſiaſticæ perſonæ, eorum ratam hujuſmodi, accedente ad hoc noſtro, & Apoſtolicæ Sedis beneplacito, perſolvere obtulerunt, & forſan etiam perſolverunt.

Cum a Concilio Lateranen. expreſſe hoc Regibus, & Principibus prohibeatur. §.2. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, ex eo, quod per Lateranen. Concilium noviſſime celebratum, diverſaſque alias canonicas ſanctiones ſub certis cenſuris, & pœnis caveatur expreſſe, ne Reges, Principes, & alii Potentatus ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, & aliis perſonis eccleſiaſticis, etiam ſponte offerentibus, aliquam pecuniarum ſummam, ſive ſubventionem recipiant, dictus Philippus Rex, ac ejus Regni illius Miniſtri, nec non dictus Franciſcus Dux, & Prorex dubitent, ratam prædictam, ante obtentum beneplacitum apoſtolicum, recipiendo, cenſuras, & pœnas hujuſmodi incurrere, & forſan incurriſſe.

Nos

Ipſe Philippus beneplacitum Apoſtolicum petit,

§. 3. Nobiſque propterea dictus Philippus Rex humiliter ſupplicari fecerit pro ſua, & dictorum Miniſtrorum, ac Franciſci Ducis, & Proregis conſcientiæ quiete, quatenus præmiſſis noſtram, & hujus Sanctæ Sedis auctoritatem interponere dignaremur.

Archiepiſcopo Panormitano Pontifex facultatem concedit id permittendi,

§. 4. Nos hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Fraternitati tuæ per præſentes committimus, & mandamus, ut conſtito tibi per legitimas probationes de expreſſo majoris partis Cleri, ſcilicet Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & aliarum perſonarum eccleſiaſticarum ſecularium, & cujuſvis Ordinis Regularium dicti Regni conſenſu, & quod reliqui, & reliquæ perſonæ non conſentientes vocati, & vocatæ fuerint, oblationi, & promiſſioni, necnon ſolutioni per Archiepiſcopos, Epiſcopos, & Archimandritam, ac alias eccleſiaſticas perſonas factis, pro hac vice tantum, noſtram, & Sedis prædictæ auctoritatem, vigore præſentium, interponas, ipſoſque Archiepiſcopos, Epiſcopos, & alias perſonas eccleſiaſticas hujuſmodi, etiamſi ſint de illis, quæ pro minori cleri parte præmiſſis non conſenſerint, ad ea tamen vocati, & vocatæ fuerint, ad ſolutionem eorum ratæ hujuſmodi opportunis juris, & facti remediis cogas, & compellas. Et nihilominus Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Archimandritæ, & aliis eccleſiaſticis perſonis præfatis, ut ratam hujuſmodi per eos, ut præmittitur, oblatam, & promiſſam perſolvere, ac dictus Philippus Rex, & ejus Miniſtri, dictuſque Franciſcus Dux, & Prorex eam petere, & recipere abſque conſcientiæ ſcrupulo, ſeu cenſurarum, & pœnarum prædictarum incurſu, libere, & licite valeant, auctoritate noſtra concedas, & indulgeas.

Ipſumque, & Eccleſiaſticos a cenſuris abſolvendi, ſi quid jam perſolverint.

§. 5. Ipſoſque Archiepiſcopos, Epiſcopos, & Archimandritam, & alias perſonas eccleſiaſticas, & earum ſingulas, quatenus ipſi dictam ratam jam promiſerint, aut ſolverint, necnon eumdem Philippum Regem, ejuſque Miniſtros, & Franciſcum Ducem, & Proregem præfatos, ſi eamdem ratam jam perceperint, ab omnibus, & ſingulis cenſuris, & pœnis propterea quomodolibet incurſis, eadem auctoritate abſolvas, & abſolutos fore cenſeas, & declares, & quod omnes, & ſinguli Penſionarii, ſeu ii, quibus loca penſionum fructus in totum, vel in partem reſervati exiſtunt, eujuſcumque dignitatis, vel conditionis ſint, exceptis tamen Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, ad hujuſmodi ratæ ſolutionem, in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi nominatim ratam eamdem ſe ſoluturos obtuliſſent, clauſulis, & decretis in Literis Apoſtolicis reſervationum penſionum, & fructuum hujuſmodi, etiam conſiſtorialiter appoſitis, & quod dictæ penſiones ab omni decima, ſubſidio charitativo, & quovis alio onere, tam ordinario, quam extraordinario, quavis auctoritate, etiam pro expeditione, tam offenſiva, quam defenſiva contra turcas, & alios infideles reipublicæ chriſtianæ hoſtes ab illorum conatibus defenſione, ſeu inexcogitabili cauſa a Romano Pontifice pro tempore exiſtente, etiam ad Imperatoris, Regum, Ducum, & aliorum inſtantiam, illorumque contemplationem, & intuitum, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia impoſitis, & imponendis, aut aliàs qualitercumque exemptæ ſint, nequaquam obſtan., teneantur, & efficaciter obſtricti ſint: ipſique Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Archimandritæ, & aliæ perſonæ, quarum Eccleſiæ, Monaſteria, & alia Beneficia eccleſiaſtica annuis penſionibus, auctoritate apoſtolica, aſſignatis gravata, & onerata ſunt, ratam penſionariorum ſuorum, ſeu eorum, quibus fructus hujuſmodi ſunt reſervati, ſolvere, & illud, quod pro ipſis Penſionariis, ſeu iis, quibus fructus hujuſmodi ſunt reſervati, vere, & realiter, ac quacumque fictione ceſſante, perſolverint, ſua propria auctoritate poſtmodum penes ſe retinere poſſint, nec propterea ſententias, cenſuras, & pœnas in eiſdem penſionum reſervationibus contentas incurrant, eadem auctoritate decernas.

Derogat contrariis.

§. 6. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Eccleſiarum, Monaſteriorum, & Beneficiorum hujuſmodi, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, exemptionibus, immunitatibus, etiam in corpore juris clauſis, ac Literis Apoſtolicis quibuſvis generaliter, vel ſpecialiter conceſſis, necnon Literis reſervationum penſionum, & fructuum hujuſmodi, ac quibuſvis obligationibus, etiam in forma Cameræ, etiam cum juramento, ac cenſurarum, & mandati exequutivi ſuſceptione, vel aliàs deſuper factis, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus, de verbo ad verbum mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda ſit, & in eis caveatur expreſſe, quod per hujuſmodi clauſulas generales, etiam mentionem ſpecialem importantes, eis derogatum eſſe non cenſeatur, aut derogari non videatur, niſi certis modo, & forma in illis expreſſis plene obſervatis. Quibus omnibus eorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Inopes Eccleſiaſticos ab hac annua contributione eximit.

§. 7. Cæterum volentes providere, ne pauperes eccleſiaſtici ad contributionem hujuſmodi graventur, te hortamur attente, & in virtute ſanctæ obedientiæ tibi mandamus, quatenus pauperes eccleſiaſticos, qui in redditibus annuis nihil, aut parum, etiam uſque ad valorem decem unciarum ſcuta vigintiquinque monetæ illius Regni conſtituen., incluſive habent, ad contributionem prædictam per quoſcumque quavis auctoritate fungentes cogi, aut compelli nullo modo permittas.

Hujuſmodi exactionē per perſonas eccleſiaſticas ſie ri vult,

§. 8. Voluntuſque, quod exactio pecuniarum hujuſmodi ab eccleſiaſticis per perſonas eccleſiaſticas a dicto Philippo Rege,

ſeu Franciſco Duce, & Prorege nominandas, & per te deputandas fieri debeat, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis.

Contrafacientibus pœnas addit.

§.8. Quod ſi ſecus in aliquo præmiſſorum factum fuerit, qui contravenerint, in pœnas, & cenſuras incurrant, perinde ac ſi præſentes Literæ non emanaſſent.

Tranſumptis credi mandat.

§.9. Quodque etiam præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 20. Decem. 1630. An.VIII.

Datum Romæ apud S.Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die 20. Decembris 1630. Pontificatus noſtri Anno VIII.

CCCLIII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Mandatum ſub pœna excommunicationis quibuſcumque, ut documenta quæcumque ad Ducatum Urbini ſpectantia ad Epiſcopum Senogallienſem deferant.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Devolutio ad Sedem, & Cam. Apoſt. Ducatus Urbini;

CONſiderantes Ducatum Urbini, necnon Civitates Eugubin., Piſauren., & Senogallien., ac Statum Montis Feretran., aliaque Dominia, Civitates, Oppida, Terras, Caſtra, Propugnacula, Fortalitia, & loca quæcumque, etiam ſpeciali nota, & expreſſione digna, in, & ſub Statu dicti Ducatus Urbini, aliorumque Dominiorum hujuſmodi ad præſens quomodolibet comprehenſa, & dilecti filii nobilis viri Franciſci Mariæ Ducis Anteceſſoribus dudum a Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris in feudum, ſub pactis, & conditionibus in inveſtituris deſuper factis, contentis, & expreſſis data, & conceſſa, ſeu aliàs per ipſum Franciſcum Mariam Ducem quomodolibet poſſeſſa per obitum ipſius Franciſci Mariæ Ducis ſine liberis, & deſcendentibus maſculis legitimis, & naturalibus ob lineam finitam una cum omnibus eorum Territoriis, Diſtrictibus, Juriſdictionibus, Fortalitiis, ſive Propugnaculis, Membris, Juribus, etiam prohibendi, ac pertinentiis univerſis (excepto Caſtro Podii Hibernorum, & aliis bonis non feudalibus, nec juriſdictionalibus relaxatis, & reſervatis Franciſco Mariæ Duci prædicto, ejuſque hæredibus, & ſucceſſoribus in Inſtrumento Concordiæ celebrato ſub die 30. Aprilis 1624. aperta, ac ad Nos, & Romanam Eccleſiam, Sedemque, & Cameram Apoſtolicam reverſa, & devoluta iri, & pertinere;

Urbanus mand. Documenta omnia eidem ſpectantia tradi Epiſcopo Senogallienſi.

§. 2. Ideirco nihil, quod ad muneris noſtri partes pro noſtrorum, & Sedis prædictæ jurium conſervatione ſpectant, prætermittere volentes. Univerſis, & ſingulis Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis locorum ordinariis ſub interdicti ingreſſus Eccleſiæ, & ſuſpenſionis a Divinis, & tam iis, quam quibuſvis aliis Ducibus, Principibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, & Domicellis, necnon quibuſcumque aliis perſonis etiam eccleſiaſticis, ſecularibus, & regularibus cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, præeminentiæ, & dignitatis exiſtentibus in virtute Sanctæ obedientiæ, ac ſub excommunicationis Majoris latæ ſententiæ pœna per præſentes diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus ſcripturas quaſcumque Ducatum prædictum, illiuſque membra annexa, & pertinentias, aliaque jura, & intereſſe Sedis prædictæ ratione dicti Ducatus, ac membrorum annexorum, & pertinentiarum hujuſmodi quomodolibet concernentes, ſive ad ea quomodocumque ſpectantes, ſi quas apud ſe quomodolibet habuerint, vel retinuerint, aut occultaverint, ſtatim atque præſentium notitiam habuerint, revelent, ac reſpective reſtituant, atque in manibus venerabilis fratris Laurentii Epiſcopi Senogallien., moderni dicti Ducatus Gubernatoris tradant, & conſignent, ſeu reſtitui, & tradi, & conſignari omnino curent, & faciant realiter, & cum effectu.

Derogatio contrariorum.

§.3. Non obſtan. quibuſvis privilegiis, indultis, & Literis Apoſtolicis eiſdem Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac locorum ordinariis, necnon Ducibus, Principibus, cæteriſque ſupra expreſſis, & quibuſvis aliis perſonis ſub quibuſcumque ten., & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & Decretis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, approbatis, & innovatis: quibus omnibus, & ſingulis, etiam ſi de illis, eorumq. totis ten. ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 4. Januar. 1631. An.VIII.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die 4. Januarii 1631. Pontificatus Noſtri Anno Octavo.

CCCLIV.

Indictio Sex Decimarum ſuper omnibus fructibus eccleſiaſticis Italiæ.

URBANUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

SUprema diſpoſitione illius, cujus inſcrutabili providentia ordinationem ſuſcipiunt univerſa, in eminenti apoſtolicæ dignitatis ſpecula, meritis licet imparibus

bus conſtituti, & inter multiplices ſolicitudines, quas pro communi utilitate univerſæ Chriſtianæ Reipublicæ noſtræ curæ commiſſæ dies, noctesque ſuſcipimus, tot, ac tantos novos Orthodoxæ Fidei hoſtium in inclytam Germaniam, & illi proximas Provincias percurrentes conatus paterna meditatione conſiderantes, non poſſumus calamitoſum ſtatum Catholicorum illarum partium non miſereri, & ne catholici ipſi in majores incidant ærumnas, non pertimeſcere.

Cauſæ hujus Conſtit.

§.1. Quare nos officii noſtri partes eſſe duximus, chariſſimo in Chriſto filio noſtro Ferdinando Romanorum Regi in Imperatorem electo, quacumque opportuna ratione poſſumus opem ferre, & communem Catholicæ Eccleſiæ cauſam adjuvare. Hinc eſt, quod poſt elargitos noviſſimè ex ipſius Eccleſiæ ritu ejuſdem Eccleſiæ theſauros, quia Cameræ noſtræ Apoſtolicæ valde debilitatæ vires ad ea comparanda præſidia, quæ præſentes neceſſitates poſtulant, nequaquam ſufficiunt, cogimur exemplo Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum ad aliarum Eccleſiarum peculium, Chriſtique Domini patrimonium, cujus cauſa nunc agitur, Nos convertere, ſperantes in Domino, non iniquum quemquam urgentium harum neceſſitatum æſtimatorem, in tam ſanctum, pium, ac neceſſarium uſum pro chriſtiana pietate libenter contributurum.

Exceptis paucis omnes ad ſolutionem obligat.

§.2. Habita igitur ſuper his omnibus cum Venerabilibus fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus deliberatione matura, de eorum conſilio, & aſſenſu indicimus, & imponimus ſex integras Decimas omnium, & quorumcumque fructuum, reddituum, proventuum, jurium, obventionum, diſtributionum quotidianarum, & emolumentorum ordinariorum, & extraordinariorum omnium, & quarumcumque Eccleſiarum Patriarchalium, Metropolitanarum, Cathedralium, Collegiatarum, & Parochialium, necnon Monaſteriorum, & Conventuum, ac etiam Menſarum Patriarchalium, Archiepiſcopalium, Epiſcopalium, Abbatialium, Capitularium, & Conventualium, Prioratuum quoque, Præpoſiturarum, Præceptoriarum, Canonicatuum, & Præbendarum, Dignitatum, Perſonatuum, Adminiſtrationum, & Officiorum, cæterorumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum cum cura, & ſine cura ſecularium, ac Sancti Benedicti, Sancti Auguſtini, Cluniacenſium, Ciſtercienſium, Præmoſtratenſium, S. Baſilii, Sylveſtrinorum, & qui proprietates, redditusque certos ex privilegio, vel aliàs poſſident, Mendicantium, ac quorumcumque aliorum Ordinum utriuſque ſexus, necnon Congregationum regularium, & inſuper Hoſpitalium, etiam pauperum hoſpitalitatem non exercentium, ſeu bona, & redditus ultra infirmorum neceſſitates, & alia pro quibus inſtituta ſunt pia officia, exercentium, & poſſidentium, necnon B. Mariæ Theutonicorum, S. Lazari de Alto paſſu, Templi Dominici, & aliarum Militiarum in Italia univerſa conſiſtentium, ſecundum verum annuum valorem fructuum, redditunm, & proventuum, & aliorum prædictorum, ut aliter cum Sede, & Camera Apoſtolica fuerit concordatum (Hoſpitalis S. Joannis Jeroſolymitani Militia, quæ pro ſui tutela contra Turcas, & alios infideles aliquis indiget continuo auxiliis, necnon duodecim illis Congregationibus, quæ cum Camera Apoſtolica tempore fel. rec. Pii Papæ V. Prædeceſſoris noſtri de ſubſidio ordinario concordarunt, & S. R. E. Cardinalibus ob aſſiduos, magnoſque labores, quos ipſi Eccleſiæ univerſali impendunt, & graviſſima, quæ tuendæ dignitatis cauſa ſuſtinent, onera, dumtaxat exceptis) ac etiam indicimus, & imponimus ſex ſimiles decimas omnium, & quarumcumque penſionum annuarum ſuper fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, emolumentis, & diſtributionibus ſupradictis in favorem quorumcumque (non tamen Cardinalium, & duodecim Congregationum hujuſmodi) aſſignatarum, & aſſignandarum percipiendas, exigendas, & levandas ab omnibus, & quibuſcumque Epiſcopis, Archiepiſcopis, & Primatibus, Patriarchis, & aliis Eccleſiarum Prælatis, ac cæteris cujuſcumque dignitatis, gradus, ſtatus, & conditionis officia prædicta, quocumque jure, & titulo obtinentibus, & obtenturis, necnon Œconomis, & Adminiſtratoribus perpetuis, & temporalibus, uſufructuariis, ac fructus, penſiones, res, & alia hujuſmodi jura ex quacumque cauſa ſibi apoſtolica auctoritate in toto, vel in parte reſervata habentibus, & habituris, ſecularibus, & regularibus Ordinum, Congregationum, Militiarum, & Hoſpitalium (non tamen S. Joannis) prædictorum, necnon ab ipſis Eccleſiis, Cappellanis, Conventibus, Ordinibus, Congregationibus, Collegiis, Hoſpitalibus, Militiis, Menſis, Maſſis, & locis quocumque privilegio, & exemptione reali, perſonali, & mixta, antiqua, & immemorabili, pacifica, & continua ſuffultis, quos omnes ad hoc obligatos, pro una intra proximum diem feſtum Sancti Michaelis Archangeli proximi menſis Septembris, & pro alia intra eumdem feſtum anni proximè futuri, & pro tertia partibus æqualibus intra illum ipſum diem feſtum conſequentis protinus anni Cameræ prædictæ, & illius Depoſitario Generali ad id conſtituendo, omnino volumus perſolviſſe.

Depoſitarii officium.

§.3. Ejuſdem verò Depoſitarii munus erit ſedulo curare, ut quicquid pecuniarum ex Decimis colligitur, id diligenter, ac fideliter aſſervetur, de mandato noſtro ſpeciali in prædictos uſus dumtaxat, nec aliàs erogandum.

Pœnas contra non integre ſolventes imponit.

§.4. Quicomque vero Decimas hujuſmodi nullo modo, vel non integre ſcienter, aut non ſecundum verum annuum valorem fructuum, redditunm, proventuum, jurium, obventionum, diſtributionum, & emolumentorum, vel concordiam cum Sede, & Camera prædictis, ut præfertur, ineundam, ſive terminis conſtituendis non

exhibue-

exhibuerint, ſeu in illorom exhibitione maliiiam commiſerint, vel fraudem, Eccleſiarum Antiſtites ſuſpendimus a Divinis, Capitula vero, Conventus, Collegia quacumq. eccleſiaſtico interdicto ſopponimus, ac ſingulares perſonas Antiſtite inferiores excommunicationis ſententia innodamus. Cæterum ad prædictas Decimas conſequendas præcipimus etiam omnibus Cooductoribua, Cenſuariis, & locatoribus proprietatum, fructuum, rerum, & jurium prædictorum, etiam hujuſmodi penſionibus oneratorum, ut utraſque Decimas nomine Dominorum, ac Penſionariorum ad computom ſuæ quiſque locationis, omnibus verò poſſeſſoribus, oſufructuariis, & aliis Penſiones ſolvere debentibus, ut ipſi etiam Decimas penſionum bujuſmodi nomine Penſionariorum Cameræ, & Depoſitiario prædictis integrè perſolvant.

Solvere jubet juxta valorem, vel concordata.

§.5. Decernentes, Decimas fructuom, reddituum, proventuum, & aliorum jurium prædictorum ſecuodum verum valorem annuum, vel ſaltem juata taaam, de qoa cum dilectis filiis noſtris Hippolyto Sancti Angeli in foru piſcium Diacono Cardinali Sanctæ Rumanæ Eccleſiæ Camerario, ac noſtro, & Cameræ prædictæ Theſaurario Generali, quibus etiam Eccleſiarum, Monaſteriorum, Beneficiorum, & aliorum prædictorum fructos hactenus non taxatos taxandi, & taaam in libris Cameræ Apoſtolicæ deſcribendam deſcribi faciendi, necnon taxas antiquas, qoas opus fuerit, juata verum fructuum valorem angeodi, liceotiam, facultatem, & poteſtatem, & auctoritatem plenariè concedimus, & impertimor, ut præfertur, concordaverint, alias verò penſionum Decimas ad rationem decem pro centenario præſtari debere, & ſecundum ea prædictos omnes inſolidum cogendos eſſe, ipſarumqoe Decimarum Procuratores a quibus libuerit integre eaigendi optionem, facultatemque habere, neque ullas immuuitates, & eaemptiones etiam ex caoſa reſignationis, ceſſionis juris, concordiæ, conventionis, aut quacomque alia gravi, & ooerufa occaſione quocumque modo conceſſas, & interim concedendas, integram ſolutionem hujuſmodi minoere, vel impedire, neqoe poſſeſſores, uſufructuarios, aut alios penſiones hujuſmodi ſolvere debentes, etiamſi ipſi juri, & actioni petendæ, vel detrahendæ, vel retinendæ portionis, & ratæ partis penſionarios contingentis Jurejurando renunciaverint, atque ex forma dictæ Cameræ ampliſſima caverint modo aliquo obligari, neque ad id pro dicto tempore conſtringi poſſe.

Quietantiæ fidem faciunt

§.6. Omnes verò couſeſſiones, & quietantias receptionis Decimarum à Procuratoribus, & Miniſtris Cameræ prædictæ, tam Conductoribus, Cenſuariis, & Locatoribus nomine ſuorum principalium, quam etiam ipſis, necnon poſſeſſoribus, uſufructuariis, & aliis penſiones ſolvere debentibos nomine penſionariurum faciendas perinde valere, atque in judicio, & extra illud ubique locorum fidem habere, ac ſi ipſimet principalibus, & peuſionariis præſentibus, & ſolventibus ſactæ, eahibitæ fuiſſent. Cooductores aotem, qui pretium locationis dominis legitimè anticipaverint, locationem ſuam hujuſmodi, quam ad hoc prorogamus, uſque ad integram ſatisfactionem, ut prius etiam advenieote ſucceſſore continuare debere. Sicque per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales etiam de Latere Legatos, & Nuncios, ſublata eia, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane ſi quid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel igooranter contigerit attentari.

Collectorem facit, & dat ei privilegia.

§.7. Ut aotem omnia prædicta ſicut cauſa urgens poſtulat, diligenter, & fideliter exequutioni demandentor, prædictum Hippolytum Cardioalem Camerarium, cujus integritas, atque experientia jam pridem Nobis perſpecta eſt, generalem omnium Decimarum prædictarum Collectorem in univerſa Italia cum omnibus, & quibuſcumque privilegiis, Juriſdictionibus, ac iuribus, quæ omnes alii antehac hujuſmodi Collectores haboerunt, auctoritate prædicta tenore præſentium conſtituimus, & deputamus, eique plenam, liberam, & abſolutam poteſtatem, & facultatem, & auctoritatem tribuimus omnes ipſas Decimas Cameræ prædictæ nomine ubique procurandi, prædictos omoes, tam conjunctim, quam diviſim ad illarum integram ſolutionem, ut prædictum eſt, faciendam, etiam per Edictum locis publicis affigendum monendi, & requirendi, non parentes, fraudantes, & cæteros cootumaces in cenſuras, & pœnas incidiſſe, ſervata forma Concilii Tridentini, declarandi, proprietates, res, fructus, & alia bona ipſorum etiam manu regia apprehendendi, & uſque ad condignam ſatisfactionem retineudi.

Contrafacientibus pœnas ponit.

§.8. Contradictores, & perturbatores, moleſtatores, & rebelles quoſcumque, eiſque auailium, conſilium, vel favorem publice, vel occultè qoovis quæſito colore præſtantes, cujuſcomque dignitatis, gradus, & ordinis fuerint, prædictis, & aliis cenſuris, & pœnis eccleſiaſticis, necnon pecuniariis, cæteriſque juris, & facti remediis compellendi, illaſque etiam iteratis vicibus aggravandi, dignitatibus, beneficiis, & officiis omnibus privandi, & amovendi, & ad futura inhabiles faciendi, interdictum eccleſiaſticum apponendi, auxiliumque brachii ſecularis, quandocumque opus fuerit, invocandi: ad ſanitatem vero reverſos, qui debite ſatisfecerint, ab omnibus cenſuris, & pœnis ſupradictis in forma Eccleſiæ conſueta abſolvendi, ſuper irregularitate forſan incurſa diſpenſandi, & ad priſtioum ſtatum omnino reſtituendi.

Aliæ facultates generalis collect.

§.9. Præterea Collectores, & Subcollectores fide, & facultatibos idoneos in omnibus Civitatibus, Terris, & Provinciis Italiæ

Digitized by Google

liæ prædictæ quotquot viderit expedire, cum ſimili, vel limitata, non tamen abſolvendi poteſtate, conſtituendi, eumque, vel eos arbitrio ſuo revocandi, negligentes, & moroſos removendi, ac alium, ſeu alios ſubrogandi, quotieſcumque ei videbitur in delinquentes, & ſuſpectos per ſe, vel alium, ſeu alios, etiam ſimpliciter, & de plano, ac ſine ſtrepitu, & figura Judicii inquirendi, & meritis pœnis puniendi, modos, & formas in prædictis ſervandos præſcribendi, dubia quæcumque in præmiſſis forte oritura declarandi, ac prorſus omnia, & quæcumque circa ea neceſſaria, & opportuna faciendi, ſtatuendi, & exequendi, etiamſi talia forent, quæ mandatum exigerent magis ſpeciale, quam præſentibus eſt expreſſum.

Contrariorũ derogatio.

§.10. Non obſtantibus piæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII. etiam Prædeceſſoris noſtri de una, & in Concilio Generali edita de duabus dictis, ac aliis Apoſtulicis Conſtitutionibus, necnon Eccleſiarum, Monaſteriorum, Ordinum, Congregationum, Hoſpitalium, Militiarum, & locorum prædictorum juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, ſtabilimentis, uſibus, & naturis: quodque Prælatis, & perſonis prædictis, eorumque Eccleſiis, & locis, vel quibuſvis aliis communiter, aut diviſim à prædicta ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per Literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi, necnon perſonis, earumque nominibus, & cognominibus, Eccleſiis, Monaſteriis, Ordinibus, & locis hujuſmodi mentionem. Et quibuslibet aliis privilegiis, exemptionibus, immunitatibus in genere, & in ſpecie quomodocumque conceſſis, confirmatis, & innovatis, etiam ſolutionem Decimarum aliter, quam ſecundum antiquam taxam, & niſi in univerſali Decimarum per Orbem impoſitione fieri prohibentibus, necnon promiſſionibus, denominationibus, obligationibus, juramentis, & renunciationibus, vinculis, & cautelis in aſſignatione prædictarum penſionum factis, quibus per impoſitionem Decimarum hujuſmodi neminem teneri, neque eas quoad præmiſſa contra quemcumque locum habere ſimiliter declaramus; aliiſque Indultis, & Literis Apoſtolicis generalibus, & ſpecialibus, cujuſcumque tenoris exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, aut omnino non inſerta effectus earum impediri valeant quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris Literis mentio ſpecialis, quæ omnia contra præmiſſa nolumus cuiquam in alio ſuffragari, necnon aliis hujuſmodi impoſitionibus, & conceſſionibus ad tempus nondum elapſum, ſi quæ ſint, factis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Res ſacras pro ſolutione accipere prohibet.

§.11. Cæterum in percipiendis Decimis prædictis Conſtitutionem recolendæ memoriæ Clementis Papæ V. ſimiliter Prædeceſſoris noſtri in Concilio Viennenſi editam, quod Decimæ ad monetam currentem communiter levari, nec calices, libri, cæteraque Eccleſiarum ornamenta divino cultui dicata ex cauſa pignoris capi, percipi, vel diſtrahi, aut alias quomodolibet occupari debeant, ubique volumus obſervari; quin etiam præcipimus, ne quiſquam etiam plura quanticumque valoris beneficia Eccleſiaſtica, ſeu plures penſiones, aut fructus, ſen talia mixtim obtinens pro Litera, & ſigillo quietantiæ univerſalis, ſi illam habere voluerit, ultra unum carolenum conficientem quatrenos triginta ſeptem monetæ Romanæ ſolvere teneatur, nec ad aliud onus etiam prætextu cambii uſpiam compellatur.

Exemplis ſtare jubet.

§.12. Quia vero difficile nimis eſſet præſentes literas quocumque illis opus erit, perferre, volumus quoque ut illarum exemplis etiam impreſſis, & Notarii publici manu, ac Hippolyti Cardinalis, & Camerarii prædicti, aut alterius Collectoris, ſeu Prælati Eccleſiaſtici, ejuſve Curiæ ſigillo obſignatis eadem prorſus fides in judicio, & extra illud ubique locorum adhibeatur, quæ illis ipſis adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Pœna ſecontantium.

§.13. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam indictionum, impoſitionum, ſuſpenſionis, ſuppoſitionis, innodationis, decreti, conceſſionis, impartitionis, prorogationis, conſtitutionis, deputationis, tributionis, declarationis, præcepti, & voluntatum noſtrorum infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Dat. die 14. Febr. 1631. An. VIII.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1631. 14. Kalen. Februarii, Pontificatus Noſtri Anno Octavo.

Papæ ſubſcriptio.

✠ Ego Urbanus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

Card. ſubſcriptiones.

✠ *Ego Dominicus Epiſcopus Oſtienſis, & Vellitrenſis Card. Gymnaſius.*

✠ *Ego C. Epiſcopus Portuenſis, Cardinalis Pius.*

✠ *Ego Scipio Epiſcopus Sabinenſis Cardinalis Burgheſius Major Pœnitentiarius.*

✠ *Ego M. Epiſcopus Tuſculanus, Cardinalis Lantes.*

✠ *Ego P. Paulus Epiſcopus Præneſtinus Card. Creſcentius.*

✠ *Ego G. Epiſcopus Albanenſis, Cardinalis Borgia.*

✠

✠

✠

✠

✠

✠

✠

✠ *Ego R. tituli Sanctæ Praxedis Presbyter Card. Ubaldinus.*

Ego

Digitized by Google

✠
✠
✠ *Ego B. tit. Sanctæ Crucis in Hieruſalem, Presbyter Card. Sandoval.*

✠
✠
✠ *Ego Guido tit. S. Mariæ de Populo Card. Bentivolus.*

✠
✠
✠ *Ego Fr. Deſiderius tit. S. Caroli Presbyter Card. de Cremona.*
✠ *Ego Auguſtinus tit. S. Bartholomæi in Inſula Presb. Card. Spinola.*

✠
✠
✠
✠
✠
✠ *Ego Fr. Antonius tit. Sancti Honuphrii Presb. Card. S. Honuphrii.*

✠
✠ *Ego Aloyſius tit. S. Pudentianæ Presbyter Card. Cajetanus.*
✠ *Ego Bernardinus tit. S. Stephani in Monte Pincio Presb. Card. Spada.*
✠ *Ego Laudivius tit. S. Petri ad Vincula Presb. Card. S. Sixti nuncupat.*
✠ *Ego Berlingerius tit. S. Auguſtini Presb. Card. Gypſius.*

✠
✠
✠ *Ego Julius tit. S. Suſannæ Presbyter Card. Sacchetus.*
✠ *Ego Jo: Baptiſta tit. S. Euſebii Presbyter Card. Pamphilius.*
✠ *Ego Jo: Fr. tit. S. Alexii Presb. Card. a Balneo.*
✠ *Ego F. tit. S. Laurentii in Pane, & Perna Presb. Card. Veroſpius.*
✠ *Ego Ægidius tit. S. Mariæ in Via Presb. Card. Albornotius.*

✠
✠
✠
✠
✠
✠
✠
✠
✠
✠ *Ego Gregorius tit. SS. Quirici, & Julittæ Presb. Card. Narus.*

✠
✠ *Ego Lucas Antonius tit. S. Salvatoris in Lauro Presb. Card. Virilis.*

✠
✠
✠
✠
✠
✠
✠
✠
✠ *Ego Hippolytus S. Angeli in foro Piſcium Diaconus Card. Aldobrandinus, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerarius.*
✠ *Ego Franciſcus S. Agathæ Diaconus Cardinalis Barberinus.*
✠ *Ego P. Maria Burgheſius Diaconus Card. S. Georgii.*

✠
✠ *Ego Hieronymus SS. Quatuor Coronatorum Diaconus Card. Vidonus.*
✠ *Ego L. SS. Viti, & Modeſti Diaconus Cardinalis Biſcia.*
✠ *Ego Martius S. Mariæ Novæ Diaconus Cardinalis Ginettus, Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ Vicarius.*
✠ *Ego Alexander S. Mariæ in Domnica Diaconus Card. Cæſarinus.*
✠ *Ego Card. Antonius Barberinus Signaturæ Juſtitiæ Præfectus.*
✠ *Ego Hieronymus S. Agnetis in Agone Diaconus Card. Columna.*

CCCLV.

Eccleſiaſticis Sardiniæ permittitur, nonnihil Regi perſolvere in futuro Parlamento. *Ex Regeſt. in Secret. Brev.*

Dilectis filiis univerſo Clero Inſulæ Sardiniæ.

URBANUS PAPA VIII.

Dilecte fili noſter ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

§. 1. Cum, ſicut Nobis nuper exponi feciſtis, Parlamentum Generale, cujus celebrationi nonnulli nomine ſtatus Eccleſiaſtici iſtius Inſulæ intervenire ſolent, in eadem Inſula de mandato chariſſimi in Chriſto filii noſtri Philippi Hiſpaniarum Regis Catholici propediem conveniendum ſit, & in eodem Parlamento neceſſariæ quædam expenſæ ſuſtineri, & ſubſidia ordinaria eidem Regi præſtari conſueverint, in quibus ſupportandis, eccleſiaſticæ quoque perſonæ ab immemorabili tempore citra de hujus Sanctæ Sedis licentia contribuere ſolitæ fuerint, & in Parlamento convocando hujuſmodi ſimiliter in expenſis, & oneribus ſuſtinendis, & ſupportandis prædictis contribuere poſſe deſideretis, ſi noſtra, & ejuſdem Sanctæ Sedis licentia vobis ſuffragetur, & facultas. Nobis propterea dictus Philippus Rex humiliter ſupplicari fecit, ut ſuper præmiſſis opportune providere de benignitate apoſtolica dignaremur. *Epiſcopi Regni Sardiniæ permitti ſibi petunt, nonnihil de more Regi ſolvere in futuro Parlamento.*

§. 2. Nos igitur tam ejuſdem Philippi Regis, quam veſtrarum conſcientiarum ſecuritati quantum cum Domino poſſumus conſulere, dictumque Philippum Regem, & vos ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & veſtrum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, tam Philippo Regi præ- *Permittit Urbanus.*

prædicto, ut ratam contributionis ſubſidiorum ordinariorum prædictorum in Parlamento convocando hujuſmodi præſtandorum vos tangentem a vobis exigere, ſeu exigi facere, quam vobis, ut eamdem ratam, juxta ſolitum, & conſuetum ſolvere liberè, & licitè valeatis, apoſtolica auctoritate tenore præſentium pro eodem Parlamento convocando dumtaxat concedimus, & indulgemus.

Derogat obſtantibus. §.3. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 29. Januar. 1631. An. VIII. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 29. Januarii 1631. Pontificatus Noſtri Anno Octavo.

CCCLVI.

Ex regeſt. in Secret. Brev.

Decretum, ut quotannis ſolvantur Fabricæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe decem mille ducati de Camera ex Cruciata Portugalliæ.

Chariſſimo in Chriſto filio noſtro Philippo Portugalliæ, & Algarbiorum Regi Catholico.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Chariſſime in Chriſto fili noſter, ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Refert prorogata a ſe nuper Cruciatæ privilegia pro Regnis Portugalliæ, & Algarbiorum. §.1. Hodie per alias noſtras in ſimili forma Brevis expeditas literas indulgentias, & gratias illas ſpirituales, & temporales ad certum tempus publicandas, & duraturas cla. me. Philippo II., & Philippo III. Portugalliæ, & Algarbiorum Regibus Catholicis Avo, & Genitori tuis reſpective, ac omnibus, & ſingulis Chriſtifidelibus in Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis, ac eorumdem Regnorum Inſulis in Indiis Orientalibus, & Ultramarinis conqueſtis Terris, & Locis ejuſdem Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis, dominio temporali ſubjectis, commorantibus, & ad illa declinantibus, necnon Regnorum prædictorum ſubditis in alieno dominio in dictis Indiis mercimonii cauſa, non tamen animo in alieno dominio hujuſmodi permanendi degentibus, qui certa munera adimpleviſſent à fel. rec. Gregorio XIV. die 6. Aprilis Pontificatus ſui Anno primo, & deinde a Clemente VIII. die 9. Februarii 1592., & 19. Januarii 1598., & die 30. Octobris 1603., necnon die 23. Aprilis 1604., & poſtea a Paulo V. die 22. Junii 1605. ad triennium, & die 16. Decembris 1609. ad ſeſennium, & die 23. Decembris 1615. ad aliud ſeſennium, & poſtmodum a Gregor. XV. Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris die 16. Septembris 1621., & noviſſime a Nobis die 10. Junii 1625. ſeu aliis verioribus temporibus per ſuas, & noſtras reſpective in eadem forma Brevis expeditas Literas ſimiliter ad ſexennium a d. die 10. Junii 1625. inchoandum reſpective ſimiliter publicandas, & duraturas conceſſas, & ſeu, ut præfertur, extenſas, & prorogatas, quarum omnium tenores præſentibus pro expreſſis haberi voluimus, juſtis, & gravibus cauſis adducti ad aliud ſexennium a data primodictarum noſtrarum Literarum inchoandam extendimus, & prorogavimus, necnon eidem Majeſtati Tuæ, ac omnibus Chriſtifidelibus prædictis Indulgentias, & gratias ſpirituales, & temporales prædictas cum omnibus, & quibuſcumque indultis, facultatibus, conceſſionibus, declarationibus, extenſionibus, conditionibus, clauſulis, & decretis, in Gregorii XIV. ac Clementis, & Pauli, necnon Gregorii XV. Prædeceſſorum prædictorum, quæ ultimo dictis Pauli Prædeceſſoris prædicti Literis non adverſantur, & iiſdem ultimodictis Pauli Prædeceſſoris prædicti, ac noſtris Literis contentis ad ſexennium ſimiliter conceſſimus, & indulſimus, prout in primo dictis noſtris Literis hujuſmodi plenius continetur.

Decem mille Ducat. Fabricæ S. Petri perſolvi jubet. §.2. Ut autem fabrica Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, quæ in ejuſdem Apoſtolorum Principis honorem jam multis Annis ingentibus ſumptibus extruitur, parte alia eorumdem fidelium eleemoſynarum adjuvetur. Volumus, & dicta auctoritate, tenore præſentium decernimus, ut ex eleemoſynis, quæ cauſa, & occaſione dictarum Indulgentiarum, & gratiarum erogabuntur, decem millia ducata auri de Camera quotannis a dat. præſentium incipien., eidem fabricæ impartiri, ac pro ea Venerabili fratri Laurentio Epiſcopo Hieracen., ſpoliorum, & jurium Cameræ Apoſtolicæ in dictis Regnis moderno, & pro tempore exiſten., Collectori ſolvi omnino debeant.

Mandatum hac de re Collectori ſpoliorum. §.3. Mandantes propterea dilecto filio Antonio Maſcarenhas prædictarum gratiarum exequutori, & Commiſſario a Nobis deputato, & pro tempore exequutori, & Commiſſario deputando, omnibuſque, ad quos ſpectat, & ſpectabit, ut prædictam pecuniarum ſummam Collectori prædicto integrè ſolvi faciant.

Contrariorũ derogatio. §.4. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 11. Februar. 1631. An. VIII. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 11. Febr. 1631. Pontificatus Noſtri Anno Octavo.

CCCLVII.

Erectio unius Congregationis Fratrum Diſcalceatorum Reformatorum Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum in Regno Franciæ.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

Proœmium. Aliàs a Nobis emanarunt Literæ tenoris ſubſequentis, videlicet: Urbanus Papa Octavus. Ad perpetuam rei memoriam.

Ad militantis Eccleſiæ regimen divina diſpoſitione, meritis licet imparibus evecti, illud Nobis præ cæteris curandum propoſuimus, ut Eccleſiaſticorum, & Religioſorum Ordines quoſcumque ad priſtini regularis cujuſcumque eorum inſtituti normam, a qua non parum deflexerunt, quantum in Domino poſſumus, reduceremus. Ac propterea, qui ſua ſponte religionis, ac arctioris vitæ zelo ducti priſtinæ Regulæ, quam ſuæ Religionis auctores inſtituerunt, obſervantiam cum antiquo illo rigore amplecti, ac de cætero ſectari conſueverunt, eoſdem non ſolum in eorum propoſito confovere, ſed etiam opportunis gratiis, & favoribus libenter proſequi ſolemus.

Cauſa hujus Conſtitutionis

§.1. Cum itaque, ſicut accepimus, nonnulli pii, & religioſi Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum profeſſores Regni Franciæ pie conſiderantes prædictum Ordinem, qui a fel. rec. Innocentio Tertio Prædeceſſore noſtro inſtitutus, & confirmatus fuit, prout in ejus Literis ſub datum in Laterano, quinto Idus Februarii, Pontificatus ſui anno primo, expeditis continetur, temporum injuria, & hominum tepiditate a primi ejus inſtituti regularis obſervantia deflexiſſe, & laxiorem vivendi modum ſuſcepiſſe, & adhuc retinere, ac propterea divina inſpirante gratia arctioris vitæ zelo ducti primum dicti Ordinis regulare inſtitutum imitari cupientes, poſtpoſitis quibuſcumque corporis commoditatibus, dummodo Chriſtum lucrifacerent, priſtinam ipſius Ordinis Regulam a prædicto Innocentio Prædeceſſore inſtitutam, cum priſtino illo rigore obſervare cœperint, & nonnullas ejuſdem Ordinis domos ad hujuſmodi primitivam Regulam reduxerint, videlicet: S. Dionyſii de Urbe, S. Laurentii Aquenſis, & SSmæ Trinitatis Nannetenſis, & ſeu de novo inſtituere ſperent, ac alii quamplures eorum veſtigia ſectantes ſub eadem primitivæ Regulæ obſervantia Altiſſimo famulari deſiderent.

§.2. Nos, qui pro noſtri Paſtoralis officii debito Religioſorum quorumcumque ſtatui proſpere dirigendo libenter intendimus, pium dictorum Religioſorum propoſitum ſummopere in Domino commendantes, ac eorum laudabilia principia, felicioribus progreſſibus, quantum cum Domino poterimus, augere cupientes, & eorum quemlibet a quibuſlibet excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, ex Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium ſuper Epiſcoporum, & Regularium negotiis, & conſultationibus deputatorum, quibus hoc negotium examinandum, & Nobis referendum commiſimus, ſententia.

Concedit prout in Rubr.

§.3. Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, unam Provinciam, ſeu Congregationem Fratrum Reformatorum, & Diſcalceatorum Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum nuncupandam, qui primitivam Regulam Ordinis prædicti, perpetuo obſervent, habitu, quem modo geſtant, utentes, in Regno Franciæ, per unum Priorem Provincialem in Capitulo dictæ Provinciæ, ſeu Congregationis, poſtquam, ut in Domino ſperamus, eorumdem Religioſorum Reformatorum numerus auctus fuerit, canonice pro tempore celebrando, ex eiſdem Reformatis, & Diſcalceatis eligendum, regendam, & gubernandam in perpetuum, auctoritate apoſtolica, tenore præſentium erigimus, & inſtituimus, eamque ſic erectam, & inſtitutam ab aliis Provinciis, & Congregationibus dicti Ordinis perpetuo ſejungimus, ſeparamus, & diſmembramus, ipſoſque Fratres Reformatos, & eorum Domos, & Monaſteria, tam hactenus erecta, quam in poſterum erigenda, ab omni, & quacumque juriſdictione, viſitatione, & ſuperioritate, tam Commiſſarii Generalis, quam aliorum Miniſtrorum Provincialium, aut localium, & aliorum quorumcumque Superiorum ejuſdem Ordinis, ſuper dictis Reformatis, & eorum Domibus eis competente, excepto Miniſtro Generali, ut infra dicitur, perpetuo eximimus, & liberamus.

Subjicit Provin. Min. Generali.

§.4. Ipſamque, tam Provinciam, ſeu Congregationem Fratrum Reformatorum Diſcalceatorum, ejuſque Domos, & Monaſteria præſentia, & futura, ſub obedientia, & ſuperioritate Miniſtri Generalis totius Ordinis prædicti, ſicut aliæ Provinciæ ejuſdem Ordinis ei ſubſunt, & ſubjacent, perpetuo ſubeſſe, atque ſubjectam remanere, & ſubjacere volumus, qui per ſeipſum tantum, vel alium idoneum, ex ipſis tamen Fratribus Reformatis ab eo eligendum, eos, juxta eorum primitivam regulam, & inſtituta regularia, viſitare, reformare, corrigere, & punire poſſit, in Monaſteriis tamen, domibus, & locis eorumdem Fratrum Reformatorum, extra quæ nullatenus dicti Fratres Reformati, vel aliqui eorum ab eodem Miniſtro Generali quovis prætextu, vel occaſione amoveri, aſſignari, mutari, extrahi, aut transferri, vel ad alias Provincias mitti, aut in eis retineri poſſint, nec ipſe Miniſter Generalis aliqua ejuſdem Ordinis Fratrum Reformatorum ſtatuta auctoritate Sedis Apoſt. confirmata, ſeu confirmanda, vel quæ ipſe Nuncius nunc fecerit, vel quæ poſtea a quocumq. Capitulo Provinciali dictorum Fratrum Reformatorum facta fuerint, ſi auctoritate noſtra, ut dictum eſt, fuerint confirmata, mutare, nec aliquas gratias, exemptiones, aut privilegia alicui, vel aliquibus adverſus ipſa ſtatuta concedere valeat.

Datur annus probationis ad deliberandũ.

§.5. Quia verò nonnulli prædicti Fratres Reformati ex prædicto Ordine Regulæ modificatæ, quam profeſſi olim fuerint ſunt aſſumpti, volumus, & mandamus, ut his,

iis, & aliis; qui dictum eſt, ex Conventibus dictam primitivam regulam non profitentibus ad hos Reformatos in poſterum recipientur, anni ſpatium concedatur loco probationis, intra quem, ſi qui prædicti inſtituti, vitæque auſteritatem tolerare non poſſint, ad Priores Conventus reverti liceat, & ſi Reformati ſibi minus expedire eorum ſocietatem exiſtimaverint, miſſus facere valeant; poſt annum vero elapſum, quod ad experimentum, periclitationemque conceditur, ſine nova profeſſione nulli Fratrum Reformatorum hujuſmodi liceat ad aliam religionem, neque etiam ad ullam aliam ejuſdem Ordinis Provinciam, aut Congregationem, dictam primitivam Regulam non profitentem, abſque apoſtaſiæ nota tranſire.

Examinandi ſunt.

§.6. Ut autem in hujuſmodi Monaſteriis ii tantummodo admittantur, qui ad onera ſupradictæ primitivæ Regulæ ſupportanda habiles, & idonei futuri ſint, dilecto filio noſtro, & Apoſtolicæ Sedis in eodem Regno Franciæ Nuncio nunc, & pro tempore exiſtenti per præſentes committimus, & mandamus, quatenus aliquem Religioſorum ex Fratribus Ordinis Diſcalceatorum B. Mariæ de Monte Carmelo, aut alicujus alterius Ordinis Mendicantium Reformati, pietate, prudentia, doctrina, & experientia, ac in primis religionis zelo præſtantem, quem ad hoc munus magis aptum, & idoneum judicaverit, in Viſitatorem prædictorum Fratrum Reformatorum Diſcalceatorum Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis eligat, qui Monaſteria prædictorum Fratrum Reformatorum perſonaliter viſitare, & ſingulorum Fratrum prædictorum, qui hujuſmodi primitivæ Regulæ obſervantiam amplexi ſunt, vitam, mores, & qualitates diligenter inquirat, ac eorum, quos vere arctioris vitæ zelo ductos ad hanc primitivæ Regulæ normam tranſire judicaverit, profeſſionem per eos, ut ſupra dictum eſt, emittendam recipere curet: cæteros verò, quos minus idoneos, & aptos eſſe compererit, ut habitum Fratrum Reformatorum dimittant, & ex eorum Domibus exeant, & ad modificatæ regulæ prædictæ Domos revertantur, auctoritate noſtra, etiam ſub excommunicationis, aliiſque cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis cogat, & compellat.

Edantur ſtatuta.

§.7. Præterea idem Nuncius cum conſilio prædicti Viſitatoris, ac aliorum piorum, & eruditorum virorum dictorum Ordinum Diſcalceatorum Carmelitarum, aut alicujus alterius Ordinis Mendicantium Reformati, & etiam ex ipſiſmet Reformatis SS. Trinitatis Statuta, & Conſtitutiones pro felici dictæ Provinciæ Reformatorum, ejuſque Domorum, & Monaſteriorum gubernio, primitivæ Regulæ prædictæ, ac Sacris Canonibus, & Concilii Tridentini decretis non adverſantes, auctoritate noſtra faciat, & obſervari mandet.

Inſtituantur Magiſt. Novitiorum.

§.8. Miniſtros inſuper, Domorum Vicarios, & Magiſtros Novitiorum, tam ex prædictis Reformatis, ſi alioquin idonei fuerint, quam etiam in ſupplementum ex dictis Carmelitis, aut alicujus alterius Ordinis Mendicantium Reformati, prout felici hujus novæ Provinciæ progreſſui in Domino magis expedire judicaverit, eadem auctoritate noſtra eligat. Dantes, & concedentes eidem Nuncio, & ab eo deputando Viſitatori prædicto, aut alii, vel aliis, quos idem Nuncius ad hoc ſemel, aut iterum, ut præmittitur, duxerit deputandos reſpective, tam præmiſſa faciendi, quam etiam Domos, ſeu Monaſteria ejuſdem primitivæ regulæ viſitandi, ac Miniſtris, ſeu aliis eorum Superioribus, ut eos, qui relicto ſæculo ad prædictam Religionem confugere, divina inſpirante gratia, ſtatuerint, & alios, qui ex prædicto Ordine modificatæ regulæ SS. Trinitatis, aut ex aliis, laxioris tamen regulæ Ordinibus, ad prædictum Reformatorum Ordinem tranſire voluerint, ſervatis ſervandis, admittere poſſint, licentiam concedendi, dummodo quoad eos, qui ex aliis Ordinibus ad hunc tranſitum facere voluerint, major pars vocalium Domus, in qua recipiendi erunt, in illum conſentiat, & Viſitatoris prædicti licentia accedat: & nihilominus integrum Novitiatus annum, prout alii de novo recipiendi, antequam profeſſionem emittant, perficiant.

Ad Capitulum convocentur.

§.9. Poſtquam autem, benedicente Domino, prædictorum Fratrum Reformatorum Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis numerus creverit, ita ut prædictorum externorum Religioſorum auxilio non indiguerint, & octo ſaltem Domos, ſeu Monaſteria habuerint, in quorum ſingulis duodecim ſaltem Fratres Reformati hujuſmodi exiſtant, prædictus Nuncius eos ad Capitulum celebrandum convocari faciat, & in dicto Capitulo ipſe præſideat, & tam Viſitator, quam Miniſtri, & eorum Procuratores, canonice electi, vocem, & locum habeant, ac Miniſtrum Provincialem, cæteroſque Miniſtros Domorum ex eiſdem Fratribus Reformatis, juxta præſentium tenorem, & regularia ejuſdem Ordinis inſtituta eligant: ipſe verò Miniſter Provincialis primo electus auctoritate noſtra prædicta ea vice dumtaxat ab ipſo Nuntio confirmetur, & tam ipſe, quam ejus ſucceſſores eamdem Provinciam Fratrum Reformatorum, ſalva ſemper Miniſtri Generalis, tam in ipſam Provinciam, quam in eumdemmet Miniſtrum Provincialem pro tempore eligendum, ut ſupra dictum eſt, ſuperioritate, ita ut viſitandi, regendi, & gubernandi plenam, & omnimodam habeat poteſtatem.

Provinciales confirmentur a Min. Generali.

§.10. Cæteri autem Miniſtri Provinciales pro tempore in Capitulis Provincialibus, quæ de triennio in triennium, tam pro ſtatutis faciendis, moderandis, aut ex cauſa abrogandis, quam electionibus Superiorum, & aliis ad bonum regimen ejuſdem Provinciæ pertinentibus faciendis, & ordinandis celebrari debeant, eligendi, à Miniſtro Generali confirmationem quamprimum petere, ac obtinere curabunt; ſtatim tamen, ac electi fuerint, prædictam auctori-

ctoritatem habeant, & exercere poſſint.

Habeant Procuratorem Generalem.

§.11. Concedimus quoque eidem Provinciæ, ut cum creſcente numero Domurum, & Fratrum, prout ſupra dictum eſt, Provincialem elegerint, Procuratorem Generalem apud Sedem Apoſtolicam pro ejuſdem Provinciæ negotiis tractandis deputare, & perpetuo retinere valeant.

Gaudeant privilegiis.

§.12. Præterea omnibus, & ſingulis dictæ Provinciæ perſonis nunc, & pro tempore exiſtentibus, quod omnibus, & ſingulis privilegiis, gratiis, & indulgentiis, exemptionibus, & immunitatibus, prærogativis, favoribus, & indultis, tam ſpiritualibus, quam temporalibus, quibus Fratres dicti Ordinis de jure, vel conſuetudine, aut aliàs quomodolibet utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, decretis Sacri Concilii Tridentini, Conſtitutionibus Apoſtolicis, ac primitivæ regulæ, prædictis non contrariis, uti, potiri, & gaudere libere, & licite valeant, indulgemus,

Prohibitio ne moleſtentur.

§.13. Inhibentes Miniſtro Generali Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis, Commiſſario Generali, Miniſtris Provincialibus, & Localibus, & aliis quibuſcumque dicti Ordinis Superioribus, ne per ſe, aut alios prædictos Reformatos ejuſdem Ordinis, aut etiam Viſitatores prædictos, aut ſuper præmiſſis quoquomodo moleſtare, aut inquietare audeant, vel præſumant, etiamſi nondum profeſſionem prædictam Regulæ primitivæ emiſerint: quod ſi ſecus fecerint, eos, & eorum ſingulos excommunicationis ſententia ipſo facto incurrenda innodamus: dicti verò Reformati nullo modo parere, aut deferre teneantur, ſalva tamen in reliquis obedientia dicti Miniſtri Generalis, cui eos perpetuò ſubjectos eſſe, & ſubjacere volumus, ut dictum eſt,

Decretum irritans.

§.14. Decernentes præſentes Literas nullo umquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ defectu, etiam ex eo, quod omnes intereſſe habentes forſan vocati non fuerint, notari, argui, ſeu impugnari, aut ſub quibuſvis revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus, etiam ab eadem Sede emanatis, & in poſterum emanandis comprehendi poſſe, ſed illas ſemper validas, & efficaces exiſtere, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri debere; ſicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari,

Exequutores deputat.

§.15. Quocirca eidem moderno, & pro tempore exiſtenti in dicto Regno Franciæ Nuntio, ac venerabilibus Fratribus modernis Epiſcopis Senonenſi, & Lingonienſi per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes Literas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte Fratrum Reformatorum prædictorum deſuper fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, illiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant eos auctoritate noſtra præmiſſis omnibus, & ſingulis, juxta præſentium continentiam, & tenorem pacifice frui, & gaudere. Non permittentes eos deſuper per Miniſtrum Generalem, aliosque prædictos quomodolibet indebite moleſtari: contradictores quoſlibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, legitimiſque ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis,

Contrariis derogat.

§.16. Non obſtantibus præmiſſis, ac aliis Apoſtolicis, necnon in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus, ac etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis prædictis, vel quibuſvis aliis perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, etiam Motu proprio, & aliàs quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales, idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, eorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque: aut ſi aliquibus communiter, aut diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per Literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem,

Tranſumptis credi jubet.

§.17. Cæterum, quia difficile foret earumdem præſentium literarum notitiam ad quaſcumque perſonas pervenire, & ubique illas præſentare, eadem auctoritate volumus, & decernimus, quatenus tranſumptis earumdem præſentium literarum manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides ubique adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris, die 12. Septembris 1629. Pontificatus noſtri Anno Septimo.

Confirmatio prædictorum.

§.18. Cum autem, ſicut pro parte dictorum

ctorum Fratrum Nobis denuo expoſitum ſuit, præinſertæ Literæ hujuſmodi multis, ac diverſis in locis à ſe invicem diſtantibus exequutioni demandandæ ſint, prædictus verò noſter, & Apoſtolicæ Sedis Nuntius ob continuas, quibus detinetur, occupationes, ad loca hujuſmodi ſe transferre nequeat, esindeque fiat, ut earumdem Literarum exequutio non ſolum retardetur, verum etiam omnino impediatur; Nobis propterea iidem Fratres humiliter ſupplicari fecerunt, ut ſibi deſuper opportune providere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur Literas prædictas debitæ exequutioni, ut par eſt, demandari cupientes, ac Fratres prædictos amplioribus favoribus, & gratiis proſequi volentes, eorumque ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium negotiis Regularium præpoſitorum conſilio, attentis narratis, exequutionem præinſertarum Literarum noſtrarum Nuncio prædicto, ut præfertur, demandatam, dilecto filio noſtro Ludovico Alphonſo Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbytero Cardinali Lugdunenſi nuncupato, Eccleſiæ Lugdunenſis ex conceſſione, & diſpenſatione apoſtolica Præſuli, ejuſque in Archiepiſcopatu prædicto pro tempore ſucceſſoribus, cum facultatibus, & auctoritatibus, ac alias modo, & forma in eiſdem præinſertis Literis contentis, & expreſſis, dicta auctoritate tenore præſentium committimus, & demandamus. Non obſtantibus præmiſſis, ac omnibus illis, quæ in eiſdem Literis voluimus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 28. Februar. 1631. An. VIII. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die 28. Febr. 1631. Pontificatus Noſtri Anno Octavo.

CCCLVIII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev. Commiſſio Nuncio Apoſtolico in Germania nonnullos redditus eccleſiaſticos Palatinatus Fœderi Catbolico aſſignandi.

Dilecto Filio noſtro, & Apoſtolicæ Sedis apud charissimum in Chriſto Filium noſtrum Ferdinandum Roman. Regem in Imperatorem electum Nuncio.

URBANUS PAPA VIII.

Dilecte fili, ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Refert Literas aliàs emanatas. §. 1. Alias a Nobis emanarunt Literæ tenoris ſubſequentis, videlicet, a tergo. Venerabili Fratri Carolo Epiſcopo Averſan. moderno, & pro tempore exiſtenti apud chariſſimum in Chriſto Filium noſtrum Ferdinandum Rom. Regem in Imperatorem electum noſtro, & Sedis Apoſtolicæ Nuncio. Urbanus Papa VIII. Venerabilis Frater, ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Apoſtolatus officium Nobis meritis licet imparibus ex alto commiſſum poſtulat, ut peculiarem omnium Eccleſiarum, & Monaſteriorum, & Locorum Piorum curam gerentes, illorum reſtaurationi, & manutentioni, & felici eorumdem fructuum adminiſtrationi, quantum cum Domino poſſumus, opportune provideamus. Itaque de Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium negotiis Palatinatus præpoſitorum conſilio, Tibi per præſentes committimus, & mandamus, ut ad decennium proximum dumtaxat per Te ipſum, vel alias perſonas eccleſiaſticas, ſive ſeculares, ſive regulares Tibi beneviſas fructus, ac redditus univerſos bonorum eccleſiaſticorum antea occupatorum in Palatinatu ſuperiori, & inferiori, ſine tamen præjudicio aliarum conceſſionum ab hac Sancta Sede factarum, quamdiu duraverint, auctoritate noſtra exigas, & dimidiam illorum partem eidem Ferdinando Regi in Imperatorem electo, vel alteri perſonæ ab ipſo nominandæ, eadem auctoritate aſſignes; aliam vero partem in Eccleſiarum reſtaurationem, divinique cultus augmentum, animarum curam, religionis catholicæ conſervationem, ac propagationem, & aliàs in illis partibus diſtribuen., prout Nos perſonarum, rerum, ac temporum qualitate penſata, ſalubriter in Domino expedire arbitrabimur, ſerves. Cæterum bona a locorum Ordinariis, aliiſque Eccleſiis, & perſonis eccleſiaſticis recuperata, atque ad præſens eorum menſis incorporata ſub præſenti commiſſione, & mandato minime intelligantur compræhenſa, ſed eiſdem Ordinariis, Eccleſiis, ſeu Beneficiis, ſalva, & illibata permaneant. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſt., ac quorumcumque Eccleſiarum, Monaſteriorum, Beneficiorum, & Locorum Piorum, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſtitutionibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis, in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis: quibus omnibus, & ſingulis, illorum omnium, & ſingulorum tenorea præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die 13. Aprilis 1628. Pontificatus noſtri Anno Quinto.

§. 2. Subinde vero per alias in eadem forma Brevis expeditas Literas ſub datum die 24. Julii 1628. eidem Carolo Epiſcopo Nuncio de eorumdem Cardinalium conſilio Aliàs Nuncio Apoſt. commiſſum fuit, ut duæ tertiæ partes ex fru-

Digitized by Google

ctibus Monaſteriorum Palatinatus Ferdinando Regi ſolverentur ;

lio commiſimus, & maudavimus, ut prædictis decem, necnon duobus aliis immediate ſequen. annis duran. ex fructibus univerſis Monaſterior. Palatinatus ſuperioris dumtaxat, duas tertias partes eidem Ferdinando Regi in Imperatorem electo, eadem auctoritate noſtra aſſignaret, reliquam vero tertiam partem in Eccleſiarum reſtaurationem, divinique cultus augmentum, animarum curam, religionis catholicæ conſervationem, & propagationem, ac aliàs in dictis partibus diſtribuen., prout Nos perſonarum, rerum, & temporum qualitate penſata ſalubriter in Domino expedire arbitrati fuiſſemus, ſervaret. Bona autem per locorum Ordinarios, aliaſque Eccleſias, & perſonas eccleſiaſticas recuperata, & tunc eorum menſis, ſeu Eccleſiis, ac Beneficiis incorporata ſub præſenti commiſſione, & mandato noſtro minime intelligerentur compræhenſa, ſed eiſdem Ordinariis, Eccleſiis, & Beneficiis ſalva, & illibata, necnon eædem præinſertæ Literæ in omnibus, & per omnia, firma, & in ſuo robore reſpective permanerent, itaut prædictis duodecim annis, prioribus decem in eis tamen computatis, elapſis, omnes fructus liberi omnino remanerent, prout in poſterioribus Literis hujuſmodi, quarum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habemus, plenius continetur.

Subeuntibus vero gravibus expenſis Germaniæ Ordinibus,

§.3. Cum autem, ſicut accepimus, Venerabiles Fratres Archiepiſcopi, & Epiſcopi, ac dilecti filii nobiles viri Principes, atque Ordines Germaniæ Catholici confœderati pro militaribus proviſionibus faciendis gravia expenſarum onera, ad Fidei orthodoxæ contra illius hoſtes defenſionem, & propagationem, ſubierint;

Reliquas dictorum fructuum partes ſubminiſtrari jubet.

§.4. Nos exercitus fœderis catholici hujuſmodi, quia tam cauſa religionis, & publica, quam neceſſaria concurrit, manutentioni mediante reddituum ea bonis eccleſiaſticis ab hæreticorum manibus ereptis aſſignatione, quantum cum Domino poſſumus, conſulere volentes, Motu proprio, & ea certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, Tibi per præſentes committimus, & mandamus, ut ex fructibus univerſis bonorum eccleſiaſticorum antea in Palatinatu ſuperiori, & inferiori occupatorum, aliam dimidiam illorum partem, necnon ex fructibus univerſis Monaſteriorum Palatinatus ſuperioris dumtaxat reliquam tertiam partem, quas reſpective modo, & forma præmiſſis arbitrio noſtro deſtribuendas ſervari mandavimus, ut præfertur, eidem fœderi catholico pro manutentione exercitus ad triennium proximum, ſi tamdiu fœdus duraverit, & exercitus hujuſmodi manutenebitur, & cum hoc, ut ex ipſa dimidia fructuum univerſorum bonorum eccleſiaſticorum utriuſque Palatinatus, ex dicta tertia parte fructuum Monaſteriorum Palatinatus ſuperioris tantum impenſæ pro oneribus Eccleſiarum in utroque Palatinatu exiſtentium, & adminiſtratione curæ animarum, & Sacramentorum ſufficientes ſubminiſtrentur, apoſtolica auctoritate prædicta aſſignes.

A prædicta ſolutione eximuntur bona a locorum Ordinariis recuperata.

§.5. Cæterum bona a locorum Ordinariis, aliiſque Eccleſiis, & perſonis eccleſiaſticis recuperata, & eorum menſis, ſeu Eccleſiis, & Beneficiis incorporata ſub præſenti commiſſione minime intelligantur compræhenſa, ſed eiſdem Ordinariis, Eccleſiis, & Beneficiis ſalva, & illibata, ac ſingulæ Literæ noſtræ prædictæ in reliquis in omnibus, & per omnia firmæ, & in ſuo robore reſpective permaneant, ita tamen ut dicto triennio elapſo, & interim ſi fœdus prædictum non duraverit, & prædictus Exercitus non manutenebitur, dimidia, & reliqua tertia partes reſpective fructuum hujuſmodi omnino liberæ remaneant.

Derogatio contrariorum.

§.6. Non obſtantibus omnibus illis, quæ in dictis Literis voluimus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 1. Martii 1631. An.VIII.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die 1. Martii 1631., Pontificatus noſtri Anno VIII.

CCCLIX.

Confirmatio nonnullorum ſtatutorum Congregationum Lombardiæ, & Tuſciæ Monachorum Ordinis Ciſtercienſis, pro Reformatione in eis ſtatuenda.

Ciſtercienſes Provinciæ Tuſciæ, & Lombardiæ univit in unam Congregationem Sancti Bernardi in Italia nuncupandam Alexand.VI. in Conſt.X. Plantatus. *Tom.III. Par.III. fol.240. Julius II. Conſt.XXXII.* Ex paterna. *ibid. fol.323.*

URBANUS PAPA VIII.

Adperpetuam rei memoriam.

Proœmium.

IN Sede Principis Apoſtolorum, nullis licet noſtris ſuffragantibus meritis, divina providentia conſtituti, inter multiplices paſtoralis officii curas, ad ea, per quæ regularis diſciplinæ obſervantia in quibuſlibet Ordinibus, & Congregationibus conſervetur, majoraque in dies ſuſcipiat incrementa, ſolicitudinis noſtræ partes ſedulo intendimus, & iis, quæ propterea pie, & provide ſtatuta ſunt, apoſtolicæ confirmationis robur libenter adiicimus, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Cauſæ hujus Conſtitut.

§.1. Cum itaque, ſicut accepimus, pro felici, proſperoque dilectorum filiorum Monachorum Ciſteroienſis Ordinis Congregationum Lombardiæ, & Tuſciæ inſimul unitarum, ſtatu, & reformatione in eis introducenda nonnullæ Conſtitotiones, & Statuta edita, & a dilecto filio noſtro Roberto tituli Sancti Alexii Presbytero Cardinali Ubaldino nuncupato, ejuſdem Ordinis apud Nos, & Apoſtolicam Sedem Protectore, ac duobus aliis Romanæ Curiæ Prælatis pietate, doctrina, & religionis zelo præ-

præſtantibus, auditis etiam, & conſultis dilectis filiis Præſide, Procuratoribus, & duobus ex antiquioribus Abbatibus dictarum Congregationum, de mandato noſtro viſa, & examinata fuerint, tenoris ſubſequentis, videlicet.

Statuta recenſentur.

Prælati omnes quorumcumque Monaſteriorum reſidentiam requirentium debeant omnino in eis perſonaliter reſidere, nec ullo prætextu poſſint ab eis abeſſe ultra tempus præſcriptum a Conſtitutione edita a Capitulo anni 1616. videlicet:ultra viginti dies continuos. Prælatus, qui ultra prædictum tempus, vel in totius anni curſu ultra quadraginta dies, continuis, & diſcontinuis computatis, ſine licentia regiminis ex legitima cauſa in licentia exprimenda, & in actis redigenda abfuerit a ſuo Monaſterio, graviter puniatur, etiam privatione vocis activæ, & paſſivæ: quin etiam ipſi Patres regiminis, ſi abſque legitima cauſa hujuſmodi licentiam conceſſerint, gravi pœna, pro arbitrio deſinitorii afficiantur.

Univerſæ pecuniæ communes ad ſingulas Provincias pertinentes habeantur repoſitæ, & cuſtoditæ in capſa triclavi, quæ retineatur clauſa tribus clavibus, quarum una remanere debeat penes caput regiminis, altera penes Viſitatorem majorem, tertia penes Capſerium, quo munere fungi debeat unus ex Abbatibus titularibus, qui pro Provincia Lombardiæ teneatur reſidere in Monaſterio Sancti Ambroſii, iſque eligi debeat per Capitulum, & interim uſque ad ejus celebrationem providebit Illuſtriſſimus Protector, dictuſque Capſarius retineat libros introitus, & exitus, in quibus omnia diſtincte, & ordinate adnotata appareant, nec aliquid omnino erogare, aut ſolvere poſſit alicui perſonæ abſque mandato regiminis in ſcriptis, & ſi ſine prædicto mandato quidquam erogaverit, aut ſolverit, privationem Prælaturæ incurrat. Supradicta autem computa, & mandata omnia ſingulis trienniis, ante Capitulum, diligenter revideri debeant pro Provincia Lombardiæ per Abbates Sancti Stephani de Cornu, & Aquæfrigidæ; & pro Provincia Tuſciæ a duobus Prælatis, qui non ſint de regimine, deputandis per Capitulum, qui accuratam, & plenam relationem prædictorum omnium teneantur facere in Capitulo.

Tempore per Conſtitutiones ad eligendos Diſcretos deputato nullus Abbatum accedat ad aliena Monaſteria, ſed unuſquiſque in ſuo ſe Monaſterio contineat; qui ſecus fecerit, voce activa in Capitulo careat. Electi in Diſcretos ad alia Monaſteria ſe minime transferant, ſed in Monaſterio, in quo degunt, expectent diſceſſum ſui Abbatis, cum quo recta accedant ad Capitulum; ſi ſecus fecerint, voce in Capitulo careant; interim vero ſe informent de ſtatu Monaſterii, de quo interrogentur diligenter in Capitulo: & caſu, quo non reperiantur diligenter informati, ſint inhabiles in futurum ad hoc, ut poſſint eligi in Diſcretos.

In virtute ſanctæ obedientiæ præcipimus, tam Diſcretis, ne quid omnino ab aliquo accipiant, etiam ſponte dari volente, quam omnibus, & ſingulis Religioſis, ne quid eis dare audeant: quod ſi delictum hujuſmodi quis commiſerit, & fuerit ſufficienter probatum, tunc tam dans, quam accipiens privationem omnium dignitatum, & officiorum incurrant, necnon inhabilitatem ad eadem, vel alia in perpetuum.

Sicut ex præſcripto Conſtitutionum tenentur ſubditi ſingulis annis tradere Prælatis inventaria rerum omnium, quas habent penes ſe, & contra facientes inter proprietarios cenſentur, & pœnis proprietariorum in utroque foro ſubjacent, ita imposterum Abbates, & Prælati omnes tempore viſitationis, ipſe autem Præſes, & Viſitatores tempore Capituli ſub iiſdem pœnis ipſo facto incurrendis teneantur conficere Inventaria, in quibus cujuſcumque generis res omnino, pecuniæ, & bona, quæ habent, quam diligentiſſime præſcripta ſint, eaque Abbates, & Prælati ſupradicti Præſidi, & Viſitatoribus, Præſes autem, & Viſitatores Deſinitoribus tradere teneantur reponenda, & conſervanda in capſa triclavi ſupradicta: Viſitatores autem, & Deſinitores in hac re, juxta præſcriptum Sacri Concilii Tridentini curare debebunt, ut uniuſcujuſque Religioſi ſuppellex ſtatui paupertatis, quam profeſſi ſunt, conveniat, nihilque ſuperflui in ea ſit, nihil etiam, quod neceſſarium ſit eis denegetur.

Viſitatio Provinciarum, ut ſerio, & diligenter habeatur, debeant omnino Præſes, & Viſitatores omnia, & ſingula Monaſteria perſonaliter per ſeipſos viſitare, & in unoquoque per tantum tempus permanere, quantum neceſſarium erit ad viſitationem plene, & accurate perficiendam, ideoque viſitationibus peragendis deputentur menſes Aprilis, Maii, & Junii, non obſtante diſpoſitione Conſtitutionum in hac parte: Viſitatores autem utantur communi menſa, & frugali victu ſint contenti, idemque ſervetur in Comitiis. Præcipitur vero in virtute ſanctæ obedientiæ, ut tam ipſe Præſes, & Viſitatores, quam eorum converſi, & famuli nihil omnino percipiant a viſitatis, etiam ſponte dare volentibus: quod ſi Præſes, ſeu Viſitatores quicquam accepiſſe, aut a converſis, & famulis ipſis ſcientibus acceptum fuiſſe probatum fuerit, inhabiles ſint in perpetuum ad Præſidentatus, & Viſitatoriatus officia: & nihilominus converſi, qui acceperint, graviter puniantur, & famuli, abſque ſpe reditus, a ſervitio ſtatim eiiciantur.

Abbas, Prior, & Reviſores computorum teneantur ſingulis menſibus revidere computa, tam Cellerarii, quam aliorum omnium miniſtrorum, qui ſubſtantiam Monaſterii adminiſtrant, ſinguli autem eorum adnotent in particulari ſchedula omnia ſupradicta computa, dictamque ſchedulam penes ſe cuſtodiant, & tempore Capituli conſignent diſcreto, ut deferat ad Capitulum: quod ſi Abbas facere neglexerit, de

mala

mala adminiſtratione ſuſpectus cenſeatur, ita ut adverſus eum procedi poſſit.

Converſi deputari non poſſint ad adminiſtrationes extra Monaſteria, ad officium Subcellerariatus, aut ad ſervitia particularia Abbatum, niſi poſt quintum profeſſionis annum completum: qui ſecus aliquem deputaverit, voce activa in proximo Capitulo careat.

Nemini Monachorum, ſed præſertim juvenibus non Sacerdotibus ullo modo detur licentia permanendi, recreationis gratia in loco, in quo ſit eis pernoctandum extra Monaſteria, vel loca Monaſteriorum: Prælatus, qui adverſus hoc licentiam conceſſerit, ab officio per ſex menſes ſuſpendatur.

Abbatibus emeritis, qui ex legitima cauſa renunciaverint dignitati, liceat honoris gratia Abbatis nomine vocari, quod maluerint Monaſterium pro habitatione tempore renunciationis, & celebrationis Capituli ſibi eligere, habere converſum ad ſervitia ſibi deputatum, & quoad victum, & veſtitum cenſeri jure Abbatum.

Nemini Prælatorum liceat pecunias Monaſteriorum exigere, aut erogare, aut eas quovis modo contrectare, neque item in rebus Monaſteriorum dividendis, aut neceſſariis comparandis per ſeipſos ſe immiſcere, ſed ea omnia per Cellerarios, aut alios Miniſtros, ad quos ea Conſtitutionum præſcripto attinet, fiant: qui tamen Cellerarii, & Miniſtri teneantur in hujuſmodi rebus peragendis ſuorum Prælatorum præceptis obedire, nec quicquam niſi eodem Prælato jubente, & mandante, exequi poſſint; pecuniæ autem a Capſerio ad id munus ſpecialiter deputato cuſtodiantur in capſa triclavi, quæ in ſingulis Monaſteriis habeatur in cubiculo Prælati, earumque clavium unam retineat Prælatus Monaſterii, aliam Capſerius, tertiam Cellerarius, per quem Cellerarium, ſeu alios Miniſtros, ad quos ſpectaret, ut ſupra, tam eleemoſynæ, quam munuſcula, ſi quæ dari licuerit, dentur, de Prælatorum tamen mandato, aut licentia, ac ſervata forma Conſtitutionis Clementis VIII. de largit. muner. ſemperque rei, quæ datur, qualitas, quantitas, & ſi fieri poſſit, etiam nomina eorum, quibus dantur, aut per quos tranſmittuntur, in libro dati, & accepti fideliter ſcribantur: quod ſi Prælati prædicta, aut aliqua eorum per ſe ipſos, & non adhibitis Miniſtris facere auſi fuerint, tunc in eos tamquam fraudis, & parum ſinceræ adminiſtrationis ſuſpectos, tam Capitulum, quam Viſitatores, & Regimen procedant.

Si quis Prælatus, aut Religioſus privato nomine equos, & jumenta, pecudes, frumenta, blada, legumina, aut alios quoſcomque fructus ex terra provenientes tenere, poſſidere, aut a Monaſteriis emere, vel in ſolutionem accipere auſus fuerit, is præter amiſſionem uſus earum rerum omnium, & ſingularum, ſi Prælatus ſit, pœnam contra exercentes mercaturam, cap. 23. Conſtitutionum taxatam incurrat, Monachi, qui tranſgreſſores reperti fuerint, pœnæ inhabilitatis ad officia omnia, & dignitates ſubjaceant: Converſi denique per annum carceri emancipentur, & deinceps ab omni temporali adminiſtratione arceantur. Ad effectum vero probandi, quempiam privato nomine aliqua prædictorum tenuiſſe, aut poſſediſſe, ſufficiat probare, quod a die emptionis, adeptionis, aut captæ poſſeſſionis, ſeu retentionis in libris publicis Monaſterii ſcripta non fuerint.

In Viſitatorem minorem aſſumi non poſſit, qui trigeſimum ætatis annum non expleverit, alias electio nulla ſit ipſo jure.

Ex Patribus, qui immediate in Regimine reſederunt, non poſſint tempore Capituli aſſumi in Definitores, niſi ad ſummum duo tantum pro ſingulis Provinciis, quod ſi agatur directe, vel indirecte de negotiis ad perſonam, vel Regimen, ſeu Adminiſtrationem alicujus ex Definitoribus pertinentibus, tunc ipſe, de cujus negotiis, ut ſupra, agitur, debeat omnino exire a Definitorio.

In Definitorio habeat omnino locum unus ſaltem ex Diſcretis pro ſingulis Provinciis. Patres Regiminis eamdem habeant in Regimine durationem, & vacationem, quam habent Prælati in gubernio Monaſteriorum, niſi forte aſſumendus ſit aliquis ex dictis Patribus in Præſidem.

Liceat Præſidi poſt finitum officium eligere ſibi, quod maluerit ex Monaſteriis ſuæ Provinciæ gubernandum, exceptis pro Provincia Lombardiæ Monaſteriis Clarævallis Mediolani, Sancti Ambroſii majoris Mediolani, Sancti Martini Parmenſis, & Sanctæ Crucis in Hieruſalem de Urbe: & pro Provincia Tuſciæ Monaſteriis Septimi, Ciſtelli, Florentino, & Trium Fontium de Urbe, ad quorum Monaſteriorum gubernationem, ſicut & in Procuratorem Provinciæ in Curia Romana is, qui Præſidentatus munere proxime defunctus eſt, nullo pacto eligi valeat. Nullus Abbatum eligi poſſit ad loca Regiminis, niſi ſaltem per triennium fuerit Abbas.

Superiores omnes, præſertim Monaſteriorum, in quibus viget regularis obſervantia, enixe hortamur in Domino, ac etiam eis præcipimus, & mandamus, ut in frequentando noctu, diuque Chorum, vita communi in Refectorio agenda, cæteriſque obſervantiis omnibus, quæ per Regulam, & Conſtitutiones præſcribuntur, exacte obeundis, ſubditis exemplo ſint. Nullus poſſit eligi ad exercenda officia, qui præter alias conditiones, & requiſita, non habuerit decem annos completos profeſſionis, alias electio ſit nulla, & electores facultate eligendi deinceps careant. Officia Prioratus, Cellerariatus, & Magiſtri Novitiorum non vacent ſingulis annis, ſed ſint triennalia, ut olim obſervabatur.

In Abbatem deinceps nullus aſſumatur, qui non habeat ſufficientem ſcientiam ad exercendam curam animarum, alias electio ſit ipſo facto nulla: ſupradictam autem ſcientiam ad hunc effectum eos tantum

Digitized by Google

tum habere intelligi volumus, qui pro Provincia Lombardiæ ad exercendam curam animarum approbati fuerint ab Ordinario Mediolanenſi; a Florentino vero pro Provincia Tuſciæ, vel pro utraque Provincia ab Urbis Vicario. ſive ab alio Ordinario per Eminentiſſimum Cardinalem Protectorem, pro tempore exiſtentem, deputando.

Capitulum duret ſaltem per octo dies, & ſingulis diebus bis congregetur definitorium duraturum ſingulis vicibus ſaltem per tres horas. Conſtitutio, qua diſponitur, ut Præſes reſideat in partibus Mediolani. intelligatur de Monaſteriis non diſtantibus ab Urbe Mediolani ultra dietam, in quibus aliàs non ſit prohibitum reſidere Patribus Regiminis. In proxime futuro Capitulo ad praſcriptum decreti de celebratione Miſſarum, taxetur numerus Religioſorum, in unoquoque Monaſterio retinendorum, juxta ejuſdem Monaſterii redditus: & idem fiat de famulis, & equis, quo taxato non licebit Abbatibus numerum, etiam famulorum, & equorum augere, ſub pœnis expreſſis in ſupradictis decretis.

Erigatur in Monaſterio deputando in proximo Capitulo aliud Collegium in Provincia Lombardiæ, in quo habeantur ſaltem decem Collegiales, & decem alii Collegiales retineantur pro Provincia Tuſciæ in uno, vel pluribus Collegiis: ad quem effectum debeat in futuro Capitulo unum, vel alterum Monaſterium deputari. Novitii non recipiantur impoſterum niſi tempore celebrationis Capituli in ipſo Capitulo, & priuſquam admittantur ad habitum, debeant omnino degere in habitu ſeculari per duos menſes in Monaſterio ſub regulari obſervantia. Circa receptionem vero, & qualitates eorumdem ſerventur decreta Clementis VIII., & conſtituatur omnino profeſſorium, in quo pariter ſerventur decreta ejuſdem Clementis.

Pro ſuſtentatione Monachorum Monaſterii, & Collegii S. Crucis in Hieruſalem de Urbe, & aliis nonnullis oneribus, & expenſis, quæ in Urbe conſueverunt fieri pro Provincia Lombardiæ, de quibus in ſchedula per Præſidem, & Abbatem Sanctæ Crucis ſubſcripta, aſſignentur redditus bonorum de Viono, quorum adminiſtratio ad Abbatem pro tempore S. Crucis, vel ad eos, qui eidem Abbati beneviſi fuerint, ſpectabit, quamdiu Collegium in prædicto Monaſterio S. Crucis perſeverabit: quod ſi Collegium aliò transferri, aut quovis modo in dictu Monaſterio ceſſare contigerit, tunc, & eo caſu redditus, & adminiſtratio bonorum de Viono ad capſam, quam vocant triclavem, pertineant, prout hactenus pertinuerunt; contributiones autem pro Collegii ſuſtentatione Monaſteriis in proximo præterito Capitulo impoſitæ, ipſi capſæ Congregationis perſolvantur, quamdiu redditus prædictorum bonorum de Viono Collegii ſuſtentationi duputari manſerint. Per ſupradictos autem articulos pro reformatione dictæ Congregationis formatos, non intelligitur derogatum in aliquo decretis S. Concilii Tridentini, ac fel. recordationis Clem. VIII., & SS. D. N. quoad Regulares editis.

§. 2. Nos inviolabili Conſtitutionum, ac Statotorum hujuſmodi obſervationi, felicique earumdem Congregationum directioni, quantum Nobis ex alto conceditur, proſpicere, ac Præſidem, & Monachos prædictos ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, eorumque ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes. Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, Conſtitutiones, & Statuta præinſerta hujuſmodi, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium perpetuo approbamus, confirmamus, illiſque inviolabilis apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes, & ſingulos, tam juris, quam facti, ac ſolemnitatum omiſſarum, & quoſvis alios, etiam quantumvis ſubſtantiales defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, aut interveniſſe dici poſſent, ſupplemus. *Confirmatio, & approbatio Statutorum.*

§. 3. Decernentes, illa in prædictis Congregationibus ab omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & in futurum ſpectabit, inviolabiliter obſervari, & adimpleri omnino debere, irritumque nihilominus, & inane, quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. *Decretum irritans.*

§. 4. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenus opus ſit, Ordinis, & Congregationum hujuſmodi, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis, in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, eorum omnium tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris. hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. *Contrariorum derogatio.*

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub Annulo Piſcatoris die 21. Martii 1631. Pontificatus noſtri Anno VIII. *Dat. die 21. Martii 1631. An. VIII.*

CCCLX.

Prorogatio Indulgentiæ Plenariæ in forma Jubilæi, de qua ſupra Conſt.CCCXXXIX. ad alios duos menſes, ſcilicet Aprilis, & Maii 1631. cum Indulto, ut qui dictam Indulgentiam conſequuti jam ſunt, illam denuo conſequi valeant, & Decreto, ut dictis duobus menſibus elapſis Indulgentiæ hujuſmodi per SS. D. N. conceſſæ ad certum tempus, eo ipſo espirent.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Recenſet extenſiones alias factas.

ALiàs a Nobis emanarunt Literæ tenoris ſubſequentis, videlicet: Dilectis filiis Clero, & Populo Romano. *Omittitur reſiduum hujus Conſtitutionis, quia habes ſup.*

§. 1. Et ſubinde multorum Venerabilium Fratrum Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum, necnon dilectorum filiorum nobilium Virorum, Ducum, Principum, & aliorum Magnatum in Italia, & Inſulis illi adjacentibus exiſtentibus ſupplicationibus Nobis ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati, præinſertas Literas noſtras conceſſionis Indulgentiarum, ac facultatis eligendi Confeſſarium cum omnibus, & ſingulis in eis contentis indultis, clauſulis, & decretis, ad univerſos utriuſque ſexus Chriſtifideles, ſeculares, & regulares tunc temporis in Italia, & Inſulis prædictis exiſtentes, necnon Eccleſias per Ordinarios locorum, ſeu per alios, de eorum mandato deſignandas, & Confeſſarios ab iiſdem Ordinariis approbatos, ſeu approbandos, ſpatio trium ſimiliter menſium a die publicationis literarum deſuper expeditarum inchoandorum durante, apoſtolica auctoritate extendimus, prædictiſque Chriſtifidelibus, necnon Eccleſiis, & Confeſſariis conceſſiones, facultates, & indulta prædicta cum clauſulis, & decretis huiuſmodi communicavimus, & poſtmodum, tam præinſertas, quàm alias ſubinde espeditas literas prædictas cum omnibus, & ſingulis, in eis contentis, conceſſionibus, facultatibus, indultis, Indulgentiis, clauſulis, & decretis ad Octobris, Novembris, & Decembris, ac demum Januarii, & Februarii prosimè præteritos, ac præſentem Martii menſes extendimus pariter, & prorogavimus, prout in aliis noſtri ſub die 17. Julii, necnon ſub die 25. Septembris, ac ſub die 26. Decembris prosime præteritorum deſuper in ſimili forma Brevis espeditis literis, quarum omnium tenores etiam præſentibus pro expreſſis haberi volumus, plenius continetur.

Nova extenſio, de qua in Rubr.

§.2. Cum autem per abundantiam Divinæ miſericordiæ Alma Urbs noſtra, ac multæ aliæ Civitates, & Provinciæ non ſolum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, verum etiam aliarum ditionum, & dominiorum temporalium in Italia, & Inſulis prædictis exiſtentium, a periculis, & calamitatibus hujuſmodi immunes hactenus conſervatæ, & aliæ etiam liberatæ fuerint; Nos ut Chriſtifideles prædicti cæleſtium miſerationum fructus uberius conſequi mereantur, peramplius providere volentes; tam præinſertas, quam alias ſubinde expeditas Literas prædictas cum omnibus, & ſingulis in eis contentis conceſſionibus, facultatibus, Indultis, Indulgentiis, clauſulis, & decretis, ad alios duos Menſes prosimos, videlicet, Aprilis, & Maii, quibus durantibus ſi omnia, & ſingula in præinſertis Literis expreſſa dicti Chriſtifideles adimpleverint, illi, omnes, & ſingulas Indulgentias, & peccatorum remiſſiones prædictas, cum omnibus facultatibus, gratiis, & indultis hujuſmodi conſequi valeant, auctoritate prædicta, tenore præſentium iterum extendimus, & prorogamus.

Facultas denuo conſequendi pro iis, qui alias fuerunt conſequuti.

§.3. Necnon iis, qui earumdem præinſertarum Literarum, illarumve estenſionum, ut ſupra factarum, vigore Indulgentias, & peccatorum remiſſiones prædictas conſequuti jam ſunt, ſi omnia, & ſingula in præinſertis Literis hujuſmodi contenta, & expreſſa, duobus menſibus præſentes prorogatis durantibus, denuo adimpleverint, ut eaſdem omnes, & ſingulas Indulgentias, & peccatorum remiſſiones cum omnibus facultatibus, gratiis, & indultis prædictis iterum conſequi valeant auctoritate, & tenore prædictis concedimus.

Extinctio talium Indulgentiarum elapſo termino.

§.4. Quia vero ad ſupplicationem nonnùllorum Epiſcoporum, ac Principum, & Rerumpublicarum conceſſiones, facultates, indulta, Indulgentias, & remiſſiones peccatorum in præinſertis Literis contentas ad certas Civitates, Diœceſes, Provincias, & Loca extra Italiam esiſtentia ad certum tempus extendimus, & ampliavimus: volumus, & dicta auctoritate decernimus, ut duobus menſibus per præſentes prorogatis, ut præfertur, elapſis, omnes, & quæcumque extenſiones, & ampliationes gratiarum, per Nos factæ hujuſmodi, pariter eo ipſo expirent, nulliuſque ſint roboris, vel momenti, nec cuiquam ulterius ſuffragentur.

Derogatio contrariorum, & fides tranſumptorum.

§.5. Non obſtantibus omnibus illis, quæ in dictis Literis, voluimus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Ut autem præſentes Literæ facilius omnibus innoteſcant, volumus ut earumdem præſentium tranſumptis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus ubique fides adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die 22. Martii 1631. Pontificatus Noſtri Anno Octavo.

Dat. die 22. Martii 1631. An. VIII.

Sequi-

Sequitur prorogatio ad alios tres menſes etiam, ut pro felici ſtatu Religionis Catholicæ in Germania oretur.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

ALiàs a Nobis emanarunt Literæ tenoris ſubſequentis, videlicet: dilectis filiis Clero, & Populo Romano. *Omittitur tenor, quia habes ſupra.*

Recenſet extenſiones alias factas.

§. 1. Et ſubinde multorum Venerabilium Fratrum Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum, necnon dilectorum filiorum nobilium virorum, Ducum, Principum, & aliorum Magnatum in Italia, & Inſulis, illi adjacentibus, exiſtentium, ſupplicationibus Nobis ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati, præinſertas Literas noſtras conceſſionis Indulgentiarum, ac facultatis eligendi Confeſſarium cum omnibus, & ſingulis in eis contentis, indultis, clauſulis, & decretis, ad univerſos utriuſque ſexus Chriſtifideles, ſeculares, & regulares tunc temporis in Italia, & Inſulis prædictis exiſtentes, necnon Eccleſias per Ordinarios locorum, ſeu per alios de eorum mandato deſignandas, & Confeſſarios ab iiſdem Ordinariis approbatos, ſeu approbandos, ſpatio trium ſimiliter menſium a die publicationis Literarum deſuper expeditarum inchoandorum durante, apoſtolica auctoritate extendimus, prædictiſque Chriſtifidelibus, necnon Eccleſiis, & Confeſſariis conceſſiones, facultates, & indulta prædicta cum clauſulis, & decretis hujuſmodi communicavimus, & poſtmodum tam præinſertas, quam alias ſubinde expeditas Literas prædictas cum omnibus, & ſingulis in eis contentis, conceſſionibus, facultatibus, indultis, Indulgentiis, clauſulis, & decretis pluries, & noviſſime ad præſentem menſem Maii extendimus pariter, & prorogavimus, prout in diverſis noſtris deſuper in ſimili forma Brevis expeditis Literis, quarum tenores etiam præſentibus pro expreſſis haberi volumus, plenius continetur.

Nova extenſio cum facultate denuo conſequendi adimplendo, ut in Rubr.

§. 2. Cum autem per abundantiam Divinæ miſericordiæ Alma Urbs noſtra, ac multæ aliæ Civitates, & Provinciæ non ſolum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, verum etiam aliarum ditionum, & dominiorum temporalium in Italia, & Inſulis prædictis exiſtentium, a periculis, & calamitatibus hujuſmodi immunes hactenus conſervatæ, & aliæ etiam liberatæ fuerint: Nos ut Chriſtifideles prædicti cæleſtium miſerationum fructus uberius conſequi mereantur, peramplius providere volentes; tam præinſertas, quam alias ſubinde expeditas Literas prædictas cum omnibus, & ſingulis in eis contentis, conceſſionibus, facultatibus, indultis, indulgentiis, clauſulis, & decretis, ad tres menſes proximos, videlicet: Junii, Julii, & Auguſti, quibus durantibus, ſi omnia, & ſingula in præinſertis literis expreſſa dicti Chriſtifideles adimpleverint, ac etiam pro felici ſtatu Religionis Catholicæ in Germania devote, ut præfertur, oraverint, illi omnes, & ſingulas Indulgentias, & peccatorum remiſſiones prædictas, cum omnibus facultatibus, gratiis, & indultis hujuſmodi conſequi valeant, auctoritate prædicta, tenore præſentium iterum extendimus, & & prorogamus, Necnon iis, qui earumdem præinſertarum Literarum, illarumve extenſionum, ut ſupra factarum, vigore Indulgentias, & peccatorum remiſſiones prædictas conſequuti jam ſunt, ſi omnia, & ſingula in præinſertis Literis hujuſmodi contenta, & expreſſa tribus menſibus, per præſentes prorogatis, durantibus, denuo adimpleverint, ac etiam pro felici ſtatu Religionis Catholicæ in Germania devote, ut præfertur, oraverint, ut eaſdem omnes, & ſingulas Indulgentias, & peccatorum remiſſiones cum omnibus facultatibus, gratiis, & indultis prædictis iterum conſequi valeant, auctoritate, & tenore prædictis concedimus.

Derogatio contrariorum & fides tranſumptorum.

§. 3. Non obſtantibus omnibus illis, quæ in dictis literis, voluimus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Ut autem præſentes literæ facilius omnibus innoteſcant, volumus, ut earumdem præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujos Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus ubique fides adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 29. Maii 1631. An. VIII.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 29. Maii 1631. Pontificatus noſtri Anno VIII.

CCCLXI.

Declaratio facultatum transferendi, & reſervandi penſiones Beneficiorum per S. R. E. Cardinales obtentorum.

URBANUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

CUm S. R. E. Cardinales, qui circa univerſalis Eccleſiæ regimen Nobis, & Romanis Pontificibus pro tempore exiſtentibus aſſiſtentes, & in partem ſollicitudinis vocati, graves, & continuos labores, ac non mediocres impenſas in obeundo munere ſuo, ſuſtinere coguntur, ſpeciali prærogativa maxime ob eminentiam dignitatis a Sede Apoſtolica deceat honorari, plerumque vero contingat dubitari, an in facultatibus indultis, & privilegiis transferendi penſiones, quæ a Sede Apoſtolica perſonis benemeritis, quandoque concedi ſolent, intelligantur comprehenſi Cardinales, beneficia, penſionibus obnoxia, obtinentes.

Declaratio indultorum circa reſervationes, & tranſlationes pen-

§. 1. Nos omnem ambiguitatis nodum præcidere, & indemnitati eorumdem Cardinalium conſulere volentes, Motu proprio, & ex certa ſcientia, & matura delibe-

ſionum Beneficiorum per S. R. E. Cardinales obtentorum.

ratione noſtris, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione decernimus, & declaramus, omnia, & ſingula indulta, privilegia, & facultates transferendi, vel mediante caſſatione antiquarum de novo reſervandi quaſcunque penſiones ſuper quibuſvis Beneficiis Eccleſiaſticis, etiam ſpeciali nota dignis, quibuſvis perſonis, etiam S.R.E. Cardinalibus, antea aſſignatas, vel pro tempore aſſignandas per Nos, & quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, etiam iteratis vicibus, ac cum quibuſvis clauſulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, ac irritantibus, & aliis decretis hactenus conceſſa, & in futurum concedenda, non tamen exequutioni, mediante translatione, ſeu caſſatione, & nova reſervatione hujuſmodi pro tota quantitate conceſſa demandata, pro ea quantitate, pro qua translatio, ſeu nova reſervatio hujuſmodi tempore datæ præſentium, actu facta, necdum fuerit, nullo modo ſe extendere debere ad penſiones reſervatas, ſeu pro tempore reſervan. ſuper beneficiis, quæ tempore conceſſionis, facultatum, & indultorum, ac privilegiorum prædictorum obtinebantur, vel obtineri contigerit per Cardinales, aut alios, qui etſi tunc temporis tales non eſſent, poſtea ad Cardinalatus dignitatem aſſumantur, dummodo tamen translationis, ſeu caſſationis, & novæ reſervationis penſionum hujuſmodi adhuc per eoſdem obtinerentur, niſi in eiſdem facultatibus, indultis, & privilegiis ſpecialis, & expreſſa eorumdem Cardinalium beneficia prædicta obtinentium, vel individua de corpore ipſorum beneficiorum mentio facta fuerit, aut eorum, qui tempore conceſſionis facultatum, indultorum, & privilegiorum prædictorum beneficia obtinerent, expreſſus ad hoc acceſſerit aſſenſus.

Extenſio dictæ declarationis.

§.2. Et inſuper ſtatuimus, & ordinamus, indulta, privilegia, & facultates transferendi, vel caſſandi, & de novo reſervandi penſiones, quæ aliàs vigore quorumcumque privilegiorum translatæ, vel de novo reſervatæ fuerint, etiamſi in dictis facultatibus, indultis, & privilegiis inſerta ſit clauſula, etiam alias translatas, non afficere beneficia, quæ prædicti Cardinales tempore iterandæ translationis, ſeu caſſationis, & novæ reſervationis hujuſmodi penſionum obtinebant, licet tempore conceſſionis eorumdem indultorum, privilegiorum, & facultatum ab eis, vel aliis Cardinalatus honore minime fulgen. obtinerentur, ad effectum, ut penſiones hujuſmodi de cætero ulterius transferri, ſeu de novo reſervari queant, niſi illud in facultatibus, indultis, & privilegiis hujuſmodi de præd. Cardinalibus expreſſe diſponatur, vel ipſi ad id præſtiterint aſſenſum, aut individua, & ſpecialis fiat mentio de corpore beneficii, ſuper quo impoſitas penſiones transferendi facultates, indulta, & privilegia fuerint conceſſa.

Decretum irritans.

§.3. Sicque & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, ac etiam Cameræ Apoſtolicæ Clericos Præſidentes, necnon cauſarum Palatii Apoſtolici, & Curiæ ejuſdem Cameræ generalem Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerarium, & alios Cardinales, etiam de Latere Legatos, judicari, & definiri, & interpretari debere, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ac irritum, & inane, quicquid ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, etiam decernimus.

Derogatio contrariorum.

§.4. Non obſtantibus indultis, privilegiis, & facultatibus, aliiſque præmiſſis, necnon Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptorum fides.

§.5. Volumus autem, quod præſentium exemplis, etiam impreſſis, manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Sanctio pœnalis.

§.6. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ declarationis, ſtatuti, ordinationis, decretorum, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Dat. die 1. Aprilis 1631. An. VIII.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo ſexceteſimo trigeſimo primo, Kal. Aprilis, Pontificatus noſtri Anno VIII.

Publicatio die 11. Apr.

Anno a Nativitate Domini Noſtri Jeſu Chriſti 1631. Indictione 14. die vero 11. menſis Aprilis, Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Urbani divina providentia Papæ VIII. anno ejus octavo, ſupradictæ Literæ Apoſtolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad Cancellariam Apoſtolicam, in acie Campi Floræ, ac aliis locis ſolitis, & conſuetis Urbis, per me Auguſtinum de Bolis Apoſtolicum Curſorem.

Mathias Spada Mag. Curſ.

CCCLXII.

Contra Aſtrologos Judiciarios, qui de ſtatu Reipublicæ Chriſtianæ, vel Sedis Apoſtolicæ, ſeu vita Romani Pontificis, aut ejus conſanguineorum judicia facere, necnon eos, qui illos deſuper conſulere præſumpſerint, cum innovatione ſimilis Conſtitutionis Sixti V.

Hanc Sixti V. Conſtitutionem vide in Conſtitut. XXVI. Cœli, & Terræ. *Tom. IV, Par. IV. fol. 176.*

URBANUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Prœmium.

INſcrutabilis Judiciorum Dei altitudo non patitur, ut humanus intellectus tenebroſo

nebroſo corporis carcere conſtrictus, ſuper aſtra ſe extollens, arcana in ſinu divino recondita, & ipſis beatiſſimis Spiritibus ignota, nefaria curioſitate, non ſolum explorare, ſed etiam tamquam explorata in Dei contemptum, Reipublicæ perturbationem, & Principum periculum arroganti, & pernicioſo exemplo venditare præſumat.

Cauſa hujus Conſtitut.

§. 1. Hinc eſt, ut quamvis civilibus, canoniciſque ſanctionibus, ac noviſſime fel. rec. Sixti Papæ V. Prædeceſſoris noſtri Conſtitutione, deſuper edita Aſtrologorum, Mathematicorum, Vaticinatorum, & aliorum, qui eventura divinare, ſeu prædicere audent, quoſque, uti homicidas, & maleficos antiquitas æſtimavit, illorum potiſſimum, qui de ſumma Reipublicæ, vel Principis ſalute judicia ferre præſumerent, ars, profeſſio, ſive exercitium gravibus pœnis inhibita eſſe noſcantur: Attamen, ſicut accepimus, nonnulli iniquitatis filii propriæ puſillitatis obliti, ac lænitate forſan, vel conniventia audentiores facti, vanamque fatidicorum æſtimationem aucupantes, in deploraneam animarum ſuarum perditionem, graveque Chriſtifidelium ſcandalum, etiam de Reipublicæ, & Principum incolumitate, illis ſollicitudinem, hominibus vero inquietis rerum novandarum occaſionem ea ratione inferre ſatagentes, prognoſtica, & prædictiones verbo, vel etiam ſcripto edere non erubeſcunt.

Innovatio Conſtitutionis Sixti V.

§. 2. Nos itaque pernicioſis hujuſmodi auſibus, quantum Nobis ex alto conceditur, obviam ire, ac quos Dei reſpectus in officio non continet, pœnarum gravitate, & ſeverioris diſciplinæ fræno coercere volentes, Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque apoſtolicæ poteſtatis plenitudine Conſtitutionem per præfatum Sixtum Prædeceſſorem deſuper, ut præfertur, editam, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium perpetuo approbamus, confirmamus, & innovamus.

Contraventiones, & contravenientium laicorum pœnæ.

§. 3. Et inſuper omnibus, & quibuſcumque Laicis cujuſcumque ſexus, conditionis, ſtatus, gradus, qualitatis, & dignitatis, etiam Marchionalis, vel Ducalis exiſtentibus, qui de ſtatu Reipublicæ Chriſtianæ, vel Sedis Apoſtolicæ, ſive de vita, aut morte Romani Pontificis pro tempore exiſtentis, ejuſque, uſque ad tertium gradum incluſive conſanguineorum Mathematicos, Ariolos, Aruſpices, Vaticinatoreſve nuncupatos, vel alios Aſtrologiam judiciariam exercentes, ſeu aliàs quomodolibet profitentes de cætero conſuluerint, ſive deſuper eorum judicia, prognoſtica, prædictiones, ſeu præcognitiones etiam ſibi oblatas receperint, illiſve quomodolibet uſi fuerint, vel illas penes ſe ſcienter retinuerint, aut alicui oſtenderint, necnon iiſdem Mathematicis, Ariolis, Aruſpicibus, Vaticinatoribus, ſive aliis Aſtrologiam judiciariam, ſeu quamlibet artem divinatoriam quomodolibet profitentes, qui judicia, prognoſtica, ſeu præcognitiones, & prædictiones ſuper præmiſſis, etiamſi id non certo ſe affirmare proteſtentur, fecerint, ſive a ſe, vel ab aliis jam facta, ſeu factas impoſterum penes ſe ſimiliter retinuerint, vel alicui dederint, ſeu oſtenderint, aut de eis quovis modo, etiam improbando ſcripto, vel verbis tractaverint, nedum excommunicationis majoris latæ ſententiæ, ſed etiam uti læſæ Majeſtatis reis, ultimi ſupplicii, ac confiſcationis omnium bonorum ſuorum, etiam Romanæ Curiæ officiorum, ac devolutionis quarumcumque Civitatum, Caſtrorum, & locorum juriſdictionalium, & feudalium.

Pœnæ Clericorum quorumcumque quantùvis qualificatorum.

§. 4. Clericis quoque, & Presbyteris, aliiſque perſonis eccleſiaſticis, tam ſecularibus, quam cujuſvis Ordinis, Congregationis, Societatis, ſeu Inſtituti, vel Militiarum quarumcumque, etiam Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani, aliiſque quomodolibet exemptis, ac Nobis, & Apoſtolicæ Sedi immediatè ſubjectis, Regularibus utriuſque ſexus, ultra prædictas, etiam privationis beneficiorum, & dignitatum, ac officiorum eccleſiaſticorum, etiam Monaſteriorum, Prioratuum, & Præceptoriarum, ac aliorum quorumcumque, & inhabilitatis perpetuæ ad illa impoſterum obtinenda, ita quod perſonæ eccleſiaſticæ prævia illarum degradatione Curiæ ſeculari tradantur puniendæ, in Epiſcopali vero, Archiepiſcopali, Metropolitana, Primatiali, Patriarchali, aut quacumque alia etiam ſuperiori Eccleſiaſtica, vel mundana quantumvis ſublimi, excellente, & ſpeciali nota digna, etiam ſuprema conſtitutis dignitate; eaſdem excommunicationis, ac privationis, etiam regiminis, & adminiſtrationis Eccleſiarum, & aliorum quorumcumque beneficiorum, & dignitatum quantumvis ampliſſimarum, & Patriarchali majorum, ac officiorum ſuorum, & inhabilitatis pœnas ipſo facto incurren. apoſtolica auctoritate, tenore præſentium infligimus, & imponimus.

Judicum ſeparatio tam in Urbe, quam extra.

§. 5. Cognitionem autem cauſarum hujuſmodi quoad perſonas eccleſiaſticas, tam ſeculares, quam regulares in Urbe noſtra, & illius diſtrictu ad dilectos filios noſtrum in Urbe Vicarium in ſpiritualibus generalem, necnon ejuſdem Urbis Gubernatorem, ac cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Auditorem Generalem, & eorum quemlibet in ſolidum, extra vero Urbem, & diſtrictum prædictum in Provinciis Nobis, & Apoſtolicæ Sedi ſubjectis ad S. R. E. Cardinales, in eiſdem Provinciis de latere Legatos, & Prolegatos, ac Præſides in dignitate eccleſiaſtica conſtitutos pro tempore exiſtentes, in aliis vero omnibus, & ſingulis Provinciis, Regnis, Civitatibus, Oppidis, Caſtris, & locis, tam ſub noſtra, & dictæ Sedis, quam cujuſvis alterius Principis ditione comprehenſis, privativè quoad omnes, etiam Superiores Religioſorum, ipſiſque Superioribus penitus excluſis, ad Ordinarios locorum, ubilibet vero locorum etiam ad hæreticæ pravitatis Inquiſitores ſpectare volumus.

Demandatio cognitionis cauſarum hujuſmodi.

§. 6. Mandantes Dilectiſſ. filiis noſtris, & dictæ Sedis de latere Legatis, & eorum Vicelegatis, & Præſidibus prædictis nunc, & pro

Digitized by Google

pro tempore exiſtentibus, necnon Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis ſingulis videlicet, in ſuis Civitate, & Diœceſi, & quoad loca intra fines alicujus Diœceſis, non tamen de Diœceſi exiſtentia ipſarum Diœceſum, intra quarum fines eadem loca extiterint, quo vero ad ea, quæ extra fines alicujus Diœceſis conſiſtunt, vicinioribus eorumdem locorum Ordinariis, ac etiam Inquiſitoribus prædictis, quatenus ad inſtantiam cujusvis Fiſci, vel denuntiatoris, ac etiam ex eorum officio cauſarum hujuſmodi cognitiones ſuſcipientes, prævia etiam avocatione a quibuſvis aliis ſupra non expreſſis, nec a Nobis ſpecialiter delegatis in cauſis ipſis modo præmiſſo procedant omnibus juris, & facti remediis opportunis, invocato etiam auxilio brachii ſecularis.

Inhibitio, & pœnæ contra turbantes, vel non obedientes Judicibus prædictis.

§.7. Inhibentes inſuper tam Decanis, & Capitulis Eccleſiarum Cathedralium Metropolitanarum, & Patriarchalium, necnon quorumvis Ordinum, & locorum Regularium, Societatum, & Inſtitutorum, ac etiam Hoſpitalis prædictorum Superioribus Conventibus, & Fratribus quantumvis exemptis, ne, ſub privationis beneficiorum, & officiorum quorumcumque per eos reſpective obtentorum, ac ſimiliter inhabilitatis ad alia in futurum obtinenda, vociſque activæ, & paſſivæ, necnon excommunicationis latæ ſententiæ eo ipſo incurrendis pœnis, Ordinarios locorum, necnon Legatos, ſeu Vicelegatos, alioſque prædictos in cauſis hujuſmodi procedentes quoquomodo impedire, moleſtare, ſeu perturbare audeant, vel præſumant, ac etiam mandantes, ut quoties ad id fuerint requiſiti Religioſos ipſos, etiamſi alicujus loci regularis Superiores actu fuerint, Ordinariis, Legatis, ſeu Vicelegatis, ac aliis prædictis, ſeu quibus iidem mandaverint, conſignent cum ſcripturis, & actis ſi quæ facta fuiſſe reperiantur.

Decretum irritans.

§.8. Sicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, delegatos, & Commiſſarios, ac etiam Cameræ Apoſtolicæ Clericos, Præſidentes, necnon Cauſarum Palatii Apoſtolici, & Curiæ ejuſdem Cameræ Generalem Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerarium, & alios Cardinales etiam de latere Legatos, necnon Vicecamerarium, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate ubique judicari, & definiri debere, irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Contrariorū derogatio.

§.9. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon noſtra in numero ſeptuageſima, & aliis Cancellariæ Apoſtolicæ Regulis, ac Provinciarum, Regnorum, Civitatum, Terrarum, Oppidorum, Locorum, Eccleſiarum, Monaſteriorum, Militiarum, Hoſpitalium, etiam S. Joannis prædictorum, aliorumque Religioſorum, & piorum locorum, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis eiſdem Provinciis, Regnis, Civitatibus, Terris, Oppidis, Locis, Eccleſiis, Monaſteriis, Hoſpitalibus, & Militiis prædictis, & aliis Piis Locis, ac illorum Univerſitatibus, Capitulis, Superioribus, & perſonis in contrarium forſan quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, eorum omnium tenores, ac ſi de verbo ad verbum insererentur, præſentibus pro expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe harum ſerie derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Publicationem in Urbe notam actam eſſe vult.

§.10. Volumus autem, quod præſentes Literæ in valvis Eccleſiæ Lateranenſis, & Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, ac Cancellariæ Apoſtolicæ, necnon in acie Campi Floræ publicentur, & affigantur, quæ poſtquam ſic affixæ, & publicatæ fuerint, quoſcumque, tam in ſtatu noſtro temporali, quam extra eum, ubique locorum perinde arctent, & afficiant, acſi unicuique nominatim, & perſonaliter intimatæ fuiſſent.

Tranſumptorum fides.

§.11. Quod earum exemplis etiam impreſſis, manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra, ubique adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Sanctio pœnalis.

§.12. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, confirmationis, innovationis, inflictionis, impoſitionis, inhibitionis, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Dat. die 1. Aprilis 1631. An. VIII.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1631. Kal. Aprilis, Pontificatus Noſtri Anno Octavo.

In Dei nomine Amen, Anno a Nativitate Domini Noſtri Jeſu Chriſti, milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo primo, die vero decima menſis Aprilis, indictione decimaquarta, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini N. D. Urbani divina providentia Papæ Octavi, anno ejus octavo, ſupradictæ Literæ Apoſtolicæ præſentatæ, & affixæ fuerunt, ac dimiſſæ copiis ad Baſilicas Eccleſiarum Sancti Joannis Lateranenſis, & Principis Apoſtolorum Urbis, & in Cancellaria Apoſtolica, in acie Campi Floræ, ac aliis locis ſolitis, & conſuetis Urbis, per nos Auguſtinum de Boſis, & Joannem Radicam, Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ Curſores.

Mathias Spada Magiſter.

Super

Digitized by Google

CCCLXIII.

Super Profeſſionibus per Regulares emiſſis, non facto in locis deſignatis Novitiatu.

A Sacra Trident. Concilii Congregatione editum fuit Decretum, quoad Novitios receptos, & profeſſos contra formam Decretorum editorum a Clemente VIII., & innovatorum ab Urbano VIII. quod uti neceſſarium, ac huic Conſtitutioni valde conſonans, hic ſubinſerere opportunum cenſui.

Conſtitutio vero Clementis VIII. eſt CCXLII. Nullus omnino. *Tom. V. Par. II. fol. 340. & Conſtit. LXXVII. Urbani VIII.* Sacra Congregatio. *Tom. V. Par. V. fol. 248. Qui etiam declaravit, quod Regulares, qui ultra vota ſolita, etiam votum emittunt de non petenda aut acceptanda extra Religionem dignitate, per quamcumque eorum translationem, ſeu Habitus privationem, aut dimiſſionem, a voto hujuſmodi nullatenus liberantur. in Conſt.* Cum ſicut.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

RElligioſos viros, qui ſpretis hujus ſæculi vanitatibus, divini Numinis obſequiis ſub ſuavi Religionis jugo ſeſe manciparunt, paſtorali benignitate complectimur: utque in vocatione, qua vocavit eos Dominus permaneant, juxta creditum Nobis apoſtolicæ ſervitutis munus ſedulo intendimus, ac desuper ejuſdem muneris partes propenſis ſtudiis intendimus, prout ad Dei laudem, Catholicæque Eccleſiæ decus, & exaltationem conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Multi regulares ob non factum in Domibus deſtinatis Novitiatum, profeſſionem invalide emiſerunt.

§.1. Cum itaque, ſicut accepimus, quamplures Ordinum, Congregationum, Inſtitutorum regularium profeſſores ad habitum regularem recepti, probationis annum in Monaſteriis, ſeu Domibus regularibus ad id deſignatis, vel ab Apoſtolica Sede approbatis minime fecerint, proindeque juxta Conſtitutionem fel. rec. Clementis PP. VIII. Prædeceſſoris noſtri, deſuper editam, profeſſio, per eos ſubinde emiſſa, invalida exiſtat.

Hæc Clementis Conſtitutio mandat, ut hi ſervatis ſervandis ad profeſſionem emittendam iterum admittantur, & emiſſa omnibus ſuffragetur.

§.2. Nos Religioſos prædictos ex hujus ſanctæ Sedis benignitate, ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, eorumque ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes: Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, Venerabilibus Fratribus noſtro Scipioni Epiſcopo Sabinen. Cardinali Burgheſio nuncupato Majori Pœnitentiario, vel Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, cæteriſque Ordinariis locorum, in quibus eorumdem Religioſorum Monaſteria, Domus, ſeu Conventus, aliave regularia loca conſiſtunt, ſive ipſorum Religioſorum Præfectis, vel Superioribus generalibus, per præſentes committimus, & mandamus, quatenus omnes, & ſingulos Religioſos prædictos, qui ad habitum regularem aliàs canonice recepti, annum probationis in Monaſteriis, ſeu Domibus regularibus ad id deſignatis minime fecerunt, ſubindeque profeſſionem nihilominus emiſerunt, ad profeſſionem denuo, ſervatis aliàs ſervandis, emittendam: quæ ſic emiſſa illis, & eorum cuilibet, tam in foro interiori, quam exteriori ſuffragari debeat, abſque novo probationis anno, ex ſpeciali hujus ſanctæ Sedis benignitate, auctoritate noſtra apoſtolica recipiant, & admittant.

Et eos ad ſacros Ordines ſuſcipiendos, ac alias dignitates, & officia religionum reſtituit.

§.3. Eoſdemque, poſtquam profeſſionem denuo, ut præfertur, emiſerint, ad omnes gradus, honores, dignitates, præeminentias, atque habilitates, quas ſi ab initio valide profeſſi eſſent, legitime obtinerent, eadem auctoritate reſtituant, ac reſtitutos eo ipſo eſſe, & cenſeri declarent, itaut habeant eumdem locum, ſeſſionem, & votum, prout haberent, ſi priores profeſſiones validæ fuiſſent, & nondum promoti, ad omnes etiam ſacros, & presbyteratus ordines, ſervatis alià ſervandis, promoveri: & tam ipſi, quam alii ad eoſdem ordines jam rite promoti in ſuſceptis ordinibus hujuſmodi, etiam in Altaris miniſterio miniſtrare libere, & licite valeant: necnon omnes actus, ſive contractus, quos contraxerunt, & legitime contraxiſſent, vel cum laicis, vel cum aliis Monaſteriis, ſeu alterius Religionis viris, ſi nullum aliud paterentur vitium, vel defectum, niſi ex eo ſolum, quia initi, aut contracti ſunt invalide ab iis, qui contra dictam Conſtitutionem in Domibus non deſignatis, ſive ab eadem Sede non approbatis, profeſſi ſunt auctoritate noſtra prædicta confirment, & approbent, ac validos omnino declarent. Super quibus omnibus, & ſingulis plenam, & amplam facultatem dicta auctoritate, tenore præſentium tribuimus, & impartimur.

Clauſulas præſervativas apponit.

§.4. Decernentes præſentes Literas, & in eis contenta, atque illarum vigore in præmiſſis facienda, & exequenda quæcumque, valida, firma, & efficacia exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac omnibus, & ſingulis, quos illa concernunt, & concernent quomodolibet in futurum, in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari; eoſque præmiſſorum occaſione, vel prætextu quomodolibet moleſtari, perturbari, aut inquietari nullatenus poſſe, nec debere.

Aliter judicari prohibet.

§.5. Sicque, & non aliter ab omnibus cenſeri, & ita per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, dictæque Sedis Nuntios, in quavis cauſa, & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere: irritum quoq; & inane, quicquid

Digitized by Google

quid ſecus ſoper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§.6. Non obſtantibus præmiſſis, ac præfata Clementis Prædeceſſoris, aliiſque Cunſtitutiooibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnoo qoatenus opus ſit Ordinum, Coogregationum, & Inſtitutorum hujuſmodi, & quibuſvis aliis etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoqoe, indultis, & literis apoſtolicis, illis, eorumque Superioribus, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, ac irritantibos, aliiſque decretis in genere, vel in ſpecie, ac aliàs in contrariom, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis pleoitudine ſin ilibus, & aliàs quomodolibet iteratis vicibus conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiamſi de illis ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, ac iodividua, & de verbo ad verbum, noo autem per clauſulas geoerales idem importantes mentio, ſeo quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum teoores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe harum ſerie derogamus, cæteriſque contrariis qoibuſcumqua.

Superioribus jubet, ut ſuper hoc ſervare faciant Conſtit. Clementis VIII.

§.7. Cæterum, ſimilibus impoſterum conſultum eſſe volentes, dilectis filiis Ordioum, Congregationum, & Inſtitutorum hujuſmodi Superioribus generalibus, quocumque nomine cenſeantur, ac Procuratoribus etiam generalibus per præſentes diſtricte præcipimus, & mandamus, qoatenus ſtatim viſis præſentibus, loca, Monaſteria, vel Conventus, in quibus Novitii probationis annum agant, & alia, quæ dictus Clemens Prædeceſſor ſuper hac re obſervari juſſit, obſerventur, deſignari, ſive coofirmari omnino curent, & faciant.

Exemplis credi mandat.

§.8. Ut autem præſeotium notitia ad omnes facilius perveniat, volumus ut illarum exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ io dignitate eccleſiaſtica, conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ adhiberetur, ſi foreot exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 2. Aprilis 1631. An. VIII.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris die 2. Aprilis 1631., Pontificatus Noſtri Anno Octavo.

Sequitur Decretum editum a Sacra Tridentini Concilii Congregatione, quoad Novitios receptos, & profeſſos contra formam Decretorum.

SANCTISSIMUS D. N. URBANUS

Divina Providentia Papa Octavus.

A*D occurrendum motibus, qui poſſent in Religionibus oriri, occaſione receptionis Novitiorum, & Profeſſionis per eos emiſſæ in Conventibus non deſignatis, contra formam decretorum ſanct. mem. Clementis VIII. de Novitiis ad habitum regularem, & profeſſionem non admittendis, niſi in Conventibus deſignatis: audita ſuper hoc ſententia Sacræ Congregationis Concilii declaravit, ac decrevit hujuſmodi receptos, & profeſſos contra formam dictorum decretorum allegantes propterea nullitatem receptionis, & profeſſionis. non poſſe ſuper hujuſmodi nullitate poſt lapſum quinquenii quoquomodo audiri.*

Quod ſi aliqui contra formam præfatorum Decretorum recepti, & profeſſi, è Religione infra quinquennium exire, vel Superiores extra eam reſpective illos ejicere voluerint, eadem Sanctitas Sua decrevit, ut tam ipſi profeſſi, quam Superiores reſpective teneantur jura, quæ ſibi favere viſa fuerint, prius deducere coram eadem Sacra Congregatione, quæ ex ſpeciali etiam Suæ Sanctitatis facultate ſuper hoc conceſſa providebit. Inhiben. propterea Primatibus, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, & Prælatis inferioribus juriſdictionem exercentibus, ac quibuſcumque Judicibus ordinariis, & delegatis, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditoribus, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, etiam de Latere Legatis, Sediſque Apoſtolicæ Nuntiis, ne in poſterum in hoc quoquomodo ſe ingerant, abſque ſpeciali ejuſdem Sanctitatis commiſſione ſub pœna ipſo facto incurrenda quoad Epiſcopos, Archiepiſcopos, Patriarchas, & Primates, interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ: quoad Abbates, Prælatos inferiores, ac alios Judices prædictos, excommunicationis latæ ſententiæ; quo vero ad Nuntios, & ad Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, indignationis Suæ Sanctitatis, & pœnarum arbitrio ejuſdem ponendarum.

Si vero iidem, ut ſupra recepti, & profeſſi, juribus ſuis minime deductis coram Sacra Congregatione Concilii, & ſine illius expreſſa licentia è Religione exire, vel Superiores Religionis eos ejicere auſi fuerint: ipſi recepti, & profeſſi, tamquam Apoſtatæ puniantur, & pro talibus habeantur: necnon contra eoſdem juxta formam decreti de Regularibus Apoſtatis, & ejectis ejuſdem Sanctitatis Suæ juſſu ab eadem Sacra Congregatione ſub die 21. Septembris 1634. editi procedatur: & Superiores, qui ejecerint, pœnam ſuſpenſionis a Divinis, necnon privationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebunt, ac perpetuæ inhabilitatis ad ea in poſterum obtinenda, vociſque activæ, & paſſivæ ipſo facto abſque alia declaratione incurrant. Datum Romæ die 5. Januarii 1636.

F. Card. Veroſpius.

Fraociſcus Paulutius S.C.C. Secret.

CCCLXIV.

Revocatio Licentiarum quarumcumque legendi, & tenendi Libros prohibitos.

Similem Conſtitutionem habes in Greg. XV. Conſt. XCII. Apoſtolatus. *Tom. V. Par. V. fol. 86.*

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Proœmium. APoſtolatus officium Nobis, nullo licet meritorum ſuffragio, divina providentia commiſſum poſtulat, ut ad ea vigilantiæ noſtræ partes propenſius intendamus, per quæ Religio Catholica, ubi divina gratia illæſa viget, conſervetur, & ubi reſtitutione indiget, reparetur.

Prohibitio habendi, & legendi Libros prohibitos cũ licentiarum revocatione. §. 1. Quapropter, cum librorum prohibitorum lectio magno ſinceræ fidei cultoribus detrimento eſſe noſcatur, & ſicut accepimus, nimis exceſſiva ſit, hujuſmodi libros legendi licentiarum copia: Nos ut huic malo mature occurratur, & imposterum quam cautiſſime licentiæ hujuſmodi concedantur, quantum cum Domino poſſumus, providere volentes: Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnes, & ſingulas licentias legendi, & habendi Libros quoſcumque ob hæreſim, vel falſi dogmatis ſuſpicionem, ſeu per Conſtitutiones Apoſtolicas, etiam ratione Aſtrologiæ Judiciariæ, vel aliàs quomodolibet prohibitos, quibuſcumque perſonis laicis, & eccleſiaſticis, tam ſecularibus, quam regularibus cujuſcumque Ordinis, Societatis, & Inſtituti exiſtentibus, ac quacumque dignitate, etiam eccleſiaſtica fulgentibus, cujuſcumque ſtatus, gradus, conditionis, qualitatis, præeminentiæ, etiam ſpeciali nota, & mentione dignis, ac per Literas Apoſtolicas ad tempus, ſeu ad vitam, & aliter quomodocumque, & ex quacumque cauſa, tam in forma Brevis, quam aliter quomodocumque a Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, ſeu a quibuſcumque aliis a Nobis, vel ab eis facultatem, & auctoritatem habentibus, non tamen a Nobiſmetipſis per Literas Apoſtolicas, etiam in forma Brevis, ſeu Chirographum manu noſtra ſignatum, conceſſas, earum tenores præſentibus pro expreſſis, & inſertis habentes, hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione, revocamus, caſſamus, & annullamus, ac pro revocatis, caſſis, & annullatis haberi, nullique ſuffragari.

Contravenientibus pœnas impoſit. §. 2. Quinimmo libros per licentias hujuſmodi permiſſos legentes, aut habentes, pœnas in ſacris Canonibus, Conſtitutionibus Apoſtolicis, & Indicibus Librorum prohibitorum contentas incurrere volumus, & declaramus.

Hanc legem Rom. publicatam omnes ligare decernit. §. 3. Decernentes, ut præſentes Literæ, poſtquam valvis Baſilicarum S. Joannis Lateranenſis, ac Principis Apoſtolorum de Urbe, ac Cancellariæ Apoſtolicæ, necnon

in acie Campi Floræ affixæ fuerint, infra duos, citra montes, ultra vero montes, infra quatuor menſes ex tunc proximos, omnes, & ſingulos, ad quos ſpectat, arctent, & afficiant, perinde ac ſi unicuique perſonaliter intimatæ fuiſſent; quodque dictis duobus, & reſpective quatuor menſibus durantibus, ii, qui Libros prohibitos hujuſmodi habuerint, eos ad Epiſcopum, ſeu Inquiſitorem, qui illos quantocitius comburere debeant, deferre; quique aliquos ſimiles Libros prohibitos habere ſciverint, eos denuntiare teneantur, neque de cætero ſimiles licentiæ, niſi a Congregatione S. Officii, dum ſingulis hebdomadis coram Nobis habetur, vel ab aliis per Nos etiam in eadem Congregatione ſpecialiter deputandis concedantur.

Fides tranſumptorum. §. 4. Ac quod earumdem præſentium tranſumptis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die 2. Aprilis 1631. Pontificatus noſtri Anno VIII. Dat. die 2. Aprilis 1631. An. VIII.

CCCLXV.

Facultas Inquiſitori Melitæ præcipiendi turbas excitantibus Capituli Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani, ut Romæ ſiſtant. *Ex Regeſt. in Secret. Brev.*

Dilecto filio Magiſtro Ludovico Seriſtorio in utraque Signatura Noſtra Referendario hæreticæ pravitatis in Inſula Melevitan. Inquiſitori Generali.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Dilecte fili noſter ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Facultas, de qua in Rubr. §. 1. CUm Capitulum Generale Fratrum Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani propediem, benedicente Domino, celebrandum ſit, Nos cupientes Capitulum hujuſmodi controverſiis, & tumultibus ſemotis, quietè, & tranquille ad Dei Laudem, dictique Hoſpitalis utilitatem celebrari, Tibi, qui aliàs a Nobis ſuper ſexdecim Compromiſſariis electis Capituli hujuſmodi Noſtro, & Apoſtolicæ Sedis nomine Præſidens deputatus exiſtis, quod quibusvis dicti Hoſpitalis Fratribus, etiam magnæ Crucis, quos occaſione Capituli celebrandi hujuſmodi repereris inobedientes, recuſantes, tumultus excitantes, ſeu aliquo modo culpabiles, etiam habita notitia extrajudiciali, & prout expediens judicaveris, auctoritate Noſtra Apoſtolica in virtute ſanctæ obedientiæ, ut ex Inſula Melevitan. ſtatim recedant, & Romæ ſpatio dierum tibi benevíſo ſe ſe conſtituant ſub pœna pecuniaria, privationis antianitatis, inhabilita-

tis ad Commendas, & Dignitates, & aliis arbitrio ton præcipere, & mandare liberè, & licite poſſis, & valeas, apoſtolica auctoritate prædicta tenore præſentium facultatem concedimus, & impartimur,

Derogatio contrariorum.

§. 2. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, dictique Hoſpitalis etiam joramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, ſtabilimentis, uſibus, & naturis, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 2. Aprilis 1631. An. VIII.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 2. Aprilis 1631. Pontificatus Noſtri Anno Octavo.

CCCLXVI.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Committitur Nuncio apud Imperatorem, ut ex redditibus omnium bonorum eccleſiaſticorum per Univerſam Germaniam è manibus hæreticorum ereptorum dimidiam partem Fæderi Cathulico in Germania addicat,

Venerabili Fratri Ciriaco Archiepiſcopo Patracen. apud Chariſſimum in Chriſto Filium Noſtrum Ferdinandum Romanorum Regem in Imperatorem Electum Noſtro, & Apoſtolicæ Sedis Nuncio,

URBANUS PAPA VIII,

Ven. frater ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Proœmium.

Militantis Eccleſiæ regimini, diſponente Domino Præſidentes, in gravi mole curarum, quibus pro Paſtoralis Officii debito continue premimur, ea nunc eſt præcipua, quam inclitæ Germaniæ preſens ſtatus Nobis merito conficit; Quamobrem apoſtolicæ ſolicitudinis partes, ad ea jugiter intendimus, per quæ Catholicorum vires ad reſiſten. nefariis hoſtium fidei catholicæ conatibus augentur, prout rerum, & temporum qualitatibus debito penſatis conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Cum gravia onera pro Fœdei defenſione Archiepiſcopi, Epiſcopi &c. ſubiergint.

§. 1. Cum itaque ſicut accepimus, Venerabiles Fratres Archiepiſcopi, & Epiſcopi, ac dilecti filii nobiles viri Principes, atque Ordines Germaniæ Catholici confederati pro militaribus proviſionibus comparandis gravia expenſarum onera ad fidei Orthodoxæ contra illius hoſtes defenſionem, & propagationem ſubierint.

Nuncio committitur, prout in Rubr.

§. 2. Nos exercitos fæderis Catholici hujuſmodi, quia tam cauſa Religioois, & publica, quam neceſſaria concurrit, manutentione mediante redditu um es bonis eccleſiaſticis infraſcriptis aſſignatione, quantum cum Domino poſſumus conſulere volentes: De Venerabilium Fratrum Noſtrorom Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium negotiis Palatinatus præpoſitorum conſilio, Tibi per præſentes commmittimus, & mandamus, ut ex redditibus, fructibus, & proventibus, omnium, & ſingulorum bonorum eccleſiaſticorum, quæ in hanc huſque diem ſuerunt e manibus hæreticorum erepta, per univerſam Germaniam exiſtentium dimidiam partem dumtaxat fæderi Catholico prædicto pro manotentione dicti exercitus ad triennium proximum tantum, ſi iamdiu fædus duraverit, & exercitus manutenebitur auctoritate noſtra applices, ita ut diſſolnto ſœdere, ſeu exercitu hujuſmodi etiam duran. triennio, gratia applicationis hujuſmodi, illico eſpiraſſe cenſeatur, reliquam vero dimidiam partem eadem auctoritate retineas ad diſpoſitionem noſtram, in Eccleſiarum reſtaurationem, divini cultus augmentum, animarum curam, Religionis Catholicæ conſervationem, & propagationem convertendam, aut aliàs in dictis partibus diſtribuendam, prout nos perſonarum, rerum, ac temporum qualitate penſata ſalubriter in Domino eſpedire arbitrahimur,

Bona recuperata, à quoque conceſſa a ſolutione eximuntur.

§. 3. Cæterum, ne dum omnes, & ſinguli fructus, redditus, & proventos bonorum, ut præfertur, recuperatorum per Nos eidem Ferdinando Regi in Imperatorem Electo, aliiſque perſonis, ſeu locis piis hactenus ad tempus conceſſi, ſed etiam bona ipſa, etiam per Nos, tam locorum Ordinariis, quam aliis perſonis eccleſiaſticis. eorumque Menſis, ac aliis Eccleſiis, Collegiis, Univerſitatibus ſtudiorum, aliiſque locis piis conceſſa, atque ad præſens in perpetuum, vel ad tempus quomodolibet applicata ſub præſenti conceſſione, ac indulto, minime intelligantur comprehenſa, ſed eiſdem Ferdinando Regi in Imperatorem Electo, cæteriſque etiam Ordinariis, Eccleſis, Beneficiis, Collegiis, Univerſitatibus, & aliis, quibus applicata ſuerint, ut præfertur, ad præſcriptum Literarum Apoſtolicarum ſalva, & illibata permaneant.

Obſtantium derogatio.

§. 4. Non obſtan. Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, etiam in Conciliis Generalibus editis, ac quarumcumqoe Eccleſiarum, Monaſteriorom, Beneficiorum, & Locorum piorum, ac Ordinum quorum reſpective ſuerint, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis eorum omnium tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac in verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permaoſuris hac vice domtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum

Digitized by Google

Dat. die 6. Aprilis 1631. An. VIII. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 9. Aprilis 1631. Pontificatus noſtri Anno Octavo.

CCCLXVII.

Quod Laici Profeſſi Ordinis Cappuccinorum præcedant Clericos Novitios nondum Profeſſos in omnibus locis, tam publicis, quam privatis.

De tota iſtorum Fratrum Religione vide in Conſt. XXIV. Religionis. *Tom. IV. Par. I. fol. 73. Innovatio Conſtitutionum prohibentium habitum Cappuccinorum deferri ab aliis Regularibus facta fuit a Gregor. XV. Conſt. XLV.* Ex injuncto. *Tom. V. Par. IV. fol. 46.*

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Petitio dubii & Decretum. NUper pro parte dilectorum filiorum Hieronymi Narnienſis Vicarii Generalis, ac Franciſci Genuenſis Procuratoris Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Franciſci Cappuccinorum nuncupatorum, expoſitum fuit, quod a Venerabilibus Fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, negotiis Regularium Præpoſitis, emanavit decretum tenoris ſubſequentis, videlicet: Pater Frater Hieronymus Narnienſis Vicarius Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Franciſci Cappuccinorum, ac Pater Frater Franciſcus Genuenſis eiuſdem Ordinis Procurator Generalis ſupplicant Sacræ Congregationi pro opportuna declaratione infraſcripti dubii, nuper ab aliquibus excitati, videlicet.

An Laici profeſſi ejuſdem Religionis poſſint, ac debeant inter ſedendum, eundum, atque in omnibus locis, & in publicis, ac privatis actionibus ſemper, & ubique præcedere Clericis, nondum profeſſis. Sacra Congregatio Cardinalium negotiis Regularium præpoſita cenſuit, Laicos profeſſos utique poſſe, ac debere Novitiis etiam Clericis, nondum profeſſis, in omnibus locis, & actionibus, tam publicis, quam privatis, ut ſupra, in dicta Religione præcedere.

§. 1. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, exponentes prædicti plurimum cupiant, Decretum præinſertum pro illius validitate, & ſubſiſtentia firmioribus apoſtolicæ noſtræ confirmationis robore communiri.

Confirmatio decreti prout in Rubr. §. 2. Nos illos ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtant, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes: Supplicationibus illorum nomine, Nobis ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati, Decretum præinſertum apoſtolica auctoritate, tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos, tam juris, quam facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus.

§. 3. Decernentes, illud, necnon præſentes Literas valida, firma, & efficacia exiſtere, & fore, ac ab omnibus, ad quos ſpectat, inviolabiliter obſervari; ſicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Clauſulæ. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§. 4. Volumus autem, ut præſentium tranſumptis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Tranſumptis credi jubet.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris die 7. Maii 1631. Pontificatus noſtri Anno VIII. Dat. die 7. Maii 1631. An. VIII.

CCCLXVIII.

Conceſſio Eccleſiæ Sancti Bonaventuræ de Urbe Lucanis in eadem Urbe commorantibus. *Ex Regeſt. in Secret. Brev.*

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

IN ſupereminenti Sedis Apoſtolicæ ſpecula, meritis licet imparibus, divina diſponente providentia, conſtituti, pia Chriſtifidelium vota, quæ ad divini cultus augmentum, & ipſorum fidelium ſalutem ſpectant, ad exauditionis gratiam libenter admittimus, prout ipſorum Chriſtifidelium animarum ſaluti conſpicimus ſalubriter in Domino expedire. Proœmium.

§. 1. Cum itaque nuper dilecti filii Guardianus, & Fratres Domus S. Bonaventuræ de Urbe Ordinis Fratrum Minorum Sancti Franciſci Cappuccinorum nuncupat. e prædictis Domo, & Eccleſia, ad Domum, & Eccleſiam Immaculatæ Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis de eadem Urbe per dilectum filium noſtrum Antonium tituli S. Honuphrii Presbyterum Cardinalem, noſtrum ſecundum carnem fratrem germanum, pro eiſdem Guardiano, & Fratribus fundatam, & conſtructam de noſtra, & hujus Sanctæ Sedis licentia ſe tranſtulerint; Tranſlatio FF. Cappuccinorū ex Eccleſia S. Bonaventuræ, ad Eccleſiam Immaculatæ Conceptionis Beatæ M. V.

Urbanus prædictam Eccleſiam S. Bonaventuræ Nationi Lucanæ concedit.

§.2. Nos ne ob diſceſſum Fratrum prædictorum ab eadem Eccleſia, ea debitis propterea fraudetur obſequiis, ſed in divinis laudabiliter deſerviatur, quantum cum Domino poſſumus providere, ſimulque Nationi Lucanæ in eadem Urbe commoranti, & plurium Romanæ Curiæ Prælatorum, aliorum Virorum doctrina, pietate, rerum gerendarum uſu, aliiſque egregiis virtutum ornamentis præſtantium meritis inſigni, ſpecialem gratiam facere volentes, ipſiuſque Nationis ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus ejus nomine, Nobis ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati, in Domo, & Eccleſia S. Bonaventuræ prædictis omnem ſtatum, eſſentiam, & dependentiam regulares, omniaque, & ſingula privilegia, gratias, & indulta illis, uti Regularibus conceſſa, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, ſupprimimus, & extinguimus, Eccleſiamque prædictam ad ſæcularitatem reducimus, eamque quam de cætero perpetuis futuris temporibus S. Crucis de Luca, & S. Bonaventuræ nuncupari debere decernimus, & declaramus, cum Choro, Sacriſtia, & parte ſitus, ac Fabricæ dictæ Domus ab eiſdem Fratribus relictæ per Nos, ſeu de mandato noſtro per dilectos filios Fauſtum Polium Palatii noſtri Præfectum, & Michaelem Bergumen. dicti Ordinis profeſſorem declaranda, & ſpecificanda prædictæ Nationi Lucanæ, ita tamen, ut in ea octo Miſſas ſingulis diebus celebrari facere, dictæque Eccleſiæ de paramentis, & ornamentis eccleſiaſticis, aliaque omnimoda ſacra, & prophana ſuppellectile ad divinum cultum, ipſiuſque Eccleſiæ decorem neceſſaria, providere debeat, & teneatur, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium perpetuo concedimus, & aſſignamus.

Eamque Sanctæ Crucis de Luca nuncupari mandat.

Facultas apud eamdem Eccleſiã Hoſpitale erigendi.

§.3. Dantes eidem Nationi facultatem apud Eccleſiam S. Crucis, & S. Bonaventuræ prædictam, unum Hoſpitale pauperum infirmorum ejuſdem Nationis erigendi, ſeu aperiendi, illudque regendi, & gubernandi;

Conſtitutioneſque opportunas faciendi.

§.4. Ac pro Eccleſiæ, & Hoſpitalis hujuſmodi negociis ſe congregandi, & quæcunique Statuta, Capitula, Ordinationes, & Decreta pro ſalubri Eccleſiæ, & Hoſpitalis prædictorum regimine, & directione neceſſaria, & opportuna, licita tamen, & honeſta, ſacriſque Canonibus, & Concilii Tridentini Decretis, ac Conſtitutionibus Apoſtolicis non contraria, per dilectum filium noſtrum in Alma Urbe prædicta Vicarium in ſpiritualibus generalem examinanda, & approbanda faciendi, & edendi, illaque pro tempore, prout eis videbitur, prævia ſimili examinatione, & approbatione mutandi, alterandi, corrigendi, & in melius reformandi;

Legata quoque recipiendi.

§.5. Ac inſuper omnia, & ſingula legata, relicta, res, & bona quomodolibet qualificata mobilia, & immobilia per quoſcumque Chriſtifideles Eccleſiæ, & Hoſpitali prædictis per viam teſtamenti, donationis, aut aliàs quomodolibet pro tempore elargita, recipiendi, & per eorum Deputatos adminiſtrandi, ac in Eccleſiæ, & Hoſpitalis prædictorum uſus, ita tamen, ut de receptis, & adminiſtratis per eos, eidem Vicario juxta Decreta Concilii Tridentini rationem reddere teneantur convertendi, & inſuper in Eccleſia prædicta Sacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum, & Oleum infirmorum debitis cum honore, & reverentia aſſervandi;

Aliaſque facultates.

§.6. Necnon Infirmis in dicto Hoſpitali pro tempore exiſtentibus Sacroſanctæ Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ prædictæ, Extremæque Unctionis Sacramenta per Eccleſiæ, ſeu Hoſpitalis prædicti Cappellanum, qui a dicto Vicario ad id approbatus fuerit adminiſtrari curandi; ac præterea in eadem Eccleſia Sanctæ Crucis, & Sancti Bonaventuræ, tam in dicto Hoſpitali decedentium, quam quorumcumque aliorum Chriſtifidelium, ibi ſepeliri cupientium, corpora ſepeliendi, ſeu ſepeliri faciendi, ſine tamen quorumcumque jurium parochialium præjudicio.

Clauſulas neceſſarias apponit.

§.7. Decernentes Eccleſiam S. Crucis, & S. Bonaventuræ hujuſmodi liberam, ipſamque, & Hoſpitale prædictum dicto Vicario, tam in Viſitationibus, quam aliis quibuſcumque plene ſubjecta eſſe, & fore, præſentes vero Literas etiam ex eo, quod quicumque in præmiſſa intereſſe habentes, ſeu habere prætendentes ad id vocati, & auditi non fuerint, aut præmiſſis non conſenſerint, aut quavis alia de cauſa quantumvis legitima, & juridica de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel quocumque alio defectu notari, impugnari, redargui, infringi, aut in jus, vel controverſiam revocari nullatenus poſſe, ſed eas ſemper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ac dictæ Nationi pleniſſime ſuffragari; Sicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogat obſtantibus.

§.8. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quibuſvis etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis, in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum,

Digitized by Google

ctum, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 22. Maii 1631. An.VIII. Datum in Arcie Gandulphi Albanen. Diœceſis ſub Annulo Piſcatoris die 22. Maii 1631. Pontificatus noſtri Anno VIII.

CCCLXIX.

Ex Regeſt. in Secret. Brev. Commiſſio Archiepiſcopo Bracharen., & Epiſcopis ſuffraganeis, ut inhibeant Judicibus ſecularibus, ne Cauſas Civiles Monialium Monaſteriorum Ordinis Sancti Benedicti in ſuis Diœceſibus exiſtentium, ullo modo cognoſcere audeant.

Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Bracharen., & Epiſcopi ejus ſuffraganeis.

URBANUS PAPA VIII.

Ven. Fratres ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Cauſæ civiles Monialium S. Benedicti a Judicibus ſecularibus agnoſcebantur. §.1. CUm ſicut Nobis nuper exponi feciſtis, in veſtris Diœceſibus exiſtant nonnulla Monaſteria Monialium Ordinis Sancti Benedicti veſtris juriſdictionibus, tam in ſpiritualibus, quam temporalibus ſubjecta privativè, quoad omnes juxta formam Sacri Concilii Tridentini, & Sacrorum Canonum, & nihilominus nonnullæ perſonæ ſeculares conveniant Moniales Monaſteriorum prædictorum, in cauſis civilibus, in quibus ipſæ ſunt reæ coram judicibus ſecularibus ſub falſo prætextu, quod dictæ Moniales in his caſibus non habeant Superiores in Regno Portugalliæ, in maximum præjudicium, & Confuſionem juriſdictionis eccleſiaſticæ.

Commiſſio Archiepiſcopo Bracharen., & Epiſcopis Suffraganeis, de qua in Rubr. §.2. Nos in præmiſſis quantum cum Domino poſſumus opportune providere volentes ſupplicationibus veſtro nomine, Nobis ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati de Venerabilium Fratrum Noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, Regularium negotiis præpoſitorum, Conſilio, Nobis per præſentes injungimus, ut ſub cenſuris, & pœnis contra perturbantes libertatem eccleſiaſticam promulgatis diſtrictè inhibeatis judicibus ſecularibus prædictis, ne cauſas Monialium Monaſteriorum hujuſmodi, ſi cæ, ut proponitur, coram ipſis conveniantur, ullo modo audeant cognoſcere, vel in aliquo procedere, vel ſe ingerere ſed eaſdem cauſas ad ſuos judices eccleſiaſticos competentes ſtatim remittant, ac ſi non paruerint contra eoſdem ad declarationem cenſurarum ac pœnarum, quas ob præmiſſa incurrerint omnino procedatis, vel aliàs provideatis quemadmodum vobis pro veſtra prudentia, & zelo magis expedire viſum fuerit: in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque.

Dat. die 2. Junii 1631. An.VIII. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die 2. Junii 1631. Pontificatus noſtri Anno VIII.

CCCLXX.

Ex Regeſt. in Secret. brev. Confirmatio Decreti Sacræ Congregationis Concilii, quo declaratur, Metropolitano non licere viſitare Diœceſes Epiſcoporum ſuffraganeorum niſi ad præſcriptum dicti Concilii *Cap.3. Seſſ.24. de Ref.*

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Decretum emanatum a S. Congreg. Concilii. §.1. EXponi Nobis Nuper fecit Venerabilis Frater modernus Epiſcopus Laonen. quod nuper a Venerab. Fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus Sacri Concilii Tridentini Interpretibus emanavit decretum tenoris ſubſequentis, videlicet. Eminentiſſimi, e Reverendiſſimi Signori: il Veſcovo Laonen. nel Regno d' Ibernia eſpone all' EE. VV. che ſe bene dal Sacro Concilio Tridentino ſu proviſto, che i Metropolitani non poſſino viſitar le Catedrali di loro Comprovinciali, niſi cauſa cognita, & probata a Concilio Provinciali, come appare nella Seſſione 24. Cap.3. nondimeno l'Arciveſcovo Caſſelen. ſenza occaſione pretende, non ſolo viſitar la Dioceſi dell' Oratore contro la forma, e diſpoſizione ſudetta; ma pretende di più far queſto ogni triennio, e che allora ceſſi la giuriſditione dell' ordinario e pigliarſi egli le entrate e frutti di quel tempo, anche ſi ſono oppoſti gl'altri ſuffraganei, fuorche un Malachias Queleo, che allora come Veſcovo Apoſtolico governava la Dioceſi dell' Oratore aderendo al guſto dell' Arciveſcovo, ſi per pregiudicare a eſſo Oratore, avendo auto diſguſto della elezione di eſſo, ſi perche poteſſe egli con queſto eſempio havere l' iſteſſa pretenzione con i ſuffraganei della Metropolitana Thuamen. dalla quale aveva avviſo eſſer egli eletto Arciveſcovo, ſiccome di gia arrivato al poſſeſſo, ha cominciato a volerla metter in eſſecuzione; e perche dal comportar queſta novità non ſolo ſuccede pregiudizio all' Oratore; ma eſſempio d' abuſo alli altri Metropolitani, ch' entraranno in ſimili pretenzioni; onde ſuccederà rumore, e inquietitudine tra quei Veſcovi con ſcandalo di Catolici, e fedeli, oltre al diſpreggio delle ordinazioni del Sacro Concilio, ſupplica per tanto le EE. VV. ſi degnino dar ordine ſub pœnis, & cenſuris, che ſi oſſervi inviolabilmente quanto il Concilio diſpone ſenza innuvar altro in contrario, o conforme parerà più eſpediente all' EE. VV. che &c.

Die 10. Maii 1631. Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Patrum Concilii Tridentini interpretum reſpondit: Metropolitano non eſſe permiſſum viſitare Diœceſim Epiſcopi ſuffraganei, niſi ad præſcriptum Cap.32. Seſſ.24. de Reformatione verſ. Metropolitanus &c. M. Ubaldinus. Franciſcus Paulutius Sacræ Congregationis Concilii Secretarius. Loco ✠ Sigilli.

§.2. Cum

Hujuſmodi Decretum Epiſcopus Laonenſis petit confirmari.

§.2. Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubjungebat prædictus Epiſcopus plurimum cupiat, præinſertum decretum hujuſmodi, quo firmius ſubſiſtat, exactiuſque obſervetur, apoſtolicæ noſtræ confirmationis robore communiri.

Urbanus confirmat.

§.3. Nos eumdem Epiſcopum ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occaſione vel cauſa latis ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ejus nomine, Nobis ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati, præinſertum decretum hujuſmodi apoſtolica auctoritate tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos, tam juris, quam facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint ſupplemus.

Mandatum de parendo.

§.4. Decretumque hujuſmodi, ac præſentes Literas valida, firma, & efficacia exiſtere, & fore, atque ab omnibus, ad quos ſpectat, & in futurum ſpectabit inviolabiliter obſervari, ſicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, ac definiri debere, irritumque, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Epiſcopis Kildaren. & Fernen., ut hoc Decretum obſervari faciat mandat.

§.5. Quocirca Venerabilibus Fratribus Hildaren., & Fernen. Epiſcopis, per præſentes committimus, & mandamus quatenus ipſi, vel alter eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes Literas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte Epiſcopi Laonen. prædicti fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, illique in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra eadem præmiſſa inviolabiliter obſervari.

Contrafacientibus pœnas addit.

§.6. Contradictores quoſlibet, & rebelles, & præmiſſis non parentes, per ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit auxilio brachii ſecularis.

Obſtantibus derogat.

§.7. Non obſtantibus fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri de una, & in Concilio Generali edita de duabus dictis. dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præſentium ad judicium non trahatur, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenus opus ſit prædictæ Caſſellen., & aliarum Eccleſiarum, etiam juramento, confirmatione apoſtolica vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, approbatis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis eorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die 7. Junii 1631. Pontificatus Noſtri Anno VIII.

Dat. die 6. Junii 1631. An.VIII.

CCCLXXI.

Facultas Cardinali Barberino immutandi modum, & Statum Officiorum, Magiſtratumque Civitatis Urbini, ejuſque Diſtrictus.

Ex regeſt. in Secret. Brev.

Dilecto Filio noſtro Antonio Sanctæ Mariæ in Aquiro Diacono Cardinali Barberino nuncupato noſtro ſecundum carnem ex Fratre germano Nepoti in toto Statu noſtro Eccleſiaſtico, ac in univerſa Italia, & etiam extra eam ad quoſcumque Principes noſtro, & Apoſtolicæ Sedis de latere legato, nec non in Statu noſtro prædicto pro Nobis & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ in ſpiritualibus, & temporalibus Vicario Generali.

URBANUS PAPA VIII.

Dilecte fili, ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Exordium.

QUoniam in regimine Urbinaten., Eugubin., Piſauren., & reliquarum Civitatum, & Oppidorum, aliorumque locorum quorumcumque per obitum bo.mem. Franciſci Mariæ Urbini Ducis, ad Sedem Apoſtolicam devolutorum, & univerſæ ditioni temporali Sedis prædictæ noſtro decreto incorporatorum per Nos ſingulari tuæ fidei, atque prudentiæ hodie commiſſo propter diverſitatem Gubernii Ducalis, ſub quo Civitates, Oppida, & loca hujuſmodi hactenus recta fuerunt, & eccleſiaſtici, ſub quo deinceps erit multa contigere poſſunt, quæ in facultatibus legationis Civitatum, Oppidorum, & Locorum eorumdem non ſunt expreſſa, ac ſpeciali nota digna eſſent;

Præter alias facultates Cardinali Barberino conceſſas, aliam, de qua in Rubrica concedit.

§.1. Nos ne propterea Civitates, Oppida, & loca hujuſmodi aliquod patiantur detrimentum, ſed ut tu omnia, quæ ad proſperum, ac felix regimen illorum pertinent, dirigere, ſtatuere, & de novo etiam in caſibus, in quibus oportebit, & tu expedire judicaveris, ordinare poſſis, opportune providere volentes, ultra quaſcumque alias facultates ſupradictas, quarum tenores præſentibus pro expreſſis haberi, quaſque ſemper ſalvas, & illæſas eſſe volumus. Circumſpectioni tuæ cujus ſingulari prudentiæ, fidei, & diligentiæ graviſſimis in negotiis toties probatæ plane confidere, ac omnia tuto committere, & credere poſſumus, modum, & ſtatum Officiorum, Magiſtratuum tam optimatum, quam Populi, & gubernii temporalis ac etiam cuſtodiæ, Militiarumque, & præſidiorum Civitatum, Oppidorum, & Lo-

& Locorum prædictorum, prout tibi videbitur immutare, & renovare ac ad formam, & methodum regiminis, & gubernii, aliarumque Provinciarum, Terrarum, & Locorum Status noſtri Eccleſiaſtici redigere, ſeu alias juxta tuam prudentiam, & arbitrii tui voluntatem, tam præmiſſa, quam etiam redditus, & proventus Cameræ noſtræ Apoſtolicæ, eorumque exactiones diſponere, & ordinare, ac quæcumque ſtatuta, Ordinationes, & Conſtitutiones circa præmiſſa, & alia quæcumque, prout tu magis expedire judicaveris, condere, publicare, & obſervare facere, necnon omnia, & ſingula ad Statum, Gubernium, regimen, ac adminiſtrationem Civitatum, Oppidorum, & locorum prædictorum, atque cuſtodiam Arcium, & fortalitiorum, necnon populorum pacem, & quietem, & Annonæ abundantiam ſpectan., ac tam gratiam, quam juſtitiam concernentia, etiamſi talia forent, quæ ſub generali verborum ſignificatione non venirent, ſed ſpecialibus indigerent vocabulis, ac ſpeciali nota digna eſſent, facere, gerere, ordinare, ſtatuere mandare, exequi, & facere perinde in omnibus, & per omnia poſſis, valeas, & debeas, ac Nos ipſi facere, gerere, ordinare, ſtatuere, mandare, exequi, & facere poſſemus pleniſſimam, ampliſſimam, & abſolutam facultatem, poteſtatem, & auctoritatem, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium concedimus, & impartimur. Et nihilominus ſi aliqua per te fieri, ſtatui, & ordinari contigerit, quæ tibi ſub generali hujuſmodi facultate minime compræhendi videbuntur, ea Nos, prout tu ad Nos retuleris, nominatim omnia confirmabimus, & approbabimus.

Cardinalem aliquos Nobiles Laicos creare poſſe declarat.

§.2. Præterea ut in hujus tui regiminis initio erga illos, qui ſe in Nos, & Apoſtolicam Sedem devotos, & fideles exhibuerunt, noſtram, & hujus Sedis munificentiam magis oſtendere, teque gratum, & benevolum, ut decet, reddere poſſis, facultatem creandi aliquos laicos Nobiles, uſque ad numerum quindecim in Palatii, & Aulæ Lateranen. Comites, & Auratæ Militiæ Equites per alias noſtras Literas tibi conceſſam, uſque ad quemcumque numerum tibi beneviſum, auctoritate, & tenore prædictis extendimus, & ampliamus.

Obſtantia tollit.

§.3. Non obſtantibus quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 11. Junii 1631. An. VII.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die 11. Junii 1631. Pontificatus noſtri Anno VIII.

CCCLXXII.

Confirmatio nonnollorum Decretorum per Sacram Congregationem Epiſcoporum, & Regularium ſuper diverſis controverſiis inter Metropolitanos, & Suffraganeos editorum.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Decreta Sac. Congr. Epiſcoporum, & Regular.

§.1. NUper pro parte Ven. Fratris Epiſcopi Urgellen. Nobis expoſitum fuit, quod a Ven. Fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, negociis Epiſcoporum præpoſitis, emanarunt ſuper diverſis controverſiis inter Metropolitanos, & ſuffraganeos Decreta infraſcripta, videlicet; Metropolitani, Archiepiſcopi, Primates, aut Patriarchæ in ſuffraganeos, eorumve ſubditos non judicent, niſi in caſibus a jure expreſſis.

Idem, nec alii ſuperiores etiam Nuncii, vel Legati de latere ſpecificam facultatem majorem non habentes cauſas in Curiis Ordinariorum, vel aliorum inferiorum Judicum pendentes ad ſe non advocent, niſi per viam legitimæ appellationis ad ipſorum Tribunalia deferantur, tumque appellationes ab inferiorum juriſdictionibus, quoad alias cauſas eximere non poſſint.

Appellationes numquam recipiantur, niſi per publica documenta, quæ realiter exhibeantur, prius conſtiterit appellationem a ſententia definitiva, vel habente vim definitivæ, aut a gravamine, quod per definitivam ſententiam reparari non poſſit in caſibus a jure non prohibitis per legitimam perſonam, & intra debita tempora fuiſſe interpoſitam, ac proſequutam.

Nec dum cauſæ coram inferioribus judicibus pendent, ante definitivam ſententiam, vel vim definitivæ habentem de gravamine illato ſuperiores cognoſcere valeant, licet citra præjudicium curſus cauſarum, ſe id facere conteſtentur, nec ad hunc effectum liceat eis inhibere, aut ſimpliciter mandare, ut ipſis copia proceſſus transmittatur, etiam expenſis appellantis.

Inhibitiones poſt appellationem, ſicut præmittitur, receptam, non concedantur, niſi cum inſcriptione tenoris ſententiæ, aut Decreti definitivi aut vim definitivi habentis, vel damnum per definitivam irreparabile continentis, aliàs inhibitiones, & proceſſus, & inde ſequuta quæcumque ſint ipſo jure nulla, eiſque impune non parere liceat.

Si appellans aſſerat ſententiæ, aut appellationis exemplum culpa judicis a quo, vel Actuarii habere non poſſe, non ideo recipienda eſt appellatio, aut aliqua inhibitio concedenda, ſed eis tantum, ad quos pertinet injungi poterit, ut ſoluta condigna mercede actorum, exemplum authenticum appellanti intra brevem atique competentem terminum tradatur; Caveat tamen Judex a quo, ne ſi vere appellatum fuerit,

fuerit, in caſu appellabili interim aliquid in præjudicium appellantis attentet, & ſi per actus publicum, aut per teſtium depoſitiones conſtiterit acta denegari appellanti, tunc mandato tradendi acta poſſit Judex appellationis adjicere, ne interim aliquid novi contra appellantem attentetur.

Ab exequutione Decretorum Sac. Concilii Tridentini, aut viſitationis apoſtolicæ appellationes a Metropolitanis non recipiantur, nec ſi Epiſcopi virtute ejuſdem Sacri Concilii procedunt, uti Sedis Apoſtolicæ delegati in cauſis, quæ ſub eorum juriſdictione ordinaria non comprehenduntur, ſalva tamen in hoc caſu Legatorum, & Nunciorum Apoſtolicorum auctoritate.

In cauſis vero viſitationis ordinariorum, aut correctionis morum, quoad effectum devolutivum tantum admittantur, niſi de gravamine per definitivam irreparabile agatur, vel cum viſitator citata parte, & adhibita cauſæ cognitione judicialiter procedit, tunc enim appellationi locus erit, etiam quoad effectum ſuſpenſivum.

Cum a gravamine, quod per definitivam reparari nequit, ut indebitæ carcerationis, vel torturæ, aut escommunicationis etiam comminatæ appellatur, nonniſi viſis actis, ex quibus evidenter appareat de gravamine, appellatio admittatur, aut inhibitio, vel proviſio aliqua concedatur.

Cauſa appellationis pendente, appellans in eodem, quo reperitur carcere, permanebit, quoad Judex ad quem appellatum eſt, viſis actis, & cauſa cognita aliter decreverit, & tunc ſi a Judicis ad quem decreto vim diſinitivæ habente fuerit appellatum, nihil mandare, aut pro ſui decreti exequutione attentare poterit, donec per Judicem Superiorem aliud fuerit ordinatum.

Acta originalia proceſſuum primæ inſtantiæ ad Judicem appellationis Notarius mittere non cogatur, niſi probabilis aliqua falſitatis cauſa, & ſuſpicio incidat, quæ judicialiter objiciatur, & tunc terminata cauſa remittenda ſunt ad Ordinarium, ut ſuo Archivio conſerventur.

Cenſura Eccleſiaſtica in appellantem prolata relaxari, aut nulla declarari per Judicem appellationis non poſſit, niſi auditis partibus, & cauſa cognita, tuncque ſi conſtiterit eam juſtam eſſe, ad Judicem, qui excommunicavit, appellans remittendus eſt, ut ab ipſo juxta Sacros Canones beneficium abſolutionis, ſi humiliter petierit, debitamque emendationem profiterit obtineat, ſi vero injuſtam eſſe clare appareat, Superior abſolutionem impendat, ſi dubitetur, honeſtius eſt, ut ad excommunicatorem intra brevem aliquem competentem terminum eidem præfigendum abſolvendus, remittatur, licet etiam Superior hoc caſu in idipſum per ſe præſtare jure poſſit, abſolutio ad cantelam, nonniſi parte citata, & viſis actis, cum dubitatur de nullitate excommunicationis ab homine prolatæ, vel a jure ſi occurrat dubium facti, vel probabile dubium juris concedenda erit, tuncque ad tempus breve cum reincidentia, & præſtita per escommunicatum cautione de ſtando juri, & parendo mandatis Eccleſiæ tantum, & ſi justa formam a jure præſcriptam apparebit, quem ob manifeſtam offenſam excommunicatum fuiſſe, debitam etiam ſatisfactionem præſtare, & ſi ob contumaciam manifeſtam expenſas pariter ſatisfacere, & cavere de judicio ſiſti coram excommunicatore quis tenebitur, priuſquam ad cautelam abſolvatur. A ſententia etiam definitiva contra verum contumacem prolata, appellatio non recipiatur, nec inhibitio, aut alia quævis proviſio, quamdiu appellans in hujuſmodi vera contumacia præſtiterit, concedatur.

Sacra Congregatio Cardinalium negociis Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, cenſuit, petitas Literas in forma Brevis, ſi Sanctiſſimus Dominus Noſter annuat, eſſe expediendas. Romæ die 9. Maii 1631. Fr. Antonius Card. Honuphrius. P. Fagnanus Secretarius.

Epiſcopus urgellenſis hæc Decreta petit confirmari.

§. 2. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat dictus Epiſcopus Decreta præinſerta, ut exactius obſerventur, apoſtolicæ noſtræ confirmationis robore communiri ſummopere deſideret.

Pontifex confirmat.

§. 3. Nos illum ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis escommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus illius nomine, Nobis ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati, de eorumdem Cardinalium conſilio, Decreta præinſerta apoſtolica auctoritate tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illiſque inviolabilis apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes, & ſingulos tam juris, quam facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint ſupplemus.

Clauſulæ.

§. 4. Decernentes illa, necnon præſentes literas valida, firma, & efficacia exiſtere, & fore, ac ab omnibus, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit inviolabiliter obſervari; ſicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 14. Junii 1631. An. VIII.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die 14. Junii 1631. Pontificatus Noſtri Anno VIII.

Confir-

CCCLXXIII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Confirmat Decretum Congregationis Palatinatus in Cauſa vertente inter Archiepiſcopos S.R.I. Electores, ac eorum Suffraganeos, & Abbates Congregationis Burſfeldenſis Ordinis Sancti Benedicti, ſuper validitate unionis aliarum Congregationum, ac Monaſteriorum ejuſdem Ordinis ab eiſdem Abbatibus factæ, emanatum.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Congregatio Palatinatus ſunionum aliarum Congregationum, & Monaſteriorū ab Abbatibus factam irritam eſſe declaravit.

§.1. EXponi Nobis nuper fecerunt Venerabiles Fratres Maguntin., Colonien., & Treveren. Archiepiſcopi S.R.I. Principes Electores, quod in cauſa vertente inter eos, eorumque Suffraganeos ex una, & dilectos filios Abbates Congregationis Burſfeldenſis Ordinis S. Benedicti ex altera partibus ſuper validitate unionis aliarum Congregationum, & Monaſteriorum ejuſdem Ordinis nuper ab eiſdem Abbatibus factæ in Congregatione Generali Ratisbonę non ita pridem celebrata. Venerabiles Fratres noſtri Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales negotiis Palatinatus præpoſiti auditis partium procuratoribus, & advocatis, reque mature diſcuſſa, unionem hujuſmodi nullam, atque irritam eſſe cenſuit, prout in decreto deſuper confecto plenius dicitur contineri.

Archiepiſcopi Decretum hoc confirmari cupiunt.

§.2. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, dicti Archiepiſcopi plurimum cupiant decretum hujuſmodi pro firmiori illius ſubſiſtentia, apoſtolicæ noſtræ confirmationis robore communiri; Nobis propterea humiliter ſupplicari fecerunt, ut in præmiſſis opportune providere, de benignitate apoſtolica dignaremur.

Quibus Urbanus annuit.

§.3. Nos igitur illos ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas, a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomolibet innodatæ exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus hujuſmodi inclinati, Decretum præinſertum apoſtolica auctoritate tenore præſentium approbamus, & confirmamus, ac omnes, & ſingulos tam juris quam facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus.

Ferdinando Regi, ut eiſdem Abbatibus, ne aliquid novi ſtatuant, inhibeat, mandat.

§.4. Necnon dilecto filio noſtro, & Sedis Apoſtolicæ apud chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Ferdinandum Romanorum Regem, in Imperatorem electum, Nuncio per præſentes committimus, & mandamus, ut eiſdem Abbatibus inhibeat ne de cætero in hac materia aliquid novi ſtatuere, vel attentare præſumant, ſalvo tamen jure redigendi monaſteria in congregationes particulares ad præſcriptum ſacrorum canonum, & decreti Sacri Concilii Tridentini.

Derogatio contrariorum.

§.5. Non obſtantibus in contrarium facien. quibuſcumque.

Dat. die 4. Julii 1631. An. VIII.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 4. Julii 1631. Pontificatus noſtri Anno Octavo.

CCCLXXIV.

Ex regeſt. in Secret. Brev.

Facultas Legato Ferrarien. ſuper Obſidibus pro confirmatione Pacis Italiæ, nomine Sanctæ Sedis, accipiendis.

Dilecto filio noſtro Joanni Baptiſtæ Tituli S. Sylveſtri in Capite Presbytero Cardinali Pallotto nuncupato in Civitate, & Ducatu noſtris Ferrarien. noſtro, & Apoſtolicæ Sedis de latere Legato.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Dilecte fili noſter, ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Exordium a petitionibus ſumptum.

CUm ſicut accepimus pro perfectione pacis Italiæ nonnullæ inter Deputatos, ſeu Plenipotentiarios chariſſimorum in Chriſto filiorum noſtrorum Ferdinandi Romanorum Regis in Imperatorem electi, & Ludovici Franciæ Regis Chriſtianiſſimi in oppido Cheraſchi pactiones ſub die 19. Junii proxime præteriti initæ fuerint, & in illarum exequutionem iidem Deputati ad nos, & hanc Sanctam Sedem obſides hinc inde deducendos dederint, firmatiſque ſubinde inter noſtrum, & hujus Sanctæ Sedis Nuntium, ac Deputatos, ſeu Plenipotentiarios prædictos ſub eadem die conditionibus inter eos convenerit, ut obſides prædicti primum ad Civitatem veterem, ſeu alium nobis benevisum locum, & inde ad almam Urbem noſtram transferantur, ſed poſtea iidem Deputati, ſeu Plenipotentiarii a Nobis enixe petierunt, ut dilectos filios Colonnellos Octavium Piccolomineum, Baronem Joannem Baptiſtam Eccleſiam, & Vicecomitem Wiſſeben. ejuſdem Ferdinandi Regis in Imperatorem Electi Cubicularios, necnon Marchionem de Tavanes Mareſciallum Campi, Marchionem de Nereſtan. Colonellum unius Regimenti, & Baronem de Aiguebona etiam Colonellum unius Regimenti, & Gubernatorem de Brianzon. pro eodem Lodovico Rege obſides datos excipere cuſtodiendos, & ſuis loco, & tempore reſtituendos, ſeu traden. juxta tenorem prædictarum conditionum, ſeu pactionum, a dicto Nuntio noſtro, & Deputatis, ſeu Plenipotentiariis prædictis ſubſcriptarum de ſpeciali hujus Sanctæ Sedis benignitate dignaremur.

Legato Ferrarien., ut Obſides, poſtquam Quarantenam con fecerint, recipiat;

§.1. Idcirco nos, qui pro perficienda pace hujuſmodi, & publica componenda quiete, & Religionis Catholicæ bono, partes noſtras nullatenus deſiderari paſſi ſumus, circumſpectioni tuæ per præſentes injungimus,

gimus, ut juxta formam dictarum conditinnum, ſeu pactinnum ab eodem noſtro Nuntio, & Deputatis, ſeu Plenipotentiariis prædictis ſubſcriptarum, obſides hujuſmodi recipias, non prius tamen, quam commorati fuerint aliquo in loco tibi beneviſo, quamdiu judicentur, ſic omnem amoviſſe a ſe morbi contagioſi ſuſpicionem, atque ita completa, ut vulgo dicitur quarantena; qua durante obſides prædictos in noſtram fidem recipere, & in cuſtodia habere non intendimus, neque ullo modo ad rationem de eorum diſceſſione, vel fuga reddendum obnoxii eſſe volumus, etiamſi ad eorum bonum ſtatum valetudinis probandum, ut vulgo dicitur quarantenam, agant, & excubiæ militum juſſu tuo adhibeantur, quandoquidem, illæ eo dumtaxat fine agentur, ut obſides, & alii prædicti in dicta valetudinis probatione, ſeu quarantena tuto permaneant expletis autem præmiſſis, & prædictis obſidibus ad locum ipſi Civitati Ferrarien. ita vicinum, tibique beneviſum deductis, ut eodem die, celebrato tamen prius receptionis eorumdem obſidum inſtrumento, in Arcem, ſeu ut dicitur Cittadellam ejuſdem Civitatis Ferrarien. transferri, & cuſtodiri poſſint; tu illos noſtro, & ejuſdem Sanctæ Sedis nomine in cuſtodiam traditos excipias, ac deſuper inſtrumentum receptionis hujuſmodi confici, & celebrari cures, cum inſertione dictarum conditionum a Nuntio noſtro ſubſcriptarum, ac præſentium Literarum, & juxta illorum, & illarum ten., & non alias nec alio modo, nihil penitus immutato, niſi illa conditione de acceſſu dictorum obſidum ad Civitatem Veterem, & Almam Urbem noſtram, quarum loco, ut ipſos obſides uberioris gratiæ favore proſequamur, Arcem vulgo dictam Cittadellam Ferrarien., & alia loca prædicta ſubrogamus.

Eoſque in Arcem Ferrarien. transferat.

§.2. Volumus autem, ut tu obſides prędictos prædictæ Arcis Ferrarien. Caſtellano, vel illi, cui ejuſdem Arcis cuſtodia incumberit, recepto prius ab eo de illis cuſtodiendis per inſtrumentum publicum promiſſione, & juramento ſub tuta, & ſecura cuſtodia ſervandos, tradas, ſuper quibus omnibus, & ſingulis, ac etiam ad illa unū, ſeu plures cum ſimili, vel limitata facultate, & poteſtate ſubſtituendi, & ſubdelegendi plenam, liberam, & amplam facultatem, & auctoritatem, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, concedimus, & impartimur.

Arciſque Caſtellano in cuſtodiam tradat.

§.3. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque in contrarium facien. quibuſcumque.

Obſtantia tolluntur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 10. Julii 1631. Pontificatus Noſtri Anno Octavo.

Dat. die 10. Julii 1631. An. VIII.

CCCLXXV.

Communicatio, & extenſio Indulgentiæ Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Angelorum Aſſiſienſis tempore Peſtis.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

PAternæ, ac præcipuæ charitatis affectus, quo Gregem Dominicum curæ noſtræ divinitus creditum proſequimur, jugiter nos impellit, ut communi illius ſaluti, quantum Nobis ex alto conceditur, paſtorali ſolicitudine invigilemus.

Proœmium.

§.1. Cum itaque (ſicut non ſine gravi animi noſtri mœrore accepimus) contagium in nonnullis Civitatibus, & locis Italiæ graſſari aſſeratur: Nos pro injuncto Nobis deſuper apoſtolicæ ſervitutis officio, pro avertendo, quantum divinæ placuerit miſericordiæ, contagionis hujuſmodi periculo, nihil, quod ad muneris noſtri partes ſpectat, prætermittere, ac ejuſdem Gregis ſpirituali conſolationi, animarumque ſaluti paterna charitate conſulere volentes.

Cauſæ hujus Conſtit.

§.2. De Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, Indulgentiam Portiunculæ nuncupatam, Chriſtifidelibus Eccleſiam Beatæ Mariæ Angelorum Aſſiſienſis, ſecunda die menſis Auguſti viſitantibus conceſſam, omnibus, & ſingulis Domorum Fratrum Ordinis Minorum Sancti Franciſci, tam Conventualium, quam de Obſervantia, & Capuccinorum nuncupatorum, ac etiam tertii Ordinis ejuſdem Sancti Franciſci ubilibet in Italia exiſtentibus, & ubi Domus eorumdem Fratrum non ſunt, Matricibus, ſeu principalibus Eccleſiis locorum in Italia ſimiliter exiſtentium, apoſtolica auctoritate tenore præſentium, hac vice dumtaxat communicamus, & ad eaſdem extendimus, Itaut Chriſtifideles Eccleſias dictorum Fratrum, & ubi illæ non ſunt, Matrices, ſeu principales Eccleſias prædictas eadem die devotè, & vere pœnitentes, & confeſſi, ac ſacra Communione refecti viſitantes, eamdemmet Indulgentiā conſequantur, ſicut conſequerentur, ſi dicta die Eccleſiam præfatam Sanctæ Mariæ Angelorum viſitarent, aliaque propterea adimplenda adimplerent.

Extenſio Indulg., de qua in Rubr.

§.3. Non obſtante regula noſtra de non concedendis Indulgentiis ad inſtar, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Derogatio contrariorum

§.4. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus ubique fides adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Tranſumptis danda fides.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die 15. Julii 1631. Pontificatus noſtri Anno VIII.

Dat. die 15. Julii 1631. An. VIII.

Com-

CCCLXXVI.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Commiſſio Epiſcopo Portugallen., ut inhibeat Judicibus ſecularibus, ne cauſas civiles Monialium Monaſteriorum Ordinis S. Benedicti in ſua Diœceſi exiſtentium ullo modo cognoſcere audeant.

Venerabili Fratri Epiſcopo Portugallen.

URBANUS PAPA VIII.

Venerabilis Frater ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Cum Judices ſeculares cauſas Monialium Monaſteriorũ Epiſcopo Portugallen. ſubjectorum cognoverint.

§. 1. Cum, ſicut Nobis nuper exponi feciſti nonnullæ perſonæ ſeculares unius Ordinis S. Benedicti in Civitate Portugallen., & aliàs de Vairam nuncupat. in Diœceſi Portugallen. exiſtentium Monialium Monaſteriorum juriſdictioni tuæ in ſpiritualibus, & temporalibus ſubjectorum, Moniales in cauſis, in quibus ipſæ reæ exiſtunt coram Judicibus ſecularibus, ſub falſo prætextu, quod in iſtis caſibus in iſto Regno Portugalliæ ſuperiores non habeant, conveniant, ſeu convenire prætendant, in grave juriſdictionis, & libertatis eccleſiaſticæ præjudicium.

Pontifex Epiſcopo, ne hæc permittat, mandat.

§. 2. Nos in præmiſſis quantum Nobis ex alto conceditur providere volentes, ſupplicationibus tuo nomine, Nobis ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati; De Venerabilium fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium negotiis regularium præpoſitorum conſilio, fraternitati tuæ, per præſentes injungimus, ut ſub cenſuris, & pœnis contra turbantes libertatem eccleſiaſticam promulgatis diſtricte inhibeas Judicibus ſecularibus prædictis, ne cauſas Monialium Monaſteriorum hujuſmodi ſi eæ, ut præfertur, coram ipſis conveniantur ullo modo audeant agnoſcere, vel in aliquo procedere, vel ſe ingerere, ſed eaſdem cauſas ad ſuos Judices eccleſiaſticos competentes ſtatim remittant; ac ſi non paruerint, contra eoſdem ad declarationem cenſurarum, & pœnarum, quas ob præmiſſa incurrerint, omnino procedas, vel aliàs provideas quemadmodum tibi pro tua prudentia, & zelo magis expedire viſum fuerit.

Obſtantium derogatio.

§. 3. In contrarium facien., non obſtantibus quibuſcumque.

Dat. die 16. Julii 1631. An. VIII.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, ſub annulo Piſcatoris die 16. Julii 1631. Pontificatus noſtri Anno Octavo.

CCCLXXVII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Confirmatio Decreti Congregationis Concilii, quo declaratur Clementinam: *Dudum de Sepulturis*, non eſſe obſervandam, niſi cum ipſemet Epiſcopus prædicat; Parochus autem inter Miſſarum ſolemnia etiam eadem hora, qua Epiſcopuſmet prædicat, poſſe ad plebem ſuam ſermonem habere.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Refert ſupplicatione factas S. Congreg. Concilii.

Nuper pro parte dilectorum filiorum Rectoris, ſeu Vicarii Portionariorum Capituli, necnon Confraternitatis Parochialis Eccleſiæ Sancti Petri Civitatis Terulen. Nobis expoſitum fuit, quod aliàs a Venerabilibus Fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus Sacri Concilii Tridentini Interpretibus emanavit Decretum tenoris ſubſequentis videlicet. Eminentiſſimi. & Reverendiſſimi Domini Rector, ſeu Vicarius, Portionarii, Capitulum, necnon Confraternitas Parochialis Eccleſiæ Sancti Petri Civitatis Terulen. Regni Aragonum, porrecto ſupplici libello, obtinuerunt a Sacra Rituum Congregatione literas directas Domino Epiſcopo Terulen., ut diebus Dominicis, & Feſtivitatibus de Præcepto, permitteret, prædicari verbum Dei in eadem Parochia, etiam quod iiſdem diebus eſſet in Cathedrali prædicandum, attento, quod id redundaret in gloriam Dei, & utilitatem animarum dictæ Parochiæ, ut patet ex literis ſub datum 28. Auguſt. 1628.

Et cum una ex principalioribus Feſtivitatibus in dicta Parochia ſolitis celebrari, eſſet Feſtivitas Sancti Blaſii, cujus magna eſt Populi devotio, & fidelium concurſus, illa die, & pro illa eſſet deſtinatus Prædicator Pater Guardianus Sancti Franciſci dictæ Civitatis, Epiſcopus ægreferens futuram prædicationem illa die, cum non poſſet directe contravenire mandatis Sacræ Congregationis, & verbum Dei prædicationem ſine dedecore impedire, per indirectum intentatum aſſequi prætendens, revocavit licentiam prædicandi dicto Guardiano, prout ille reſpondit, dum denuo invitaretur ad prædicandum.

Habita notitia de præmiſſis pro parte Oratorum fuit habitus recurſus ad Epiſcopum, humiliter ſupplicando, ut ſe conformaret cum Literis Sacræ Congregationis, illius mandatis parendo, qui reſpondit, ſe Literas S.C. narrati tenoris recepiſſe, ſed ſtatim reſpondiſſe certiorando de poſſeſſione, in qua exiſtebat Cathedralis, ne prædicaretur in Parochia, quando in Cathedrali etiam prædicandum erat, ſignificando etiam reſultare inconvenientia ex eo, quod in dicta Parochiali eo tempore prædicaretur, & oratores obtinuiſſent intentum, & quod habuerat reſponſum a ſuo Agente in Romana Curia, qualiter Sacræ Congregationi præſentatæ fuiſſent ſuæ Literæ reſponſuriæ, & quod

quod ulterius præceptum Sacræ Congregationis non habuerat, & quod erat paratus parere cuicumque novo mandato, ſed quod interim non poterat dare licentiam prædicandi, quia erat in præjudicium tertii, ut patet es inſtrumento authentico reſponſionis ſub die prima Februarii præteriti.

Cum igitur Dominus Epiſcopus abutens urbanitate prædictæ Sacræ Congregationis, quæ modeſtia ergo non præcipit, ſed aſſerens inclinare, fecit intendere Domino Epiſcopo, ut ſe conformaret cum intentione ejuſdem Sacræ Congregationis, & nolens intelligere, quod Sacræ Congregationis preces ſunt præcepta, Literis prædictis parere recuſavit.

Supplicant Oratores prædicti humiliter DD. VV. Eminentiſſimis, quatenus dignentur declarare, licere Vicario, & Portionariis dictæ Eccleſiæ Sancti Petri in ſuis Feſtivitatibus ſingularibus, videlicet Sancti Stephani Prothomartyris, Sancti Petri, Sancti Blaſii, ac Sancti Lucæ, necnon ſingulis primis diebus Dominicis ſingulorum menſium, in quibus renovatur Sacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum cum Proceſſione, & magna ſolemnitate, facere prædicare in eadem Eccleſia, etiam tempore, quo in Cathedrali prædicatur, urgente gloria Dei, ac Sanctorum, & utilitate animarum, & totius Civitatis, & Populi conſolatione. Quod &c. Quas Deus &c.

Decretum.

Die 21. Junii 1631. Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Patrum Concilii Tridentini Interpretum reſpondit, diſpoſitionem Clementinæ: Dudum de Sepulturis, non eſſe obſervandam, niſi cum ipſemet Epiſcopus prædicat; Parochos autem inter Miſſarum ſolemnia, etiam eadem hora, qua Epiſcopuſmet prædicat, poſſe ad Plebem ſuam ſermonem habere.

Exponentes Decreti hoc petunt confirmari.

§.1. Cum autem, ſicut expoſitio prædicta ſubjungebat dicti exponentes plurimum cupiant Decretum præinſertum apoſtolicæ noſtræ confirmationis robore communiri.

Quod Urbanus efficit.

§.2. Nos eoſdem exponentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus illorum nomine, Nobis ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati, Decretum præinſertum, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes, & ſingulos, tam juris, quam facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint ſupplemus.

Clauſulæ pro præſentium Literarum firmitate.

§.4. Decernentes illud, necnon præſentes Literas valida, firma, & efficacia exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit inviolabiliter obſervari; Sicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Exequutorum deputatio.

§.5. Quocirca dilectis filiis cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, ac Decano Eccleſiæ Albaraſinen., & Priori ſecularis, & Collegiatæ Eccleſiæ Oppidi de Mora Terulen. Diœceſis per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes Literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte exponentium prædictorum fuerint requiſiti ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra Decretum prædictum ab omnibus, ad quos ſpectat, & in futurum ſpectabit, inviolabiliter obſervari. Non permittentes illos deſuper a quoquam quomodolibet indebite, moleſtari. Contradictores quoslibet, & rebelles, & præmiſſis non parentes per ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis.

Obſtantium derogatio.

§.6. Non obſtantibus, &c. ac aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 18. Julii 1631. An. VIII.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die decimaoctava Julii 1631. Pontificatus noſtri Anno Octavo.

CCCLXXVIII.

Prorogatio Indulgentiæ Plenariæ in forma Jubilæi, de qua ſupra Conſt. 360. ad alios tres menſes, ſcilicet Septembris, Octobris, & Novembris cum Indulto, ut qui dictam Indulgentiam conſequuti jam ſunt, illam denuo conſequi valeant, ac Decreto, ut eiſdem tribus menſibus elapſis quæcumque extenſiones, & ampliationes Indulgentiæ hujuſmodi ad certum tempus factæ, etiam eo ipſo expirent.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Recenſet extenſiones alias factas.

Aliàs a Nobis emanarunt Literæ tenoris ſubſequentis, videlicet: Dilectis filiis Clero, & Populo Romano, &c. *Omittitur tenor, quia habet ſup. loc. cit. in Rubr.*

§.1. Et ſubinde multorum Venerabilium Fratrum Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum, necnon dilectorum filiorum nobilium virorum Ducum, Principum, & aliorum Magnatum in Italia, & Inſulis illi adjacentibus exiſtentium ſupplicationibus

Nobis

Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati præinſertas Literas noſtras conceſſionis Indulgentiarum, ac facultatis eligendi Confeſſarium cum omnibus, & ſingulis in eis contentis, indultis, clauſulis, & decretis, ad univerſos utriuſque ſexus Chriſtifideles ſeculares, & regulares tunc temporis in Italia, & Inſulis prædictis exiſtentes, necnon Eccleſias per Ordinarios locorum, ſeu per alios de eorum mandato deſignandas, & Confeſſarios ab iiſdem Ordinariis approbatos, ſeu approbandos, ſpatio trium ſimiliter menſium a die publicationis Literarum deſuper expeditarum inchoandorum durante apoſtolica auctoritate extendimus, prædictiſque Chriſtifidelibus, necnon Eccleſiis, & Confeſſariis conceſſiones, facultates, & indulta prædicta cum clauſulis, & decretis hujuſmodi communicavimus, & poſtmodum, tam præinſertas, quam alias ſubinde expeditas Literas prædictas cum omnibus, & ſingulis in eis contentis, conceſſionibus, facultatibus, indultis, indulgentiis, clauſulis, & decretis pluries, & noviſſime ad Junii, & Julii proxime præteritos, & præſentem Auguſti menſes extendimus pariter, & prorogavimus, prout in diverſis noſtris deſuper in ſimili forma Brevis expeditis Literis, quarum omnium tenores etiam præſentibus pro expreſſis haberi volumus plenius continetur.

Novi conceſſio cum facultate denuo cõfeſſandi adimplendo, ut in Rubr.

§.2. Cum autem per abundantiam Divinæ miſericordiæ Alma Urbs noſtra, ac multæ aliæ Civitates, & Provinciæ non ſolum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, verum etiam, aliarum ditionum, & dominiorum temporalium in Italia, & Inſulis prædictis exiſtentium, a periculis, & calamitatibus hujuſmodi immunes hactenus conſervatæ, & aliæ etiam liberatæ fuerint; Nos, ut Chriſtifideles prædicti cœleſtium miſerationum fructus uberius conſequi mereantur, peramplius providere volentes, tam præinſertas, quam alias ſubinde expeditas Literas prædictas cum omnibus, & ſingulis in eis contentis, conceſſionibus, facultatibus, indultis, indulgentiis, clauſulis, & decretis ad tres menſes proximos videlicet: Septembris, Octobris, & Novembris, quibus durantibus, ſi omnia, & ſingula in præinſertis Literis expreſſa dicti Chriſtifideles adimpleverint, ac etiam pro felici ſtatu religionis catholicæ in Germania devote, ut præfertur, oraverint, illi omnes, & ſingulas indulgentias, & peccatorum remiſſiones prædictas, cum omnibus facultatibus, gratiis, & indultis hujuſmodi conſequi valeant, auctoritate prædicta, tenore præſentium iterum extendimus, & prorogamus. Necnon iis, qui earumdem præinſertarum Literarum, illarumve extenſionum, ut ſupra factarum vigore Indulgentias, & peccatorum remiſſiones prædictas conſequuti jam ſunt, ſi omnia, & ſingula in præinſertis Literis hujuſmodi contenta, & expreſſa tribus menſibus per præſentes prorogatis durantibus denuo adimpleverint, ac etiam pro felici ſtatu religionis catholicæ in Germania devote, ut præfertur, oraverint, ut eaſdem omnes, & ſingulas indulgentias, & peccatorum remiſſiones cum omnibus facultatibus, gratiis, & indultis prædictis iterum conſequi valeant, auctoritate, & tenore prædictis concedimus. Quia vero ad ſupplicationem nonnullorum Epiſcoporum, ac Principum, & Rerumpublicarum conceſſiones, facultates, indulta, Indulgentias, & remiſſiones peccatorum in præinſertis Literis contentas ad certas Civitates, Diœceſes, Provincias, & loca extra Italiam exiſtentia ad certum tempus extendimus, & ampliavimus: volumus, & dicta auctoritate decernimus, ut tribus menſibus per præſentes prorogatis, ut præfertur, elapſis, omnes, & quæcumque extenſiones, & ampliationes gratiarum per Nos factæ hujuſmodi pariter eo ipſo expirent, nulliuſque ſint roboris, vel momenti, nec cuiquam ulterius ſuffragentur.

Derogatio contrariorum.

§.3. Non obſtantibus omnibus illis, quæ in dictis Literis voluimus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Ut autem præſentes Literæ facilius omnibus innoteſcant, volumus, ut earumdem præſentium tranſumptis, etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus ubique fides adhibeatur, quæ eiſdem ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die vigeſimaſeptima Auguſti 1631. Pontificatus noſtri Anno Nono.

*Dat. die 27. Auguſt. 1631. An. IX.

CCCLXXIX.

Quod Fratres Cappuccini Conventus Terræ Modogni, Barenſis Diœceſis, non poſſint prohiberi in publicis Proceſſionibus incedere ſub propria Cruce.

De hujuſmodi Fratribus lege, quæ notavi ad Conſtit. XXIV. Religionis. *Tom. IV. Par. I. fol. 73. Et eiſdem, ut Crucem propriam in publicis Proceſſionibus ubique locorum deferre poſſint, indulſit Paul. V. in Conſt.* 279. Paſtoralis. *Tom. V. Par. IV. fol.* 244.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Petitio.

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Guardianus, & Fratres Domus Ordinis Minorum S. Franciſci Cappuccinorum nuncupatorum Terræ Modogni Barenſis Diœceſis, quod nuper a Venerabilibus Fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus Sacris Ritibus Præpoſitis emanavit Decretum tenoris ſubſequentis, videlicet.

Decretum S. Rit. Congr.

§.1. Fratres Cappuccini Terræ Modogni Barenſis Diœceſis, conqueſti ſunt de Clero ſeculari illius loci, prohibente eos in publicis Proceſſionibus incedere ſub propria

pria Cruce, ſupplicantes ſibi provideri. Et Sacra Rituum Congregatio reſpondit, Regulares in publicis Proceſſionibus non poſſe prohiberi, quin incedant ſub propria Cruce, & ita in caſu propoſito ſervari mandavit. Die 2. Auguſti 1631. non obſtante contraria conſuetudine.

Confirmatio decreti, de quo in Rubrica

§.2. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, Guardianus, & Fratres prædicti plurimum cupiant, Decretum hujuſmodi, quo firmius ſubſiſtat, & inviolabiliter obſervetur, apoſtolicæ noſtræ confirmationis robore communiri: Nos Guardianum, & Fratres prædictos ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, ſupplicationibus illorum nomine, Nobis ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati, præinſertum Decretum hujuſmodi, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes, & ſingulos, tam juris, quam facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus.

Contrariis derogat.

§.3. Decretumque hujuſmodi, ac præſentes Literas valida, firma, & efficacia exiſtere, & fore, ac Guardiano, & Fratribus prædictis pleniſſime ſuffragari, ac ab omnibus, ad quos ſpectat, & in futurum ſpectabit, inviolabiliter obſervari debere, irritumque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

§.4. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quibuſvis, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis, in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, eorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Transumptis credi mandat.

§.5. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 30. Auguſti 1631. An. IX.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris, die trigeſima Auguſti 1631. Pontificatus noſtri Anno Nono.

CCCLXXX.

Indultum pro Fratribus Reformatis Diſcalceatis Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum Hiſpaniæ, quærendi, petendi, & recipiendi eleemoſynas, oblationes, & legata, ac alia quæcumque ſubſidia pro Redemptione Captivorum relicta.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

EX incumbenti Nobis deſuper apoſtolicæ ſervitutis officio religioſos viros divinis obſequiis, ac charitatis, & miſericordiæ operibus, præſertim vero fidelium Captivorum Redemptioni vacantes, paſtorali benignitate complectimur: utque in eorumdem operum exercitio magis conſueveantur, ac vota ſua Domino reddere valeant favoribus, & gratiis proſequimur opportunis, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Causa hujus Constitut.

§.1. Exponi ſiquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Gabriel de Aſſumptione Miniſter Generalis, & Procurator etiam Generalis Fratrum Diſcalceatorum nuncupatorum Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum Congregationis Hiſpaniarum, quod aliàs fel. rec. Nicolao Papæ IV. Prædeceſſori noſtro pro parte tunc exiſtentium Procuratoris, & Fratrum Domus Sanctæ Mariæ de Mercede Captivorum nuncupatæ Barchinonen. Ordinis Sancti Auguſtini expoſito, quod ipſi omnia ſua, quæ habebant, ſolicito ſtudio pro Captivorum Redemptione reponebant, proindeque cupiebant exhiberi eis, quæ pro Redemptione Captivorum hujuſmodi a Chriſtifidelibus relinquebantur: idem Nicolaus Prædeceſſor tunc exiſtenti Epiſcopo Cæſarauguſtan. per ſuas deſuper expeditas Literas ſub certis modo, & forma tunc expreſſis, dedit in mandatis, quatenus pecunias, terras, poſſeſſiones, & alia bona, quæ generaliter a Chriſtifidelibus relinquuntur pro Redemptione hujuſmodi facienda, illis dumtaxat exceptis, quæ certis, & expreſſis perſonis in Captivitate detentis relicta, vel dimiſſa eſſe cenſerentur, Priori, & Fratribus prædictis exhiberi faceret, prout in dictis Literis plenius continetur. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, proprium, ac præcipuum Fratrum Diſcalceatorum prædictorum inſtitutum ſit, Chriſtifideles in teterrima infidelium ſervitute detentos redimere, & quo redemptio hujuſmodi copioſius, & frequentius fiat, juxta eorum Regulæ diſpoſitionem caveatur, ut omnibus ipſius Congregationis Conventibus tertia pars omnium bonorum, & eleemoſynarum ad hunc effectum ſeparetur: facultates vero propriæ ad hujuſmodi pium, Deoque maxime acceptum opus peragendum nequaquam ſufficiant, ac Chriſtifidelium eleemoſynæ ad id valde opportunæ exiſtant, Nobis propterea Gabriel, & Procura-

curator prædicti humiliter ſupplicari fecerunt, ut deſuper opportune providere de benignitate apoſtolica dignaremur.

Facultas, de qua in Rubr.

§. 2. Nos igitur Fratres Diſcalceatos prædictos in hujuſmodi piis, & ſanctis operibus confovere, ac ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati: de Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium negotiis regularium præpoſitorum conſilio: Fratribus Diſcalceatis prædictis nunc, & pro tempore exiſtentibus, quod omnia, & ſingula, eleemoſynas, oblationes, atque legata tam ex teſtamento, quam alias quomodolibet pro Redemptione Captivorum legata, & relicta, necnon alia quæcumque ſubſidia, in omnibus Civitatibus, Villis, & Caſtellis Regnorum Hiſpaniæ, & præcipue Aragoniæ, Navarræ, Valentiæ, & Catalauniæ, quærere, petere, & recipere, libere, & licite poſſint, & valeant; dummodo tamen in quærendis, & recipiendis eleemoſynis prædictis, nihil a Fratribus Diſcalceatis prædictis contra diſpoſitionem Sacri Concilii Tridentini ſuper prohibita eleemoſynarum quæſtuatione committatur, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium facultatem concedimus, & impertimur. Decernentes, illos ſuper præmiſſis a quoquam quavis auctoritate fungentes, quovis prætextu, cauſa, vel occaſione quoquomodo impediri, moleſtari, vel perturbari nullatenus poſſe, nec debere.

Clauſula præſervativa.

§. 3. Præſenteſque Literas ſemper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore: eiſdemque FF. Diſcalceatis in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, illoſque earum commodo, & effectu, pacifice frui, & gaudere.

Clauſula ſublata.

§. 4. Sicque ab omnibus cenſeri, & ita per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere: irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Exequutorum deputatio.

§. 5. Quocirca Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis in dictis Regnis conſtitutis, ac dilectis Filiis illorum Officialibus per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes Literas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Fratrum Diſcalceatorum prædictorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, illique, & illis in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra illos præmiſſorum commodo, & effectu pacifice frui, & gaudere. Non permittentes, illos deſuper a quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebite moleſtari: Contradictores quoslibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obſtante piæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri de una, & in Concilio Generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præſentium ad judicium non trahatur: ac prædicta Nicolai Prædeceſſoris, & quibuſvis aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non Domus Sanctæ Mariæ Captivorum hujuſmodi, & illius Ordinis prædicti, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, ac irritan., aliiſque decretis in genere, vel in ſpecie, ac aliis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiamſi de illis, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum omnium tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ac ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptorum fides.

§. 7. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus ubique fides adhibeatur, quæ eiſdem ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum die 5. Septem. 1631. An. IX.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die quinta Septembris 1631. Pontificatus noſtri Anno Nono.

Quod

CCCLXXXI.

Quod Fratres Cappuccini (excepta Provincia Romana) non audeant accedere Romam, abſque licentia Cardinalis Protectoris, aut Superiorum Generalium.

Fratres iſti ad laxiorem Ordinem tranſire non valent, prout in Conſt.CCLXXIII. Injuncti Nobis, *ſupra fol.* 136., *ac Provinciam Romanam eorumdem ſubjecit Generali miniſtro Urbanus VIII. in ſua Conſt.* Injuncti Nobis, *ut infra*.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Proœmium.

IN ſpecula militantis Eccleſiæ, nullis licet noſtris ſuffragantibus meritis, divina providentia conſtituti, ad ea potiſſimum vigilantiæ noſtræ ſtudium intendimus, per quæ Religioſi viri, qui ſpretis hujus ſeculi vanitatibus, divini nominis obſequiis ſeſe mancipárunt, in via Domini proſpere dirigantur, & gubernentur.

Præcipit, prout in Rubr.

§.1. Hinc eſt, quod Nos felici dilectorum filiorum FF. Ordinis Minorum S. Franciſci Cappuccinorum nuncupatorum ſtatui, & gubernio quantum cum Domino poſſumus, conſulere volentes, Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris], omnibus, & ſingulis ejuſdem Ordinis Provinciis (excepta Romana, illarumque Superioribus quocumque nomine nuncupatis, ne deinceps aliquem, vel aliquos dicti Ordinis Religioſos tam propriæ eorum, quam quarumvis aliarum Provinciarum hujuſmodi quovis prætextu, occaſione, vel cauſa, etiam quantumvis legitima, & a quocumque Capitulo Provinciali, vel quovis alio Superiore approbata, ad Almam Urbem noſtram, niſi obtenta prius in ſcriptis a pro tempore exiſtentibus ejuſdem Ordinis Cardinale Protectore, ſeu Miniſtro, aut Vicario, ſeu Procuratore generalibus ad id auctoritatem habentibus licentia, mittere quoquomodo audeant, ſeu præſumant, ſub excommunicationis majoris latæ ſententiæ, tam quoad ipſas Provincias, earumque Superiores mittentes, quam quoad Religioſos, abſque hujuſmodi licentia accedentes, ac etiam quoad ipſos Religioſos privationis vocis activæ, & paſſivæ per triennium, & mancipationis carceribus per annum, per contrafacientes incurrendis pœnis, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium interdicimus, & prohibemus.

Decretum irritans.

§.2. Non obſtantibus quibuſvis Decretis per fel. rec. Clementem VIII. factis, & per Paulum V., & Gregorium XV. Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac etiam per Nos approbatis, & confirmatis, nec aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis apoſtolicis eiſdem Provinciis, illarumque Superioribus, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi de illis ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma, ad hoc ſervanda foret, illorum omnium tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptis credi jubet.

§.3. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu Miniſtri, ſeu Vicarii, aut Procuratoris Generalis prædicti ſubſcriptis, & ſigillo dicti Ordinis munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 13. Septem. 1631. An. IX.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, ſub annulo Piſcatoris, die 13. Septembris 1631., Pontificatus noſtri Anno Nono.

CCCLXXXII.

Moderatio Conſtitutionis editæ a Clemente VIII. circa diſtractionem Caſtrorum, & Bonorum, etiam fideicommiſſariorum, pro ſatisfactione creditorum Baronum, ac Domicellorum Status Eccleſiaſtici, quod non habeat locum quoad debita contracta poſt ſex menſes a die archiviationis Inſtrumentorum, ac vinculationis Bonorum.

Conſtitutio indicata Clementis VIII. eſt Conſt.CXXVII. Juſtitiæ ratio, *Tom.V. Par.II. fol.*107.

URBANUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

ROmanum decet Pontificem ea, quæ a ſuis Prædeceſſoribus licet rationabiliter ſtatuta, & ordinata eſſe reperiantur, cum juſtæ ſuadent cauſæ, moderari, & immutare, prout ipſe rerum, & perſonarum, ac temporum qualitatibus debite conſideratis conſpicit in Domino ſalubriter expedire.

Recenſet proviſionem Clementis VIII. contra Barones, & Domicellos ære alieno gravatos

§.1. Aliàs ſiquidem fel. rec. Clemens Papa VIII. Prædeceſſor noſter, ut Principum, Ducum, Marchionum, Comitum, & Baronum, ac Domicellorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſubditorum tam in Urbe, eiuſque Diſtrictu, quam in univerſo Statu Eccleſiaſtico exiſtentium creditoribus pro facili, & expedita pecuniarum eis debitarum

rum conſequutione aliqua opportuna ratione conſuleret: per quamdam ſuam Conſtitutionem, Motu ejus proprio ſub datum videlicet 7. Kalend. Julii, Pontificatus ſui anno quinto editam, omnibus, & quibuſcumque inveſtituris, conceſſionibus, donationibus, fideicommiſſis, primogenituris, & alienandi prohibitionibus, necnon pactis de ſucceden., tam in contractibus, quam in ultimis voluntatibus purificatis, & purificandis ſuper Civitatibus, Terris, Caſtris, Caſalibus, Palatiis, & aliis bonis immobilibus per quoſcumque aſcenden., ſeu collaterales, ac penitus extraneos, & forſan ipſos Romanos Pontifices Prædeceſſores ſuos, etiam Motu ſimili, & conſiſtorialiter emanatis, & ſub quibuſcumque clauſulis, vinculis, & cauthelis quomodolibet factis, & confirmatis: quorum omnium, & ſingulorum tenores pro expreſſis haberi voluit, ad effectum, ut Civitates, Terræ, Caſtra, Caſalia, Palatia, & alia bona hujuſmodi, præviis eorum pro ſatisfaciendis ex illorum pretio creditoribus prædictis, ſub certis modo, & forma tunc expreſſis, ſubhaſtatione, & deliberatione, ſemper & perpetuo penes illorum emptores, & eorum ſucceſſores libera, & exempta remanerent, ac etiam regulæ de non tollendo jure quæſito pleniſſime, & latiſſime apoſtolica auctoritate derogavit: & ſucceſſive mentem ſuam amplius declarando, Congregationi deſuper inſtitutæ, necnon cuilibet ex perſonis ipſius Congregationis, certo etiam tunc expreſſo modo deputato, ultra facultates jam conceſſas, ut in omnibus, & ſingulis cauſis ſuper præmiſſis active & paſſive, ac alias quovis modo inter quaſcumque ex ſupradictis, vel eorumdem præmiſſorum occaſione, etiam alias perſonas motis, & movendis, etiam prævia a pro tempore exiſtente cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generali Auditore, & aliis quibuſcumque Judicibus avocatione procedere, decreta facere, ſententias ferre, mandata relaxare, eaque exequutioni demandare, aliaque circa præmiſſa neceſſaria, & opportuna facere ſummarie, manu regia, ſola facti veritate inſpecta, abſque proceſſu, ac tela judiciaria, necnon terminorum etiam ſubſtantialium obſervatione, ſingulis diebus, præterquam in honorem Dei feriatis, ac feriis indictis, & indicendis, non obſtantibus, ac omni, & quacumque appellatione remota, procedere libere, & licite poſſet, facultatem conceſſit, prout in uno, ſeu pluribus ejuſdem Prædeceſſoris Chirographis, motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus emanatis, necnon Conſtitutione prædicta plenius continetur.

Moderatur Conſtit. Clementis VIII. quod in debitis contractis, poſt ſex menſes a die archiviationis Inſtrumentorum, ac vinculationis bonorum Baronum, & Domicellorum, non habeat locum ad favorem creditorum, etiam Privilegiatorum.

§.2. Nos matura deliberatione præhabita provide penſantes, quam juſtum, & rationabile, ac legibus conſentaneum ſit, ut ſupremæ Teſtatorum voluntates, contractus, inveſtituræ, aliæque diſpoſitiones quæcumque, quantum fieri poteſt, effectum ſortiantur, & ut ſimplicitati, ſeu facilitati, qua dicti creditores bonam fidem Principum, & aliorum debitorum prædictorum ſequuti ſunt, exemplo prædicti Clementis Prædeceſſoris ſalubri aliquo temperamento conſulendum, ita rationem potiſſimum ad hoc opportunam ineundam eſſe cenſuimus, ut inter eos, qui fideicommiſſa, prohibitiones, pacta primogenituras, aliaque præmiſſa, ac onera, & vincula prorſus ignorantes; & alios, qui illa ſcientes, ſed forſan neſcire ſimulantes, nihilominus cum eiſdem Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, & Domicellis, eorumque ſucceſſoribus ſupradictis remedio Conſtitutionis prædictæ freti contra hunc, diſtinctio fiat: quandoquidem illi commiſeratione digni, iſti vero, tamquam ultimas hominum voluntates eludere artificioſe ſatagentes, dictæ Conſtitutionis beneficio, quo facilius ad pecunias, merces, & alia bona credendum inducuntur, indigni omnino cenſendi ſunt. Proinde Principes, Duces, Marchiones, Comites, Barones, & Domicellos ſupradictos, qui debita quomodocumque contrahunt, ad fideicommiſſorum, prohibitionum, pactorum, primogeniturarum, aliorumque onerum, & vinculorum hujuſmodi Inſtrumentorum deſuper forſan editorum, ac penes ſe forſan ſecrete, & ad affectum perſonas de illis ignaras in ſua nomina alliciendi retentorum manifeſtationem inducere volentes, ac Conſtitutionis, & Chirographorū prædictorum totos, & integros tenores, etiam veriores, perinde ac ſi illi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, insererentur, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes: Motu pari, non ad alicujus Nobis deſuper oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, meraque deliberatione noſtris, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine Conſtitutionem prædictam, cum inde ſequutis, ut præfertur, chirographis de cætero indebitis, quæ ab eiſdem Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, & Domicellis, eorumque ſucceſſoribus hujuſmodi poſt ſex menſes a die, quo fideicommiſſorum, prohibitionum, pactorum, contractuum, inveſtiturarum, primogeniturarum, aliorumque onerum, vinculorum, & diſpoſitionum tam hactenus inſtitutorum, quam impoſterum perpetuis futuris temporibus inſtituen. Inſtrumenta, ſeu documenta in Archivio noſtro Urbano exhibita: necnon bona in eis obſtricta, vel vinculata, indicata, & in eodem Archivio deſcripta fuerint, computandos, quovis modo, & ex quacumque cauſa, ſeu occaſione impoſterum contrahentur, etiamſi creditores prædicti Pupilli, Viduæ, Societates, Collegia, Confraternitates, & alia loca pia quovis nomine nuncupata, & quantumvis exempta, ac etiam dictæ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, aut aliàs quantumvis privilegiati, & ſpeciali nota digni exiſtant, & quacumque etiam regali, imperiali, ſeu alia præfulgeant dignitate, locum non habere debere, eadem apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, de-

certmus, & declaramus: ac Conſtitutionem prædictam cum inde ſecutis chirographis, in hac parte dumtasar, itaut pro debitis poſt ſex menſes a die factæ archiviationis fideicomoniſſorum, prohibitionum, inveſtiturarum, contractuum, primogeniturarum, & aliorum præmiſſorum, ad Civitatum, Terrarum, Caſtrotum, Caſalium, & aliorum bonorum fideicommiſſis, prohibitionibus, pactis, primogenituris, aliiſque oneribus, & vinculis hujuſmodi, ut præfertur, vel aliàs quomodolibet obnoxiorum, ſeu tamquam talia ab eiſdem Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, & Domicellis, eorumque ſucceſſoribus hujuſmodi poſſeſſorum, & obtentorum, ſubhaſtationem hujuſmodi, ac venditionem, & pretii conſignationem nullo modo deveniri poſſit, etiam perpetuo moderamus, corrigimus, & limitamus.

Ampliat Conſtitut. Clem. ad alios caſus hic expreſſos.

§.3. Et nihilominus, quod ſi novom debitum, etiam elapſis dictis ſes menſibus archiviationem, indicationem, & deſcriptionem hujuſmodi ſubſequen., ad effectum antiquum debitom extinguen., reportata per novum Creditorem jurium ceſſione crcari contigerit; Conſtitutio prædicta, cum inde ſequutis chirographis, quoad novum debitum hujuſmodi, prout etiam ne publica fides eludatur, quoad loca Montium, tam hactenus erecta, quam pro tempore erigen., etiamſi illorum erectiones, quas impoſterum, niſi ſufficienti aſſignatione, & penſata qualitate, & quantitate bonorum, quatenus opos ſit, cautione tam pro fructibus, quam pro ſorte principali datis, & concurren. urgentiſſimis cauſis, ac de conſenſu ad ſucceſſiones, fideicommiſſa, & primogenituras vocatorum, & in eiſdem, ac aliis præmiſſis quomodocumque intereſſe habentium conſenſu, ac illa pro tempore conſequi, & obtinere debentium evidenti utilitate, concedere nullo modo intendimus: & aliàs a Nobis, vel Succeſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, quos in eamdem ſeutentiam ituros arbitramur, per ſubreptionem, & obreptionem emanatas, & extortas, nullas, & oullius roboris, ac momenti fore, eſſe, & cenſeri, oullique ſuffragari poſſe, & debere, ac ſi conceſſæ nun eſſent, etiam decernimus: in dicto Archivio non annotatæ, neque præſentatæ fueriot, in omnibus, & per omuia locum liabere, & ſervari debere: necnon quod pro omnibus, & ſingulis quomodocumque creatis, & undecumque provenien. debitis, eorumque ſatisfactione ſuper omnibus bonis cujuſcumque generis non vioculatis, ſed liberis, ac etiam ſuper bonorum vinculatorum, etiam in Archivio deſcriptorum, ad eos, qui contraxerunt debita ſpectan. fructibus eorum vita duraute, juxta juris communis diſpoſitionem, ſed & pariter ſoper ipſis bonis vinculatis, & ut præfertur, deſcriptis: ſiquidem debita ſuèrint de Sedis Apoſtolicæ licentia cum derogatione vinculorum hujuſmodi contracta, in vim dictæ Conſtitutionis, & juxta illius formam procedi poſſit, & debeat: eamdemque Conſtitutionem, & Chirographa, pupillos, & alias omnes perſonas, quantumvis privilegiatas prædictas non ſolum active, ſed etiam paſſive, iu prædictis Conſtitntione, & Chirographis comprahenſas ſuiſſe, & comprȩhendi debere, eiſdem auctoritate, & tenore ſimiliter declaramus, & decernimus.

Contra hanc formam judicari prohibet.

§.4. Sicque, & non aliàs iu præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos. quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerarium, alioſque Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Prolegatos, dictæque Sedis Nuncios, & caoſarum Curiæ Cameræ præſatæ generalem Auditorem, ac Theſaurarium, & Præſidentes Clericos; ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri delere, ac quicquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcieoter, vel ignoranter contigerit attentari, etiam decernimus.

Contrariis derogat.

§.5. Non obſtaute piæ memoriæ Pii Papæ IV. etiam Prædeceſſoris noſtri de rebus intereſſe dictæ Cameræ quomodolibet conceroen. in eadem Camera regiſtran., & inſinuan., ac prædicta Clementis, cui quoad partem, ut præfertur moderatam, correctam, & limitatam, necnon Chirographis prædictis, illis aliàs ſemper, & perpetuo in ſuo robore permanſuris, ſpecialiter, & expreſſe. Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine hujuſmodi, harum ſerie derogaious; aliiſque Conſtitution bus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac omnibus illis, quæ dictus Clemens Prædeceſſor in dicta ejus Conſtitutione voluit non obſtare, cæteriſque contrariis quiboſcumque.

Providet ne vocati ad ſucceſſionem bonorum vinculatorum, damnum aliquod patiantur.

§.6. Ut aotem io bonis vinculatis ſoccedere debentium, & aliorum quorumcumque indemnitati facilius conſulatur: volumus, & ſtatuimus ouicuique, etiam intereſſe non habenti, cuilibet videlicet de populo licere fidcicommiſſa, ac cujuſcumque tenoris vincula, aliaque præmiſſa in Archivio prædicto exhibere, & bona vinculata indicare, ac deſcribi facere, & talem exhibitionem, indicationem, & deſcriptionem pro debitis factis per ſex menſes esiode ſubſequen. etiam ab iis, qui exhibitionem, indicationem, & deſcriptionem facere non curaverint, ad effectum præmiſſorum ſufficere. Itaut ſemel factȩ exhibitio, indicatio, & delcriptio ſemper, & in futurum perpetuis futuris temporibus contra quoſcumque intereſſe habentes ſuffragentur.

Injungit onus Conſervatori Archivii pro commoditate habentium intereſſe.

§.7. Necnon dilectum filium modernum, & pro tempore exiſteutem dicti Archivii Conſervatorem ad librum particularem, in cujus om nomina, & cognomina fidei, committentium, & alias diſpooen. in altera vero partibus loca nominatim, & bona fideicommiſſis, & aliis vinculis ſuppoſita fideliter, ſub literis Alphabeti adnotata reperiantur, palam, & publice habeodum,

ac tam

Digitized by Google

ac tam illum, quam omnia, & ſingula Inſtrumenta, Teſtamenta, & alia præmiſſa concernen. in dicto Archivio nunc, & pro tempore inſituata, ſeu ad cuſtodien. tradita, indicata, & deſcripta, omnibus, & ſingulis de illis notitiam habere, eaque legere volentibus exhibentibus, & illorum copiam petentibus concedendum, competenti mercede reſpective recepta, omni mora, & dilatione poſtpoſitis, teneri.

Mandat publicari in Urbe, & publicationi hujuſmodi vim tribuit perſonalis omnium intimationis.

§.8. Utque præſentes, & in eis contenta ad omnium notitiam deducantur, & ne aliquis de eis ignorantiam prætendere poſſit, mandamus, quod eædem præſentes per aliquem, ſeu aliquos ex Curſoribus noſtris ad Eccleſiæ Lateranen., & Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, & Cancellariæ Apoſtolicæ valvas, ac in acie Campi Floræ affigantur, & publicentur, & cum inde amovebuntur, earum exempla in eiſdem locis affixa dimittantur: quæ ſic publicatæ, & affixæ omnes, & ſingulos quos concernunt, perinde afficiant, & arctent, ac ſi unicuique illorum perſonaliter intimatæ, & notificatæ fuiſſent.

Tranſumptis fidem dari præcipit.

§.9. Utque illarum tranſumptis etiam impreſſis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, & manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Sanctionemque pœnalem ſuperaddit.

§.10. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam decretorum, declarationum, moderationis, correctionis, limitationis, derogationis, voluntatis, ſtatuti, & mandati noſtrorum infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Dat. die 11. Septem. 1631. An. IX.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo trigeſimoprimo. Idibus Septembris Pontificatus noſtri Anno Nono.

Publicatio in Urbe.

Anno a Nativitate D. N. Jeſu Chriſti 1731. Indict. 14. die vero 22. Menſis Septembris Pont. autem Sanct. in Chriſto Patris, & D. N. D. Urbani divina providentia Papæ Octavi Anno Nono, retroſcriptæ Literæ Apoſtolicæ affixæ, & publicatæ, fuerunt ad valvas Baſilicarum Sancti Joannis Lateranenſis, Principis Apoſtolorum de Urbe, Cancellariæ Apoſtolicæ, & in acie Campi Floræ, dimiſſis ibidem per aliquod temporis ſpatium earumdem Literarum Originalibus appenſis, deinde amotis, illorumque poſtea exemplaribus ibidem relictis affixis per me Joſeph Maſſenum Romanum S. D. N. Papæ Curſ.

Auguſtinus de Bolis pro Mag. Curſ.

CCCLXXXIII.

Mandatum Cardinali Legato Ferrarienſi de reſtituendis Obſidibus a Ferdinando Imperatore datis, juxta Capitulationem Cheraſci.

Ex regeſt. in Secret. Brev.

Dilecto filio Noſtro Joanni Baptiſtæ Titulo Sancti Sylveſtri in Capite Presbytero Cardinali Pallotto nuncupato in Civitate, & Ducatu noſtris Ferrarien. noſtro, & Apoſtolicæ Sedis de latere Legato.

URBANUS PAPA VIII.

Dilecte fili ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Facti ſeries.

§.1. Cum ſicut ex literis dilecti filii nobilis viri Caroli Mantuæ Ducis, ad nos ſub die vigeſima præſentis menſis Septembris, Goiti datis, Civitas Mantuana pro complemento exequutionis eorum, de quibus in Capitulatione Cheraſci convenit, a Miniſtris chariſſimi in Chriſto filii noſtri Ferdinandi Romanorum Regis in Imperatorem electi Miniſtris dicti Caroli Ducis ſub eadem die 22. menſis Septembris reſtituta, ſeu conſignata fuerit, dictuſque Carolus Dux etiam contraſigna, de quibus pariter convenerat, miſerit, & illa eis, quæ ipſe ad nos antea miſerat, concordare repererimus, proptereaque omnia, & ſingula, de quibus in dicto loco Cheraſci ſub die 19. Junii ultimo convenerat, quoad præmiſſa ex parte dicti Ferdinandi Regis in Imperatorem electi adimpleta ſint, pro quibus ſecure exequutionem demandandis dilecti filii Colonelli Octavius Piccolomineus, Baro Joannes Baptiſta Eccleſia, & Vicecomes Wiſſeben., ejuſdem Ferdinandi Regis in Imperatorem Electi Cubicularis, Obſides Nobis dati fuerunt, ſuis loco, & tempore reſtituendi, Tibi vero per noſtras in ſimili forma Brevis expeditas Literas, quarum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis haberi volumus, injunxerimus, ut Obſides hujuſmodi reciperes, nonniſi ſub certis modo, & forma tunc expreſſis reſtituendos:

Mandatum, de quo in Rubrica.

§.2. Nos præmiſſis attentis, & in vim Capitulorum, de quibus, ut præfertur, convenit Obſides prædictos libertati reſtituendos eſſe cenſentes, circumſpectioni tuæ per præſentes injungimus, ut ſtatim acceptis præſentibus, Obſides prædictos plena libertate dones, illiſque, & eorum cuilibet, quò ſibi placuerit, eundi, facultatem concedas.

Cum facultatibus opportunis.

§.3. Volumus autem, ut ſuper prædictorum Obſidum liberatione, cum præſentium, ac omnium, & ſingulorum aliorum, quæ pro præmiſſis rite, & rectè peragendis neceſſaria, & opportuna fuerint inſertione publicum inſtrumentum confici, & celebrari cures.

Dat. die 24. Septem. 1631. An. IX.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 24. Septembris 1631. Pontificatus Noſtri Anno Nono.

CCCLXXXIV.

Ex Regeſt. in ſecret. brev.

Idem Mandatum de reſtituendis Obſidibus datis a Rege Galliarum.

Dilecto filio noſtro Joanni Baptiſtæ tit. Sancti Sylveſtri in Capite Presbytero Cardinali Palloto nuncupato in Civitate, & Ducatu noſtris Ferrarien., noſtra, & Apoſtolicæ Sedis de latere Legato.

URBANUS PAPA VIII.

Dilecte fili ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Adimpletis per Galliarum Regem conventionibus Cheraſci initis,

§.1. CUm, ſicut ex Literis dilecti filii Nobilis viri Victoris Sabaudiæ Ducis ad nos ſub die vigeſima præſentis menſis Septembris Moncalerii datis, accepimus, oppida, ſive loca, de quibus in Capitulatione Cheraſci convenit, a Miniſtris chariſſimi in Chriſto filii noſtri Ludovici Francorum Regis Chriſtianiſſimi dicto Victorio Duci, ſive ejus Miniſtris reſtituta fuerint, dictuſque Victorius Dux etiam contraſigna. de quibus pariter convenerat, miſerit, & illa eis, quæ ad Nos antea miſerat, concordare repererimus, proptereaque omnia, & ſingula, de quibus in dicto loco Cheraſci ſub die 19. Junii ultimo convenerat, quoad præmiſſa ex parte dicti Ludovici Regis adimpleta ſint, pro qoibus ſecure exequutione demandandis, dilecti filii Marchio de Tavans Mareſciallus Campi. Marchio de Nereſtan. Colonellus unius Regimenti, & Baro de Aiguebona etiam Colonellus unius Regimenti, & Gubernator de Brianzon. pro eodem Ludovico Rege Obſides Nobis dati fuerunt, ſuis loco, & tempore reſtituendi; Tibi vero per noſtras in ſimili forma Brevis expeditas literas, quarum tenores præſentibus pro expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis haberi volumus injunxerimus, ut Obſides hujuſmodi recipere nonniſi ſub certis modo, & forma tunc expreſſis reſtituendos.

Pontifex Cardinali Palloto, ut Obſides ei reſtituat, mandat.

§.2. Nos, qui per alias noſtras in ſimili forma Brevis expeditas Literas tibi injunximus, ut Obſides pro chariſſimo in Chriſto filio noſtro Ferdinando Romanorum Rege in Imperatorem electo ſimiliter datos plena libertate donares, poſtquam adimpleta fuerant quæ ex parte dicti Ferdinandi Regis in Imperatorem Electi adimplenda erant præmiſſis attentis, & in vim Capitulorum, de quibus, ut præfertur, convenit primodictos Obſides pro dicto Ludovico Rege datos libertati etiam reſtituendos cenſentes, Circumſpectioni tuæ per præſentes injungimus, ut ſtatim acceptis præſentibus etiam Obſides prædictos pro dicto Ludovico Rege, ut præfertur, datos plena libertate dones illiſque, & eorum cuilibet, quo tibi placuerit eundi facultatem concedas.

Cum opportunis cauthelis.

§.3. Volumus autem, ut ſuper prædictorum Obſidum liberatione cum præſentium, ac omnium, & ſingulorum aliorum, quæ pro præmiſſis rite, & recte peragendis neceſſaria, & opportuna fuerint inſertione publicum inſtrumentum confici, & celebrari cures.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 27. Septembris 1631. Pontificatus Noſtri Anno Nono.

Dat. die 27. Septem. 1631 An IX.

CCCLXXXV.

Ex Regeſt. in. Secret. Brev

Facultas Chriſtianiſſimo Regi Franciæ perpetuo Adminiſtratori Militiæ Ordinis Sancti Spiritus Statuta pro illius proſpero regimine neceſſaria, & utilia edendi, corrigendique, & immutandi.

Chariſſimo in Chriſto filio noſtro Ludovico Francorum Regi Chriſtianiſſimo.

URBANUS PAPA VIII.

Chariſſime in Chriſto fili noſter ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Exordium.

MAjeſtatis tuæ votis, quæ ex Catholicæ Religionis zelo prodire conſpicimus libenter annuimus.

Facultates Regi Franciæ concedit, quas magis expedire ipſe judicaverit.

§.1. Hinc eſt, quod Nos ſupplicationibus ejuſdem majeſtatis tuæ, quæ militaris Ordinis Sancti Spiritus perpetuus Adminiſtrator exiſtit nomine Nobis, ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati, Tibi, & pro tempore exiſtenti dicti Ordinis Adminiſtratori, ſeu magno Magiſtro, ut quæcumque ſtatuta prædicti Ordinis, prout rerum, & temporum qualitas, & ratio exegerit, ac Tibi, & Adminiſtratori, ſeu magno Magiſtro pro tempore exiſtenti expediens videbitur corrigere, ſeu in meliorem formam reducere, reformare, alterare, mutare, & interpretari, ac alia dicti Ordinis, illiuſque Militum, rerum, & bonorum proſperum ſtatum, regimen, & gubernium, feliciumque directionem, & adminiſtrationem concernentia, ac alias Ordini, & Militibus prædictis neceſſaria, & utilia, licita tamen, & honeſta, ſacriſque Canonibus, & Concilii Tridentini Decretis, necnon Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis non contraria de novo, ac ex integro condere, edere, & facere libere, & licite poſſis, & valeas, ac poſſit, & valeat, plenam, & liberam facultatem, & licentiam, ac auctoritatem apoſtolica auctoritate tenore præſentium concedimus, & elargimur.

Derogat obſtantibus.

§.2. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis; cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 8. Novembris 1631. Pontificatus Noſtri Anno Nono.

Dat. die 8. Novem. 1631 An. IX.

Quod

Digitized by Google

CCCLXXXVI.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Quod Res Chriſtianiſſimus Adminiſtrator Ordinis Militaris Sancti Spiritus, etiam Exteros ad dictam Militiam admittere poſſit, & tam ipſe, quam alii ejuſdem Militiæ Milites Sacramentum Euchariſtiæ infra Octavam ante generalem Congregationem, & ad habitum admiſſionem, ſumere debeant.

Chariſſimo in Chriſto filio noſtro Ludovico Francorum Regi Chriſtianiſſimo.

URBANUS PAPA VIII.

Chariſſime in Chriſto fili noſter ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Expoſitio nomine Francorum Regis.

§. 1. Majeſtatis tuæ nomine Nobis nuper expoſitum fuit, quod ſtatutis Militaris Ordinis Sancti Spiritus, cujus majeſtas tua perpetuus Adminiſtrator eſſe dignoſcitur, inter alia cautum eſt, ne exteri, qui habilitati, & Regni Franciæ incolæ non ſunt, in Milites dictæ Militiæ recipiantur, die vero Generalis Congregationis dicti Ordinis, quando etiam aliquis ad habitus, per ejuſdem Militiæ Milites geſtari ſoliti, ſuſceptionem admittatur, ut tam Majeſtas tua, quam Officiales dicti Ordinis, & Milites, & quiſquis ad habitum admittitur, Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſumere teneatur.

Petitio ipſius Regis.

§. 2. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, Majeſtas tua, quæ ſicut, & prædicti Officiales, ac Milites ſtatuta hujuſmodi obſervare voto, & juramento ſe aſtrinxerunt, ad Spiritus Sancti gloriam, & Catholicæ Fidei exaltationem dictum Ordinem etiam extra Regnum Franciæ longius diffundi, & in exteros fidei prædictæ zelo conſpicuos, ac alias juxta ejuſdem Ordinis ſtatuta qualificatos extendi poſſe plurimum deſideret. Cumque etiam dicto die generalis Congregationis, & admiſſionis ad habitus ſuſceptionem, aliis negotiis, & Officiis magna cum mentis agitatione potius, quam orationi, & ſpirituali contemplationi vacari ſoleat, Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum aliquot diebus ante longe majori cum reverentia, & ſpirituali fructu ſumi poſſet. Idcirco eadem Majeſtas tua Nobis humiliter ſupplicari fecit, ut in præmiſſis de benignitate apoſtolica providere dignaremur.

Relaxatio Voti, & Juramenti, quo Officiales, & Milites ſe adſtrinxerunt.

§. 3. Nos igitur, qui illa quæ ad Spiritus Sancti gloriam, & Catholicæ Fidei exaltationem cedunt, ac fidelium devotionem augent, ejuſdem Sancti Spiritus gratia ſuffragante promovere deſideramus, Ordinis prædicti propagationi, & Militum ejuſdem animarum ſaluti quantum cum Domino poſſumus conſulere volentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Votum, & juramentum prædicta illis in cæteris omnibus in iis contentis, firmis remanentibus, auctoritate apoſtolica tenore præſentium relaxamus.

Quod Milites nullum juramentum emittant.

§. 4. Utque Majeſtas tua, & prædicti Officiales, ac Milites, exteros etiam non habilitatos, nec Regni Franciæ Incolas, Catholicos tamen, & gratiam, & communionem Sedis Apoſtolicæ habentes, dicto ſtatuto non obſtante, in Milites dictæ Militiæ admittere, illique admitti, dummodo tamen in eorum admiſſione, aut alias quandocumque, qui non Majeſtatis tuæ, ſed aliorum Principum, aut Dominorum Subditi, & Vaſſalli exiſtent, votum aliquod, aut juramentum non emittant, aut præſtent, quod poteſtati, aut ſuperioritati, vel juriſdictioni, aut alio cuicumque juri Principum, ſeu Dominorum, quorum Subditi, aut Vaſſalli erunt, quomodolibet adverſetur, libere, & licitè poſſint.

Sed tamen, ut infra octavam præcedentem ſuam admiſſionem Sanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramento ſe reficiant.

§. 5. Necnon, ut Majeſtas tua Officiales, & Milites prædicti, & quiſquis ad dictæ Militiæ habitus ſuſceptionem admittatur, non ipſo die Congregationis Generalis, & quo habitum ſuſcipit, ſed infra Octavam præcedentem Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſuſcipere valeant, & teneantur (ita tamen, ut ante diem Congregationis, & admiſſionis ad habitum hujuſmodi tam Officiales, & Milites, quam ad habitum admittendi, ſe prædictum Sacramentum infra dictum tempus ſuſcepiſſe legitimè oſtendant) eadem auctoritate concedimus, & indulgemus, & votum, ac juramentum prædicta ad hunc effectum commutamus, & pariter relaxamus, ac ſtatuimus, & ordinamus.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obſtantibus præmiſſis, ac dictæ Militiæ ſtatutis etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 8. Novem. 1631. An. IX.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 8. Novembris 1631. Pontificatus noſtri Anno Nono.

CCCLXXXVII.

Quod Conſtitutiones Apoſtolicæ in concernentibus Fidem Catholicam, & Sanctæ Inquiſitionis Officium hactenus editæ, & impoſterum etiam ſuper quacumque alia re edendæ, omnes Regulares quomodolibet privilegiatos comprahendant, niſi illi ſpecialiter escipiantur.

Inquiſitorum hæreticæ pravitatis facultas eſt ampliſſima, & quod in cauſis Fidei poſſint procedere contra quoſcumque etiam exemptos, ac eligere etiam Regulares, qui aliàs in ſeculo Notarii fuerunt, in Notarios pro prædictis cauſis, conceſſit Alex. IV. Conſtitut. LVI. Ne commiſſæ. *Tom. III. fol.* 395. *Necnon Religioſorum quomodolibet privilegiatorum de hæreſi culpabilium (dummodo ab eorum Superioribus non ſint præventi) cauſas cognoſcere, ac punire poſſe voluit Pius Quartus Conſtit. LX.* Paſtoris. *Tom. IV. Par. II. fol.* 110. *Et poſtremo Paulus V. revocavit facultates Superioribus*

quorum-

quorumcumque Ordinum conceſſas cognoſcendi cauſas ſuorum ſubditorum, ad Officium S. Inquiſitionis quomodolibet pertinentes in Conſtit. XLVIII. Romanus Pontifex. *Tom. V. Par. III. fol. 227.*

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Multi Religioſi prætendebant non derogari eorum privilegiis per Conſtit. generales.

CUM ſicut accepimus, Sancti Benedicti, Ciſtercien., Præmonſtraten., Sancti Antonii de Sancto Antonio Viennen. Societatis Jeſu, ac aliorom forſan Ordinum, Congregationum, Societatum, & Inſtitutorum regularium Profeſſores vigore, ſeu prætextu privilegiorum, & indultorum ſibi, dictiſque Ordinibus, Congregationibus, Socictatibus, & Inſtitutis, ab hac Sancta Sede Apoſtolica, tam per viam meræ conceſſionis, quam communicatioois, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, deque apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, etiam conſiſtorialiter conceſſorum, in Conſtitutionibus generalibus a Nobis, & dicta Sede hactenus editis, & de cætero edendis ſe minime compræhendi prætendant, niſi de eis ſpecialis, ſpeeifica, individua, & expreſſa mentio fiat.

Pont. declarat hujuſmodi Conſt. hactenus editas afficere quoſcumque regulares, præcipue in concernentibus fidē catholicam, & ſanctæ Inquiſitionis Officium.

§. 1. Nos, qui inter graviſſimas, multiplicesque apoſtolatus noſtri curas in eam præcipuo, ac peculiari ſtudio jugiter incumbimus, ut extirpatis hæreticarum pravitatum erroribus, catholica fides ubique gentium conſervetur, & propagetur, opportunæ diſpoſitionis miniſterio providere volentes, ac ambiguitates, & dubia de medio tollere cupientes, ut tot, tantæque Conſtitutiones generales a Nobis, & hac Sancta Sede, & præſertim ad favorem Fidei Catholieæ, illiuſque propagationem, & Officii Sanctæ Inquiſitionis contra hæreticam pravitatem editæ, & de cætero edendæ, ſublatis quibuslibet exceptionibus, ſubterfugiis, & impedimentis, ad majorem Dei gloriam, Sanctæque Matris Eccleſiæ exaltationem, debitum, ut par eſt, ſortiantur effectum: necnon quorumcumque privilegiorum, gratiarum, & indultorum, dictis Ordinibus, Congregationibus, Societatibus, & Inſtitutis, cum quibuſvis clauſulis, & decretis etiam quantumlibet extraordinariis, & cautelis quomodolibet, & ex quacumque cauſa conceſſorum, etiamſi in corpore juris clauſa ſint, tenores, præſentibus, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in eis tradita obſervata inſerti forent, eiſdem præſentibus pro expreſſis habentes: Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque apoſtolicæ poteſtatis plenitudine; quod quævis generales Conſtitutiones, diſpoſitiones, & Ordinationes Apoſtolicæ per Nos, & quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros in concernentibus Fidem Catholicam, illiuſque propagationem, & ſanctæ Inquiſitionis Officium præfatum, præſertim quoad ea, quæ in Congregationibus Sancti Officii, & de Propaganda F de coram Nobis tractari ſolent, hactenus editæ, omnes, & ſingulos, tam Sancti Benedicti, Ciſtercien., Præmonſtraten., Sancti Antonii de Sancto Antonio Viennen., & Societatis Jeſu præfatorum, quam quorumcumque aliorum Ordinum, Congregationum, Societatum, & Inſtitutorum profeſſores omnino compræhendat, perinde ac ſi præfati, & alii quantumlibet privilegiati, in eis nominatim expreſſi fuiſſent.

Ac etiam edendis Conſtitut. ſubjacere decernit.

§. 2. Edendæ vero impoſterum per Nos, & Romanos Pontifices Succeſſores noſtros, tam in favorem præfatæ fidei catholicæ, illiuſque propagatioois, & Sancti Officii Inquiſitionis præfatæ, quam ſuper quacumque alia re, negotio, ſeu materia, Conſtitutiones, diſpoſitiones, & ordinationes hujuſmodi ſimiliter omnino compræhendant præfatos eorumdem Ordinum, Congregationum, Societatum, & Inſtitutorum profeſſores; niſi in edendis Conſtitutionibus hujuſmodi ſpecialiter, & expreſſe excipiantur, etiamſi ipſi privilegiati forent magis ſpeciali nota, & expreſſione digni, eiſque privilegia, gratiæ, & indulta a Sede Apoſtolica præfata, etiam ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & aliis decretis etiam Moto proprio, ac ex certa ſcientia, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, & conſiſtorialiter, etiam contemplatione, vel ad inſtantiam Imperatoris, Regum, & aliorum Principum, tam per viam meræ conceſſionis, quam communicationis, & aliàs quomodolibet conceſſa reſpective ſint, quorum, ſeu quarum vigore, vel prætextu ſint excepti, ſeu ſe minime compræhendi prætendant in Conſtitutionibus generalibus, vel aliis non facientibus plenam, & expreſſam eorum mentionem.

Hanc declarationem clauſulis præſervativis munit.

§. 3. Præſentes vero Literas, omniaque, & ſingula in eis contenta, etiam ex eo, quod Ordinum, Congregationum, Societatum, & Inſtitotorum hujoſmodi profeſſores, vel alii quicumque in præmiſſis intereſſe habentes, ſeu quomodolibet habere prætendentes, ad hoc vocati, & auditi minuſque cauſæ, propter quas eædem præſentes emanarunt, adductæ, verificatæ, ſeu aliàs juſtificatæ non fuerint, ullo umquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel alio quovis etiam, quantumvis ſubſtantiali defectu notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controverſiam revocari, aut ad terminos juris reduci, aut aliud quodcumque juris, facti, gratiæ, vel juſtitiæ remedium impetrari nullatenus poſſe, neque ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus pro tempore quomodolibet facien. compræhendi, ſed ſemper ab illis exceptas, ſemperque validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere,

nere, ac ab omoibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, inviolabiliter obſervari debere.

Contraria tollit.

§.4. Sicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales etiam de latere Legatos, dictæque Sedis Nuntios, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi quid ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Hujus tranſumptis credi jubet, & publicat in Urbe omnes ligare ſtatuit.

§.5. Non obſtantibus regula noſtra de jure quæſito non tollendo, ac quibuſvis aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon dictorum, tam Sancti Benedicti, Ciſtercien., Premonſtraten., Sancti Antonii de Sancto Antonio Viennen., & Societatis Jeſu præfatorum, quam quorumcumque aliorum Ordinum, Congregationum, Societatum, & Inſtitutorum etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, & privilegiis, necnon præfatis, & quibuſvis aliis privilegiis, indultis, & Literis Apoſtolicis, etiam Mare magnum, & aliàs quomodolibet nuncupatis, eiſdem Ordinibus, Congregationibus, Societatibus, & Inſtitutis, eorumque Superioribus, bonis, rebus, Monaſteriis, locis, regularibus, & perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, ac aliàs in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum omnium, & ſingulorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptis fidem addidit.

§.6. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus ubique fides adhibeatur, quæ præſentibus ipſis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Quodque eædem præſentes Literæ, ſeu illarum exempla ad valvas Baſilicarum S. Joannis Lateranenſis, ac Principis Apoſtolorum de Urbe, & in acie Campi Floræ affixa, omnes ita arctent, & afficiant, ac ſi unicuique perſonaliter intimata fuiſſent.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die quinta Novembris 1631. Pontificatus noſtri Anno Nono.

Dat. die 5. Novem. 1631. An. IX.

Die, & anno ſupradicto affixæ, & publicatæ fuerunt ſupradictæ Literæ ad valvas Curiæ, & Cameræ Apoſtolicæ, ac in acie Campi Floræ, aliiſque locis ſolitis, & conſuetis, ut moris eſt, per me Andream Scalmanum, SS. D. N. Papæ Curſorem.

CCCLXXXVIII.

Quod in Eccleſia Sancti Jacobi Nationis Hiſpanorum de Urbe celebrari poſſit Feſtum Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis Immaculatæ, etiamſi in Dominica ſecunda Adventus venerit, ſub Ritu duplicis primæ Claſſis.

Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis diſputationem prohibuere Pius V. Conſtit. LVIII. Super ſpeculam. *Tom. IV. Par. III. fol. 138. Paulus V. Conſt CCLXII.* Regis pacifici. *Tom. V. Par. IV. fol. 209. Et Gregor. XV. Conſtitut. LXVIII.* Sanctiſſimus. *Tom. V. Par. V. fol. 45.*

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

Sanctæ, & Immaculatæ Virginis Genitricis Dei Mariæ omni laude digniſſimæ cultum, & venerationem augere deſiderantes, pia Chriſtifidelium id tendentia vota ad exauditionis gratiam libenter admittimus, favoribuſque, & gratiis proſequimur opportunis.

Cauſa hujus Conſtit.

§.1. Exponi ſiquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Adminiſtratores Eccleſiæ, & Hoſpitalis Sancti Jacobi Nationis Hiſpanorum de Urbe, quod ipſi pro eo præcipuo, quem univerſa Natio hujuſmodi erga Feſtum Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis gerit devotionis affectu, Feſtum hujuſmodi quotannis in prædicta Eccleſia ſolemniter celebrare conſueverunt.

Concedit prout in rubrica.

§.2. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, Adminiſtratores prædicti cupiant Feſtum hujuſmodi, quod quandoque in ſecundam Dominicam Adventus incidit, ſub Ritu duplici primæ Claſſis celebrare poſſe, proindeque ſibi per Nos de opportuna ad hoc licentia provideri: Nos piis dictorum Adminiſtratorum votis in præmiſſis, quantum cum Domino poſſumus, annuere, illoſque ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus illorum nomine, Nobis ſuper hoc humi-

humiliter porrectis inclinati, eiſdem Adminiſtratoribus nunc, & pro tempore exiſtentibus, quod de cætero in dicta Eccleſia Feſtum Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis hujuſmodi, etiam ipſa ſecunda Dominica Adventus, cum in illam inciderit, ſub Ritu duplicis primæ Claſſis, juxta rubricas Miſſalis, & Breviarii Romani, celebrare libere, & licite valeant, cum hoc tamen, quod in Miſſis, tam privatis, quam ſolemnibus, & in utriuſque Veſperis fiat commemoratio de Feria currenti, & cum in Dominicam inciderit, de ipſa Dominica, cujus etiam Evangelium legatur in fine, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium licentiam concedimus, & impertimur.

Contrariis derogat.

§.3. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenus opus ſit, dictæ Eccleſiæ, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 26. Novem. 1631. An. IX.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die 26. Novembris 1631. Pontificatus noſtri Anno Nono.

CCCLXXXIX.

Ex regeſt. in ſecret. Brev.

Jubilæum univerſale ad divinam opem implorandam in præſentibus Eccleſiæ neceſſitatibus.

URBANUS PAPA VIII.

Univerſis Chriſtifidelibus præſentes Literas inſpecturis ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Proœmium.

SUpplici Chriſtifidelium voce clamavimus ad Dominum, & clamore perſeveramus non modicam in Italiæ calamitatibus divinæ clementiæ conſolationem percipientes: Noſtris tamen Eccleſiæ Catholicæ periculis imminentibus in Germania, præſertim bellici tumultus impetu, & perniciosa hoſtium orthodoxæ fidei majus in dies robur invaſione ſumente, præcipuis eumdem Dominum, qui dives eſt in miſericordia, precibus adire decrevimus, ut complacitior ſit adhuc, & Religionem Catholicam a malis penitus eximere dignetur. Imprimis igitur per accuratam peccatorum expiationem contrito corde pœnitentiam agentes eleemoſynis, & jejuniis vires orationis augeamus, & iram placare conemur ejus, qui benigne Nos arguit, & ſpem ſalutis præbet dicens: *convertimini ad me, & ego convertar ad vos*. Quocirca, ut quantum cum Domino poſſumus, fideles ad hæc alacrius peragenda invitemus, pro noſtro paſtoralis officii munere ex ſolemni ipſius Eccleſiæ ritu, ejuſdem Eccleſiæ theſauros, quorum licet nullis noſtris meritis a Domino diſpenſatores conſtituti ſumus, proferre, & largiſſime erogare deliberavimus.

Chriſtifideles ad infraſcripta peragenda adhortatur.

§.1. Itaque ex parte omnipotentis Dei Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, omnes, & ſingulos utriuſque ſexus chriſtifideles tam in Alma Urbe noſtra, quam alibi ubique locorum conſtitutos, apoſtolica auctoritate paterne requirimus, monemus, & in Domino hortamur ad infraſcripta devote peragendum, & adimplendum, ac ad totius conſolationis Deum orandum, ut per viſcera miſericordiæ ſuæ fidem catholicam protegere ab hoſtium conatibus, & inſidiis defendere, hæreſim extirpare, Principibus Chriſtianis pacem, & veram concordiam donare, ac præcipue præſentibus Eccleſiæ neceſſitatibus ſubvenire dignetur.

Iis, qui præſcripta hic opera Romæ peregerint, Indulgentias infraſcriptas concedit.

§.2. Nos enim de omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, ex illa ligandi, atque ſolvendi poteſtate, quam Nobis Dominus per abundantiam gratiæ ſuæ contulit, univerſis, & ſingulis Chriſtifidelibus in Alma Urbe prædicta degentibus, qui ſolemnibus Proceſſionibus, quæ ab Eccleſia Beatæ Mariæ de Anima nuncupat. ad Baſilicam Principis Apoſtolorum die Mercurii, & ab eadem Eccleſia, ad Eccleſiam Lateranen. die Veneris, necnon ab eadem Eccleſia Sanctæ Mariæ de Anima ad Baſilicam Sanctæ Mariæ Majoris de Urbe die Sabathi præſentis hebdomadæ, per univerſum Clerum ejuſdem Urbis reſpective fient, interfuerint, aut qui eadem præſenti, vel immediate ſequenti hebdomada eaſdem Baſilicas, & Eccleſias ſaltem ſemel viſitaverint, ibique devote ut ſupra Deum oraverint, nec non feria quarta, & ſexta, ac Sabatho ejuſdem præſentis, vel ſequentis hebdomadæ jejunaverint, & peccata ſua confeſſi fuerint, atque in primo die Dominico, vel ſecundo, ſeu altero alio dictarum hebdomadarum die Sanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramentum reverenter ſumpſerint, & eleemoſynas ad libitum, prout charitas ſingulis ſuggeſſerit, fecerint.

Quæ extra Urbem Romam peragenda ſint, deſignat.

§.3. Cæteris vero omnibus, & ſingulis fidelibus extra Urbem exiſtentibus in quibuſvis Civitatibus, Terris, & Locis, qui Proceſſioni ab Ordinariis locorum, vel eorum Vicariis, ſeu Officialibus, vel de eorum mandato, & ipſis deficientibus per eos, qui ibi curam animarum exercent, prima, vel ſecunda hebdomada, poſtquam ad eorum notitiam hæ noſtræ Literæ devenerint, indicendæ, & agendæ interfuerint, vel Eccleſias per eoſdem ſignandas, ſaltem ſemel viſitaverint, ibiq; ut ſupra Deum oraverint, ac feria quarta, ſexta, & Sabatho alterius ex duabus hebdomadis prædictis jejunaverint, pariterque peccata ſua confeſſi, ac Sacra Communione refecti fuerint, & eleemoſynas ſimiliter pro arbitrio ſuo fecerint, pleniſſimam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſſionem, ſicut in anno Jubilæi viſitantibus certas Eccleſias intra, & extra Urbem concedi conſuevit, tenore præſentium concedimus, & elargimur. Navigantes vero, aut iter agentes, ut cum primum ad ſua ſeſe domicilia receperint, ſupradictis peractis, & loco interventus in Proceſſione, viſitata Eccleſia Cathedrali, vel majori, aut Parochiali loci ejuſ-

ejuſdem domicilii eamdem indulgentiam conſequi poſſint, & valeant.

Eadem pietatis opera legitime impeditis a Confeſſario commutari poſſe ſinit.

§.4. Regularibus autem perſonis utriuſque ſexus, etiam in clauſtris perpetuo degentibus, necnon aliis quibuſcumque, tam laicis, quam religioſis ſecularibus, vel regularibus, etiam in carcere, aut in captivitate exiſtentibus, vel aliqua corporis infirmitate, ſeu alio quocumque impedimento detentis, qui ſupra expreſſa, vel eorum aliqua præſtare nequiverint, ut Confeſſarius, quem, ut infra, elegerint eis prædicta omnia, & ſingula, vel eorum aliqua in alia pietatis opera commutare, vel in aliud proximum tempus prorogare poſſit, eaque injungere, quæ ipſi pœnitentes efficere poterunt, pariter concedimus, & indulgemus.

Cuicumque Confeſſarium ſibi eligendi facultatem facit.

§.5. Cupientes autem omnes Chriſtifideles participes fieri hujus prætioſiſſimi theſauri, univerſis, & ſingulis utriuſque ſexus, tam laicis, quam eccleſiaſticis ſecularibus, & regularibus cujuſcumque Ordinis, Congregationis, & Inſtituti licentiam concedimus, & facultatem damus, ut ſibi ad hunc effectum eligere poſſint quemcumque Presbyterum confeſſarium, tam ſecularem, quam cujuſvis Ordinis regularem, ea approbatis a locorum Ordinariis, qui eos ab omnibus excommunicationis, ſuſpenſionis, & aliis eccleſiaſticis ſententiis, & cenſuris a jure, vel ab homine quavis cauſa latis, ſeu inflictis, necnon ab omnibus peccatis, exceſſibus, criminibus, & delictis, quantumvis gravibus, & enormibus, etiam locorum Ordinariis, ſeu Nobis, & Sedi Apoſtolicæ, etiam in Literis die Cœnæ Domini legi ſolitis contentis, & aliàs per quaſcumque noſtras, aut Rom. Pont. Prædeceſſorum noſtrorum Conſtitutiones, quarum tenores præſentibus haberi volumus pro expreſſis, quomodocumque reſervatis in foro conſcientiæ, & hac vice tantum (non tamen a crimine hæreſis) abſolvere, & liberare valeant, & inſuper vota quæcumque (religionis. & caſtitatis exceptis) in alia pia, & ſalutaria opera commutare, injuncta tamen eis, & eorum cuilibet, in ſupradictis omnibus caſibus pœnitentia ſalutari, aliiſque ejuſdem Confeſſarii arbitrio injungendis.

Qui a caſibus reſervatis abſolvat.

Præſentes ubique locorum publicari mandat.

§.6. Quapropter tenore præſentium in virtute ſanctæ obedientiæ diſtricte præcipimus, atque mandamus omnibus, & quibuſcumque Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis Eccleſiarum Prælatis, ac quibuſcumque Ordinariis locorum, eorum Vicariis, & Officialibus, vel iis deficientibus, illis, qui curam animarum exercent, ut cum præſentium literarum tranſumpta, aut exempla, etiam impreſſa acceperint, illa ſtatim abſque ulla mora, retardatione, vel impedimento per ſuas Eccleſias, & Diœceſes, Provincias, Civitates, Oppida, Terras, & loca publicent, & publicari faciant, ac Cleris, & Populis ſibi ſubjectis ſolemnes Proceſſiones, & ſupplicationes indicant, & celebrent, Eccleſiaſque viſitandas deſignent.

Nonnulla a Confeſſariorum facultatibus excipit.

§.7. Non intendimus autem per præſentes ſuper aliqua irregularitate publica, vel occulta, nota, defectu, incapacitate, ſeu inhabilitate quoquo modo contracta diſpenſare, vel aliquam facultatem tribuere diſpenſandi, ſeu habilitandi, & in priſtinum ſtatum reſtituendi, etiam in foro conſcientiæ. Neque etiam eaſdem præſentes iis, qui a Nobis, & Apoſtolica Sede, vel ab aliquo Prælato, ſeu Judice Eccleſiaſtico excommunicati, ſuſpenſi, interdicti, ſeu aliàs in ſententias, & cenſuras incidiſſe declarati, vel publice denunciati fuerint, niſi infra tempus celebrationis hujuſmodi Jubilæi ſatisfecerint, aut cum partibus concordaverint, ullo modo ſuffragari poſſe, aut debere.

Contraria tollit.

§.8. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, præſertim quibus facultas abſolvendi in certis tunc expreſſis caſibus, ita Romano Pontifici pro tempore exiſtenti reſervatur, ut nec etiam ſimiles, vel diſſimiles Jubilæi, Indulgentiarum, & facultatum hujuſmodi conceſſiones, niſi de illis expreſſa mentio, aut ſpecialis derogatio fiat, cuiquam ſuffragari queant, necnon regula noſtra de non concedendis indulgentiis ad inſtar, ac quorumcumque Ordinum, & Congregationum, ſive inſtitutorum regularium, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel alia quavis firmitate roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis, eiſdem Ordinibus, & Congregationibus, atque Inſtitutis quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & individua, non autem per clauſulas generales, idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma, ad hoc ſervanda foret, illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis, ac formam eorum traditam pro ſervata habentes, hac vice ſpecialiter, nominatim, & expreſſe ad effectum præſentium derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptis credi jubet.

§.9. Ut autem præſentes noſtræ, quæ ad ſingula loca deferri non poſſunt ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus, ut earumdem præſentium tranſumptis, vel exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, ubique locorum, & gentium, eadem prorſus fides habeatur, quæ haberetur ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 15. Decem. 1631. An. IX.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die 15. Decembris 1631. Pontificatus noſtri Anno IX.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

CCCXC.

Erectio Collegii in Urbe pro decem Monachis Ordinis S. Baſilii.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

INter graviſſimas, moltipliceſque curas, quibus in militantis Eccleſiæ regimine, juxta creditum Nobis deſuper apoſtolicæ ſervitotis officium jugiter premimur, ad ea libenter intendimus, per quæ Ordo Sancti Baſilii, cujus dum in minoribus conſtituti eramus Protectoris munere apud Sanctam Sedem Apoſtolicam eam functi fuimus, uberiores io eadem Eccleſia quotidie fructus proferre valeat.

Erectio Collegii pro Monachis S. Baſilii, in quo decem eſſe debeant Collegiales

§. 1. Quapropter exiſtimantes per unius Collegii dicti Ordinis io Alma Urbe noſtra erectionem, eidem Ordini non parum utilitatis, ac commoditatis, & decoris allatum iri; idcirco motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, in Alma Urbe prædicta, ac loco congruo, & decenti per ipſius Ordinis Superiores eligendo, & acquirendo, unum Monachorum dicti Ordinis Collegium pro decem Collegialibus dicti Ordinis profeſſoribus, ultra Superiorem, Confeſſarium, & Repetitorem, in quo etiam ejuſdem Ordinis Procurator cum proviſionibus ab eodem Ordine ci aſſignatis reſidere tenebitor, ex quibus quidem Collegialibus, quatuor perpetuo ex Provincia Siciliæ, & tres ex Regno Neapolitano, ac reliqui tres ex aliis Nationibus arbitrio Superiorum dicti Ordinis eſſe debeant, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium perpetuo erigimus, & inſtituimus.

Taxam pro hujus Collegii dote imponit.

§. 2. Mandantes propterea, ut pro ipſius Collegii, ſeu illius partis dote, una taxa, ſeu contributio ſuper ejuſdem Ordinis Monaſteriis Citramontanis modo, & forma infraſcriptis imponatur, videlicet, ut Provincia prædicta Siciliæ expenſas pro ſex Collegialibus ad rationem ſeptuaginta ſcutorum monetæ Romanæ pro quolibet ex dictis Collegialibus hic Romæ ab omni onere, ſeu gravamine liberorum, immunium, & exemptorum perſolven., Provincia vero Calabriæ expenſas pro aliis tribus Collegialibus ad camdem rationem ſeptuaginta ſcutorum ſimilium pro quolibet; pro ſuſtentatione autem aliarum perſonarum dicti Collegii, ac ipſius expenſarum ſupportatione, duo ejuſdem Ordinis Neapolitan. ſcilicet, & Cryptæ Ferratæ Provinciæ Romanæ Monaſteria, ad rationem ſeptuaginta ſcutorum pro quolibet Monaſterio contribuant, quæ quidem contributiones hic in Urbe liberæ, immunes, & exemptæ, & anticipatę in duobus terminis videlicet Domini noſtri Jeſu Chriſti, ac Sancti Joannis Baptiſtæ Nativitatum feſtivitatibus, prævia illarum tranſmiſſione perſolvantur.

Spolia Monachorum, redditusque Monaſterii Sancti Pantaleonis eidem addicit

§. 3. Inſuper ſpolia Monachorum dicti Ordinis in omnibus illius Monaſteriis in Italia, & Inſulis ei adjacentibus pro tempore decedentium, quandoquidem ea per decreta diverſorum Capitulorum Generalium ejuſdem Ordinis Monaſterio Sancti Pantaleonis de Urbe applicata ſunt, necnon redditus, qui ex affictibus Domorum ad dictum Monaſterium Sancti Pantaleonis hujuſmodi ſpectantium, aut ex inveſtimento prætii earumdem Domorum, ſi vendantur, faciendo percipiantur, eidem Collegio, pro ejus dote, ita quod liceat Superioribus, & Collegialibus dicti Collegii ea omnia percipere, esigere, & levare, ac in dicti Collegii uſus, & utilitatem convertere, eaque per ſuos Officiales adminiſtrare, etiam perpetuo, auctoritate, & tenore prædictis applicamus, & appropriamus.

Exequutio Provinciali, & Definitoribus demandata.

§. 4. Mandantes propterea dilectis filiis Provinciali, ac Definitoribus prædictarum Siciliæ, & Calabriæ Provinciarum, ut dictas contributiones per Monaſteria ſuarum Provinciarum proportionabiliter repartiantur, ac tam ipſis Monaſteriis, quam duobus Abbatibus Monaſteriorum prædictorum Neapolitan., & Cryptæ Ferratæ, ut ratam ſe tangentem ſuis temporibus ad Urbem, ut præfertur, tranſmittant.

Clauſulæ.

§. 5. Ac decernentes præſentes Literas, etiam ex eo, quod quicumque in præmiſſis intereſſe habentes, ad id vocati, & auditi non fuerint, aut ex quacumque alia cauſa quantumvis legitima, & juridica, de ſubreptionis vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel alio quopiam defectu notari, impugnari, invalidari, infringi, aut in jus, vel controverſiam revocari, aut ad terminos juris reduci, nullatenus poſſe, ſed eas ſemper validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ac dicto Collegio pleniſſime ſuffragari; Sicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogat obſtantibus.

§. 6. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Urbis, Ordinis, Provinciarum, & Monaſteriorum prædictorum etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum omnium, & ſingulorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris; ad præmiſſorum effectum, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Præd. Conſt. Commendatariis non præjudicant.

§. 7. Per præſentes autem contributionibus Commendatariis Monaſteriorum dicti Ordinis debitis nullo modo præjudicare intendimus.

Da-

Dat. die 17. Decem. 1631. An.IX.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die decimaſeptima Decembris 1631. Pontificatus noſtri Anno Nono.

CCCXCI.

Extenſio Conſtitutionis Gregorii XV. revocatoriæ omnium conceſſionum vivæ vocis oraculo factarum, præter S.R.E. Cardinalibus, & eorum manu firmatarum, ad omnes etiam factas Cardinalibus, & eorum manu ſignatas.

Hanc revocationem factam a Gregorio XV. habes inter ipſius Conſt. num.LXIII. Romanus Pontifex, *Tom.IV. Par.V. fol.37.*

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Gregor.XV. edidit Conſt. de hac materia indicatam in 2.Rubr.

§.1. Aliàs fel. rec. Gregorius Papa XV. Prædeceſſor noſter, ut ſubnaſcentibus jugiter variis difficultatibus, & abuſibus ex privilegiis a Sede Apoſtolica vivæ vocis oraculo ſæpenumero conceſſis obviam iret, Conſtitutionem edidit tenoris ſubſequentis, videlicet: Gregorius PP. XV. Ad perpetuam rei memoriam. Romanus Pontifex in ſpecula militantis Eccleſiæ, &c. *Omittitur reſiduum, quia eſt cit. in Rubr.*

Quam hic Pontifex extendit, ut in Rubr.

§.2. Cum autem experientia rerum magiſtra compertum ſit, conceſſiones, & gratias vivæ vocis oraculo, etiam a S.R.E. Cardinalibus obtentas, & ipſorum manu firmatas ſæpe ab his, in quorum favorem emanarunt, minus canonica interpretatione extendi, & perperam in diſciplinæ eccleſiaſticæ detrimentū executioni demandari: idcirco, quantum cum Domino poſſumus his, & aliis malis occurrere volentes, Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, & de conſilio nonnullorum venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, quibus negotium hujuſmodi mature diſcutiendum commiſimus. omnia, & ſingula privilegia, facultates, licentias, & gratias quaſcumque per Summos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac per Nos vivæ vocis oraculo, & S. R. E. prædictæ Cardinalium quorumcumque manu firmata, quibuſcumque Generalibus, Provincialibus, cæteriſque Superioribus, & perſonis cujuſvis Ordinis, Congregationis, Inſtituti, & Societatis, ſive ſecularibus, ſive regularibus, vel etiam ipſis Ordinibus, Congregationibus, Inſtitutis, & Societatibus, etiam Societati Jeſu, aut ejus Clericis, ſeu Presbyteris, aliiſque perſonis prædictis quacumque de cauſa, etiam de neceſſitate exprimenda, occaſione, prætextu, vel colore, etiam intuitu, contemplatione, ſeu ad inſtantiam Imperatoris, Regum, & Principum quorumcumque, aut alias quomodolibet conceſſa, illorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium revocamus, caſſamus, tollimus. abrogamus, & annullamus, ac de cætero revocata, caſſa, ſublata, abrogata, & annullata, viribuſque, & effectu vacua eſſe, & fore, nulliſque prorſus deinceps ſuffragari poſſe, nec debere declaramus.

Publicari a Superioribus Ordinum jubet.

§.3. Præterea, ut præſentes Literæ omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, quanto citius innoteſcant, omnibus, & ſingulis Generalibus, & aliis quocumque nomine nuncupatis Superioribus quorumcumque Ordinum, Congregationum, Societatum, etiam Societatis Jeſu, & Inſtitutorum, ſub excommunicationis, ac privationis officiorum, & dignitatum, necnon vocis activæ, & paſſivæ pœnis ipſo facto incurrendis præcipimus, & mandamus, ut infra tres menſes proximos a die publicationis præſentium computandos, omnes, & ſingulos Provinciales eorumdem ſuorum Ordinum, Congregationum, Societatum, etiam Societatis Jeſu, & Inſtitutorum, de eiſdem præſentibus Literis certiores faciant, earumdemque præſentium exemplaria illis tranſmittant, qui quidem Provinciales ſub eiſdem pœnis teneantur ſingulis Superioribus Monaſteriorum, Conventuum, Collegiorum, Domorum, & locorum regularium præcipere, ut eaſdem præſentes ſubditis ſuis, ut moris eſt publicent.

Clauſulis præſervativas addit.

§.4. Decernentes præſentes Literas etiam ex eo quod quicumque in præmiſſis intereſſe habentes, vel habere prætendentes ad hoc vocati, & auditi non fuerint, de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, ſeu alio quopiam defectu notari, impugnari, invalidari, redargui, in jus, vel controverſiam vocari, aut ad viam, & terminos juris reduci, ſive adverſus illas quodcumque juris, gratiæ, vel facti remedium impetrari nullatenus poſſe, ſed illas ſemper validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere.

Aliter judicandi facultatem tollit.

§.5. Sicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi quid ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contraria removet.

§.6. Non obſtantibus præinſertis Literis hujuſmodi, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, & quatenus opus ſit, etiam regula noſtra de non tollendo jure quæſito, privilegiis quoque, indultis, & Literis apoſtolicis, eiſdem Cardinalibus, ac Ordinibus, Congregationibus, Inſtitutis, & Societatibus, eorumque Superioribus, quocumque nomine nuncupatis ſub quibuſcumque verborum formis, & tenoribus, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, ac aliàs in contrarium præmiſſorum quomodolibet con-

conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis etiamſi pro illorum; ſufficienti derogatione, de illis, eorumqoe totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importaotes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum omnium tenores, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptis credi mandat.

§.7. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus ubique fides adhibeatur, qoæ præſentibus ipſis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ quodque eædem præſentes Literæ, ſive illarum exempla ad valvas Baſilicarum prædictarum, & in acie campi Floræ hujuſmodi ſimiliter affixa, omnes, quos concernunt, perinde arctent, & afficiant, ac ſi unicoique perſonaliter intimata fuiſſent.

Dat. die 20. Decem. 1631. An.IX.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die 20. Decembris 1631. Pontificatus noſtri Anno IX.

Publicatio in Urbe.

Die & anno ſupradicto affixa, & publicata fuit ad valvas Baſilicarum S. Joannis Lateranenſis, & Principis Apoſtolorum, ac in acie Campi Floræ, aliiſque locis ſolitis, & conſuetis, ut moris eſt, per me Andream Scalmanum, SS. D. N. Papæ Curſorem.

CCCXCII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Declaratio ſuper nominatione Judicum pro cognitione Cauſarum inter Archiepiſcopum Elboren., & Ordines Militares Portugalliæ vertentium.

Chariſſimo in Chriſto filio noſtro Philippo Portugalliæ, & Algarbiorum Regi Catholico.

URBANUS PAPA VIII.

Chariſſime in Chriſto fili noſter ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Recenſet Literas aliàs emanatas.

§.1. ALiàs a Nobis emanarunt Literæ Majeſtati tuæ directæ teooris ſubſequentis, videlicet a tergo Chariſſimo &c. ſub dat. 26. Maii 1626. -- *Tenor autem ipſarum Literarum omittitur, quia jam ſunt ſuo ordine.*

Dubium: an impedito aliquo ex ſex, ab Archiepiſcopo acceptis Judicibus Rex alium eiùs loco poſſit nominare.

§.2. Cum autem, ſicut Majeſtatis tuæ nomine Nobis onper eſpoſitum fuit, eadem Majeſtas tua vigore literarum præinſertarum ſex Commiſſarios hujuſmodi nominaverit, ex quibus dictus Archiepiſcopus tres recuſavit, reliqui vero tres cognitionis cauſarum, & differentiarum hujuſmodi vacent, a nonnullis autem dubitetur, an deficiente, vel impedito aliquo ex tribos judicibus, ſeu Commiſſariis hujuſmodi, Majeſtas tua alium loco Judicis, ſeu Commiſſarii hujuſmodi deficientis, vel impediti, nominare poſſit, & propterea tam Majeſtas tua, quam Archiepiſcopus prædictus dubium hujuſmodi opportonæ declarationis noſtræ miniſterio de medio removeri deſiderent.

Nominatio Judicum ab ipſo Rege facienda.

§.3. Nos omnem dobitandi materiam tollere, ac ne cauſarum hujuſmodi expeditio propterea differatur, providere volentes, ſupplicationibus tam Majeſtatis tuæ, quam dicti Archiepiſcopi nominibus, Nobis ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati, Quod Majeſtas tua in locum cujuslibet ex dictis Judicibus, ſeu Commiſſariis pro tempore deficien., ſeu impediti, duos alios juxta formam præinſertarum Literarum qualificatos, quorum unum dictus Archiepiſcopus ſuſpectum allegare poſſit, alter vero cognitioni dictarum cauſarum juxta formam dictarum Literarum incumbat, ita quod amplius recuſari nequeat, ſed dictas cauſas cum aliis Judicibus, ſeu Commiſſariis cognoſcat, & juxta præinſertarum Literarum formam, & tenorem terminet, etiamſi ceſſet impedimentum Judicis, in cujus locum nominatos fuerit, quodque ſimiliter deficientibus, ſeu impeditis duobus ex dictis Judicibus, Majeſtas tua alios quatuor, ut præfertur, qualificatos, quorum duos dictus Archiepiſcopus recuſare poſſit, & deficientibus, ſeu impeditis tribus Judicibus, ſeu Commiſſaris prædictis Majeſtas tua, ſes, ut præfertur, qualificatos, quorum tres dictus Archiepiſcopus recuſare poſſit, alii vero tres eaſdem cauſas juſta præinſertarum Literarum formam, & tenorem cognoſcant, & terminent, nominare libere, & licitè poſſit, & valeat, apoſtolica auctoritate tenore præſentium facultatem concedimus, & impertimur.

Alia Decreta

§.4. Decernentes, quod deficiente, ſeu impedito uno ex dictis tribus Judicibus, & donec in ejus locum alius non ſubrogabitur, alii duo proceſſus cauſarum hujuſmodi in forma juris fabricare poſſint, quodque in ferendis dumtaxat ſententiis definitivis, omnes tres Judices, ſeu Commiſſarii hujuſmodi neceſſario intervenire debeant, id vero, quod ex pluralitate votorum judicatum fuerit, pro terminato, & ſtabilito habeatur; ac declarantes mentis noſtræ eſſe, ut tres domtaſat Judices, ſeu Commiſſarii hujuſmodi cauſàs prædictas cognoſcant, ac terminent, etiamſi in præinſertis literis Tibi ſex nominandi, dicto autem Archiepiſcopo tres ex illis recuſandi facultatem conceſſerimus:

Clauſulæ.

§.5. Sicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & deffiniri debere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a qooqoam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§.6. Non obſtantibus omnibus illis, quæ in dictis Literis voluimus non obſtare, cæteriſqoe contrariis quibuſcumque.

Datom Romæ apud Sanctum Petrum ſub

Dat. die 20. Decem. 1631. An. IX.

ſub Annulo Piſcatoris die 20. Decembris 1631. Pontificatus Noſtri Anno Nono.

CCCXCIII.

Notarii extra Urbem creandi, antequam officium Notariatus exercere incipiant, examini ſe ſubjicere debent ſub pœna nullitatis, & falſi.

URBANUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

RAtio Paſtoralis officii ſollicitè vigilare Nos admonet, ut ad publica munia, præcipuè verò noſtrorum, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſubditorum, intereſſe concernentia exercenda viri præficiantur idonei, qui fide, doctrina, & experientia commendabiles ſuſtinendo oneri ſibi credito pares exiſtant.

Gubernatores Civitatum occaſione prohibitionis jam per Card. Camerarium factæ ne Notarii officium exercerent niſi prævio examine creaverant nonnullos Notarios.

§.1. Hinc eſt, quod Nos, qui hodie accepto, quod poſt erectionem, & Conſtitutionem Archiviorum per fel. rec. Sixtum Papam V. Prædeceſſorem noſtrum in quibuſvis ſtatus Eccleſiaſtici Nobis tunc illi, & Sedi Apoſtolicæ mediate, & immediate ſubjectis Provinciis, Civitatibus, Oppidis, Caſtris, Villis, & aliis locis deſignatis factam, Gubernatores Civitatum, ac Prætores locorum minus inſignium, ſumpta occaſione, quod bo. me. Henricus olim tituli Sanctæ Pudentianæ Presbyter Card. Cajetanus nuncupatus, tunc Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerarius ſtatuerat, & ordinaverat, quod nullus Notarius per quamvis perſonam, prætextu cujuſvis facultatis etiam ex Urbe noſtra conceſſæ extra Rom. Cur. creatus, officium Notariatus, niſi prævio rigoroſo examine per Gubernatorem, aut Superiorem loci, cum interventu Advocati, & Archiviſtæ approbatus fuiſſet, exercere poſſet: facultatem creandi Notarios ſibi arrogare auſi fuerant, & de facto creaverant.

Quos ſic creatos Pontifex annullavit, & de novo ſe creari facere, ut poſſint concedit, certa præſcribenda forma.

§.2. Creationes Notariorum per Gubernatores, & Prætores ſic factas, invalidas, & attentatas, & Notarios tali pacto creatos non Notarios per alias noſtras Literas declaravimus, prohibentes aſſertis Notariis, ut præfertur, creatis, ne officium Notariatus prætenſi exercere auderent, vel præſumerent; ſed de novo ſe ab habente creandi poteſtate, & ſervata forma per Nos præſcribenda creari facerent.

Eam formam hic præſcribit.

§.3. Volentes formam hujuſmodi præſcribere, & omnibus intereſſe habentibus conſulere, Motu proprio, non ad alicujus ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa noſtra ſcientia, meraque deliberatione, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus, quod perpetuis futuris temporibus in omnibus, & ſingulis Provinciis, Civitatibus, Oppidis, Caſtris, Villis, & locis Status prædicti tam mediate, quam immediate ſubjecti, nullus omnino tam ex prædictis, ut præfertur, jam creatis, quam ex eis, quos in futurum quavis auctoritate creari contigerit, extra diſtrictum Urbis ad exercitium officii Notariatus hujuſmodi admitti poſſit, nec debeat, niſi coram pro tempore exiſtente Legato, aut Præſidente, vel Gubernatore Provinciæ, in qua degit, vel ipſis impeditis, coram Prolegato, vel Locumtenente generali reſpectivè, cum interventu duorum Jurium Doctorum, & totidem Notariorum, inter quos ſit loci Archiviſta: ubi vero Tribunal Rotæ inſtitutum fuerit, duorum ejuſdem Auditorum; docuerit prius de creatione in Notarium legitimè facta: eaque legitima, & valida comperta rigoroſè examinatus, & interrogatus fuerit ſuper iis, quæ ad exercitium officii Notariatus ſpectant: & quatenus ad id repertus fuerit idoneus, ſuper quo examinatorum omnium conſcientiam oneramus, à Legato, Præſide, vel Gubernatore ad exercitium præfatum, præſtito tamen prius per eum juramento de obſervandis Apoſtolicis Conſtitutionibus, & bannimentis ſuper Archiviis emanatis, admiſſus, & ſuper admiſſione per Archiviſtam Literæ patentes Legati, Præſidentis, vel Gubernatoris manu ſubſcriptæ eidem conſignatæ fuerint: Quo vero ad Civitates Legatorum, vel Gubernatorum Provinciæ, præfatorum juriſdictioni non ſuppoſitas, & illarum loca, ac Territoria, examen, & alia præmiſſa coram ſingulis Civitatum hujuſmodi Gubernatoribus, cum earumdem perſonarum ſuperius expreſſarum interventu adimpleantur: In eventum vero quod occaſione Legationum Civitas Legato ſubiiceretur, durante tali ſubjectione in loco reſidentiæ Legati; & quoad Terras, & alia loca, in quibus ſpecialis Gubernator conſtitutus reperitur, coram Præſide Provinciæ. Quo vero ad Civitates, Terras, & loca in diſtrictu dictæ Urbis exiſtentia, coram pro tempore exiſtente Archiviorum Præfecto, cum interventu quatuor jurium Doctorum, & quatuor Cameræ Apoſtolicæ Notariorum, ſupradicta peragi poſſe volumus: & inſuper Notarium, ut præfertur, approbandum, & admittendum præmiſſorum occaſione in aliqua expenſa, præterquam decem Juliorum monetæ Romanæ pro literis patentibus per Archiviſtam exigendorum gravari non poſſe.

Contrafacientibus pœnas infligit.

§.4. Et ſi quis ex ſuperius comprehenſis Notariis contra præſentium tenorem, non obtenta admiſſione, ut præfertur, officium Notariatus exercere auſus fuerit, pœnam falſi incurrere, & actus per ipſum factos perinde ac ſi numquam Notarius creatus extitiſſet, nullos, & invalidos, ac nullius roboris, & momenti in judicio, & extra fore, & eſſe decernimus, & declaramus.

Eaſque ad Notarios extra Urbem reſidentes extendit.

§.5. Quæ quidem omnia quoad Notarios extra Urbem reſidentes, & quavis auctoritate, etiam ex Urbe proveniente, ac per Protonotarios, & Scriptores Romanæ Curiæ; necnon Communitatum, Archiviorum,

Digitized by Google

rum, Collegia, & alios quoſcumque etiam apoſtolica, vel imperiali, aut alia quacumque ſuffultos auctoritate creatos, etiam ſi in Inſtrumento creationis particulares Judices deputati reperirentur, locum babere, & obſervari volumus pariter, & mandamus.

Clauſulis præſervativis hanc Conſtitutionē.

§.6. Præſentes quoque, & omnia, ac ſingula in eis contenta etiam ex eo, quod Scriptores Romanæ Curiæ, & aliorum Archiviorum præfatorum, ac Notarii, & alii quicumque in præmiſſis, ſeu eorum aliquo intereſſe babentes, vel habere quomodolibet prætendentes, præmiſſis nullatenus conſenſerint, & ad hoc vocati, aut auditi non fuerint; minuſque cauſæ, propter quas eædem præſentes emanarint, deductæ, verificatæ, ſeu alias ſufficienter, aut etiam nullatenus juſtificatæ fuerint, nullo umquam tempore de ſubreptionis, obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, aut alio quovis defectu, etiam quantumvis magno, inexcogitato, & ſubſtantiali, ſive ex eo, quod in præmiſſis, ſeu eorum aliquo ſolemnitates, & quævis alia ſervanda, & adimplenda, ſervata, & adimpleta non fuerint, aut ea quovis alio capite à jure, vel facto, aut ſtatuto, ſeu conſuetudine reſultante, vel præſcriptionis, etiam quadraginta annorum, & ultra, aut enormis, enormiſſimæ, ac totali læſionis, aut quocumque alio colore, etiam in corpore juris clauſo, ſeu occaſione, vel cauſa etiam quantumvis juſta, rationabili, & privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmiſſorum neceſſario exprimenda foret, aut quod de voluntate noſtra hujuſmodi, & aliis ſuperius expreſſis, ſeu relatis, nihil ullibi appareret, ſeu aliter probari poſſet, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controverſiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adverſus illas reſtitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, ac terminos juris, aut aliud quodcumque juris, facti, gratiæ, vel juſtitiæ remedium impetrari, ſeu quomodolibet concedi, aut impetrato, vel conceſſo, quempiam uti ſeu ſe juvare io judicio, vel extra illud poſſe: neque ipſas præſentes ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus pro tempore quomodolibet faciendis compræhendi, ſed ſemper ab illis exceptas, perpetuoque validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac per omnes, & ſingulos, ad quos ſpectat, & quomodolibet ſpectabit in futurum, inviolabiliter obſervari.

Sicque, & non alias judicari præcipit.

§.7. Sicque, & non aliàs in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & S.R.E. Cardinales, etiam de latere Legatos, Nuntios, ac alios quavis auctoritate, & poteſtate fungentes, in quavis cauſa, & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & definiri debere: irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane pariter decernimus.

Executores deputat.

§.8. Quocirca Venerabilibus Fratribus noſtris, & dictæ Sedis de latere Legatis, & Prolegatis, necnon dilectis filiis Præſidentibus, Gubernatoribus, aliiſque Officialibus quovis nomine nuncupatis Provinciarum, Civitatum, & locorum prædictorum per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſtatim atque præſentes noſtræ Literæ illis, ſeu alicui eorum præſentatæ fuerint, illas ſolemniter publicent, & publicari faciant, ac in eis contenta quæcumque per ſe, vel alium, ſeu alios debitæ exequutioni demandent, & demandari procurent: Contradictores quoslibet, & rebelles, ac præmiſſis non parentes, per ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, omni, & quacumque appellatione, recurſu, & reclamatione remotis, compeſcendo, invocato etiam ad hoc ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Contraria abrogat.

§.9. Non obſtantibus piæ memoriæ Bonifacii VIII. de una, & in Concilio generali de duabus dietis, dummodo quis ultra tres dietas extra ſuam Civitatem, vel Diœceſim ad judicium earumdem vigore præſentium non trahatur, & Pii IV. Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum de gratiis intereſſe dictæ Cameræ quomodolibet concernentibus infra certum tempus in eadem Camera inſinuandis, & regiſtrandis, ac aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon noſtra de non tollendo jure quæſito, aliiſque Cancellariæ Apoſtolicæ regulis, necnon Provinciarum, Civitatum, Terrarum, Oppidorum, Caſtrorum, & aliorum dicti Status tam mediate, quam immediate, ut præfertur, ſubjectorum locorum, ſtatutis, privilegiis, indultis, conceſſionibus, exemptionibus, immunitatibus, licentiis, facultatibus, deputationibus, confirmationibus, extenſionibus, prorogationibus, & Literis Apoſtolicis, Legatis, Pro-Legatis, Gubernatoribus, Prætoribus, & aliis Officialibus præfatis, ac quibuſvis aliis etiam Communitatibus, Univerſitatibus, Monaſteriis, Hoſpitalibus, etiam S. Joannis Hieroſolymitani, & aliis piis, & non piis locis, etiam ſpeciali nota, & mentione dignis, etiam motu, ſcientia, & poteſtate paribus, & etiam conſiſtorialiter, & de eorumdem Cardinalium conſilio, & conſenſu, ſub quibuſcumque verborum formis, & tenoribus, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & aliis decretis etiam neceſſario exprimendis, etiam in vim contractus jurati, & camerali obligatione vallati, & quovis alio robore, & cauthela firmati, in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, editis, factis, & pluries, ac iteratis vicibus confirmatis, approbatis, & innovatis; quibus omni-

Digitized by Google

omnibus, & ſingulis, etiamſi in eis caveatur expreſse, quod nullo umquam tempore ſub ſimilium, vel diſſimilium facultatum, licentiarum, conceſſionum, privilegiorum, & aliarum gratiarum prædictarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus pro tempore faciendis comprehendantur, ſed ſemper ab illis exceptæ, & quoties illæ emanarent, toties in priſtinum, & validiſſimum ſtatum, etiam ſub poſteriori data per eos, quibus conceſſæ ſunt, eligenda, reſtituta, repoſita, & plenarie reintegrata, ac denuo conceſſa ſint, & eſſe cenſeantur, necnon pro ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum infererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, harum ſerie ſpecialiter, & expreſſe, ac latiſſime derogamus, & derogatum eſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Hinc Conſt. publicari, & publicatam omnes afficere decernit,

§.10. Ut autem præſentes Literæ ad omnium notitiam facilius deveniant, ultra earumdem publicationem in quolibet dicti Status loco faciendam, & in cujuslibet loci Archivio regiſtrandam, volumus, & apoſtolica auctoritate decernimus eaſdem præſentes ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, & Cancellariæ Apoſtolicæ, ac in acie Campi Floræ, per aliquem ex Curſoribus noſtris publicari, & illarum exempla ibidem affixa relinqui: quæ ſic publicatæ, & affixæ omnes, & ſingulos, quos concernunt in Urbe commorantes perinde afficiant, & arctent, acſi illorum unicuique perſonaliter notificatæ, & intimatæ fuiſſent.

Ejuſdem tranſumptis vult fidem haberi.

§.11. Quodque earumdem præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus ubique fides in Judicio, & extra illud habeatur, quæ ipſis originalibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Sanctionem pœnalem addit.

§.12. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum ſtatuti, ordinationis, mandatorum, derogationis, voluntatum, & decretorum, infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Dat. die 21. Decemb. 1631. An. IX.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo ſexcenteſimo trigeſimoprimo, 12. Kal. Januarii, Pontificatus noſtri Anno IX.

Publicatio in Urbe,

Anno a Nativitate D. N. Jeſu Chriſti milleſimo ſexcenteſimo trigeſimoſecundo, Indictione decimaquinta, die vero ſeptima menſis Februarii, Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Urbani divina providentia Papæ Octavi, Anno ejus nono, ſupradictæ Literæ Apoſtolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, Cancellariæ Apoſtolicæ, ac in acie Campi Floræ, dimiſſis in eiſdem locis ſupradictarum Literarum Apoſtolicarum exemplis affixis per me Antonium Bardam Romanum SS. D. N. Papæ Curſorem.

Auguſtinus de Bolis pro Mag. Curſ.

Regiſtratio in Cam. Apoſt.

Die 11. menſis Martii 1632. Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus D. Franciſcus Ubimbardus C. A. Clericus, & Archiviorum Status Eccleſiaſtici Præfectus, ad inſtantiam R. P. D. Felicis Conteloris Cameræ præfatæ generalis Commiſſarii, ad majorem cautelam, & ut dictæ Literæ Apoſtolicæ ſemper eam opus fuerit in eadem Camera appareant, & aliàs omni meliori modo, &c. mandavit illas in ejuſdem Cameræ libris regiſtrari prout regiſtratæ fuerunt, & collationatæ concordant.

Petrus Antonius Severus.

CCCXCIV.

Declaratio nullitatis Notariorum creatorum a Gubernatoribus Civitatum, aliorumque locorum Prætoribus, prætextu Bannimenti Henrici Card. Caietani Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerarii. Ac revalidatio Inſtrumentorum, & Scripturarum per eos olim factarum. Necnon facultas Præfecti Archiviorum cognoſcendi cauſas ſuper nullitatibus hujuſmodi creationum, & acta talium Notariorum revalidandi.

Quoad Notarios in futurum extra Urbem creandos, & examinis, cui ſubjacere debeant, formam præſcripſit hic idem Pont. ut in Conſtit. præcedenti.

URBANUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

IN ſuprema paſtoralis officii ſpecula, meritis licet imparibus a Domino conſtituti, ad ea, quæ populorum noſtræ, & Sedis Apoſtolicæ temporali ditioni ſubditorum utilitatem, pacem, & ſecuritatem reſpiciunt, vigilantiæ noſtræ aciem, prout officii noſtri ratio poſtulat, ſedulo dirigimus, & perturbationibus, quæ non ſolum ex malitia, verum etiam ignorantia perſonarum, & præcipue publicis addictarum negotiis exoriri noſcuntur, occurrentes, quantum Nobis ex alto conceditur, ejuſdem officii noſtri partes impertimur.

Gubernatores Civitatum, & Prætores locorum multos creatunt in Notarios prætextu facultatis examinandi eos, qui

§.1. Cum itaque, ſicut accepimus, aliàs poſt erectionem, & inſtitutionem Archiviorum per felicis recordationis Sixtum Papam Quintum Prædeceſſorem noſtrum in quibuſvis Status Eccleſiaſtici Nobis, tunc illi, & Sedi Apoſtolicæ mediate, & immediate ſubjecti Provinciis, Civitatibus, Oppi-

Notarii eſſe velint.

Opp dis, Caſtris, Villis, & aliis Locis deſignatis factam, bonæ memoriæ Henricos, dum viveret tituli Sanctæ Pudentianæ Preſbyter Cardinalis Cajetaous nuncupatus, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerarius, de ejuſdem Siati Prædeceſſoris expreſſo mandato, bonum Archiviorum eorumdem regimen, & Notariorum perſonas concernens edictum publicari fecerit; & inter alia ad obviandum litibus, & aliis periculis, quæ in dies ob imperitiam Notariorum ſuſcitabantor, quod nullos Notarius per quamcumque perſonam, etiam prætextu cujuſvis facultatis, etiam ea Urbe noſtra conceſſæ extra Romanam Curiam creatus, officium Notariatus exercere poſſet, niſi prævio rigoroſo examine per Gubernatorem, aut Superiorem loci cum interventu Advocati, & Archiviſtæ approbatus fuiſſet, ſtatuerit, & ordinaverit; Gubernatorea vero Civitatum, quinimo, & Prætores locorum minus inſignium, edicti hujuſmodi vim hac in parte ex malitia, vel ignorantia, licet ſupina, minus bene percipientes, ex præmiſſis facultatem eoſdem Notarios creandi ſibi attributam fuiſſe præſompſerint, ac proinde ingentem Notariorum, etiam imperitorum, & ineptorum numerum, temere, & de facto creaverint, in noſtræ, & apoſtolicæ auctoritatis præjudicium, & gravamen contrahentium, & aliorum, qui ſimilium Notariorum opera pro tempore uſi decepti remanſerunt jacturam.

Ita creatos Pont. annullet, & eorum creationes invalidas declarat.

§.2. Quare Nos temeritatis hujuſmodi occurrere, litibuſque, diſcordiis, præjudiciis, & ſcandalis, quæ exinde provenire ſolent, obviare, ac tam pro præterito, quam perpetuis futuris temporibus opportuna ratione providere cupientes; Motu proprio, non ad alicujus ſuper hoc Nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa noſtra ſcientia, meraque deliberatione, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, habita etiam a nonnullis probis, & peritis viris per Nos ſuper hoc deputatis ſententia, creationes Notariorum per Gubernatores, & Prætores prædictos, ut præfertur, factas, nullas, & invalidas, ac nulliter, & attentate factas; ipſoſque Notarios tali pacto creatos prætextu eorum creationis hujuſmodi, nullo modo Notarios eſſe, nec reputari debere, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium decernimus, & declaramus.

Actus tamen, & ſcripturas per ipſos factas, validas eſſe, & ſuum debere ſortiri effectum decernit, dummodo non ſit in judicium deductum de nullitate creationis, & Inſtrumentorum documenta in Archiviis reponi mandat.

§.3. Et nihilominus ad conſulendum indemnitati illorum omnium, qui bonam fidem ſequuti eorum opera ſunt uſi, omnia, & ſingula teſtamenta, tam in ſcriptis, quam nuncupativa, codicillos, necnon cujuſvis generis contractus, & inſtrumenta, aliaque acta per ſimiles Notarios, tam de præſenti in vita degentes, quam vita functos, pro omnibus, & ſingulis cujuſvis ordinis, ſtatus, gradus, & conditionis, ac quibuſcumque Eccleſiis, & Locis Piis, ſeu inter illos, & illa rogata, ſtipulata, & facta, etiam ſpecialem expreſſionem requirentibus, perſonis eiſdem auctoritate, & tenore perpetuo revalidamus: omneſque, & ſingulos nullitatis ex tali creatione dumtaxat provenientes defectus (dummodo tamen nullitas creationis hujuſmodi acceptata, & in judicium deducta, nondum fuerit) ſanamos; ipſiſque teſtamentis, codicillis, contractibus, & actis (dummodo aliud non obſiſtat) plenam, & indubiam fidem in judicio, & extra illud, ac ſi per Notarios legitime creatos, rogata, ſtipulata, & facta fuiſſent, adhiberi; neque in judicio, aut extra illud de nullitate ex præmiſſa cauſa ullo umquam tempore, aut pacto argui, dici, vel opponi poſſe volumus, & mandamus: necnon ſanationem, & revalidationem prædictas in quolibet dicti Status Eccleſiaſtici loco, a die, quo in ipſo loco præſentes noſtræ Literæ modo, ac forma ibidem ſervari ſolitis, & conſuetis publicatæ fuerint, effectum ſortiri, & de publicatione hujuſmodi publicum documentum in libris Archivii cujuslibet loci, in quo facta fuerit, una cum eiſdem præſentibus inſerendum fieri debere ſtatuimus, & ordinamus.

Notarios vero ex alio capite nulliter creatos ſanandi facultatem concedit Archiviorum Præfecto, facto verbo cum Rom. Pont.

§.4. Præterea, cum ſicut etiam accepimus, reipſa compertum ſit complures alios Notarios ex poteſtatis, vel ſolemnitatum defectu, aut aliis capitibus, quæ de facili recenſeri non poſſunt, nulliter, & de facto creatos exiſtere: Dilecto filio moderno, & pro tempore exiſtenti Archiviorum Præfecto omnia, & ſingula inſtrumenta, & alia præmiſſa per Notarios ex quovis alio, quam priori capite nulliter creatos rogata, & facta, facto tamen prius nobiſcum, ſeu cum pro tempore exiſtentibus Romanis Pontificibus Succeſſoribus noſtris in ſingulis caſibus occurrentibus verbo, & (dummodo nullitas præfata, ut præfertur, non ſit parte acceptata, nec in judicium deducta) ſanandi, & revalidandi: abſque eo, quod umquam in futurum de nullitate hujuſmodi dici, aut redargui poſſit, amplam, & omnimodam licentiam, auctoritatem, & facultatem concedimus, & impertimur.

Inhibet de cætero fieri hujuſmodi creationes.

§.5. Inhibentes inſuper ſub indignationis noſtræ, aliiſque graviſſimis arbitrio noſtro imponendis, & declarandis pœnis omnibus, & ſingulis Gubernatoribus, Prætoribus, & aliis Officialibus quovis nomine nuncupatis Provinciarum, Civitatum, Terrarum, ac Locorum dicti noſtri Status mediate, & immediate ſubjecti, ne in futurum ullo umquam tempore prætextu edicti per præfatum Henricum Cardinalem, & Camerarium, ut præfertur, editi, & publicati, aliquem in Notarium creare; Notariis vero, ut præfertur, creatis, & quos pro tempore ex alio capite nulliter creatos eſſe per Præfectum hujuſmodi declarari contigerit, ne officium Notariatus prætextu eorum creationis tali pacto factæ exercere audeant, vel præſumant.

Notariis ſic creatis de novo admitti ſe facere poſſe permittit.

§.6. Necnon volentes, quod Notarii ſic creati in eorum exercitio perſeverare intendentes, de novo ſe ab habente creandi poteſtatem, & ſervata forma per alias noſtras Literas hodie præſcribenda, creari, & admitti faciant.

Clauſulas præſervativas addit.

§.7. Ac decernentes eaſdem præſentes, ac omnia, & ſingula in eis contenta etiam

ex eo,

Digitized by Google

ex eo, quod Notarii, & alii quicumque in præmiſſis, ſeu eorum aliquo intereſſe habentes, vel habere quomodolibet prætendentes, eis nullatenus conſenſerint, & ad hoc vocati, aut auditi non fuerint; minuſque cauſæ, propter quas præſentes emanarint, deductæ, verificatæ, ſeu alias ſufficienter, aut etiam nullatenus juſtificatæ fuerint, nullo umquam tempore de ſubreptionis, obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, & alio quovis defectu, etiam quantumvis magno, inexcogitato, & ſubſtantiali, ſive ex eo, quod in præmiſſis, ſeu eorum aliquo ſolemnitates, & quævis alia ſervanda, & adimplenda, & adimpleta non fuerint, aut ex quovis alio capite a jure, vel facto, aut ſtatuto, ſeu conſuetudine reſultante, vel præſcriptionis, etiam quadraginta annorum, & ultra, aut enormis, enormiſſimæ, ac totalis læſionis, aut quocumque alio colore, etiam in corpore juris clauſo, ſeu occaſione, vel cauſa etiam quantumvis juſta, rationabili, & privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmiſſorum neceſſario exprimenda foret, aut quod de voluntate noſtra hujuſmodi, & aliis ſuperius expreſſis, ſeu relatis, nihil ullibi appareret, ſeu aliter probari poſſet, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controverſiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adverſus illas reſtitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, ac terminos juris, aut aliud quodcumque juris, facti, gratiæ, vel juſtitiæ remedium impetrari, ſeu quomodolibet concedi, aut impetrato, vel conceſſo, quempiam uti, ſeu ſe juvare in judicio, vel extra illud poſſe: neque ipſas præſentes ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus pro tempore quomodolibet faciendis compræhendi; ſed ſemper ab illis exceptas, perpetuoque validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere; ac per omnes, & ſingulos, ad quos ſpectat, & quomodolibet ſpectabit in futurum, inviolabiliter obſervari.

Contra judicari prohibet.

§.8. Sicque, & non aliàs in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, & Nuntios, ac alios quavis auctoritate, & poteſtate fungentes, in quavis cauſa, & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & definiri debere: irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Exequutores deputat.

§.9. Quocirca Venerabilibus Fratribus noſtris, & dictæ Sedis de latere Legatis, & Prolegatis, necnon dilectis filiis Præſidentibus, Gubernatoribus, Prætoribus, aliiſque Officialibus quovis nomine nuncupatis Provinciarum, Civitatum, & Locorum prædictorum per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſtatim, atque præſentes noſtræ Literæ illis, ſeu alicui eorum præſentatæ fuerint, illas ſolemniter publicent, & publicari faciant, ac in eis contenta quæcumque per ſe, vel alium, ſeu alios debitæ exequutioni demandent, & demandari procurent: Contradictores quoslibet, & rebelles, ac præmiſſis non parentes, per ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, omni, & quacumque appellatione, recurſu, & reclamatione remotis, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis.

Contraria removet.

§.10. Non obſtante piæ memoriæ Bonifacii VIII. de una, & in Concilio generali edita de duabus dictis, dummodo quis ultra tres dictas extra ſuam Civitatem, vel Diœceſim ad judicium earumdem vigore præſentium non trahatur, & Pii IV. Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum de gratiis intereſſe dictæ Cameræ quomodolibet concernentibus infra certum tempus in eadem Camera inſinuandis, & regiſtrandis, ac aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon noſtra de non tollendo jure quæſito, aliiſque Cancellariæ Apoſtolicæ regulis, necnon Provinciarum, Civitatum, Terrarum, Oppidorum, Caſtrorum, & aliorum dicti Status, tam mediate, quam immediate, ut præfertur, ſubjectorum locorum, ſtatutis, privilegiis, indultis, conceſſionibus, exemptionibus, immunitatibus, licentiis, facultatibus, deputationibus, confirmationibus, extenſionibus, prorogationibus, & literis Apoſtolicis, Legatis, Prolegatis, Gubernatoribus, Prætoribus, & aliis Officialibus præfatis, ac quibuſvis aliis etiam Communitatibus, Univerſitatibus, Monaſteriis, Hoſpitalibus, etiam Sancti Joannis Hieroſolymitani, & aliis piis, & non piis locis, etiam ſpeciali nota, & mentione dignis; etiam motu, ſcientia, & poteſtate paribus, & etiam conſiſtorialiter, & de eorumdem Cardinalium conſilio, & conſenſu, ſub quibuſcumque verborum formis, & tenoribus, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & aliis decretis, etiam neceſſario exprimendis, etiam in vim contractus jurati, & Camerali obligatione vallati, & quovis alio roborc, & cautela firmati, in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, editis, factis, & pluries, ac iteratis vicibus confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi in eis caveatur expreſſe, quod nullo umquam tempore ſub ſimilium, vel diſſimilium facultatum, licentiarum, conceſſionum, privilegiorum, & aliarum gratiarum præfatarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, aut aliis quibuſcumque contrariis diſpoſitionibus pro tempore edendis compræhendantur, ſed ſemper ab illis excepta; & quoties illa emanarent, toties in pri-

Digitized by Google

pristinum, & validiſſimum ſtatum, etiam ſub posteriori data per eos, quibus conceſſa ſunt eligenda, reſtituta, repoſita, & plenarie reiotegrata, & de novo conceſſa ſiot, & eſſe cenſeaotur; necnon pro illorum ſufficieoti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas geoerales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita furma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum inſerereotur præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, harum ſerie ſpecialiter, & expreſſe, ac latiſſime derogamus, & derogatum eſſe etiam volumus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Hujus Conſt. exemplis credi jubet.

§. 11. Volumus autem, & apoſtolica auctoritate præſata decernimus, quod præſentium tranſumptis etiam impreſſis, manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra illud habeatur, quæ ipſis originalibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Sanctionemque pœnalem ſuperaddit.

§. 12. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam oostrorum declarationis, revalidationis, ſanationis, ſtatuti, ordinationis, conceſſionis, impartitionis, inhibitioois, decretorum, mandatorum, derogationis, & voluntatis iofriogere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Dat. die 21. Decem. 1631. An. IX.

Datom Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo primo, Kalendas Januarii Pontificatus noſtri Anno IX.

Die 11. menſis Martii 1632. Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus Dominus Franciſcus Uſimbardus C. A. Clericus, & Archiviorum Status Eccleſiaſtici Præfectus, ad inſtantiam R. P. D. Felicis Contelorii Cameræ præfatæ generalis Commiſſarii, ad majorem cautelam, & ut dictæ Literæ Apoſtolicæ ſemper, cum opus fuerit, in eadem Camera appareant, & aliàs omni meliori modo &c. mandavit illas in ejuſdem Cameræ libris regiſtrari, prout regiſtratæ fuerunt, & collationatæ concordant.

Petrus Antonius Severus.

CCCXCV.

Ampliatio Cooſtitutionis Pauli V. ſuper ſimplicibus votis, quæ Profeſſi Societatis Jeſu emittunt poſt Profeſſionem ſolemnem circa paupertatem, & acceptationem digoitatum extra religionem, & quæ diſpenſari oullatenus poſſunt, niſi a Romano Pontifice: dictamque diſpenſationem ſibi, & pro tempore Romano Pontifici reſervavit; editæ ad commutationem, & relaxationem: & ſuper qua declaravit, quod in dicto voto de dignitatibus extra Societatem, comprælienduntur etiam digoitates ſeculares, & officia ſecularia, quæ juriſdictionem habent extra Societatem.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

VOta, quæ Deo fiunt, omnino reddi debent, & præſertim, ſi in manibus Superiorum emittantur per Religioſos, qui tanto plus cæteris tenentur opere, quanto plus promiſerunt profeſſione. Unde Romanus Pontifex inter maximas apoſtolicæ ſervitutis curas, in eam peculiari ſtudio jugiter incumbit, ut religioſi ipſi reddant Domino vota ſua in ſanctitate, & juſtitia coram ipſo.

Indicatio Conſtitutionis Pauli V.

§. 1. Quapropter a felicis recordationis Paulo Quinto Prædeceſſore noſtro circa vota Clericorum, & Presbyterorum Societatis Jeſu emanarunt literæ tenoris ſequentis.

Exordium.

Paulus Papa V. Ad perpetuam rei memoriam. Ex incumbenti Nobis paſtoralis officii debito, ad ea ſedulo inteodimus, per quæ Religioſorum Ordines in militanti Eccleſia ad divini nominis laudem, & gloriam, animarumque ſalutem pie, recteque inſtituti, ſub ſalubribus eorum regulis, & conſtitutionibus perſeverent, ac majoribus in dies in Dei obſequio, & ſanctitate vitæ proficiant incrementis.

Supplicatio Gener. Societ.

§. 1. Sane dilectus filius Mutios Vitelleſcus Societatis Jeſu Præpoſitus Generalis Nobis nuper exponi fecit, quod Clerici Regulares ejuſdem Societatis, qui ad ſolemnem profeſſionem in dicta Societate admittuntur, poſt emiſſam profeſſionem hujuſmodi, ut inter alia infraſcripta ſimplicia vota emittere conſueverunt, verbis ſequentibus, videlicet.

Formula, quæ adhibetur in emiſſione votorum.

§. 2. Ego N. profeſſus Societatis Jeſu promitto Deo omoipotenti, coram ejus Virgine Matre, & tota Curia Cœleſti, & coram R. P. Præpoſito Generali, vel coram N. locum Præpoſiti Generalis tenente, nunquam me acturum quacumque ratione, vel conſenſurum, ut quæ ordinata ſunt circa paupertatem in Conſtitutionibus Societatis immutentur, niſi quaodo ea cauſa juſta rerum exigentium videretur paupertas reſtringenda magis. Promitto præterea, numquam me curaturum, prætenſurumve extra Societatem Prælationem aliquam, vel dignitatem, nec conſenſurum in mei electio-

ctionem, quantum in me fuerit, niſi coactum obedientia ejus, qui mihi præcipere poteſt ſub pœna peccari.

Commendatio emiſſionis votorum.

§.3. Cum vero vota hujuſmodi laudabilibus prædictæ Societatis inſtitutis convenientia ſint: Nos ad eximios, & uberes fructus, quos ejuſdem Societatis Clerici in agro dominico in dies faciunt, conſiderationis noſtræ dirigentes intuitum, ne Societas prædicta proceſſu temporis aliquod in ſpiritualibus detrimentum faciat, quantum cum Domino poſſumus, providere volentes, ſupplicationibus ejuſdem Mutii Præpoſiti, Nobis ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati.

Diſpenſatio ſpectat ad Pontificem.

§.4. Quod de cætero perpetuo futuris temporibus cum Clericis ejuſdem Societatis ſuper votis prædictis niſi per Nos, aut Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem diſpenſari nullatenus poſſit, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium decernimus, & ordinamus, ac facultatem ſuper votis prædictis diſpenſandi, Nobis, & Romano Pontifici pro tempore exiſtenti reſervamus.

Annullat diſpenſationes aliter factas.

§.5. Decernentes, quaſcumque votorum prædictorum diſpenſationes contra præſentium tenorem quandocumque faciendas, nullas, irritas, & inanes, nulliuſque roboris, vel momenti.

Præcipit obſervantiam Conſtit.

§.6. Præſentes vero Literas validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ac ab omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, inviolabiliter obſervari debere.

Ac ita, & non aliter declarari ſtatuit.

§.7. Sicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, & Nuncios, quavis auctoritate fungentes, ubique judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Removet obſtacula.

§.8. In contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque.

Dat. die 31. Jan. 1618.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die 31 Januarii 1618. Pontificatus noſtri Anno tertio decimo.

Explicat cauſam novæ ſuæ Conſtit.

§.9. Et licet præinſertæ Literæ hactenus inviolabiliter obſervatæ fuerint, nihilominus, quia ſicut dilectus filius Mutius Vitelleſcus ejuſdem Societatis Præpoſitus Generalis Nobis nuper exponi fecit, a nonnullis dubitetur, Præpoſitum Generalem dictæ Societatis pro tempore exiſtentem, vel quemlibet ejus Superiorem etiam Legatum Sedis Apoſtolicæ, etiam de latere, ſeu Nuncium facultates prædicti Legati habentem, vel quemcumque alium Superiorem potuiſſe, & poſſe, ſaltem in foro conſcientiæ, cum prædictis Clericis, & Presbyteris Societatis prædictæ ſuper præinſertis votis, & præcipue ſuper dicto voto non procurandi, nec acceptandi extra ipſam Societatem Prælaturam, vel dignitatem, diſpenſare, ſeu prædicta vota relaxare, & commutare.

Admonet Religioſos Soc. de illorum ſtatu, ac emiſſione votorum.

§.10. Nos volentes quæcumque dubia de medio tollere, ac attendentes ſervitio Dei, & prædictæ Societatis quieti valde expedire, ne ipſius Societatis Religioſi, qui prædicta vota emiſerunt, immemores eorum profeſſionis, qua contemptis honoribus, abjectis divitiis, ſpretiſque delitiis, arbitrium proprium alterius ditioni ſubjugarunt, retro aſpiciant ad aratrum manum mittentes, ut ſolium Prælaturæ, ſeu dignitatis extra eorum religionem conſcendere moliantur.

Confirmat Paulinam Conſtitutionem, & ex certa ſcientia innovat.

§.11. Supplicationibus ejuſdem Mutii Præpoſiti Nobis humiliter porrectis inclinati, præinſertas Literas Pauli Prædeceſſoris noſtri, tenore præſentium confirmamus, & approbamus, & quatenus foret opus, etiam ex noſtra certa ſcientia innovamus.

Nemo, qui habet generalem facultatem diſpenſandi, commutandi, relaxandi vota poteſt ſuam facultatem exercere quoad Soc. Jeſu: ſed dicta omnia ſunt reſervata Summo Pontifici.

§.12. Præterea ſuper votis prædictis, & præcipue ſuper illo, de non procuranda, nec acceptanda extra Societatem prædictam dignitate, vel Prælatura, neminem etiam de latere Legatum, Nuncium, & quemcumque alium etiam ſpeciali nota dignum potuiſſe, vel poſſe, etiam vigore quarumcumque facultatum generalium ſuper votis diſpenſandi, commutandi, & relaxandi, a Nobis, & Romanis Pontificibus etiam ad ſupplicationem, ſeu contemplationem Imperatoris, Regum, aliorumque ſublimium Principum, etiam Motu proprio, certaque ſcientia, deque apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ac aliàs quomodolibet, etiam vigore cujuſlibet Jubilæi, vel Cruciatæ, ſeu Miſſionum, & aliàs quovis modo, & quacumque cauſa, quantumlibet pia, favorabili, publica, & privilegiata conceſſarum, & concedendarum potuiſſe, nec poſſe, tam in foro conſcientiæ, quam in foro exteriori, vel aliàs quomodolibet cum prædictis Clericis, & Presbyteris Societatis prædictæ ſuper prædictis votis, & præſertim ſuper præfato voto de Prælatura, & dignitate eccleſiaſtica extra ipſam Societatem non acceptanda, nec aſſequenda, diſpenſare, nec prædicta vota commutare, vel relaxare, ſed hujuſmodi diſpenſationem, & commutationem, vel relaxationem dumtaxat Nobis, & Romanis Pontificibus pro tempore exiſtentibus reſervatam fuiſſe, & eſſe declaramus.

In voto de non acceptando dignitates extra Societatem comprehenduntur dignitates, & officia ſecularia, quæ juriſdictionem habent.

§.13. Inſuper cum a Sacris Canonibus prohibitum ſit omnibus perſonis eccleſiaſticis, & præſertim regularibus, ne officia ſecularia acceptent, & exerceant, negotiiſque ſecularibus ſe immiſceant, tenore præſentium nedum Prælationes, ſeu dignitates eccleſiaſticas extra ipſam Societatem exiſtentes, ſed multo magis ſeculares quoſcumque, ac quæcumque officia, quorum Officiales juriſdictionem eccleſiaſticam, vel laicalem de jure, uſu, vel conſuetudine habent, ſeu quomodolibet extra ipſam Societatem exercent, ſub prædicto voto, & prohibitione hujuſmodi comprehenſa fuiſſe, & eſſe, ac comprehendi debere ſimiliter declaramus, & decernimus.

Clauſulas præſervativas opponit.

§.14. Præſentes quoque Literas de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, invalidari,

lidari, infringi, retractari, in jus, vel controverſiam vocari, ſeu ad viam, & terminos juris reduci, aut adverſus eas quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, aut concedi, ſive etiam Motu proprio, ſeu aliàs conceſſo quempiam uti, ſeu ſe juvare in judicio, & extra illud nullatenus poſſe, ſed illas ſemper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces exiſtere, & ſore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac in dicta Societate ab omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, inviolabiliter ſervari.

Aliter judicandi facultatem tollit.

§.15. Sicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Nuncios quavis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interprætandi facultate, auctoritateque interprætari, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contraria tollit.

§.16. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, & quatenus opus foret, etiam regula noſtra de non tollendo jure quæſito, necnon omnibus illis, quæ in eiſdem præinſertis Literis conceſſa ſunt non obſtare. Quibus omnibus, & ſingulis etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, eorum omnium, & ſingulorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 25. Januarii 1631 An. IX.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris, die 25. Januarii 1631. Pontificatus noſtri Anno IX.

CCCXCVI.

Ex regeſt. in Secret. Brev.

Decima per Regem Catholicum ab univerſo Clero, & perſonis eccleſiaſticis exigenda ad ſummam 600. mil. ducat. monetæ aſcendens.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Cauſa imponendæ Decimæ.

§.1. CUm Nos nuper conſiderantes funeſtos hæreticorum in Germania motus, & inteſtina bella, quibus Provincia illa miſere vexaretur, quantoque hoſtis humani generis impulſu chariſſimi in Chriſto filii noſtri Ferdinandi Romanorum Regis in Imperatorem electi ditiones temporales ab eiſdem hæreticis oppugnarentur, ut aliquam eidem Ferdinando Regi in Imperatorem electo, & religioni catholicæ inibi periclitanti opem ferremus, nonnullas decimas ſuper beneficiorum eccleſiaſticorum fructibus in univerſa Italia certis modo, & forma impoſuerimus, & ſicuti chariſſimus in Chriſto filius noſter Philippus Hiſpaniarum Rex Catholicus Nobis nuper exponi fecit, ipſe pro avito defendendæ, & propagandæ ejuſdem religionis zelo, eidem Ferdinando in hoc calamitoſo rerum ſtatu nullatenus deeſſe velit, ſed communem reipublicæ chriſtianæ cauſam quacumque opportuna ratione poterit ſuſtinere, & adjuvare cupiat, quoniam vero pro ejuſdem fidei catholicæ, etiam in multis aliis Provinciis defenſione, & propagatione adeo gravia expenſarum onera hactenus ſubire coactus fuit, & ad præſens cogitur, ut non ſolum ordinarios, & extraordinarios Regnorum ſuorum redditus, verum etiam omnia illorum æraria fere exhauſerit, & propterea Nobis humiliter ſupplicari fecerit, ut ſuper Eccleſiarum in dominiis ipſius Philippi Regis exiſtentium peculio, Chriſtique Domini, cujus cauſa agitur, patrimonio aliquod ſubſidium in ipſius Philippi Regis Catholici ſubventionem eidem Ferdinando Regi in Imperatorem electo erogan. imponere de benignitate apoſtolica dignaremur.

Unam Decimam 600. m. ducat. ſuper omnibus redditibus eccleſiaſticis imponit.

§.2. Nos pro ea, quam de ipſius Ferdinandi Regis in Imperatorem electi, ejuſque ditionum temporalium ab hæreticis oppugnatarum tuitione præcipuam habemus ſolicitudinem, laudabile, & Deo maxime gratum dicti Philippi Regis deſiderium, quantum Nobis ex alto conceditur adjuvare volentes, etiam ipſius Ferdinandi Regis in Imperatorem electi contemplatione, & intuitu, ac ſupplicationibus dicti Philippi Regis nomine, Nobis ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati: de attributæ Nobis a Domino apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, tenore præſentium indicimus, & imponimus unam ſemel, & in præſenti anno perſolvendam decimam, quæ in totum ad ſummam 600. mil. ducat. monetæ Hiſpaniæ aſcendat juxta ratam a Venerabile Fratre Cæſare Patriarcha Antiocheno noſtro, & Apoſtolicæ Sedis in Regnis Hiſpaniarum Nuncio taxandam omnium fructuum, redditnum, proventuum, jurium, obventionum, emolumentorum, ac diſtributionum quotidianarum omnium Eccleſiarum Archiepiſcopalium, Epiſcopalium, Collegiatarum, Parochialium, necnon Monaſteriorum, & Conventuum, ac etiam menſarum Abbatialium, Capitularium, tam Cathedralium, & Metropolitanarum, quam quarumcumque Collegiatarum Eccleſiarum, necnon Conventualium, Prioratuum, quoque Præpoſiturarum, Præceptoriarum, Canonicatuum, & Præbendarum, Dignitatum, Perſonatuum, Adminiſtrationum, etiam fabricæ, & officiorum, cæterorumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum, cum cura, & ſine cura ſecularium, ac Sancti Benedicti, Sancti Auguſtini, Cluniacen., Ciſtercien.,

ſtercieo., Præmonſtraten., ac quorumcumque aliorum Ordinum utriuſque ſexus, etiam Mendicantium annuos redditus habentium tam virorum, quam mulierum, necnon Congregationum Regularium, Inſtitutorum, & Societatum, etiam Societatis Jeſu, & præterea Hoſpitalium, necnon Beatæ Mariæ Theutonicorum Sancti Jacobi de Spatba, Alcantara, Calatrava, de Avis, & Monteſia, necnon Sancti Lazari, & aliarum quarumcumque Militiarum, exceptis tantum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, ac Fratribus Militibus Hoſpitalis Sancti Joannis Hierolymitani, qui pro ſui tutela contra turcas, & alios infideles, alienis auxiliis quotidie indigent, & quoad curata iis, quorum centum, quo vero ad ſimplicia iis, quorum annui redditus ſummam vigintiquatuor ducatorum auri de Camera non excedunt in Hiſpaniarum Regnis, ac Inſulis Sardiniæ, Majoricæ, & Minoricæ exiſten., ac ſimiliter omnium penſionum ſuper præmiſſis aſſignatarum, & aſſignandarum percipien., & exigen., a quibuſcumque Archiepiſcopis, Epiſcopis, Primatibus, Præpoſitis, Decanis, Capitulis, Canonicis, Rectoribus, Beneficiatis, Abbatibus, Prioribus, Commendatariis, Abbatiſſis, Prioriſſis, Fratribus, Militibus, & aliis quocumque nomine nuncupat. ſecularibus, & regularibus, cæteriſque cujuſcumque dignitatis, ſtatus, & conditionis exiſtentibus, præfata quocumque jure modo occaſione, & titulo obtinentibus, ſeu detinen., & obtenturis, necnon Œconomis, & Adminiſtratoribus perpetuis, ſeu temporalibus uſufructuariis, ac fructus, penſiones, res, & alia quæcumque hujuſmodi jura, & bona ex quacumque cauſa quavis auctoritate in toto, vel in parte ſibi reſervata, aut conceſſa habentibus, vel habituris ſecularibus, & regularibus Ordinum, Congregationum, Militiarum, & Hoſpitalium præfatorum, necnon ab ipſis Ecclesiis, Capitulis, Conventibus, Ordinibus, Congregationibus, Collegiis, Hoſpitalibus, Militiis, Menſis, Maſſis, & Locis quocumque privilegio, & exemptione reali, perſonali, & mixta, antiqua, & immemorabili, pacifica, & continuata ſuffultis, quos omnes, exceptis ſupradictis Collectoribus, ut infra deputandis, volumus decimam prædictam, juxta taxam prædictam infra annum proximum perſolviſſe.

Clauſula. §.3. Decernentes nullas omnino exemptiones, & immunitates exactionem hujuſmodi impediri poſſe; Sicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de latere Legatos ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & ioterprætandi facultate, & auctoritate judicari, ac definiri debere, ac irritum, & inane, quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Deputatio prædictæ Decimæ Collectorum. §.4. Ut autem ſupradicta diligenter, & fideliter executioni demandentur, Venerabilem Fratrem Cæſarem Patriarcham Antiochenum noſtrum, & Sedis Apoſtolicæ in dictis Regnis Nuncium cujus integritas, & prudentia Nobis jampridem cognita eſt, & alias eccleſiaſticas perſonas, ſi ita ei videbitur, ab eo nominandas decimæ prædictæ collectores cum omnibus juriſdictionibus, quæ aliis hujuſmodi collectoribus de jure, vel conſuetudine quomodolibet competunt auctoritate, & tenore prædictis eooſtituimus, & deputamus.

Neceſſariæ facultates Cæſari Patriarchæ conceditur. §.5. Mandantes, ut quidquid inde per ſe, vel perſonas eccleſiaſticas prædictas, ſive ſubcollectores ſuos exegerit, id omne reddita prius ſibi per perſonas deputandas hujuſmodi præmiſſorum omnium ratione Theſaurario ipſius Philippi Regis in ſupradictos, & non alios uſus convertendum conſignari faciat, ac eidem Cæſari Patriarchæ plenam, liberam, & amplam, ac abſolutam poteſtatem taxam, & repartimentum hujuſmodi pro prædicta ſumma 600.m. ducat. monetæ Hiſpaniæ dumtaxat conficienda omni, & quacumque appellatione, recurſu, nullitatis dictione, ac in integrum reſtitutione penitus remotis faciendi, & præſcribendi præfatos omnes ad decimam hujuſmodi pro rata quemlibet juxta præfatam taxam tangente perſolvendam, etiam per edictum locis publicis affigendum, etiam ſub cenſuris, & pœnis eccleſiaſticis, monendi, & requirendi, non parentes contumaces, & fraudaces in cenſuras, & pœnas præfatas incidiſſe declarandi proprietates, fructus, & bona ipſorum apprehendendi, & uſque ad ſatisfactionem retinendi; Contradictores, perturbatores, moleſtatores, & rebelles quoſcumque eis auxilium, conſilium, vel favorem publice, vel occulte quovis quæſito colore præſtantes cujuſcumque dignitatis, gradus, & ordinis fuerint præfatis, aliiſque cenſuris, & pœnis eccleſiaſticis, nec non pecuniariis, cæteriſque juris, & facti remediis opportunis compellendi, illaſque etiam iteratis vicibus aggravandi, eos vero, qui debite ſatisfecerint ab omnibus cenſuris, & pœnis ſupradictis in forma Eccleſiæ conſueta abſolvendi; præterea quaſcumque perſonas eccleſiaſticas in collectores, & ſubcollectores fide, & facultatibus idoneas in omnibus Civitatibus, Diœceſibus, & Provinciis, Regnorum, & Dominiorum prædictorum, quotquot expedierit conſtituendi, eamque, vel eos arbitrio ſuo revocandi; negligentes, & moroſos removendi, ac alium, ſeu alios ſubrogandi, quotieſcumque eis videbitur in delinquentes, & contumaces per ſe, vel alium, ſeu alios, etiam ſimpliciter, & de plano, ac ſine ſtrepito, & figura judicii inquirendi, ac meritis pœnis puniendi modos, & formas in præfatis ſervandos præſcribendi, dubia quæcumque in præmiſſis forte oritura declarandi.

Derogatio contrariorum. §.6. Non obſtant. fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri de una, & in Concilio generali edita de duabus dictis, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Eccleſiarum, Monaſte-

naſteriorum, Ordinum, Congregationum, Hoſpitalium, & locorum præſatorum, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, ſtabilimentis, uſibus, & naturis, quodque perſonis præſatis, eorumque Eccleſiis, & locis, vel quibuſvis aliis communiter, a prædicta ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per Literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto, necnon perſonis, eorumque nominibus, cognominibus, Eccleſiis, Monaſteriis, Ordinibus, & Locis hujuſmodi mentionem, & quibuslibet aliis privilegiis, exemptionibus, immunitatibus in genere, vel in ſpecie, etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerario, & aliis Cameræ Apoſtolicæ Miniſtris, etiam ex cauſa onerosa, & aliàs quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis, & ſolutiones decimarum aliter, quam ſecundum antiquam taſam, & niſi in univerſali decimarum, per Orbem impoſitione, fieri prohiben., necnon promiſſionibus, donationibus, obligationibus, juramentis, renunciationibus, vinculis, & cautelis, in aſſignatione præfatarum penſionum factis, quibus per impoſitionem decimæ hujuſmodi minime teneri, neque eas, quoad præmiſſa contra quemcumque locum habere declaramus, aliiſque indultis, & Literis Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus cujuſcumque tenoribus exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, aut totaliter non inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, eorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris Literis mentio ſpecialis, quæ omnia contra prædicta nolumus cuiquam ſuffragari, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Conſtit. Clementis V. obſervari mandat.

§.7. In percipien. vero decima præſata piæ memoriæ Clementis PP.V. etiam Prædeceſſoris noſtri in Concilio Viennen. editam Conſtitutionem, ac præſertim, quod nec calices, nec libri, cæteraque Eccleſiarum ornamenta, divino cultui dicata, aliave ſuppellex eccleſiaſtica ex cauſa pignoris, capi, recipi, vel diſtrahi, aut aliàs quomodolibet occupari debeant, ubique præcipimus obſervari: quinimo volumus, ut illius occaſione Eccleſiæ, Monaſteria, aliaque pia, & ſacra loca quæcumque debitis non fraudentur obſequiis, ac divinus in iis cultus, & ſolitus Altiſſimo famulantium, & miniſtrorum numerus nullatenus minuatur, nec eis quoquomodo injuncta onera, aut pia, quæ exerceri ſolent, opera, & officia ullomodo minuantur, ſeu negligantur, ſed eorum congrue ſupportentur onera conſueta, quodque propter præfatam decimæ impoſitionem quibuſcumque juribus noſtris, & Collegii Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, ac Cameræ noſtræ Apoſtolicæ prædictæ, quæ ratione Eccleſiarum, ac Monaſteriorum, & aliorum Beneficiorum vacantium, & vacaturorum ſolvi debuerint in aliquo minime præjudicetur.

Exemplis fidem addit.

§.8. Præſentium vero literarum exempla, etiam impreſſa, manu Notarii publici ſubſcripta, aut alicujus perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ ſigillo obſignata, eamdem in judicio, & extra illud, ubique locorum fidem facere, quam ipſæ originales facerent, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 5. Febr. 1632. An.IX.

Datum Romę apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die 5. Februarii 1632. Pontificatus noſtri Anno IX.

CCCXCVII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Commiſſio Hiſpaniarum Nuncio, ut modum ſibi a Clero Hiſpaniarum proponendum circa præfatæ decimæ exactionem acceptet.

Venerabili Fratri Cæſari Patriarchæ Antiocheno noſtro, & Sedis Apoſtolicæ in Hiſpaniarum Regnis Nuncio.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Venerabilis frater ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Decimam prius impoſitam refert.

§.1. CUm Nos nuper in ſubventionem chariſſimi in Chriſto filii noſtri Philippi Hiſpaniarum Regis Catholico indixerimus, & impoſuerimus unam ſemel, & in præſenti Anno perſolvendam decimam, quæ in totum ad ſummam 600. mille ducatorum monetæ Hiſpaniarum aſcenderet juxta ratam a te taxandam omnium fructuum, redditunm proventuum, emolumentorum, ac diſtributionum quotidianarum, necnon penſionum annuarum Cleri ſecularis, & quorumvis Ordinum ſtatutorum, & Societatum, etiam Societatis Jeſu & Militiarum quarumcumque, non tamen Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani Regularis in Hiſpaniarum Regnis, ac Inſulis Sardiniæ Majoricæ, & Minoricæ, & alias ſub certis modo, & forma tunc expreſſis, teque decimæ hujuſmodi collectorem cum facultatibus opportunis conſtituerimus, & deputaverimus, & tibi amplam poteſtatem taſam, & repartimentum hujuſmodi pro dicta ſumma 600. mille ducatorum conficienda conceſſerimus, prout in noſtris in ſimili forma Brevis deſuper expeditis Literis, quarum tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus uberius continetur.

Commiſſio Hiſpaniarum Nuncio, ut in Rubc.

§.2. Et quia forte contigere poſſet, ut Clerus prædictus, ſive ab eo ad hunc effectum ſpecialiter deputandi faciliorem ea, quæ in Literis prædictis præſcribitur, & ſibi, eccleſiiſque, & beneficiis minus damnoſam rationem reperiat, ſummam ſexcentorum millium ducat. hujuſmodi infra dictum Annum conficiendi eumdem Clerum, quem in viſceribus gerimus charitatis præcipuo apoſtolicæ benignitatis affectu proſequi, & illius diſpendiis occurrere volentes, motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque apoſtolicæ poteſtatis plenitudine Fraternitati tuæ per præſentes committimus, & mandamus, ut

ſi adhi-

ſi adhibita diligenti conſideratione compereris modum prædictam ſummam coacervandi per dictum Clerum proponendum, æquè expeditum, & ſecurum fore loco taxæ per te, ut præfertur, faciendæ illum accéptes, & approbes, ac mediantibus opportunis cautelis, & facultatibus exequtioni debitæ per te, vel alium, ſeu alios, reſervata in reliquis aliarum noſtrarum prædictarum Literarum forma, demandari ſollicite procures.

Derogatio contrariorum

§.3. Non obſtantibus omnibus illis, quæ in dictis literis conceſſa ſunt non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcomque.

Dat die 12. Februar. 1632. An. IX.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 12. Februarii 1632. Pontificatus Noſtri Anno IX.

CCCXCVIII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Commiſſio Nuncio Hiſpaniarum dandi facultatem Regi Catholico exigendi certam ſummam ducatorum 600. mille monetæ Hiſpaniarum, & non amplius in ſubventionem ipſius Regis pro hac vice tantum.

Venerabili Fratri Cæſari Patriarchæ Antiocheno noſtro, & Sedis Apoſtolicæ Nuncio in Regnis Hiſpaniarum commoranti.

URBANUS PAPA VIII.

Venerabilis Frater ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Cum nuper unam tantum Decimam 600. mil. ducat. pro Rege Cath. ſeu impoſuiſſet,

§.1. NUper Nos in ſubventionem chariſſimi in Chriſto filii Noſtri Philippi Hiſpaniarum Regis Catholici indicimus, & impoſuimus unam ſemel, & in præſenti Anno perſolvendam Decimam quæ in totum ad ſummam 600. mille ducatorum monetæ Hiſpaniarum aſcendere juxta ratam a te taxandam omnium fructuum, redditυum, proventum, emolumentorum, ac deſtributionum quotidianarum, necnon penſionum annuarum Cleri ſecularis, & quorumvis Ordinum inſtitutorum, & ſocietatum, etiam ſocietatis Jeſu, & Militiarum quarumcumque, non tamen Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani Regularis in Hiſpaniarum Regnis, & Inſulis Sardiniæ, Majoricæ, & Minoricæ, & aliàs ſub certis modo, & forma tunc expreſſis, teque decimæ hujuſmodi collectorem cum facultatibus opportunis conſtituimus, & deputavimus, & tibi amplam poteſtatem, taxam, & repartimentum hujuſmodi pro dicta ſumma 600. mille ducatorum conficien. conceſſimus, prout in noſtris deſuper in ſimili forma Brevis expeditis Literis, quarum tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus, uberius continetur.

Hiſpaniarum Nuncio committit, ſicuti in Rubr.

§.2. Nunc autem ſubventioni ipſius Philippi Regis, quantum cum domino poſſumus peramplius conſulere volentes, Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Tibi eidem Clero quod pro hac vice tantum, & infra tempus unius anni in prædictis Literis præſcriptum ultra 600. mille ducat. monetæ Hiſpaniarum hujuſmodi alias majorem pecuniarum ſummam, quam ſponte ad prædictum effectum contribuere voluerit eidem Philippo Regi in uſus in prædictis Literis expreſſos dumtaxat convertendam contribuere, libere, & licite poſſint, & valeant auctoritate noſtra concedendi, & indulgendi plenam, liberam, & amplam facultatem, tenore præſentium impartimur.

Derogat obſtantibus.

§.3. Non obſtantibus omnibus illis, quæ in dictis Literis voluimus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 28 Februar. 1632 An. IX.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 28. Februarii 1632. Pontificatus Noſtri Anno IX.

CCCXCIX.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Facultas Ordinario Genuen. inquirendi contra Conſpiratores in Rempublicam.

Venerabili Fratri Dominico Patriarchæ Hieroſolymitano Archiepiſcopo Jannen.

URBANUS PAPA VIII.

Venerabilis Frater ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Cauſæ hujus Conſtitutionis

§.1. EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Nobiles viri Dux, & Gubernatores Reipublicæ Januen., quod noviſſime nonnulli tam ſeculares, quam Ordinum, ſive Congregationum, & inſtitutorū regularium Profeſſores contra quietem, & libertatem ipſius Reipublicæ conſpirarunt, ſeu alias malo animo machinati ſunt, & licet hujuſmodi conſpirationis, ſeu machinationis notitiam habeant nonnulli eccleſiaſtici ſeculares, & regulares, ab illius tamen deſectione, ſeu revelatione abſtinent metu incurrendæ irregularitatis: Quare Dux, & Gubernatores prædicti Nobis humiliter ſupplicari fecerunt, ut de opportuna ſuper præmiſſis licentia, & facultate providere de benignitate apoſtolica dignaremur.

Cōceſſio facultatum, de quibus in Rubrica.

§.2. Nos igitur juxto Ducis, & Gubernatorum prædictorum deſiderio quantum cum Domino poſſumus annuere, illoſque ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas, a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, tibi contra omnes, & ſingulas perſonas eccleſiaſticas, tam ſeculares, etiam in dignitate eccleſiaſtica conſtitutas, quam cujuſvis Congregationis, Ordinis, & inſtituti

Digitized by Google

tuti regulares etiam quocumque exemptionis, & immunitatis, ſive alio quovis privilegio ſuffultas, Nobiſque, & Apoſtolicæ Sedi immediate ſubjectas, etiam forenſes, & in Civitate Januen. ejuſque dominio occaſione tranſitus, ſeu alias quomodolibet repertas, ſuper præmiſſis omnibus, & ſingulis inquirendi, & procedendi, atque inquiſitiones, & proceſſus fabricandi, quaſcumque perſonas hujuſmodi prædictæ conſpirationis, ſeu machinationis conſcias, ſive illius in toto, vel in parte certiores examinandi, ipſaſque ad præmiſſa revelandum, ſive detegendum, & perhibendum veritati teſtimonium ſub cenſuris, & pœnis, aliiſque opportunis juris remediis cogendi, & compellendi: ita tamen, ut perſonæ ipſæ nullam propterea irregularitatis notam incurrant, aliaque omnia, & ſingula in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, & quomodolibet opportuna, etiamſi talia ſint, vel fuerint, quæ magis ſpecialem, ſpecificam, & expreſſam requirent mentionem faciendi, gerendi, & exequendi; præterea tibi, tuiſque Officialibus, & Miniſtris occaſione præmiſſorum in negotiis, & cauſis criminalibus immiſcendi, ac in eis conſilium, mandata, & juſſiones, tam verbo, quam per literas dandi, & debitæ exequutioni demandandi, ſeu demandari faciendi, etiam ſi ſanguinis effuſio, membrorum mutilatio, ſeu etiam mors inde ſequatur libere, & licite abſque alicujus irregularitatis, aut cenſuræ eccleſiaſticæ incurſu, dummodo tamen a ſententia in cauſa ſanguinis per vos ferenda omnino abſtineatis, plenam, liberam, & amplam facultatem, & auctoritatem apoſtolica auctoritate tenore præſentium concedimus, & impartimur.

Obſtantium derogatio.

§.3. Non obſtantibus quatenus opus ſit, fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri de una, & in Concilio Generali edita de duabus, dummodo ultra tres dietas aliquis ad judicium non trahatur, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinibus Apoſtolicis, ac Congregationum, Ordinum, & Inſtitutorum hujuſmodi etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis, quoque indultis, & literis apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis eorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 5. Martii 1632. An. IX.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 5. Martii 1632. Pontificatus noſtri Anno IX.

CD.

Ex regeſt. in Secret. Brev.

Mandat Nuntiis Apoſtolicis apud Imperatorem, & Regem Poloniæ, ut deputent unam, ſeu plures perſonas in dignitate eccleſiaſtica conſtitutas, quæ Eccleſias Cathedralem, & Collegiatam S. Crucis Uratislavien. ſemel tantum viſitent, & reforment.

Dilectis filiis noſtris, & Apoſtolicæ Sedis apud chariſſimos in Chriſto filios noſtros Ferdinandum Romanorum Regem in Imperatorem electum, ac Sigiſmundum Poloniæ, & Sveciæ Regem Illuſtrem Nunciis.

URBANUS PAPA VIII.

Dilecti filii noſtri, ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Proœmium.

CUpientes, ut in majori Uratislavien., ac Seculari, & Collegiata Eccleſiis S. Crucis Uratiſlavien. Eccleſiaſtica, regulariſque diſciplina, ubi collapſa eſt, reſtituatur, & ubi conſervata eſt conſtantius perſeveret.

Commiſſio, de qua in Rubrica.

§.1. Motu igitur proprio, & ex certa ſcientia noſtris vobis, & veſtrum cuilibet per præſentes committimus, & mandamus, quatenus vos, & veſtrum quilibet inſolidum, quatenus unam, ſeu plures perſonas in dignitate eccleſiaſtica conſtitutas, quæ eccleſias prædictas, illarumque Capitula, & perſonas, etiam exemptas, ac Nobis, & Apoſtolicæ Sedi ſubjectas ſemel tantum, auctoritate noſtra viſitent, ac tam in capite, quam in membris reforment, ac in illorum ſtatum, vitam, mores, regulas, regimen, ſtatuta, conſuetudines, ritus, & diſciplinam tam conjunctim, quam diviſim diligenter inquirant, necnon evangelicæ, & apoſtolicæ doctrinæ, ſacrorumque Canonum & generalium Conciliorum, & præſertim Tridentini Decretis, ac Sanctorum Patrum traditionibus inhærendo quacumque mutatione, correctione, emendatione, renovatione, revocatione, ac etiam ex integro editione indigere cognoverint, reforment, mutent, corrigant, ac etiam de novo condant, condita ſacris Canonibus, & Concilii Tridentini prædicti Decretis, ac Conſtitutionibus Apoſtolicis non contraria confirment, abuſus quoſcumque tollant, bonas, & laudabiles inſtitutiones, ac in primis divinum cultum, eccleſiaſticamque diſciplinam, & obſervantiam ubicumque exciderint, modis congruis reſtituant, & reintegrent, ipſaſque perſonas ad debitum, & honeſtum vitæ modum revocent, ac quidquid inde ſtatuerint, & ordinaverint, obſervari faciant, ac inobedientes, per cenſuras eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia cogant, & compellant; aliaque omnia, & ſingula, quæ pro eccleſiaſticæ diſciplinæ hujuſmodi reſtitutione neceſſaria, ſeu quomodolibet opportuna fore cognoverint, faciant, dicant,

gerant,

gerant, & esequantur, ſuper quibus omnibus, & ſingulis plenam illis facultatem impartimur, auctoritate noſtra apoſtolica conſtituatis, & deputetis.

Viſitationes factæ ſub ſigillo clauſæ Romam tranſmittendæ.

§.2. Volentes, ut Viſitatores hujuſmodi, ſi quæ graviora in hujuſmodi viſitatione repererint illa, necnon informationes omnes deſuper ſub ſigillo eorum clauſæ ad Nos quamprimum diligenter tranſmittant, ut quid in illis ſtatuendum ſit, matura conſultatione adhibita decernamus.

Mandatum Capitulis, & Canonicis, ut hujuſmodi Viſitatoribus prompte pareant.

§.3. Mandantes propterea dilectis filiis Eccleſiarum prædictarum Capitulis, Canonicis, & perſonis, cæteriſque, ad quos ſpectat, ut eiſdem Viſitatoribus in præmiſſis prompte pareant, & obediant, eorumque ſalubria monita, & mandata ſuſcipiant humiliter, & efficaciter adimplere procurent, alioquin ſententiam, ſive pœnam, quam rite tulerint, ſeu ſtatuerint in rebelles ratam habebimus, & faciemus auctore Domino uſque ad ſatisfactionem condignam, inviolabiliter obſervari.

Derogatio contrariorum

§.4. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon dictarum Eccleſiarum, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis eiſdem Eccleſiis, Capitulis, Canonicis, & perſonis, & quibuſvis aliis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & Decretis, in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 5. Martii 1632. An. IX.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die 5. Martii 1632. Pontificatus Noſtri Anno Nono.

CDI.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Proteſtatio, ac pontificia declaratio contra attentata per Gaſparem Card. Borgiam, & Complices in Conſiſtorio, ſive extra illud.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium ab ipſa materia ſumptum.

OMnes, & ſinguli Eccleſiæ Catholicæ Prælati, præſertimque Cardinalatus dignitate fulgentes ſeſe fideles, obedientes, obſequioſos, & reverentes Summo Pontifici exhibere, & eſſe juxta canonicas Sanctiones, Decreta Pontificia, & conſuetudinem laudabilem tenentur, ipſique Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales in juramento fidelitatis, quod præſtare conſueverunt, ſe idem adimpleturos, ac honorem, & ſtatum Romanorum Pontificum omni ſtudio, & totis viribus propugnaturos, eorumque auctoritatem conſervare, augere, & promovere omnibus ſenſibus conaturos, nullumque conſilium, conſenſum, aut auxilium adverſus pontificiam majeſtatem daturos, ubi vero contra illa aliquid præjudicii, quod impedire nequeant machinando intentetur, ſtatim atque tractari noverint eis ſignificaturos promittunt, & jurant.

Gaſpar Card. Borgia nonnulla temere Pontifici in Conſiſtorio objecerat.

§.1. His tamen ſpretis Gaſpar Epiſcopus Albanen. Cardinalis Borgia nuncupatus, communicato etiam ejus pravo conſilio nonnullis aliis ejus S. R. E. Cardinalibus auſus fuit ſub Clypeo, quod Oratoris apud Nos, & Apoſtolicam Sedem chariſſimi in Chriſto filii noſtri Philippi Hiſpaniarum Regis Catholici, negotia ejuſdem Philippi Regis apud Nos, & Sedem eamdem gerit, in Conſiſtorio noſtro ſecreto die hodierna perfecto, nulla a Nobis obtenta, immo nec petita licentia, ſed temere in conſpectu noſtro audientibus omnibus Cardinalibus inibi exiſtentibus, Nos nedum requirere de ſubſidio chariſſimo in Chriſto filio noſtro Ferdinando Romanorum Regi in Imperatorem electo præſtando, acſi illud antea pro viribus ejuſdem Sedis Apoſtolicæ non erogaviſſemus, ſed etiam noſmetipſos de cunctatione in iis, quæ ad Catholicam Fidem tuendam, & propagandam pertinent, redarguere, ac etiam ad augendam in Nos contumeliam, & offenſam ea, quæ in Germania in ejuſdem Catholicæ Fidei detrimentum accidere poterunt, Nobis imputanda eſſe proteſtari;

Cumque ei ſilentium Pontifex impoſuiſſet.

§.2. Cumque Nos pro noſtro paſtorali officio eidem Gaſpari Epiſcopo, & Cardinali de his, quæ ad prædicti Conſiſtorii locum, juxta morem eorumdem Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum retroactis temporibus, & hactenus inconcuſſe obſervari conſuetum minime ſpectant, niſi per Nos propoſitum, vel ut proponeretur, ordinatum eſſet, ſilentium impoſuiſſemus, ipſe Gaſpar Epiſcopus, & Cardinalis non acquievit, ſed acceſſum alterius Cardinalis ad ſe ipſum expectavit, & nihilominus illico copiam prædictæ requiſitionis, imputationis, & proteſtationis Nobis tradidit contra noſtram pontificiam majeſtatem, & honorem, ac famam machinando, pœnaſque a Sacris Canonibus, conſuetudine, decretis, & Conſtitutionibus Apoſtolicis prædictis inflictas damnabiliter incurrendo.

Cardinalis Borgia non acquievit.

Sed proteſtationem emiſit.

Suam tolerantiam ei non prodeſſe, aut complicibus declarat Urbanus.

§.3. Ad reprimendum vero præmiſſa, & alia tam ante, quam poſt, & tam in Conſiſtorio, quam extra ubique locorum adverſum Nos forſan perpetrata, licet juris remediis procedi poſſet, tamen, ſi fieret ad præſens forſan malevisi in odium prædicti Philippi Regis factum interpretarentur, ideo animadverſionem hujuſmodi ad opportunius tempus, ſeu beneplacitum noſtrum tranſmittere, & transferre voluimus, ſed ne ex taciturnitate, & dilatione poſſint, tam ipſe Gaſpar Epiſcopus, & Cardinalis,

quam alii Complices etiam prædictæ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales prætextu cujuſcumque noſtræ conniventiæ, & tolerantiæ ſe unquam tueri; Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, tenore præſentium atteſtamur, declaramus, & decernimus prædictum Gaſparem Epiſcopum, & Cardinalem, alioſque Complices, & Cardinales prædictos ratione præmiſſorum, & aliorum quorumcumque ab eis, tam ante, quam poſt Conſiſtorium prædictum, etiam extra illud ubilibet, ut præfertur, geſtorum, etiam illorum, quæ adhuc ad notitiam noſtram non venerunt, remanere in eorum priori ſtatu, in quo erant, quando illa geſſerunt,

Derogat obſtantibus.

§.4. Non obſtantibus quacumque conniventia, & tolerantia noſtris, quæ tam ea quocumque temporis curſu, quam ea quibuſcumque actibus, & functionibus noſtris, ac etiam cardinalitiis, tam publicis, quam privatis, etiam in Cappellis, & aliàs quomodolibet hactenus, & pro tempore, etiam poſtquam ipſe Gaſpar Epiſcopus, & Cardinalis negotia prædicti Philippi Regis gerere detineret, factis, reſultare, & deduci poſſunt, perinde acſi ſtatim, & incontinenti poſt prædictum Conſiſtorium proceſſum foret, conniventiaque, & tolerantia noſtra nullatenus intervenisſet, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Clauſulæ.

§.5. Decernentes etiam irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, ſublata quibuslibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate.

Dat. die 8. Martii 1632. An. IX.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 8. Martii 1632., Pontificatus noſtri Anno IX.

CDII.

Prohibitio ſuper conceſſione licentiæ pro Fratribus Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum tranſeundi ad ſtatum Clericalem.

Iſti Fratres non poſſunt tranſire ad Calceatos abſque licentia Sedis Apoſtolicæ, ut in Conſtit. CCLIII. Injuncti Nobis, *ut ſupra fol.* 100.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

Cauſæ hujus Conſtit.

EXponi Nobis fecerunt dilecti filii Vicarius, & Procurator Generales Ordinis Fratrum Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, quod cum alias nonnulli ipſius Ordinis Laici, ſive Converſi, vel cum falſa narrativa, ſeu alias a dilecto filio noſtro, & Apoſtolicæ Sedis in Regnis Hiſpaniarum Nuncio licentias obtinuiſſent, quarum vigore ſe ad ſacros Ordines promoveri fecerant, & faciebant, indeque gravia in dicto Ordine inconvenientia non ſine Dei offenſa orirentur, Venerabiles Fratres noſtri S.R.E. Cardinales negotiis Epiſcoporum, & Regularium præpoſiti, quibus pro opportuno ſuper præmiſſis remedio ſupplicatum fuerat, eidem Nuncio, & Magiſtro Generali dicti Ordinis injunxerunt, ut ille a ſimilium licentiarum conceſſione abſtineret, hic vero præfatos converſos puniret,

Fratrum poſtulatio.

§.1. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, Magiſtri Generalis officium hujuſmodi brevi temporis ſpatio duret, & Ordo præfatus in multas adeo, ſibique maxime diſtantes orbis partes diffuſus exiſtat, ut ob maxima terrarum intervalla ſui Generalatus tempore mandata ſua in eiſdem partibus exequutioni demandari facere nequeat; Nobis propterea humiliter ſupplicari fecerunt, ut in præmiſſis opportune providere de benignitate apoſtolica dignaremur,

Prohibitio, de qua in Rubrica.

§.2. Nos igitur dictum Procuratorem Generalem a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium negotiis Regularium præpoſitorum conſilio, dilecto filio moderno, & pro tempore exiſtenti Magiſtro Generali, cæteriſque Superioribus Ordinis hujuſmodi, ad quos ſpectat, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium inhibemus, ne de cætero inconſulta Congregatione eorumdem Cardinalium, & ſine expreſſa illius approbatione præfatis Fratribus Laicis, ſeu Converſis licentiam tranſeundi a ſtatu laicali ad clericalem, ſeu de ſe promoveri faciendo ad minores, ac ſacros ordines, ullo modo concedant; alioquin Magiſtri Generales, ac Superiores præfati contrafacientes excommunicationis, necnon vocis activæ, & paſſivæ, ac officiorum, quæ obtinent, privationis, ac perpetuæ inhabilitatis ad alia in poſterum obtinenda pœnas eo ipſo incurrant: Laici vero, ſeu Converſi, qui cum licentiis hujuſmodi, vel aliter abſque ſpeciali ipſius Congregationis approbatione ad ſtatum clericalem prædictum tranſierint, vel minores, ac ſacros ordines ſuſceperint, a ſuſceptis ordinibus ſint in perpetuum ſuſpenſi, atque Laici, ſeu Converſi, ut prius remanere intelligantur, ac Laicorum ſeu Converſorum habitum deferre omnino cogantur, aliiſque pœnis mulctentur arbitrio Superiorum, abſque ſpe diſpenſationis in præmiſſis obtinendæ.

Decretum irritans.

§.3. Decernentes præſentes literas validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ac ab omnibus, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, inviolabiliter obſervari, & ſic per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii, Apo-

ſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi quid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§.4. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, & quatenus opus ſit, dicti Ordinis etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis, in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptis credi mandat.

§.5. Volumus autem, quod præſentium exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 10. Martii 1632. An.IX.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub Annulo Piſcatoris die 10. Martii 1632. Pontificatus noſtri Anno IX.

CCCCIII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Declarat Cardinalem Borgiam, & alios complices etiam Cardinales occaſione per eos geſtorum remanere in priori ſtatu, in quo erant, quando hæc geſſerunt.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Recenſet ea, quæ geſta ſunt a Card. Borgia,

§.1. CUm nuper Gaſpar Epiſcopus Albanen. Card. Borgia nuncupatus ob nonnulla per eum, non petita, nec habita a Nobis licentia, in Conſiſtorio noſtro ſecreto in contemptum pontificiæ majeſtatis noſtræ auſu temerario geſta, pœnas a Sacris Canonibus, ac Decretis, & Conſtitutionibus Apoſtolicis inflictas damnabiliter incurriſſet, Nos ne, ſi in eumdem Gaſparem Epiſcopum, & Cardinalem ac complices animadverteremus, id forſan malevoli in odium chariſſimi in Chriſto filii noſtri Philippi Hiſpaniarum Regis Catholici factum interpretarentur, animadverſionem hujuſmodi ad opportunius tempus, ſeu beneplacitum noſtrum transferre voluimus, prout plenius continetur in Literis deſuper expeditis tenoris ſubſequentis videlicet Urbanus Papa VIII. *omittitur tenor literarum, quia illum habes ſub die 8. Martii præſentis anni.*

Et præcedentem ſuam Conſtitutionem.
Ac deinde in Congregatione S. Officii declaravit per ſuam tolerantiam d. Cardinalem, & complices a Canonicis pœnis non fuiſſe liberatos.

§.2. Nos qui eumdem Philippum Regem ob ejus ſingularem, & a majoribus ſuis Romanorum Imperatoribus Hiſpaniarum Regibus hæreditario jure acceptum orthodoxæ fidei conſervandæ, & propagandæ zelum, eximiamque in Nos, & hanc Sanctam Sedem devotionem, aliaque catholici cognomine optimo jure inſigniti Regis præclara merita præcipuo paternæ charitatis affectu complectimur, congregatis de more coram Nobis hodie Ven. Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus contra hæreticam pravitatem in univerſa Republica Chriſtiana Generalibus Inquiſitoribus ab eadem Sede ſpecialiter deputatis, antequam ad tractanda ipſius Congregationis negotia deveniremus, mentes, & intentionem noſtram ſuper præmiſſis explicavimus, nempe fuiſſe, & eſſe, quod Gaſpar Epiſcopus, & Cardinalis, aliique complices etiam S.R.E. Cardinales, non obſtante quacumque conniventia, ſeu tolerantia noſtra, remanent obnoxii quibuſcumque præjudiciis, & pœnis per eos, & eorum quemlibet ob præmiſſa quomodolibet incurſis, aut quæ incurriſſent, idque præſentibus ejuſdem Congregationis Cardinalibus, inter quos idem Gaſpar Epiſcopus, & Cardinalis aderat, atteſtati ſumus, declaravimus, & decrevimus.

Eoſque declarat remanere in eo ſtatu, in quo ante Conſiſtorium erant.

§.3. Idcirco ut perpetuis futuris temporibus de mente, & intentione noſtris hujuſmodi ſecurius conſtet, providere volentes, motu, ſcientia, & deliberatione ac poteſtatis plenitudine ſimilibus, tenore præſentium denuo atteſtamur, declaramus, & decernimus, prædictum Gaſparem Epiſcopum, & Cardinalem, alioſque complices etiam Cardinales ratione per eos in prædicto Conſiſtorio, & tam ante, quam poſt, & extra illud ubilibet geſtorum hujuſmodi remanere in priori eorum ſtatu, in quo erant, quando illa geſſerunt.

Obſtantia tollit.

§.4. Non obſtantibus omnibus illis, quæ in præinſertis Literis hujuſmodi voluimus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Præſenteſque eos afficere, perinde ac ſi publicatæ forent.

§.5. Volumus autem, quod tam præinſertæ, quam præſentes literæ cum omnibus, & ſingulis in eis contentis ſuum plenarium ſortiantur, & ſortiri debeant effectum, præſertim circa translationem, & transmiſſionem ad opportunius tempus, ſeu beneplacitum noſtrum animadverſionis in ipſum Gaſparem Epiſcopum, & Cardinalem, alioſque complices etiam Cardinales, illoſque omnes, & ſingulos arctent, & afficiant in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi publicatæ, dictoque Gaſpari Epiſcopo, & Cardinali, & aliis complicibus etiam Cardinalibus, & illorum cuilibet perſonaliter intimatæ fuiſſent.

Dat. die 11. Martii 1632. An.IX.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 11. Martii 1632. Pontificatus noſtri Anno Nono.

CDIV.

Quod Feſtum Tranſitus Sancti Benedicti in ſingulis locis, in quibus exiſtunt Eccleſiæ Ordinis ipſius Congregationis Hiſpaniarum, ad inſtar aliorum de præcepto Eccleſiæ celebrandorum recolatur.

Monachos Caſſinenſes Congregationis Sancti Benedicti ideo ſic vocari juſſit Julius II. quia Monaſterium Caſſinenſe eſt caput aliorum Monaſteriorum, ut in ejus Conſt. II. Tom.3.Par.3.fol.160.

URBANUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad futuram rei memoriam.

Proœmium.

SAncta Mater Eccleſia, quæ ſalutaribus Nos ſemper inſtruit documentis, annuas orthodoxæ fidei filiis venerandas proponit Sanctorum celebritates, qui in terris non ſolum exempla ad ſalutem reliquerunt, ſed in cœlo Beati Chriſtifidelium patrocinium ſuſcipere, eorumque orationes, & vota ſuis precibus adjuvare non ceſſant: quam omnibus opem apud miſericordem Deum credentes Beatum Benedictum Monachorum Principem, & Patriarcham aſſiduù impendere, dignum quidem paſtoralis officii noſtris humeris ex alto commiſſi debitum reputamus, ut felicis ejus Tranſitus dies, qua ipſius anima beatifica fruitione digna ad æternas illas divinæ claritatis ſedes humanis exuta ſpoliis tranſlata fuit, jucundiſſima recordatione undique celebretur.

Cauſæ hujus Conſt.

§.1. Cum itaque, ſicut exhibita Nobis nuper pro parte dilectæ in Chriſto filiæ nobilis mulieris modernæ Comitiſſæ de Monterrey Regni Neapolitani Proreginæ, & nobilis viri moderni Marchionis Caſtri Rodrighi apud Nos, & Sedem Apoſtolicam pro chariſſimo in Chriſto filio Noſtro Philippo Hiſpaniarum Rege Catholico Oratoris, necnon Mauri de Villaroel Ordinis ejuſdem Sancti Benedicti Abbatis Generalis, ac Auguſtini de Caſtro olim Comitis de Lemos Ordinem ipſum expreſſe profeſſi, dilectorum filiorum petitio continebat, quod cum ejuſdem glorioſi Monachorum Patriarchæ Sancti Benedicti inter mortales degentis vita jam inde ab ejus pueritia adeo virtutum trophæis admiranda fuerit, ut Beato Gregorio Magno, dum in humanis ſanctam vitam ageret, Romano Pontifice Prædeceſſore noſtro teſte divina interius luce ſplendens ſublatus in mentis lumine ſuperior mundo, & expanſus in Deo, mentis laxato ſinu, beatifico lumine imbecillitatem intellectus elevante Deum ipſum, & in ipſo Deo adhuc mortalis omne, quod infra Deum eſt, videre meruerit, ac demum poſt vitam ſanctiſſime exactam, puriſſimamque pompa mirabili per viam palliis ſtratam, & innumeris coruſcam lampadibus ſummo rerum Auctori conjungendus in Cœlum migrans, efflaverit animam; proptereaque Comitiſſa, & Marchio, ac Maurus, & Auguſtinus præfati pro eximio eorum in tanti Viri ſanctitatem devotionis affectu plurimum cupiant felicis ejus animæ Tranſitus diem ad majorem præpotentis Dei gloriam, ac fidelium devotionis incrementum ſolemnius celebrari. Quare pro parte dictorum Comitiſſæ, & Marchionis, ac Mauri, & Auguſtini Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus piis eorum votis hac in parte favorabiliter annuere de benignitate apoſtolica dignaremur.

§.2. Nos igitur, qui fidelium quorumlibet devotionem erga Beatos illos ſempiternæ beatitudinis Cives non ſolum promoveri, ſed etiam conſecrari ſinceris exoptamus affectibus, eoſdem Comitiſſam, & Marchionem, ac Maurum, necnon Auguſtinum, & eorum quemlibet a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus ex voto venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium Sacris Ritibus, & Cœremoniis præpoſitorum inclinati, ut deinceps perpetuis futuris temporibus ejuſdem Sancti Benedicti Tranſitus dies præfatus, duodecimo Kalendas Aprilis videlicet, quolibet anno in omnibus, & ſingulis Civitatibus, Oppidis, Terris, & locis, in quibus ad præſens exiſtunt Eccleſiæ Ordinis ipſius Sancti Benedicti Congregationum Hiſpaniarum, ad inſtar aliarum de præcepto Eccleſiæ celebrandarum feſtivitatum recolatur, & celebretur, apoſtolica auctoritate tenore præſentium præcipimus.

Mandat obſervari, prout in Rubr.

§.3. Mandantes propterea omnibus, & ſingulis Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, cæteriſque eccleſiarum Prælatis, ſub quorum juriſdictiona ſpirituali Civitates, Oppida, Terræ, & loca hujuſmodi extiterint, ut præſentes noſtras in eiſdem Civitatibus, Oppidis, Terris, & locis ſuæ juriſdictioni hujuſmodi ſubjectis ſolemniter publicari, ac ab omnibus, & ſingulis perſonis cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exiſtentibus faciant inviolabiliter obſervari.

Exequutores deputat.

§.4. Non obſtantibus Apoſtolicis, etiam in Provincialibus, & Synodalibus, etiam univerſalibus Conciliis editis, & edendis ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Contrariis derogat.

§.5. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides ubique adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Tranſumptis credi jubet.

§.6. Nulli ergo omnino hominum liceat

cat, hanc paginam noſtræ abſolutionis, præcepti, mandati, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Dat. die 21. Martii 1632. An. IX.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo ſecundo, duodecimo Kalendas Aprilis, Pontificatus noſtri Anno Nono.

CDV.

Pia, & Paſtoralis adhortatio ad Patriarchas, Archiepiſcopos, & Epiſcopos, Clerum, Religioſos viros, ac omnes Eccleſiæ Catholicæ Chriſtifideles, ut ab Omnipotenti Deo fuſis precibus concordiam inter Catholicos Principes obtineant.

Non abſimilem pro tunc exortis motibus ſedandis, edidit hic idem Pont. anno 1625. quam habes Conſt. CXVI. Tonitrua. *Tom. V. Part. V. fol. 316.*

URBANUS PAPA VIII.

Ven. Fratres, & dilecti filii ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Docet calamitatibus imminentibus, e Cœlo implorandum eſſe præſidiũ.

§.1. UNanimi Catholicæ Eccleſiæ conſenſu ſine intermiſſione fuſa ad Deum oratio, præſertim cum ipſum Eccleſiæ Caput in terris a Domino conſtitutum, præſidium e cœlo ſupplicitet implorat, quam ſit efficax remedium calamitatibus impendentibus, docet ſacra pagina.

Ad hoc annis elapſis excitavit pro ſedandis tunc exortis motibus.

§.2. Hinc Nos præteritis annis, Venerabiles Fratres, vos univerſos Apoſtolicis Literis excitavimus, ad congregandos cœtus Fidelium, & placandam iram divinæ ultionis, dum Legationibus uteremur ad ſedandos tunc exortos motus, qui chriſtianum orbem ſummopere turbare poſſe videbantur, Catholicoſque Principes inter ſe committere.

Et nunc pro periculis rei catholicæ avertendis idẽ ſatagit.

§.3. Nunc autem præſentia rei catholicæ pericula hortantur Nos ad eamdem opem pari ratione quærendam in eiſdem Principibus animorum conjunctionem inſerere ſatagentes. Itaque ad patrem miſericordiarum Deum cum fiducia confugimus, ſtamus ad oſtium, & pulſamus, ut qui ſe a famulis ſuis orari gaudet, optato Nos tandem dono publicæ quietis conſoletur.

Et ſolemnes Jubilæi ſupplicationes indicere decernit.

§.4. Quamobrem expedire exiſtimavimus, ſolemnes Jubilæi ſupplicationes indicere, ut nobiſcum Eccleſia univerſa conjungat officia pietatis, quibus ſuper humanam malitiam præſtabilis divina bonitas, quod ex animo, & omni tempore petimus, multiplicatis interceſſoribus largiatur. Plane ſi audita vota noſtra fuiſſent, & preces, ſumere poſſemus ſtolam jucunditatis, & gratulari pacem Principibus Catholicis. Perſeverantes, tamen quantum in Nobis eſt, omnia præſtamus, quæ ad obtinendam tranquillitatem, & incolumitatem Religionis Catholicæ conferre cenſemus.

Nuntioſque mittit ad Cæſaream Majeſtatem, ac Reges pro bono publico, & animorum conjunctione conſequenda.

§.5. Hanc autem, cui reliqua omnia poſtponimus, non ſolum ordinariorum, ſed etiam extraordinariorum Nuntiorum, quos ad Cæſaream Majeſtatem, & utrumque Regem mittimus, geminatis officiis, omnique conatu conſequi ſtudemus, & confidimus fore, ut inſtructi noſtris monitis, quibus eos non ſine prudentium Cardinalium conſilio munivimus, ingruentia confertim diſcrimina poſſint avertere, & bono publico, Fideique Catholicæ effectus parere ſalutares. Utinam hæc noſtra paſtoralis muneris ſollicitudo, divina favente clementia, afferat, ut alias ſimilis noſtra opera, ſucceſſus optati fructum.

Hortantur omnes, ut qua pollent apud Principes gratia, ſtudeant eorũ animos veræ charitatis vinculo conjungere.

§.6. Verumtamen, ne quid intentatum relinquatur, hortamur omnes ex dominico grege, prout pollet quique gratia apud aliquem ex Catholicis Principibus, ad accurate incumbendum, ut turbines excitati compeſcantur, & fiat expetita tranquillitas, quam ſperare poſſumus, ſublatis e medio iis, quæ ſunt in cauſa, ne eorumdem Principum animi vinculo veræ charitatis conjuncti in concordiam coaleſcant. Ex mutuis autem, quæ hinc inde jactantur, expoſtulationibus, quæ tam ſalubre opus impediunt, ſatis patent, nec deerunt rationes, quibus ea pii, prudenteſque viri moliantur. Quis enim non videt, niſi diſcordia disjungeret Principes Catholicos, neque hæreſim, neque Infernum poſſe umquam perterrefacere Eccleſiam? Quamobrem cum aliquando humani labores in irritum cadant, Venerabiles Fratres, & dilecti Filii, jactate in Dominum cogitationes veſtras, roboramini, & omne ſtudium intendite, ut imminentia mala propulſetis armis orationis, & fidei. Apoſtolo enim docente, Gedeon, David, Samuel, & Prophetæ per fidem vicerunt Regna, adepti ſunt repromiſſiones, extinxerunt impetum ignis, Caſtra verterunt exterorum, obturaverunt ora leonum. Prope eſt Dominus omnibus invocantibus eum in veritate.

Ipſe quoque toto corde Dominũ precatur, ut ad nihilum deducat tribulantes nos.

§.7. Itaque Nos etiam, qui inter haſce tempeſtates ſedemus ad regimen Naviculæ Petri, cum ecca toto corde, & ſupplici voce clamamus, Salva nos Domine, dum fidelis Congregatio populi effundit coram te corda ſua, Deus adjutor noſter in æternum: In te faciemus virtutem, & ipſe ad nihilum deducet tribulantes nos. Salutare Fraternitatibus Veſtris, & univerſo gregi catholico ſolatium a Domino præſtolamur, vobiſque apoſtolicam benedictionem peramanter impertimur.

Dat. die 1. Aprilis 1632. An. IX.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris, die 1. Aprilis 1632. Pont. Noſtri Anno IX.

Quod

Digitized by Google

CDVI.

Ex Regeſt. in Secr. Brev.

Quod Eccleſiaſtici, tam ſeculares quam Regulares Civitatis, & Status Mantuani teneantur ſolvere quamdam pecuniæ partem pro reſtaurandis mœniis dictæ Civitatis.

Ven. Fratri Epiſcopo Mantuan.

URBANUS PAPA VIII.

Ven. Frater ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Damna, quæ ex bello Civitas Mantuana perpaſſa eſt recenſet, neceſſitatemque ejus mœnia reparandi.

§.1. EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius nubilis vir Carolus Gonzaga Mantuæ Dux, quod ob ingentes ruinas, calamitateſque, quas ipſa Civitas Mantuana in præteritis bellorum motibus perpaſſa eſt, ſuſtentamentum aquarum ad Cluſam Terræ Governoli in Ripa Fluminis Mincii ſitæ, quod ruinam minatur, necnon molendina, & everſa dictæ Civitatis Mœnia, adeo reſtauratione indigent, ut ſi ipſius ſuſtentamenti omnem aquam circumcirca eamdem Civitatem ſuſtinentis ruina ſequeretur, non modo Civitas ipſa intra paludes remaneret, & inhabitabilis redderetur, ſed etiam Fluminis Padi navigatio omnino impediretur, neque Civitas prædicta, Statuſque Mantuanus bujuſmodi adverſus hoſtium conatus, atque invaſiones ſartus tectuſque conſervari poſſet.

Dux quædam ad ea reparanda vectigalia imponit.

§.2. Quoniam vero maxima pecuniarum ſumma ad præmiſſa peragenda opus eſt, nec ad onera hujuſmodi ſupportanda Laicorum facultates ſuppetunt, dictus Carolus Dux perſonas eccleſiaſticas tam ſeculares, quam regulares quaſcumque Civitatis, & Status Mantuan. ad ſolutionem duarum gabellarum, nempe ſuper macina frumenti unius libræ pro quolibet ſacco valorem novem bajoccorum monetæ Romanæ conſtituen., ac unus bajocchi cum dimidio monetæ prædictæ pro qualibet libra olei per eumdem Carolum Ducem in Civitate, & Statu prædictis impoſitarum noſtra, & hujus Sanctæ Sedis auctoritate cogi, & compelli deſiderat.

Quas Pontifex etiam ab Eccleſiaſticis ſolvi jubet.

§.3. Nos conſiderantes prædicta expenſarum onera, non modo ad Laicorum, verum etiam ad communem perſonarum eccleſiaſticarum utilitatem referri, ipſumque Carolum Ducem ob ejus ſingularia, atque eximia in Nos, & Apoſtolicam Sedem fidei, & devotionis merita, aliquo ſubventionis auxilio, aſperrimis hiſce temporibus ſublevare, ac ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ejus nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, tibi per præſentes committimus, & mandamus, ut vocatis coram te perſonarum eccleſiaſticarum tam ſecularium, quam regularium prædictarum ſuperioribus ſeu eorum deputatis, ſi ſuſtentamenti, ac molendinorum, mœniumque reparationes hujuſmodi pro publica, & communi utilitate faciendas in earumdem etiam perſonarum eccleſiaſticarum commoditatem ceſſuras, ac expenſarum onera ideo ſubeunda adeo gravia fore cognoveris, ut ſine magno Laicorum incommodo, & damno fieri non poſſint, tunc, & eo caſu, & pro reſtaurationibus ſeu reparationibus prædictis dumtaxat faciendis perſonas eccleſiaſticas prædictas ad contribuendum in gabellis macinæ, frumenti, & olei hujuſmodi auctoritate noſtra cogas, & compellas: dummodo tamen rata perſonarum eccleſiaſticarum prædictarum ſextam partem ratæ, quam Laici contribuent, non excedat, ratamque perſonarum eccleſiaſticarum prædictarum per deputatos a te exigi facias, abſque eo quod Laici in exequutione hujuſmodi ſe ullo modo intromittant, ratamque per eaſdem perſonas eccleſiaſticas pro tempore ſolutam operariis dicti Caroli Ducis in prædictos reſtaurationis hujuſmodi, & non alios uſus converten. conſignari facias.

Ita tamen, ut in iis exigendis Laici ſe non immiſceant.

Contraria tollit.

§.4. Non obſtantibus apoſtolicis, ac in univerſalibus, Provincialibuſque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, ac quarumcumque Eccleſiarum, Monaſteriorum, Domorum, & locorum regularium, & Ordinum, quorum fuerint, Civitatis, & Status prædictorum, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis apoſtolicis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, eorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe harum ſerie derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 15. Junii 1632. An. IX.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 15. Junii 1632. Pontificatus Noſtri Anno IX.

De-

CDVII.

Ex Regeſt. in Decret. Brev.

Declarat, ſuæ voluntatis eſſe per quamcumque admiſſionem Cardinalis Borgiæ ad audientiam pro negociis Regis Catholici gerendis, & quoſcumque alios actus licentiam præmiſſa peragendi eidem Cardinali nullatenus concedere, nec eum uti Regis Oratorem quovis modo agnoſcere, aut pœnas propterea incurſas ullo modo illi condonare,

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam,

Cauſas refert quibus ducitur, ut Card. Borgiam ceu Regis Catholici Oratorem admittat.

§.1. Licet Epiſcopus Albanen. Cardinalis Borgia nuncupatus, poſtquam dilectus filius nobilis vir Comes de Monterey chariſſimi in Chriſto filii noſtri Philippi Hiſpaniarum Regis Catholici apud Nos, & Apoſtolicam Sedem Orator exiſtens a Romana Curia ad Regnum Neapolitan. gubernan. receſſit, ex tacita permiſſione noſtra, negocia ejuſdem Philippi Regis per interim, ut vulgo dicitur, apud nos geſſerit, tamen cum poſtea ipſe Gaſpar Epiſcopus, & Cardinalis a Nobis de Eccleſia Metropolitana Hiſpalen. ad præſentationem ejuſdem Philippi Regis proviſus fuerit, & dilectus pariter filius nobilis vir Marchio Caſtri Roderici per ipſum Philippum Regem Orator ad Nos deputatus ad Almam Urbem noſtram perſonaliter acceſſerit, in eaque reſideat, hodie non debemus expreſſe, nec tacitè conſentire, quod idem Gaſpar Epiſcopus, & Cardinalis reſidentia in ſua Eccleſia Metropolitana, curaque tot animarum ſibi commiſſarum derelicta, munere Oratoris dicti Philippi Regis apud Nos quoquo modo fungatur. Verũ quia, ut a nonnullis dicitur, ipſe Gaſpar Epiſcopus, & Cardinalis neſcitur quo ſpiritu ductus, nullo a Nobis conſenſu habito, nec licentia expreſſa vel tacita obtenta, munus Oratoris dicti Philippi Regis acceptare, & in eo ſe ingerere audet, ac negocia Regis tractare intendit contra canonicas ſanctiones, notoriumque ſtylum inveteratum in animæ ſuæ periculum, ſuæque Eccleſiæ, ejuſque Diœceſanorum detrimentum; ideo præmiſſis remedium adhibere intendebamus. Sed quia a diſcordiarum amatoribus in odium prædicti Philippi Regis factum dici poſſet, illud in opportunius tempus ad noſtrum beneplacitum differre, & transmittere deliberavimus.

Declaratio, de qua in Rubrica.

§.2. Ne autem ex noſtra hujuſmodi deliberatione, ac taciturnitate, conniventia, ac tollerantia præterita forſan, præſens, & futura poſſit unquam prætendi; Nos eidem Gaſpari Epiſcopo, & Cardinali licentiam, ſeu facultatem prædictam conceſſiſſe, vel illi conſenſum noſtrum deſuper tacite, vel expreſſe præſtitiſſe, hoc mane quatuor ex Cardinalibus Congregationis Sancti Officii, qui primo acceſſiſſent, vocari juſſimus; cumque dilecti filii noſtri Landivius Sancti Sixti, Berlingerius Sancti Auguſtini, & Fabritius Sancti Laurentii in Pane, & Perna Titulorum Presbyteri Veroſpius nuncupat., & Martius San. Mariæ novæ Diaconus Cardinalis Ginnettus reſpective nuncupati, cum cæteris Cardinalibus ad Congregationem Sancti Officii hujuſmodi coram Nobis in Palatio noſtro Quirinali tenendam acceſſerint; Nos eoſdem Landivium, Berlingerium, Fabritium, & Martium Cardinales in interiori cubiculo noſtro aſſumpſimus, eiſque voluntatem, & intentionem noſtram hujuſmodi amplius declaravimus, & atteſtati ſumus, prout motu proprio, & ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris, deque apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, etiam de eorumdem Laudivii, Berlingerii, Fabritii, & Martii Cardinalium conſilio, tenore præſentium atteſtamur, decernimus, & declaramus, mentis, intentionis, & voluntatis incommutabilis noſtræ fuiſſe, & eſſe ac futuram fore, per quamcumque noſtram præteritam, præſentem, & futuram taciturnitatem, conniventiam, & tolerantiam, & per quoſcumque ipſius Gaſparis Epiſcopi, & Cardinalis ad audientiam noſtram pro negotiis prædicti Philippi Regis exponendis, & expediendis, & alias quomodolibet, ubicumque, & quandocumque gerendis, & tractandis acceſſum, ac etiam per quamcumque noſtram illius admiſſionem, minuſque ex quibuslibet gratiis, aliiſque conceſſionibus, & diſpoſitionibus per Nos etiam in favorem prædicti Philippi Regis, etiam motu, ſcientia, deliberatione, & poteſtatis plenitudine paribus, ac aliàs quomodolibet, & ex quibuſcumque aliis actibus, & functionibus noſtris, & aliorum quorumcumque tam publicis, quam privatis, ac aliàs quomodocumque, & quandocumque factis, & faciendis, Nos poſt acceſſum prædicti Marchionis Caſtri Roderici nequaquam intellexiſſe, nec intelligere, minuſque voluiſſe, nec impoſterum velle, eidem Gaſpari Epiſcopo, & Cardinali licentiam prædictam, vel facultatem concedere, ſeu deſuper conſenſum noſtrum præſtare tacitè, neque expreſſe, nec eumdem Gaſparem Epiſcopum, & Cardinalem in Oratorem ejuſdem Philippi Regis ordinarium, vel extraordinarium, aut de interim, vel alias nuncupatum, nec etiam ejuſdem Regis negocia gerentem, vel tractantem recipere, nec admittere, nec aliquo modo eumdem Gaſparem Epiſcopum, & Cardinalem pro tali Oratore, vel negocia Regis præd. gerente, recognoſcere, nec pœnas ab eodem Gaſpare Epiſcopo, & Cardinale incurſas, & incurrendas illi remittere, nec condonare, Decernentes etiam irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, ſublata quibuslibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate.

Obſtantium derogatio.

§.3. Non obſtantibus quacumque conniventia, dilatione, taciturnitate, & tolerantia noſtris hujuſmodi, quæ tam ex quocumque temporis curſu, quam ex ſupra expreſſis, & quibuſcumque aliis actibus, & functionibus noſtris, & alias quomodolibet hacte-

haſtenus, & pro tempore, etiam poſtquam ipſe Gaſpar Epiſcopus, & Cardinalis negotia prædicti Philippi Regis gerere deſinerit, factis, reſultare, & deduci poſſunt, perinde acſi ſtatim, & incontinenti poſt incurſas ob præmiſſa ab eodem Gaſpare Epiſcopo, & Cardinali pœnas contra eum proceſſum foret, dilatioque, taciturnitas conniventia, & tolerantia noſtræ hujuſmodi nullatenus interveniſſent, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Clauſula;

§.4. Volumus autem, quod præſentes literæ cum omnibus, & ſingulis in eis contentis ſuum plenarium ſortiantur, & ſortiri debeant effectum, præſertim circa translationem, & transmiſſionem ad opportunius tempus, ſeu beneplacitum noſtrum animadverſionis in ipſum Gaſparem Epiſcopum, & Cardinalem, illumque arctent, & afficiant in omnibus, & per omnia, perinde acſi publicatæ, dictoque Gaſpari Epiſcopo, & Cardinali perſonaliter intimatæ fuiſſent.

Dat. die 17. Junii 1632. An. IX.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 17. Junii 1632. Pontificatus noſtri Anno IX.

CDVIII.

Ex regeſt. in Secret. Brev.

Declarat, & teſtatur ob impoſitionem Pallii, & receptionem juramenti Cardinalis Borgiæ, ac quoſcumque alios actus, & conceſſiones factos, & factas, faciendos, & faciendas ſe a priori voluntate ſua nullatenus recedere velle, cum expreſſa prohibitione Cardinali Borgiæ, & aliis, ne contrarium ullo tempore allegare poſſint.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Præcedentes refert Conſtitutiones.

§.1. Aliàs cum Gaſpar Epiſcopus Albanen. Cardinalis Borgia nuncupatus ob nonnulla per eum non petita, nec habita a Nobis licentia, in Conſiſtorio noſtro ſecreto in contemptum pontificiæ majeſtatis noſtræ auſu temerario geſta, pœnas a Sacris Canonibus, ac Decretis, & Conſtitutionibus Apoſtolicis inflictas damnabiliter incurriſſet, ad excludendam, & rejiciendam omnino quamcumque remiſſionem, ſive condonationem, & indulgentiam, quæ ex quibuſcumque actibus, tam publicis, quam privatis, & ex quacumque taciturnitate quantumlibet diuturna, conniventiaque, & tolerantia noſtris prætendi poſſet ad favorem ejuſdem Gaſparis Epiſcopi, & Cardinalis, ejuſque complicum, etiam S. R. E. Cardinalium. Necnon etiam pro majori, & abundantiori mentis, & voluntatis noſtræ circa præmiſſa, & alia ſubinde in Congregatione Ven. fratrum noſtrorum ejuſdem S. R. E. Cardinalium contra hæreticam pravitatem generalium Inquiſitorum ſubſequuta expreſſione, & continuatione binæ a Nobis in hac forma Brevis emanarunt Literæ tenoris ſubſequentis, videlicet: Urbanus &c. *Omittitur inſertio ſecundi Brevis, in quo eſt inſertum primum, quia illa habet ſuo loco.*

Declaratio; de qua in Rubrica.

§.2. Cumque poſtmodum ipſe Gaſpar Epiſcopus, & Cardinalis antea per Nos de Eccleſia Metropolitana Hiſpalen. ad præſentationem dicti Philippi Regis proviſus, Pallium aliàs conceſſum, manibus noſtris juxta morem cum Cardinalibus obſervatum ſibi per Nos imponi maxima cum inſtantia ſupplicaverit: Nos tam ob cauſas in præinſertis Literis expreſſas, & prædictum morem adimplendum, quam ut eidem Eccleſiæ Hiſpalen. inſigni, & de Sede Apoſtolica benemeritæ faveremus, ad impoſitionem prædicti Pallii devenire cenſuimus, non tamen animo, mente, nec intentione per prædictam Pallii impoſitionem, ac Juramenti fidelitatis ob hoc per eumdem Gaſparem Epiſcopum, & Cardinalem Nobis præſtandi receptionem in aliquo a prædictis Literis noſtris recedendi, nec illis etiam minime præjudicandi, nec etiam quoſcumque exceſſus, & delicta tam in præinſertis Literis expreſſa, & comprehenſa, quam alia etiam poſtmodum quomodolibet ab eodem Gaſpare Epiſcopo, & Cardinale, ejuſque complicibus quibuſcumque, etiam S. R. E. Cardinalibus, præſertim in tradendo aliis etiam Cardinalibus copiam prædictæ temerariæ requiſitionis, imputationis, & proteſtationis, ac aliàs illam publicando, attentata, patrata, & commiſſa, ac in futurum quandocumque, quomodocumque & ubicumque committenda, patranda, & attentanda, illorumque, & cujuslibet earum perſonas a legibus, ſacris Canonibus, & Ordinationibus, Decretis etiam Conſiſtorialibus, & Conſtitutionibus Apoſtolicis, uſibus, & conſuetudinibus Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum, & alias quomodolibet inflictas, & per ipſum Gaſparem Epiſcopum, & Cardinalem, ejuſque complices prædictos, & alios quoſcumque quomodolibet etiam ex actibus, qui ad noſtram notitiam non devenerunt, nec deinceps devenient, incurſas remittendi, nec in aliquo condonandi, ſeu relaxandi, & propterea, ut deliberatio, & continuatio noſtræ mentis, & voluntatis hujuſmodi eo magis ſemper clarior, & firmior appareat: Nos motu, ſcientia, & plenitudine paribus hoc mane pro traditione, ſeu impoſitione Pallii, & receptione prædicti Juramenti fidelitatis per Nos deputato, antequam ad prædicti Pallii impoſitionem, ac prædicti juramenti receptionem deveniremus, quatuor ex Cardinalibus Congregationis S. Officii, qui primo acceſſiſſent, vocari juſſimos, cumque dilecti filii noſtri Laudivius Sancti Sixti, Berlingerius S. Auguſtini, Gypſius, & Fabritius titolorum Presbyteri, Veroſpius, necnon Martius S. Mariæ Novæ Diaconus Cardinalis Ginettus reſpective nuncupati præ cæteris Cardinalibus ad prædictam Congregationem Sancti Officii hodie coram Nobis in Palatio noſtro Quirinali tenendam acceſſerint; Nos eoſdem Laudivium, Berlingerium, Fabritium, & Martium

Digitized by Google

tium Cardinales in interiori cubicolo noſtro aſſumpſimus, ubi hora undecima in noſtra, & Laudivii, Berlingerii, Fabritii, & Martii Cardinalium prædictorum præſentia per Secretarium noſtrum domeſticum infraſcriptum præinſertas Literas originales de verbo ad verbum legi fecimus, voluntatemque, & intentionem noſtram eiſdem Laudivio, Berlingerio, Fabritio, & Martio Cardinalibus eo amplius declaravimus, & atteſtati ſumus, prout tenore præſentium, etiam de Laudivii, Berlingerii, Fabritii, & Martii Cardinalium prædictorum conſilio declaramus, atteſtamor, & decernimus, noſtræ mentis, voluntatis, & intentionis incommutabilis ſemper fuiſſe, & eſſe, ac futoram deinceps fore, juſtis de cauſis animum noſtrum moventibus, & præcipue pro noſtra, ac Roman. Pontific. Domini noſtri Jeſu Chriſti in terris Vicarii dignitate, & hoore tuendis, & conſervandis, per prædictam Pallii impoſitionem, ac juramenti fidelitatis receptionem illico ſequenti hora duodecima a Nobis faciendam, ac per quorumcumque inde ſequtorum exequutionem, & effectum, & per quoſcumque actus noſtros tam publice, quam privatim, & per quaſcumque functiones tam Papales, & Pontificias, quam Cardinalitias, & alias qoaſcumque conceſſiones, & diſpoſitiones noſtras etiam gratiam, vel joſtitiam, aut quodcumque aliud ſpeciali nota, & expreſſione dignum continentes, & ſeu concernentes, verbo, vel in ſcriptis, aut facto, vel aliàs quomodolibet hactenus eidem Gaſpari Epiſcopo, & Cardinali, & complicibus, aliiſque prædictis, & ſeu ad illorum, & cujuslibet eorum ſavorem, ſeu commodnm ſemel, & pluries ſactos, conceſſos, permiſſos, & toleratos, factaſque, conceſſas, permiſſas, & toleratas, ac in poſterum quandocumque, quomodocumque, & ubicumque etiam pluribus, & reiteratis vicibus per Nos, & de ordine noſtro faciendos, concedendos, permittendos, & tolerandos, faciendaſque, concedendas, permittendas, & tolerandas nullatenus recedere a prædicta priori voluntate, deliberatione, mente, & intentione noſtris, earumdem præinſertarum, ac præſentium Literarum tenore declaratis, nec ab eis Nos in aliquo ſeparare, ſed potius in eis huc uſque, & in futurum continuare, & perſeverare voluiſſe, & velle: quinimo amplius mentem firmam noſtram declarare volentes, earumdem tenore præſentium decernimus, & prohibemus, nullo umquam tempore per eoſdem Gaſparem Epiſcopum, & Cardinalem, alioſque prædictos, & quemlibet alium poſſe allegari, prætendi, & deduci, fuiſſe per Nos unquam eis aliquid remiſſum, condonatum, vel relaxatum, nec a priori voluntate noſtra receſſum.

Clauſulæ. §. 3. Decernentes etiam irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, ſublata quibuslibet quavis judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate.

Obſtantium derogatio. §. 4. Non obſtantibus ſingolis præmiſſis, ac omnibus illis, quæ in præinſertis Literis noſtris hujuſmodi voluimus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus ſimiliter, quod tam præinſertæ, quam præſentes Literæ cum omnibos, & ſingulis in eis contentis ſuum plenarium ſortiantur, & ſortiri debeant effectum, præſertim circa translationem, & tranſmiſſionem ad opportunins tempus, ſeu beneplacitum noſtrum animadverſionis in ipſum Gaſparem Epiſcopum, & Cardinalem, alioſque complices etiam Cardinales, illoſque omnes, & ſingulos arctent, & afficiant in omnibus, & per omnia, perinde acſi publicatæ, dictoque Gaſpari Epiſcopo, & Cardinali, & aliis complicibus etiam Cardinalibus, & illorum cuilibet perſonaliter intimatæ fuiſſent.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die 17. Junii 1632. Pontificatus noſtri Anno IX. Dat. die 17 Junii 1632 An.IX.

CDIX.

Declaratio circa Decimam 600. mille ducatorum monetæ Hiſpanicæ per ſimplicia Beneficia Eccleſiaſtica, quorum fructus ſummam vigintiquatuor ducatorum auri de Camera excedunt, obtinentes Regi Catholico ſolvendam. Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Venerabili Fratri Cæſari Patriarchæ Antiocheno noſtro, & Sedis Apoſtolicæ in Regnis Hiſpaniarum Nuncio.

URBANUS PAPA VIII.

Venerabilis Frater ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Decimam pro Rege Catholico a ſe Eccleſiaſticis impoſitam refert. §. 1. ALiàs Nos in ſubventionem chariſſimi in Chriſto filii noſtri Philippi Hiſpaniarum Regis Catholici indiximus, & impoſuimus unam ſemel, & in præſenti anno perſolvendam decimam, quæ in totum ad ſummam 600. mill. ducat. monetæ Hiſpaniarum aſcenderet juxta ratam a te taxandam omnium fructuum, redditunm, proventuum, emolumentorum, ac diſtributionum quotidianarum omnium Eccleſiarum Archiepiſcopalium, Epiſcopalium, Collegiatarum, Parochialium, necnon Monaſteriorum, ac Conventuum, ac etiam menſarum Abbatialium Capitularium, tam Cathedralium, & Metropolitanarum, quam quarumcumque Collegiatarum Eccleſiarum, necnon Conventualium, Prioratuum quoque, ac exterorum Beneficiorum eccleſiaſticorum cum cura, & ſine cura ſecularium, ac quorumvis Ordinum utriuſque ſexus etiam Mendicantium annuos redditus habentium, tam virorum, quam mulierum, necnon Congregationum, Inſtitutorum, & Societatum regularium, etiam Societatis Jeſu, & præterea Hoſpitalium, & Militiarum quarumcumque, exceptis tamen S. R. E. Cardinalibus, ac Fra-

tribus Militibus Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani, & quoad curata iis, quorum annui redditus ſummam 24. ducatorum auri de Camera non excederent, in Hiſpaniarum Regnis, ac Inſulis Sardiniæ, Majoricæ, & Minoricæ exiſten., ac ſimiliter omnium penſionum ſuper præmiſſis aſſignatarum, ac aſſignandarum, & aliàs ſub certis modo, & forma tunc expreſſis; teque decimæ hujuſmodi Collectorem cum facultatibus opportunis conſtituimus, & deputavimus, & tibi amplam poteſtatem taxam, & repartimentum hujuſmodi pro dicta ſumma 600. mill. ducat. conficiendi conceſſimus, prout in noſtris deſuper in ſimili forma Brevis eſpeditis Literis, quarum ten. præſentibus pro expreſſis haberi volumus, uberius continetur.

Ad ſolutionē eos quoque teneri vult, qui Beneficia obtinent ſimplicia 24. ducatorum auri redditum non excedentia.

§ 2. Nunc autem, ut ſumma 600. mill. ducat. hujuſmodi infra dictum annum facilius conficiatur, providere volentes, Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque apoſtolicæ poteſtatis plenitudine; Quod ad contributionem, & ſolutionem decimæ hujuſmodi, etiam omnes, & ſinguli ſimplicia Beneficia eccleſiaſtica obtinentes, quorum annui redditus ſummam 24. ducat. auri de Camera non eſcedunt, teneantur, & obligati ſint, tenore præſentium decernimus, & declaramus; Tibique ad omnimodam Literarum noſtrarum ſuper præmiſſis emanatarum cum omnibus, & ſingulis facultatibus, & indultis ibi expreſſis exequutionem juxta tenorem decreti, & declarationis in publicis Literis expreſſorum, & ſervata aliàs in omnibus, & per omnia priorum noſtrarum Literarum forma procedendi, auctoritate apoſtolica, earumdem tenore præſentium, plenam, liberam, & amplam facultatem, & auctoritatē concedimus, & impartimur.

§. 3. Non obſtantibus Literis noſtris prædictis quoad ea, quæ præſentibus adverſantur, ac omnibus illis, quæ in eiſdem Literis voluimus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 24. Julii 1632. An. IX.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die 24. Julii 1632. Pontificatus noſtri Anno IX.

CDX.

Confirmatio ſententiæ latæ ſuper caputio rotundo, ac largiori mozzetta a Fratribus Sancti Franciſci Strictioris Obſervantiæ Recollectis Regni Franciæ deferendis: Et mandatum obſervandi dictam ſententiam cum impoſitione pœnarum.

Idem et Pontif. hoc idem ſanciverat antea, ut in ejus Conſtit. XXII In ſupremo. *Tom. V. Par. V. fol. 180. Sed quia in Regno Franciæ d. Conſt. non ſervabatur, ideo ſententiæ ſuper hoc pronuntiatæ de ejus mandato (quam hic habes de verbo ad verbum) obedire præcipit.*

URBANUS PAPA OCTAVUS
Ad futuram rei memoriam.

Alias ab iſto Pont. emanavit Conſt. ſuper hac materia.

§. 1. Aliàs a Nobis emanarunt Literæ tenoris ſubſequentis videlicet: Urbanus Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam. In ſupremo apoſtolatus ſolio &c. *Omittitur reſiduum, hujus Conſtit. quia eſt ſupra loc. cit. in Rubr.*

Non acquieſcentibus illi Conſt. Fratribus Recollectis Galliæ, Pont. deputavit Card. Bentivolum, qui ſententiam definitivam tulit hic inſertam.

§. 2. Subinde vero, cum Fratres Recollecti præfati inſertis Literis hujuſmodi non acquieſcerent, ſed ad Nos recurſum habuiſſent, Nos cauſam, & cauſas hujuſmodi inter Fratres Cappuccinos ex una, ac Fratres Recollectos præfatos ex altera partibus, de, & ſuper delatione, ſeu reformatione Capucii, & Mozzettæ per eos deferen., ac declaratione in hac parte, & exequutione reſpective præinſertarum Literarum noſtrarum, rebuſque aliis in actis cauſæ, & cauſarum hujuſmodi latius deductis dilecto filio noſtro Guidoni tituli Sanctæ Mariæ de Populo Presbytero Card. Bentivolo nuncupato per alias noſtras in ſimili forma Brevis eſpeditas commiſimus, coram quo ad nonnullos actus (citra tamen illius concluſionem) devento, tandem ſuam in hujuſmodi cauſa tulit, & promulgavit definitivam ſententiam tenoris ſubſequentis, videlicet. Chriſti nomine invocato. Pro Tribunali ſedentes, & ſolum Deum præ oculis habentes, per hanc noſtram definitivam ſententiam, quam de juriſperitorum conſilio pariter, & aſſenſu in his ſcriptis ferimus in cauſa, & cauſis, quæ coram Nobis vigore Literarum Apoſtolicarum in forma Brevis expeditarum, in ſecunda, ſeu alia veriori vertuntur inſtantia, inter Rev. Fratres Cappuccinos nuncupatos Ordinis Minorum Sancti Franciſci ex una, & Rev. Fratres ejuſdem Ordinis Sancti Franciſci Strictioris Obſervantiæ Recollectos Galliæ nuncupatos, de & ſuper delatione, ſeu reformatione Caputii, & Mozzettæ per eos deferen., & declaratione in hac parte, & exequutione reſpective Literarum Apoſtolicarum Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ ſub dat. Romæ apud Sanctum Petrum ſub diebus 10. Januarii, & ultima Julii anni 1624. in ſimili forma Brevis deſuper expeditarum, ac Perilluſtri, & Reverendiſſimo Domino Bernardino Archiepiſcopo Damiaten. Sedis Apoſtolicæ Nuncio in Regno Galliæ commoranti, & Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo Domino Franciſcu tituli Sancti Calliſti Presbytero Cardinali de la Rochefoucault, & Reverendiſſimo Domino Epiſcopo Silvanecten. reſpective directarum, rebuſque aliis in actis cauſæ, & cauſarum hujuſmodi latius deductis, & illorum occaſione, partibus ex altera, viſis prius Literis antedictis, ac omnibus juribus, & ſcripturis in judicio productis, actiſque actitatis, & partibus hinc inde prius in jure, & in facto pluries auditis; viſiſque aliis omnibus viden., & conſideratis conſideran. factoque etiam verbo cum eodem Sanctiſſimo Domino Papa, cauſamque, & cauſas præfatas, una cum toto negotio principali Nobis commiſſas amplectentes, & decidentes, ac ultimodictas Literas Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ, & etiam ſententiam per Illuſtriſſimum, & Reverendiſſimum Dominum Franciſcum Cardinalem, & Reverendiſſimum Dominum Epiſcopum antedictos Judices, & exequutores aliàs ab eodem Sanctiſſimo Domino

Noſtro

Digitized by Google

Noſtro Papa in hujuſmodi cauſa deputatos promulgatam, declarantes dicimus, pronuntiamus, decernimus, & definitive ſententiamus, & declaramus, prædictos Fratres Recollectos teneri, & obligatos eſſe ad deponendum Caputium, quod deferunt acuminatum, & tam eos, qui Religionem hactenus ingreſſi ſunt, quam alios, qui eamdem Religionem in futurum ingredientur, ſimiliter teneri, & obligatos ad deferendum Caputium rotundum formæ, & qualitatis hujuſmodi videlicet: Caputium rotundum cum mozzetta largiori illi unita: & adnexa, quod in majori latitudine ſuæ rotunditatis a parte anteriori ad poſteriorem intra ſinciput, & occiput non ſit largius duarum quindecimarum portionum minoris, & extremæ ſuæ latitudinis, quæ erit ab anteriori ad poſteriorem partem intra guttur, & collum ejuſdem caputii, delatione cujuſcumque alterius generis, ſeu formæ caputii illis impoſterum penitus interdicta, firmiſque, & in robore ſuo perpetuo remanentibus cæteris omnibus, & ſingulis contentis in ultimo dictis Literis Apoſtolicis Sanctiſſimi Domini Noſtri, quæ, & quas in omnibus, & per omnia etiam ſub pœnis, & cenſuris in eis expreſſis inviolabiliter obſervari mandamus: ac ambas partes, juſtis de cauſis animum noſtrum moventibus, ab expenſis abſolvimus, & eiſdem partibus perpetuum ſilentium deſuper imponimus; ac de deponendo, & auferendo, & reſpective deferendo caputium præfatum ut ſupra, & alia quæcumque mandata deſuper neceſſaria, & opportuna decernimus, & relaxamus. Et ita dicimus, pronunciamus, declaramus, decernimus, ſententiamus, interdicimus, mandamus, abſolvimus, & relaxamus, non ſolum præfato, ſed & omni alio meliori modo &c. Ac ad majorem demonſtrationem, abundantioremque cautelam, & partium, ac aliorum notitiam, tres modulos caputii præfati ut ſupra deferendi cum mozzetta in pergameno deſignatos confici mandavimus, noſtroque ſigillo, & ſubſcriptione firmavimus, & communivimus: quorum unum Notario una cum hac noſtra ſententia in actis conſervandum, reliquos duos, unum ſcilicet cuique parti, ſive cujuſque ipſarum partium procuratori coram Notario, & teſtibus conſignavimus: ſalva tamen facultate dictum caputium augendi, & minuendi pro majoritate, & minoritate corporis, & ſtaturæ ipſorum Fratrum illud deferre debentium, dummodo forma, & proportio ſupradicta nullatenus immutetur, nec alteretur &c. Quæ quidem ſententia ſic apparet ſubſcripta, videlicet:

Ego Guid. Cardinalis Bentivolus Judex Commiſſarius Apoſtolicus.

Quam approbat, & obſervari omnino mandat, & contrafacientibus pœnas imponit.

§.3. Cum autem, ſicut accepimus, ſententia hujuſmodi debitæ exequutioni demandata numquam fuerit, nec Fratres Recollecti prædicti illi parere voluerint; Nos pro noſtri paſtoralis officii debito in præmiſſis, quantum cum Domino poſſumus, opportune providere, ac ſententiam præinſertam hujuſmodi debitæ exequutioni (ut par eſt) demandari volentes; apoſtolica auctoritate, tenore præſentium omnibus, & ſingulis Fratribus Recollectis prædictis, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, ac privationis vocis activæ, & paſſivæ, ac etiam carcerationis; illorum vero Superioribus ſub privationis officiorum per eos obtentorum, inhabilitatiſque ad illa, & alia impoſterum obtinen. pœnis diſtricte præcipien. mandamus, quatenus, Fratres videlicet præfati caputium acuminatum, quod nunc deferunt, omnino deponant, omniaque, & ſingula, quæ in Literis noſtris, & ſententia præinſertis hujuſmodi ordinantur, prompte exequantur, & adimpleant: Superiores vero præfati præmiſſa omnia obſervari curent, & faciant realiter, & cum effectu. Decernentes nihilominus irritum, & inane, ſi quid ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contraria removit.

§.4. Non obſtantibus omnibus illis, quæ in præinſertis Literis prædictis voluimus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 31. Julii 1632. An.IX.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die ultima Julii 1632. Pontificatus noſtri Anno Nono.

CDXL.

Ex Regeſt. in Secret. Brevium.

Decimam 600. mil. ducat. quam Regi Catholico conceſſit, per ipſum Clerum exigi mandat.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

DEcet Romanum Pontificem ad ea libenter intendere, per quæ gratiæ ab eo pro tempore emanatæ non ſolum ſuum, ut par eſt, ſortiantur effectum, verum etiam ut id fiat cum minori diſpendio, quantum fieri poſſit, provideatur.

Recenſet Decimam, quam Regi conceſſit a Clero perſolvendam.

§.1. Aliàs ſiquidem Nos in ſubventionem chariſſimi in Chriſto filii noſtri Philippi Hiſpaniarum Regis Catholici indiximus, & impoſuimus unam ſemel, & in præſenti anno perſolvendam Decimam, quæ in totum ad ſummam ſexcentorum millium ducat. monetæ Hiſpanicæ aſcenderet, juxta ratam a Venerabili Fratre Cæſare Patriarcha Antiocheno noſtro, & Apoſtolicæ Sedis in Regnis Hiſpaniarum Nuncio taxandam omnium fructuum, reddituum, proventuum, obventionum, jurium, emolumentorum, ac diſtributionum quotidianarum omnium Eccleſiarum Archiepiſcopalium, Epiſcopalium, Collegiatarum, Parochialium, necnon Monaſteriorum, & Conventuum, ac etiam Menſarum Abbatialium, Capitularium tam Cathedralium, & Metropolitanarum, quam quarumcumque Collegiatarum Eccleſiarum, necnon Conventualium, Prioratuum quoque, Præpoſiturarum, Præceptoriatum, Canonicatuum, & Præbendarum, Dignitatum, Perſonatuum, Admini-

miniſtrationum, etiam ſabricæ, & officiorum, cæterorumque Beoeficiorum Eccleſiaſticorum cum cura, & ſine cura ſecularium, ac Sancti Benedicti, Sancti Auguſtini, Cluniacen., Ciſtercien., Præmonſtraten., ac quorumcumqoe aliorum Ordinom utriuſque ſexos etiam Mendicantium annuos redditus habentium, tam virorum, quam mulierum, necnoo Congregatiooum Regularium, Inſtitotorum, & Societatum, etiam Societatis Jeſu, & præterea Hoſpitalium, necnon Beatæ Mariæ Theutonicorum, Sancti Jacobi de Spatha, Alcantara, Calatrava, de Avis, & Mootefia, necnoo Sancti Lazari, & aliarum quarumcumque Militiarum, exceptis tamen Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, ac Fratribus Militibus Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani, qui pro ſui tutela contra Turcas, & alios Infideles alienis ausiliis quotidie iodigent, in Hiſpaniarum Regnis, ac Inſulis Sardiniæ, Majoricæ, & Minoricæ exiſten., ac ſimiliter omnium penſionum ſoper præmiſſis aſſignatarum, & aſſignandarum percipiendam, & exigendam, a quibuſcumque Archiepiſcopis, Epiſcopis, Primatibus, Præpoſitis, Decanis, Capitulis, Canonicis, Rectoribus, Beneficiatis, Abbatibus, Prioribus, Commendatariis, Abbatiſſis, Prioriſſis, Fratribus, Militibus, & aliis quocumque nomine nuncupatis ſecularibus, & regularibus, cæteriſque cujuſcumque dignitatis, ſtatus, & conditionis esiſtentibus prædicta quocumque jure, modo, occaſione, & titulo obtineotibus, ſeu detiuentibus, & obteuturis, necnon Œconomis, & Adminiſtratoribus perpetuis, ſeu temporalibus, uſufructuariis, ac fructus, penſiones, & alia quæcumque hujuſmodi jura, & bona, es quacumque cauſa, quavis auctoritate in toto, vel in parte ſibi reſervata, aut conceſſa habentibus, & habituris ſecularibus, & regularibus Ordinum, Congregationum, Militiarum, & Hoſpitalium prædictorum, necnon ab ipſis Eccleſiis, Capitulis, Conventibus, Ordinibus, Congregationibus, Collegiis, Hoſpitalibus, Militiis, Menſis, Maſſis, & locis quocumque privilegio, & exemptione reali, perſonali, vel mixta, antiqua, & immemorabili, pacifica, & continuata ſuffultis, quos omnes (exceptis ſupradictis) Collectoribus deputandis volumus Decimam prædictam juxta dictam taxam infra annum ex tunc proximum perſolviſſe, & alias, prout in noſtris deſuper in ſimili forma Brevis espeditis Literis, quarum tenores præſentibus pro espreſſis haberi volumus, uberius continetur.

Statuit eam per ipſum... Clerum eſſe exigendam.

§.2. Cum autem credamus, quod exactio hujuſmodi Decimæ pro Philippo Rege difficilis exiſtat, & quod facilius ab ipſis ſolvere debentibus exigi poſſit, idque magis convenire judicantes, Motu proprio non ad alicujus Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, ut in qualibet Pruvincia, ſive Epiſcopatu onus colligendi, & esigendi, aut colligi, & exigi faciendi ratam Decimæ hujuſmodi quemlibet ex prædictis tangentem, idem Clerus, ſive eadem Capitula, & Collegia ipſius Provinciæ, ſeu Epiſcopatus ſuſcipiaot, & ipſas decimas per perſonas ad id idoneas, & ſufficientes ab ipſis Clero, ſeu Capitulis, & Collegiis deputandas, prout in ſubſidiorum exactionibua retroactis anois factum ſuit, exigi debeant, quodqoe perſonæ ab ipſis Clero, ſeu Capitulis, & Collegiis deputandæ onus colligendi ratam decimæ hujuſmodi omnino ſuſcipere, & Clerus univerſus ratam prædictam, prout ad eorum ſingulos ſpectat, in eorum manibus perſolvere omnino teneantur; qui poſtmodum quocumque impedimento, etiam quantumvis gravi penitus eacluſo, eamdem ratam, aut pecunias quaſcumque eo nomine exactas, & collectas Commiſſariis a prædicto Rege deputatis, ſeu deputandis realiter, & cum effectu tradaot, & conſignent omni mora, & dilatione, ac etiam impedimento, & difficultate ceſſan., & poſtpoſitis, ac etiam alias, prout in retroactis ſubſidiis exequutum fuit; & tam Clero, quam deputatis prædictis, & eorum ſingulis, ut prædicta modo præmiſſo reſpective, prout ad eorum ſiogulos ſpectat, omnino exequantor, ſub privatione quorumcumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum eum cora, & ſine cura ſecularium, & quorumvis Ordinum regularium quomodolibet qualificatorum, & nuncupatorum per eos, qui quomodolibet cootrafecerint, & parere diſtulerint, ſeu recuſaveriot, quomodolibet obtentorum, atque inhabilitatis ad illa, & alia impoſterum obtinen. per præſentes injungimus, & mandamus.

Pœnas ſolutionem negantibus imponit.

§.3. Decernentes Beneficia ipſa in eventum contraventionis hujuſmodi ſic vacan. ab omnibus libere impetrari, illaque tam per Nos, & Sedem Apoſtolicam, quam locorum Ordinarios perſonis idoneis conferri libere poſſe.

Modum has Literas publicandi præſcribit.

§.4. Cæterum, quia difficile foret, tam præſentes, quam alias ſuper præmiſſis confectas Literas ſingulis ſolvere debentibus perſonaliter intimare, volumus, & ſimiliter apoſtolica auctoritate decernimus ad effectum præmiſſum quoque intimatis prædictis aliis noſtris, & præſentibus Literis Metropolitanis, & Cathedralibus dd. Hiſpaniarum Eccleſiis tempore divinorum Officiorum per edictum ſingulos Clericos dd. Hiſpaniarum afficiat, ac ſi ſingulis ipſis Clericis perſonaliter intimatæ fuiſſent; ac pro faciliore intimatione hujuſmodi præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, mano alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides io Judicio, & extra, obique adhibeatur, quæ ipſis præſentibus originalibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ, ſeu intimatæ.

Derogat contrariis.

§.5. Non obſtantibus præmiſſis, ac omnibus, quæ in prædictis aliis Literis voluimus non obſtare.

Dat. die 24. Auguſt. 1632. An.X.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die 24. Auguſti 1632. Pontificatus noſtri Anno Decimo.

Con-

CDXII.

Confirmatio Decreti editi a Sacra Rituum Congregatione ad ſavorem Abbatum Congregationis Camaldulenſium Monachorum Ordinis Sancti Benedicti ſuper uſu Baldachini, ac ſacultate celebrandi ſolemniter in Pontificalibus.

De Congregatione Camaldulenſium lege in Conſtit. XXVII. Alexandri PP. II. Nulli delium, *Tom. II. fol.* 19.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

A S. Rituum Congr. emanavit Decretum ad favorem Abbatum Camaldulenſium.

§. 1. NUper pro parte dilecti filii Deſiderii Arigonii, ſeu Bardellonii de Mantua Procuratoris Generalis Congregationis Camaldulen. Nobis expoſitum fuit, quod aliàs a Venerabilibus Fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus Sacris Ritibus præpoſitis emanavit decretum tenoris ſobſequentis, videlicet,

Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo Domino Cardinale Columna referente ad inſtantiam P. D. Deſiderii Arigonii, ſeu Bardellonii de Mantua Procuratoris Generalis Congregationis Camaldulen. nomine Abbatum ejuſdem Congregationis, ut attenta antiqua conſuetudine ſolemniter cum Baldachino, & Aſſiſtentibus in eorum Eccleſiis celebrandi, recederetur quoad eos a decretis alias hac de re editis in cauſis Firmana 28. Januarii 1606., & Neapolitana 18. Martii 1617. Sacra Rituum Congregatio cenſuit licere Abbatibus Congregationis Camaldulen. quando ſolemniter celebrant, quod in tribus tantum (quolibet anno feſtivitatibus eis facere permittitur) uti Baldachino, ſine auro tamen, & pompa, cum aſſiſtentia unius Presbyteri, & duorum Diaconorum, ultra Diaconum, & Subdiaconum pro cantandis Evangelio, & Epiſtola, ac ſex aliorum ad ſummum Monachorum ſacris veſtibus indutorum, quorum duo aſſiſtant cum Pluvialibus, duo cum Planetis, & duo cum Tunicellis coloris tempori convenientis, & dummodo iidem Abbates nullo modo teneant Sedem Abbatialem fixam, & permanentem, ut Sedes Epiſcopalis retineri conſuevit, ſed eorum Sedes retineatur in Eccleſia his tantummodo tribus diebus per annos ſingulos, quibus Abbates ſolemniter celebraturi erunt; & dicti ſex Monachi, ut ſupra parati, non in Sedibus Choralibus, ſed ſuper Scabellis ſedeant in loco congruo, juxta Eccleſiæ convenientem ſitum ad hunc effectum tunc appoſitis panno laneo coopertis, dictis Sacræ Congregationis Decretis in cauſis Firmana, & Neapolitana editis aliàs in ſuo robore permanſuris. Die 21. Auguſti 1632.

Supplicant Pont. ut illud confirmet.

§. 2. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, dictus exponens decretum hujuſmodi apoſtolicæ noſtræ confirmationis robore communiri ſummopere deſideret.

Quod approbat, & confirmat.

§. 3. Nos illum ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus illius nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, decretum præinſertum, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus: ac omnes, & ſingulos tam juris, quam facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus.

Clauſulas pro ſervatione adjicit.

§. 4. Decernentes illud, necnon præſentes Literas valida, firma, & efficacia exiſtere, & fore, ac ab omnibus, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, inviolabiliter obſervari.

Et ita judicari ſtatuit.

§. 5. Sicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere: ac irritum, & inane, ſi quid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Ac contrariis tollit.

§. 6. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, & quibuſvis, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel alia quavis firmitate roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis, in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 15. Septem. 1632. An. X.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 15. Septembris 1632. Pontificatus noſtri Anno X.

CDXIII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Declarat Bona Monachorum Ordinis Sancti Benedicti Congregationis Hiſpaniarum, ſeu Anglicanæ, in Anglicana natione laborantium, poſt illorum obitum ſpectare ad Monaſteria Ciſmarina dicti Ordinis Congregationis Anglicanæ, in quibus profeſſi ſunt, aut quibus ſe aggregarunt.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Declaratio, de qua in Rubrica.

§. 1. CUpientes dilectis filiis Monachis Ordinis Sancti Benedicti Monaſteriorum Ciſmarinorum Congregationis Angliæ de aliquo ſubventionis auxilio providere, illoſque ſpecialibus ſavoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel

vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, de Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium adverſus hæreticam pravitatem Inquiſitorum Generalium conſilio, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium decernimus, & declaramus, Bona Monachorum dicti Ordinis Congregationis Hiſpanicæ, ſeu Anglicanæ, in Anglicana Miſſione laborantium poſt mortem eorumdem Monachorum eſſe, & haberi Monaſteriorum Ciſmarinorum Congregationis Angliæ hujuſmodi ejuſdem Ordinis, in quibus iidem Monachi, aut profeſſionem emiſerunt, vel quibus ſe aggregarunt.

Eadem lege comprehenduntur bona Monachorum extra clauſtra morientium.

§.2. Et quod nemini liceat ſub prætextu, quod prædicti Monachi moriantur extra clauſtra, vel ſub quovis alio titulo, & quaſit colore, eadem bona retinere, aut reſtitutionem eorumdem dictis Monaſteriis denegare ſub pœnis, & cenſuris eccleſiaſticis.

Clauſula.

§.3. Sicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§.4. Non obſtantibus quibuſcumque Decretis, Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, & præſertim fel. recor. Gregorii Papæ XIII. Prædeceſſoris noſtri ſuper ſpoliis Monachorum extra Clauſtra morientium edita, necnon quibuſvis dictarum Congregationum, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis & Decretis, in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptis ſtanda fides.

§.5. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique locorum habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 17. Septem. 1632. An. X.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 17. Septembris 1632. Pontificatus noſtri Anno X.

CDXIV.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Commiſſio Archiepiſcopo Arelaten.; ac Bolonien., & S. Flori, ac Maclovien. Epiſcopis, ut conjunctim procedant contra quaſcumque perſonas eccleſiaſticas contra perſonam, & Statum Regis Chriſtianiſſimi quidquam molientes.

Ven. Fratribus Archiepiſcopo Arelaten., & Bolonien., ac S. Flori, necnon Maclovien. Epiſcopis.

URBANUS PAPA VIII.

Ven. Fratres ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Regis Galliarum preces.

§.1. EXpoſuit Nobis chariſſimus in Chriſto filius noſter Ludovicus Francorum, & Navarræ Rex Chriſtianiſſimus, quodque diverſæ perſonæ eccleſiaſticæ, etiam in Abbatiali, & Epiſcopali, & alia dignitate conſtitutæ diverſimode contra ipſius Ludovici Regis perſonam, & Statum machinati fuerint, & machinantibus auxilium, conſilium, favorem tam verbo, quam re ipſa dederint, crimina graviſſima, & enormiſſima incurrendo. Quare intendens dictus Loduvicus contra machinatores, auxiliatores, conſultores, & fautores, & aliàs in præmiſſis quomodolibet delinquentes ad condignas pœnas procedi facere, Nobis humiliter ſupplicavit, ut in præmiſſis opportune providere de benignitate apoſtolica dignaremur.

Commiſſio, de qua in Rubr.

§.2. Nos igitur eumdem Ludovicum Regem a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Fraternitati veſtræ Ven. Frat. Archiepiſcope, & Epiſcopi per præſentes committimus, & mandamus, quatenus vos conjunctim procedentes, vocatis ad id, qui fuerint evocandi, de præmiſſis diligenter inquiratis, & contra omnes, ac ſingules perſonas eccleſiaſticas, etiamſi Abbatiali, Epiſcopali, ſeu Archiepiſcopali præfulgeant dignitate, via juris procedatis, & culpabiles repertos, per ſententiam definitivam, ſeu ſententias definitivas, quatenus privationi ſit locus, omnibus, & ſingulis eccleſiaſticis beneficiis, & dignitatibus tam ſecularibus, quam regularibus quovis modo nuncupatis, etiamſi Monaſteria, Prioratus, Conventuales Eccleſiæ, Cathedrales, & Metropolitanæ, aut etiam majores fuerint, auctoritate noſtra, prout juris fuerit, privetis, & privatos declaretis, ac aliàs juxta juris ordinem, tam contra eorum omnium, & ſingulorum bona, quam contra perſonas animadvertatis. Nos enim vobis etiam per edictum publicum citandi, & inhibendi, aliaque circa præmiſſa neceſſaria,

ſaria, & opportuna faciendi, exercendi, & exequendi, plenam, & liberam, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium concedimus facultatem.

Derogatio contrariorum. §.3. Non obſtantibus præmiſſis, necnon Apoſtolicis, ac in univerſalibus, & generalibus, necnon provincialibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac Eccleſiarum, Monaſteriorum, Prioratuum, Conventualium, & Ordinum, ac Hoſpitalium, etiam Sancti Joannis Hieroſolymitani, & aliorum Piorum Locorum quorumcumque, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis Eccleſiis, Monaſteriis, Hoſpitalibus, & aliis Locis Piis quibuſcumque, eorumque Præſulibus, Abbatibus, Prioribus, & aliis Superioribus, & perſonis, etiam Magno Magiſtro, Conventui, & Fratribus Militibus dicti Hoſpitalis Sancti Joannis, in contrarium quomodolibet per Sedem Apoſtolicam, aut aliàs quomodolibet conceſſis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, harum ſerie ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Archiep. facultas conceditur uno impedito Epiſcopo alium ſubſtituendi. §.4. Volumus autem, & apoſtolica auctoritate decernimus, quod Tu Frater Archiepiſcope in eventum abſentiæ unius, ſeu plurium ex prædictis Venerabilibus Fratribus noſtris Epiſcopis, quibus præſentes directæ reperiuntur, aut illis legitime impeditis, ſeu procedere renuentibus, ſeu differentibus, alium, vel alios Epiſcopum, ſeu Epiſcopos illarum partium, abſentium, vel impeditorum, aut procedere recuſantium, ſeu differentium loco eligere poſſis, cum quibus conjunctim, ut præfertur, circa præmiſſa omnia, & ſingula, etiam uſque ad definitivas ſententias incloſive procedere poſſis.

Dat. die 8. Octobr. 1632. An. X. Datum in Arce Gandolphi Albanen. Diœceſis ſub Annulo Piſcatoris, die octava Octobris 1632. Pontificatus noſtri Anno Decimo.

CDXV.

Erectio Officii Advocati Pauperum in Urbe cum conceſſione facultatum.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium. EX commiſſi Nobis per abundantiam divinæ gratiæ paſtoralis officii munere ad ea, per quæ pauperum, & egenarum perſonarum cauſæ agantur, & defendantur, paterna, qua tenemur charitate, libenter intendimus, ac deſuper officii noſtri partes favorabiliter interponimus, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

§.1. Aliàs ſiquidem, ſicut accepimus, de anno 1538. tunc exiſtentes Cameræ Almæ Urbis noſtræ Conſervatores Officium Dohanerii Dohanæ pecudum certo tunc expreſſo modo vacans quondam Agapito de Magiſtris tunc in humanis agenti ad ejus vitam dumtaxat conceſſerunt; & ſubinde etiam de anno 1562. tunc ſimiliter exiſtentes dictæ Cameræ Conſervatores Officium prædictum eidem Agapito in perpetuum pro ſe, ac omnibus, & ſingulis hæredibus ſuis etiam extraneis ſimiliter conceſſerunt; idemque Agapitus ſecundo dictam conceſſionem hujuſmodi per fel. rec. Pium Papam Quartum Prædeceſſorem noſtrum confirmari obtinuit, prout in ipſius Pii Prædeceſſoris, ac patentibus dictorum Conſervatorum Literis deſuper expeditis, plenius continetur. Alias Conſervatores Officium Dohanerii Dohanæ pecudum inſtituerunt.

§.2. Cum autem Nos pauperum perſonarum dictæ Urbis ſtatui compatientes, eiſdem de aliquo Advocato, per quem earum cauſæ agi, & defendi valeant, providere intendamus: Idcirco motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris Officium prædictum, quod, ut etiam accepimus, dilectus filius Octavius Pierleonus Romanus quondam Herſiliæ de Magiſtris natus ad præſens in vim prædictæ conceſſionis perpetuæ, & facultatem illud alienandi obtinet, omnemque illius ſtatum, eſſentiam, & dependentiam, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium de expreſſo ipſius Octavii conſenſu perpetuo ſupprimimus, & extinguimus. Illud ſuppreſſit Urbanus.

§.3. Præterea unum Officium Advocati Pauperum nuncupan. ejuſdem Urbis, quod pro tempore obtinens Civis Nobilis Romanus eſſe, & a dilecto filio nobili viro Thaddeo Barberino Principe Præneſtino noſtro ſecundum carnem ex fratre germano nepote moderno, & pro tempore exiſtente Urbis Præfecto nominari, ac pauperum, & miſerabilium perſonarum ad ſe recurrentium cauſas agere, tueri, & defendere debeat, ac in habitu ſeculari, ſeu clericali, prout ei libuerit, incedere poſſit, ac aliàs cum omnibus, & ſingulis facultatibus, auctoritatibus, privilegiis, prærogativis, honoribuſque, & oneribus ſimilibus Advocatis quomodolibet competen., ac aliàs ſolitis, & conſuetis, eiſdem auctoritate, & tenore erigimus, & inſtituimus. Et officium Advocati Pauperum inſtituit.

Illique

Digitized by Google

Eique ſuppreſſi Officii redditus applicat. §.4. Illique ſic erecto, & inſtituto pro ejus dote, illudque pro tempore obtinentis congrua ſuſtentatione omnia, & ſingula dicti Officii ſic per Nos ſuppreſſi fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, & emolumenta quæcumque in quibuſvis rebus conſiſten., & undecumque provenien. perpetuo concedimus, & aſſignamus, ac applicamus, & appropriamus.

Illudq; Octavio Pier Leoni confert. §.5. Inſuper Officium hujuſmodi ſic per præſentes erectum, tamquam a primæva illius erectione vacans, cum omnibus, & ſingulis fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, & emolumentis quibuſcumque per Nos, ut ſupra conceſſis, & aſſignatis, eidem Octavio, de cujus fide, prudentia, doctrina, pietate, & integritate plurimum in Domino confidimus, eiſdem auctoritate, & tenore, quoad viserit, concedimus, & aſſignamus.

Clauſulas neceſſarias, ac præſervativas addit. §.6. Mandantes propterea omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, ut prædicto Octavio, ejuſdemque in Officio Advocati Pauperum hujuſmodi ſucceſſoribus de omnibus, & ſingulis fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, & emolumentis prædictis ſuis congruis temporibus reſpondeant, ac reſponden. curent, & faciant; Ac decernentes præſentes Literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod in præmiſſis intereſſe habentes, vel habere prætendentes ad id vocati, & auditi non fuerint, nec præmiſſis conſenſerint, aut aliàs quovis prætextu de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel alio quopiam defectu notari, impugnari, invalidari, in jus, vel controverſiam vocari, aut ad viam, & terminos juris reduci, ſeu adverſus illa quodcumque juris, gratiæ, vel facti remedium impetrari nullatenus poſſe, ſed ſemper valida, firma, & efficacia exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac iis, quos concernunt, & concernent quomodolibet in futurum, in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari: Sicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, & quoſvis alios, quavis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Obſtantia tollit. §.7. Non obſtantibus fel. rec. Pii Papæ Quarti Prædeceſſoris noſtri de gratiis qualecumque intereſſe Cameræ Apoſtolicæ concernen. in eadem Camera infra certum tunc expreſſum tempus præſentandis, & regiſtrandis, & quibuſvis aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Regula noſtra de jure quæſito non tollendo, ac dictæ Urbis, & quibuſvis aliis, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis Urbi, & Conſervatoribus prædictis, & quibuſvis aliis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, & decretis in genere, vel in ſpecie, aut aliàs in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum in Arce Gandulphi ſub Annulo Piſcatoris die 15. Octobris 1632. Pontificatus noſtri Anno Decimo. Dat. die 15. Octob. 1632. An.X.

CDXVI.

Prohibitio ne Fratres Carmelitę Calceati de Obſervantia in Belgio, & Siciliæ Provinciis geſtent habitum per Fratres ejuſdem Congregationis Diſcalceatorum geſtari ſolitum, nec ſe Fratres Carmelitas Reformatos Sanctæ Thereſiæ vocitent, aut ſubſcribant.

Carmelitarum Regulam a S. Alberto Hieroſolymitanæ Eccleſiæ Patriarcha traditam approbavit Honor. III. ut in ejus Conſtitut. LXXVIII. Ut vivendi. *To. III. fol.* 242. *Diſcalceatorum vero tam virorum, quam Monialium Congregationem approbavit Gregor. XIII. Conſtitut. CXXI.* Pia conſideratione. *Tom. IV. Par. III. fol.* 448. *Canonizationem autem Sanctæ Thereſiæ habes in Gregorii XV. Conſtit. LII.* Omnipotens. *Tom. V. Par. V. fol.* 17. *Vide etiam in Conſtitut.* Inter cæteras *hujus Pontificis, ut infra.*

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium. ROmanus Pontifex in Sede Principis Apoſtolorum a Domino conſtitutus, ex incumbenti ſibi munere ad ea potiſſimum mentis ſuæ aciem aſſidue intendit, per quæ Chriſtifideles divinis obſequiis ſub ſuavi religionis jugo, & ſtrictioris obſervantiæ regulis mancipati proſpere dirigi valeant: & ſi aliquæ unquam ſubrepunt corruptelæ, paſtorali vigilantia eliminentur, ut regulares ipſæ perſonæ in pacis amœnitate vota ſua Domino reddant, & felicioribus in dies proficiant incrementis.

§.1. Cum itaque, ſicut dilectus filius Pro-

Carmelitæ Calceati in Belgio, & Siciliæ habitum mutarunt, & ſe Carmelitas Reformatos S. Thereſiæ vocari faciunt.

Procurator generalis Fratrum Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo Diſcalceatorum nuncupatorum Congregationis Sancti Eliæ Nobis nuper exponi fecit, nonnulli religioſi Carmelitæ Calceati de Obſervantia nuncupati, in Belgio exiſtentes habitum per Fratres ejuſdem Congregationis Diſcalceatorum geſtari ſolitum, & per eos ſuſceptum, vel eidem ſimilem, cum gravi Fratrum Diſcalceatorum Congregationis hujuſmodi damno, a primæva ſui forma mutaverint, & variaverint, malumque hujuſmodi in aliis etiam, & præſertim Siciliæ Provinciis ſerpere cœperit; quin etiam fratres Carmelitæ Calceati hujuſmodi ſe Carmelitas reformatos Sanctæ Thereſiæ vocitent, & ſubſcribant, in grave ipſorum Fratrum Diſcalceatorum detrimentum, & ſcandalum plurimorum.

Pont. id prohibet ſub pœnis hic expreſſis.

§.2. Nos pro muneris noſtri debito huic malo de opportuno remedio, per quod Fratrum Calceatorum præfatorum temeritas compeſcatur, quantum cum Domino poſſumus providere, ac Fratrum Diſcalceatorum Congregationis hujuſmodi, quam in viſceribus gerimus charitatis, proſpero, felicique ſtatui, & directioni conſulere volentes, de Ven. fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Regularium præpoſitorum conſilio, motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnibus, & ſingulis Fratribus Carmelitis Calceatis de Obſervantia nuncupatis prædictis, ſub excommunicationis majoris latæ ſententiæ, ac privationis vocis activæ, & paſſivæ, & quoad illorum Superiores, etiam ſuſpenſionis ab officiis, per eos obtentis, ipſo facto incurrendis pœnis diſtricte præcipiendo mandamus, ut habitum regularem uniformem, & per eos antea ſuſceptum, juxta Congregationis eorumdem Carmelitarum Calceatorum de obſervantia hujuſmodi communi ſtatuta deferant, nec illum ullo umquam tempore mutare, vel variare audeant, vel præſumant, abſque ſpeciali hujus Sanctæ Sedis licentia.

Geſtantibus talem habitum, terminum aſſignat ad illum deponendum.

§.3. Iis vero, qui eumdem habitum, ut ſupra motarunt, vel quoquo modo variarunt, ſub eiſdem cenſuris, & pœnis, ut præfertur, incurren. ſimiliter mandamus, ut intra duorum menſium ſpatium poſt publicationem præſentium, eumdem habitum, prout antea deferebant, & quem communis uſus, juxta univerſalia ſtatuta Congregationis Fratrum Carmelitarum Calceatorum de obſervantia hujuſmodi, reaſſumere omnino debeant, & teneantur, neque ſe Carmelitas reformatos Sanctæ Thereſiæ, vel Beatæ Thereſiæ nominent, vel ſubſcribant.

Executores deputat.

§.4. Quocirca Ven. Fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, cæteriſque locorum Ordinariis in prædictis, & aliis Provinciis, & locis, ubi opus fuerit, conſtitutis per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi & quando opus fuerit, & quoties deſuper fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, ac in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, Fratres Calceatos de Obſervantia hujuſmodi ad præſentes literas, omniaque & ſingula in illis, ut ſupra, contenta, & ordinata plene obſervanda, & adimplenda ſub pœnis prædictis cogant, & compellant invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis.

Clauſulas præſervativas ponit.

§.5. Decernentes, eaſdem præſentes literas etiam ex eo, quod intereſſe in præmiſſis habentes ad id vocati, citati, & auditi non fuerint, vel aliàs quovis prætexto, vel cauſa de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel alio quopiam defectu notari, impugnari, retractari, aut in jus, vel controverſiam vocari nullatenus umquam poſſe; ſed illas ſemper validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, atque ab omnibus, ad quos ſpectat, inviolabiliter obſervari.

Clauſulam ſublata addit.

§.6. Sicque & non aliter per quoſcumque Judices ordinarios, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, ac Sedis Apoſtolicæ Nuntios, in quavis cauſa, & inſtantia ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & definiri debere: ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contraria tollit.

§.7. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, ac quatenus opus ſit, ordinis prædicti, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis & literis apoſtolicis Fratribus Carmelitis Calceatis præfatis, illorumque Superioribus, & perſonis, ac quibuſvis aliis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, ac irritan. & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, etiam motu, & ſcientia ſimilibus, ac aliàs in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, eorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Exemplis credi imperat.

§.8. Volumus autem, quod præſentibus literis, ac omnibus in eis contentis nullatenus derogetur, aut derogatum ſit, vel eſſe cenſeatur, niſi de eis ſpecialis & ſpecifica, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio fiat, quodque præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, aut ſigillo alicujus perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ.

Dat. P. A. 10. die 1. Inc. — Dat. Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris, die 11. Decembris 1632. Pontificatus noſtri anno X.

CDXVII.

Ex regeſt. in Secret. Brev. — Diſmembratio ab Eccleſia Sarſinaten Fodinarum Sulphurii, & Juris Sulphurum hujuſmodi in nonnullis locis effodiendi, ac Applicatio Sedi Cameræ Apoſtolicæ.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cauſæ faciendæ Diſmembrationis. — §.1. CUm, ſicut accepimus, Eccleſia Sarſinaten. per obitum illius ultimi Epiſcopi extra Romanam curiam defuncti Paſtoris ſolatio deſtituta ſit, & Epiſcopi Sarſinaten., qui pro tempore fuerunt, inter alia bona ad menſam epiſcopalem Eccleſiæ Sarſinaten ſpectantia, diverſas fodinas, ſeu foveas ſulphuris, ac jus ſulphur in nonnullis Diœceſis Sarſinaten. locis effodiendi hactenus poſſederint, & menſa epiſcopalis prædicta poſſideat ad præſens, fodinis, vero, ſeu foveis, ac jure ſulphur hujuſmodi effodiendi Camera noſtra Apoſtolica, pro ſuis neceſſitatibus maxime indigeat eiſdem foveis, ſeu fodinis ſulphureis, ac jure ſulphur hujuſmodi effodiendi a dicta menſa epiſcopali diſmembratis, & ſeparatis Epiſcopus Sarſinaten ex ejuſdem menſæ epiſcopalis fructibus, redditibus, & proventibus, juribus, obventionibus, & emolumentis, tantum percipiat, quantum ad congruam ejus ſuſtentationem, & pontificalis dignitatis exigentiam juxta Concilii Tridentini decreta ſufficiat.

Diſmembratio, de qua in Rubrica. — §.2. Nos præmiſſis, & aliis Juſtis de cauſis animum noſtrum moventibus, motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, foveas ſive fodinas ſulphuris, ac jus ſulphur hujuſmodi effodiendi ad menſam epiſcopalem prædictam, ut perfertur ſpectantem præſentium perpetuo ſeparamus, & diſmembramus, illaque ſic ſeparata, & diſmembrata, Sedi, & Cameræ Apoſtolicæ, ita quod liceat ejus Theſaurario, ſeu Commiſſario generali, vel alio, ſeu aliis ad id a nobis mandatum habentibus, corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem fodinarum, ſeu fovearum, earumque jurium, & pertinentiarum hujuſmodi prædicti Epiſcopi Sarſinaten. ſeu alterius cujuſvis licentia deſuper minime requiſita propria auctoritate, apprehendere, & retinere, & abſque eo quod propterea menſa epiſcopalis prædicta, ſeu futuri Eccleſię Sarſinaten. Præſules, vel Adminiſtratores quicquam a Sede, & Camera prædictis pro recompenſa, ſeu alia quavis ſolutione prætendere poſſint, aut debeant, earumdem tenore præſentium perpetuo applicamus, & appropriamus.

Clauſulæ. — §.3. Decernentes ſeparationem, & diſmembrationem, applicationem, & appropriationem prædictas etiam ex eo, quod cauſæ, propter quas factæ ſunt, adductæ, ſeu verificatæ, vel aliàs juſtificatæ non fuerint, aut quod dicta Eccleſia Sarſinaten. ad præſens paſtoris ſolatio deſtituta ſit, ut præfertur, & Epiſcopus Sarſinaten, , ſeu quicumque alii jus, & intereſſe in præmiſſis, vel eorum aliquo habentes, ſeu prætendentes illis non conſenſerint & ad ea vocati, neque ſolemnitates, & alia ſervanda & adimplenda, ſervata, & adimpleta fuerint, ſeu etiam enormis, & enormiſſimæ læſionis, ac ex quovis alio capite a jure vel facto, ſeu ſtatuto, aut conſuetudine, vel alias quomodolibet reſultan., ſeu prætextu, cauſa, & occaſione etiam quantumvis juſta rationabili, & prævilegiata, etiam tali quæ ad effectum validitatis præmiſſorum exprimen. foret de ſubreptionis, ſeu obreptionis, vel nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel intereſſe habentium conſenſus, ſeu alio quocumque defectu notari, impugnari, invalidari, retractari, reſcindi, infringi, in jus vel controverſiam vocari, aut adverſus illa etiam reſtitutionis in integrum, ſeu quodvis aliud juris, gratiæ, vel facti remedium impetrari, aut etiam motu proprio concedi, aut ſic impetrato, vel conceſſo quemquam uti, ſed adverſus quaſcumque impugnationes, & impedimenta validas, & efficaces eſſe, & fore, ac ſuos plenarios, & integros effectus ſortiri in omnibus, & per omnia perinde ac ſi vocatis, vocandi, & ſervatis ſervand, emanaſſet, ac per futuros Eccleſiæ Sarſinaten. Præſules, ſeu Adminiſtratores pro tempore exiſtentes, cæteroſque omnes, & ſingulos jus, & intereſſe habentes, ſeu habere prætendentes inviolabiliter, & inconcuſſe obſervari, & adimpleri debere, neque ipſos jus, vel actionem, aut beneficium reſtitutionis in integrum, Judicis officium, ſeu quæcumque alia juris remedia, ordinaria, & extraordinaria, tam in petitorio, quam in poſſeſſorio etiam ſummariſſimo prætendere poſſe, ſicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, Cameræ Apoſtolicæ Clericos, ac S. R. E. Cardinales Camerarios, etiam de latere Legato & Nuncios ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, ac definiri debere, ac irritum quoque, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obſtantibus præmiſſis, ac regula noſtra de Jure quæſito non tollendo, nec non quibuſvis aliis conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis d. Eccleſiæ Sarſinaten. etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, necnon legibus etiam municipalibus, privilegiis quoque, indultis, & literis apoſtolicis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis aliiſque efficacioribus, & inſolitis, clauſulis aliiſque decretis, tam in genere, quam in — Derogatio Contrariorum.

ſpecie,

ſpecie, ac aliàs in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione aliàs de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret illorum omnium, & ſingulorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata exprimerentur, & inſererentur præſentibus pro plene & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis, & ſpecificatis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe, ac latiſſime, & pleniſſime derogamus, & derogatum eſſe volumus, & declaramus cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. 5. Decembr. 1632. An. X. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris Die quinta Decembris 1632. Pontificatus Noſtri Anno X.

CDXVIII.

Erectio reformationis Provinciæ Auſtriæ Fratrum Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam:

Proœmium. IN Apoſtolicæ dignitatis ſpecula, meritis licet imparibus, a Domino conſtituti, circa ſtatum Religioſorum quorumcumque, præſertim ſub ſtrictioris obſervantiæ Regulis altiſſimo famulantium proſpere dirigendum mentis noſtræ aciem aſſidue intendimus, atque his, quæ pro felici ſtatu, & directione facta fuiſſe dicuntur, ut firma perpetuo ſubſiſtant, & inviolabiliter obſerventur, apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus, prout pia Catholicorum Principum vota expoſcunt, Noſque conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Cauſæ hujus Conſtit. §.1. Cum itaque, ſicut chariſſimus in Chriſto filius noſter Ferdinandus Romanorum Rex in Imperatorem electus Nobis nuper exponi fecit, aliàs in Domibus Regularibus dilectorum filiorum Fratrum ordinis Minorum ſancti Franciſci de obſervantia Reformatorum nuncupatorum Provinciæ Auſtriæ, opera Dilecti filii Antonii a Galbiato, tunc dicti Ordinis in illis partibus Commiſſarii Generalis, Reformatio introducta fuerit, dictique fratres uberes in vinea Domini fructus afferant, & propterea quo uberiores ſub hujuſmodi reformatione in pacis amœnitate fructus Domino reddere valeant, per Nos deſuper, ut infra opportune provideri ſummopere deſideret.

Confirmatio Reformationis. §.2. Nos piis dicti Ferdinandi Regis in Imperatorem electi votis hujuſmodi, quantum cum Domino poſſumus, annuere volentes, ſupplicationibus, ejus nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati, reformationem in domibus regularibus dictæ Provinciæ Ordinis hujuſmodi, ut præfertur, introductam, cum iiſdem privilegiis, gratiis, & indultis, modo, & forma, quibus ſimilem reformationis introductionem in Provinciis Bavariæ, & Tirolii, aliàs apoſtolica auctoritate confirmavimus, illique inviolabilis apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes, & ſingulos, tam juris, quam facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus.

§.3. Decernentes præmiſſa, ac præſentes literas, valida, firma, & efficacia exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, atque ab omnibus, ad quos ſpectat; & in futurum ſpectabit, inviolabiliter obſervari; & ita per quoſcumque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Decretum irritans.

Contrariis derogat. §.4. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, & quatenus opus ſit, dicti Ordinis etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, eorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

D. P. An. 10. die 11. Dec. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die 11. Decembris 1632. Pontificatus noſtri Anno decimo.

CDXIX.

Declaratio Privilegiorum Congregationis Clericorum Regularium Papienſium de Somaſca, quoad Oratoria privata.

Clericorum Regularium de Somaſca Congregationis erectio, & Privilegia habentur in Conſtit. CV. Pii V. Tom. IV. Par. III. Qui eos ſic appellari juſſit, ibid. §.8. fol. 50.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Tenor literarum Pauli V. refertur. ALiàs fel. rec. Paulus Papa V Prædeceſſor noſter inter alia privilegia Congregationi Clericorum Regularium de Somaſca aliàs S. Maioli nuncupatorum Papienſium conceſſit, ut ſinguli Presbyteri Profeſſi dictæ Congregationis omnibus, & quibuſcumque perſonis degentibus, & commorantibus in Orphanotrophiis, Seminariis, Academiis, & Convictorum Collegiis, ſub cura, regimine, & adminiſtratione dictæ Congregationis exiſtentibus extremæ-Unctionis, necnon etiam tempore

Paſchatis, Reſurrectionis Dominicæ feſtivitatis Sanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramenta, abſque aliquo cenſurarum, & pœnarum incurſu miniſtrare poſſent, prout in dicti Pauli prædeceſſoris literis deſuper confectis, quarum tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus, plenius continetur.

Cauſæ hujus Conſtitutionis.

§.1. Cum autem, ſicut dilectus filius Franciſcus Tontulus Procurator generalis dictæ Congregationis Nobis nuper exponi fecit, a nonnullis locorum Ordinariis revocetur in dubium, an per ſupradictam conceſſionē Præsbyteris prædictis implicite etiam conceſſa ſit licentia, privata oratoria in Orphanotrophiis, Seminariis, Academiis, & Convictorum Collegiis hujuſmodi, præſertim dictæ Congregationis non propriis habendi, in eiſque Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium etiam extra tempus Paſchatis celebrandi: Nubis propterea dictus Procurator generalis humiliter ſupplicari fecit, ut dubium hujuſmodi opportunæ noſtræ declarationis miniſterio e medio tollere de benignitate apoſtolica dignaremur.

Declarat poſſe habere oratoria, & in eis celebrare.

§.2. Hinc eſt, quod nos dictum Procuratorem generalem, totamque ipſam Congregationem ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & ejus ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, eidem Congregationi, quod ipſa in Orphanotrophiis, Seminariis, Academiis, & Convictorum Collegiis hujuſmodi, etiam non propriis dictæ Congregatioois, ſub ejus tamen cura, regimine, & adminiſtratione exiſtentibus Oratoria privata habere, ipſiuſque Congregationis Presbyteri profeſſi in eis Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium in perſonarum in dictis Orphanotrophiis, Seminariis, Academiis, & Convictorum Collegiis degentium, & commorantium præſentia, tam intra, quam extra tempus Paſchatis, Reſurrectionis Dominicæ feſtivitatis hujuſmodi celebrare libere, & licite poſſint, & valeant, apoſtolica auctoritate tenore præſentium declaramus, ac quatenus opus ſit, eis de novo concedimus, & indulgemus.

Contrariis derogat.

Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. P. A 10, die 24. Dec.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die 22. Decembris 1632, Pontificatus noſtri Anno decimo.

CDXX.

Facultas Cardinali Franciſco Barberino, modum, & ſtatum officiorum, magiſtratuum, tam Optimatum, quam Populi, & gubernii temporalis in Civitatibus, & Locis Status Urbini ad Sedem Apoſtolicam devolutis, ac etiam cuſtodiæ, militiarumque, ad formam & methodum regiminis, & gubernii aliorum locorum Status Eccleſiaſtici redigendi, & Comites Palatinos, atque auratæ militiæ Equites, uſque ad quemcumque numerum creandi,

Ex regeſt. in Secret. Brev.

Dilecto filio noſtro Sancti Laurentii in Damaſo Diacono Cardinali Barberino nuncupato S. R. E. Vicecancellario noſtro ſecundum carnem ex fratre germano nepoti in Urbinaten. Eugubin., Piſauren., ac reliquis Civitatibus, & oppidis noſtro incorporationis decreto comprahenſis, & ad dictam Sedem devolutis noſtro, & Sedis Apoſtolicæ de latere legato.

URBANUS PAPA VIII.

Dilecte fili noſter ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Cauſæ concedendæ facultatis.

§.1. Quoniam in regimine Urbinaten., Eugubin., Piſauren., & reliquarum Civitatum, & Oppidorum aliorumque locorum quorumcunque per obitum b. me. Franciſci Mariæ Urbini Ducis ad Sedem apoſtolicam devolutorum, & univerſæ ditioni temporali Sedis prædictæ noſtro decreto incorporatorum per nos ſingulari tuæ fidei, atque prudentiæ hodie commiſſo propter diverſitatem gubernii Ducalis, ſub quo Civitates, oppida, & loca hujuſmodi hactenus recta fuerunt, & Eccleſiaſtici ſub quo deinceps erit, multa contingere poſſunt, quæ in facultatibus legationis Civitatum, oppidorum, & locorum eorumdem non ſunt expreſſa, ac ſpeciali nota digna eſſent.

Facultas, de qua in Rubrica.

§.2. Nos ne propterea Civitates, Oppida, & loca hujuſmodi aliquod patiantur detrimentum, ſed ut tu omnia, quæ ad proſperum, ac felix regimen illorum pertinent dirigere, ſtatuere, & de novo, etiam in caſibus, in quibus oportebit, & tu expedire judicaveris, ordinare poſſis, opportune providere volentes ultra quaſcumque alias facultates ſupradictas, quarum tenorem præſentibus pro expreſſis haberi, & quas ſemper ſalvas, & illæſas eſſe volumus, circumſpectioni tuæ, cujus ſingolari prudentia, fidei, & diligentiæ graviſſimis in negotiis tenes probatæ plane confidere, ac omnia tuto committere, & credere poſſumus modum, & ſtatum Officiorum, Magiſtratuum tam Optimatum, quam populi, & gubernii temporalis, ac etiam cuſtodiæ, militiarumque, & præſidiorum Civitatum, Oppidorum, & Locorum prædictorum, prout tibi videbitur immutare, & renovare, & ad for-

formam, & methodum regiminis, & gugernii, aliorumque Provinciarum, Terrarum, & Locorum Status noſtri Eccleſiaſtici redigere, ſeu alias juxta tuam prudentiam, & arbitrii tui voluntatem tam præmiſſa, quam etiam redditus, & proventus Cameræ noſtræ Apoſtolicæ, eorumque exactiones diſponere, & ordinare, ac quæcumque ſtatuta, ordinationes, & conſtitutiones circa præmiſſa, & alia quæcumque, prout tu magis expedire judicaveris, condere, publicare, & obſervare facere, nec non omnia, & ſingula, ad ſtatum, gubernium, regimen, & adminiſtrationem Civitatum, Oppidorum, & Locorum prædictorum, atque cuſtodiam arcium, & fortalitiorum nec non populorum pacem, & quietem, & annonæ abundantiam ſpectan., ac tam gratiam, quam juſtitiam concernentia, etiam ſi talia forent, quæ ſub generali verborum ſignificatione non venirent, ſed ſpecialibus indigerent vocabulis, ac ſpeciali nota digna eſſent facere, gerere, ordinare, ſtatuere, mandare, exequi, & facere perinde in omnibus, & per omnia poſſis, valeas, & debeas, ac nos ipſi facere, gerere, ordinare, ſtatuere, mandare, exequi, & facere poſſemus plenissimam, ampliſſimam, & abſolutam facultatem, poteſtatem, & auctoritatem, apoſtolica auctoritate ten. præſentium concedimus, & impartimur.

Quidquid Card. Barberinus ſtatuerit, ſe confirmaturũ Pontifex promittit.

§.3. Et nihilominus ſi aliqua per te fieri, ſtatui, & ordinari contigerit, quæ tibi ſub generali hujuſmodi facultate minime comprehendi judicabuntur, ea nos prout tu ad nos retuleris nominatim omnia confirmabimus, & approbabimus.

Indultum creandi Comites Palatinos, & Equites auratæ Militiæ.

§.4. Prætera ut in hujus tui regiminis initio erga illos, qui ſe in Nos, & Apoſtolicam Sedem devotos, & fideles exhibuerunt noſtram, & ejuſdem Sedis munificentiam magis oſtendere, teque gratum, & benevolum, ut decet, reddere poſſis facultatem creandi aliquos laicos nobiles uſque ad numerum quindecim in Palatii, & Aulæ Lateranen. Comites, & Auratæ Militiæ æquites per alias noſtras literas tibi conceſſam, uſque ad quemcumque numerum tibi beneviſum auctoritate, & tenore prædictis concedimus, & ampliamus. Non obſtantibus quibuſcumque conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. 21. Januarii 1633. An.X.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 21. Januarii 1633. Pontif. Noſtri Anno X.

CDXXI.

Fratres Minores Strictioris Obſervantiæ Sancti Franciſci introducuntur in Monaſteriis S. Claræ, & S. Mariæ Magdalenæ Neapolis.

Iſtorum Fratrum materiam habes ſignatam ad hujus Pontificis Conſtit. XL. Romanus Pontifex *Tom.V. Par.V. fol.* 196.

Dilecto filio noſtro Franciſco S. Laurentii in Damaſo Diacono Cardinali Barberino nuncupato S. R. E. Vicecancellario, noſtro ſecundum carnem ex fratre germano Nepoti, Fratrum Ordinis Minorum S. Franciſci de Obſervantia apud Nos, & Apoſtolicam Sedem Protectori.

URBANUS PAPA VIII.

Dilecte fili noſter ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Motiva hujus Conſtit.

§.1. Ex dignis, & rationalibus cauſis animum noſtrum moventibus circumſpectioni tuæ totius Ordinis Minorum S. Franciſci de Obſervantia Protectori per præſentes injungimus, ut ſemotis a Monaſterio, & Eccleſia Monaſteriorum Monialium S. Claræ, & S. Mariæ Magdalenæ Civitatis Neapolitanæ Fratribus Ordinis Minorum de Obſervantia S. Franciſci, ſi qui nunc ſunt, eorum loco, & vice pro hujuſmodi Eccleſiarum ſervitio, ac Monialium cura ſpeciali nonnullos Religioſos Profeſſores dicti Ordinis ex reformatis nuncupatis Provinciarum Romanæ, Siciliæ, ultra Pharum, & Mediolanenſis, provectæ ætatis, exemplaris vitæ, bonæ famæ, atque doctrinæ, quotquot neceſſarii erunt, Neapolim proficiſci, & ibi permanere jubens, eiſque, ſeu aliquibus ex ipſis ſingulo ſaltem triennio mutandis, poſtquam ab Ordinario pro tempore examinati, & approbati fuerint, & non aliter, auctoritate noſtra mandes, ut regimen ſpirituale, & curam animarum earumdem monialium S. Claræ, & S. Mariæ Magdalenæ ſuſcipiant, & deinceps, ſicuti ſperamus, laudabiliter exerceant, eiſdemque Monialibus, ut ipſis Fratribus pareant, & obediant, diſtricte præcipias ſub cenſuris, & pœnis arbitrio tuo infligendis, quod a te diligenter fieri cupimus, itant diligentiam, & pietatem tuam in hoc merito collaudare poſſimus.

Deputat Fratres Reformat. pro ſervitio Monialium.

Archiep. habet juriſdict. ordinariam.

§.2. Volumus tamen, ut Venerabili Fratri Archiepiſcopo Neapolitano nunc, & pro tempore exiſtenti ſalvum, & reſervatum ſit omne jus, tam ex juris communis diſpoſitione, quam ex Sacri Concilii Tridentini Decretis ſuper hujuſmodi Monialium Monaſteriis Regularium curæ commiſſis, præſertim in his, quæ ad clauſuræ cuſtodiam pertinent, competens, itaut facultas concedendi licentias quibuſcumque perſonis cujuſvis ſtatus, conditionis, & Ordinis etiam Regularibus, præterquam ſupradictis Religioſis prædictarum Monialium ſpeciali curæ

Digitized by Google

curæ, ut ſupra, deputatis, tam ingrediendi Monaſterii elauſuram, etiam ex cauſa urgenti, & neceſſaria, quam accedendi ad loca eolloquutionom, ad eumdem Ordinarium ſpectet, quibus ſane licentiis anteqoam eaequutioni demandentur, Superioris Regularis prædictorum fratrum Reformatorum ejuſdem Monaſterii conſenſos aecedat, contrariis non obſtantibos quibuſcumque.

Dat. die 13. Febr. 1633. An.X.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſeatoris, die 13. Februarii 1633. Pontificatus noſtri anno deeimo.

CDXXII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Coofirmatio Literarom Clementia Octavi ſuper ſpoliis Cleri Civitatis Aveoioneo., & Comitatus Veoayſſini.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Preomium.

SPeculatores Domus Iſrael, quæ eſt Eeclesia Dei viventis in perſeruabili ejus providentiæ conſilio conſtituti inter eæteras apoſtolicæ ſervitutis eoras, in cam peeuliari ſtudio iocumbimus, ut quæ in perſonarum eceleſiaſticarum favorem ab hae Sancta Sede eonceſſa ſunt, ſublatis quibuslibet obſtaculis, ſuum debitum, ut par eſt, ſortiantor effectom.

Refert literas emanatas a Clem.VIII.

§.1. Aliàs ſiquidem a felicis recordationis Clemeote Papa Octavo Prædeceſſore noſtro emanarunt literæ tenoris ſubſequentis videlicet. Clemeos Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam. Regimini oniverſalis Eeclesiæ, meritis lieet imparibus diſponente Domino præſidentes inter fideles quoslibet, præſertim Eeclesiarum Dei miniſtros, aliaſque perſonas eceleſiaſticas ad invicem pro tempore diſſidentes pacem conciliare, eoocordiamque vigere, & augeri ſinceris deſiderantes affectibus, illa, quæ propterea proceſſiſſe dicuntur, ne in reeidivæ contcotionis ſcrupulum elabantur, ſed firma perpetuo, & illibata conſiſtant, libenter cum a Nobis petitur apoſtolico munimine roboramus, ipſoſque Dei miniſtros ab indebitis moleſtiis, dom id æquitas ſuadere videtur ſublevamus. Sane Nobis nuper dilectorum filiorum Cleri, ſingulariumque perſonarum eecleſiaſtiearum in noſtris Civitate Avenionen., & Comitatu Venayſſinoo degentiom expoſitum fuit, quod alias cum lis, & cauſa, & eontroverſia primo inter bon. mem. Franeiſcum de Clarmonte Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem tunc in Civitate, & Comitatu prædictis, Apoſtolieæ S dis Legatum de latere, & deinde eo vita functo, inter ſimilis mem. Alexandrum Cardinalem de Faroeſio nuncupatum prædicti Cardinalis Franeiſei in eadem Legatione ſucceſſorem ex ona, & prædictos Clerum, & perſonas eccleſiaſtieas partibos ex altera ſuper exactione ſpoliorum perſonarom eccleſiaſticarum ſęcularium, & regularium hujuſmodi tempore illarum obitus remanentiom. Quæ Legati ad ſe ratione Legationis tuæ pertioere, & ſpectare, Clerus vero, & perſonæ eecleſiaſticæ prædicti ſe de illis tam inter vivos, quam ultima voluntate libere diſponere, neque ipſom pro tempore exiſtentem Legatum in illis ſe quomodolibet intromittere poſſe, vel debere, ſeque io hujuſmodi practica, & longiſſime continuata poſſeſſione, ſeu quaſi, eſſe aſſerebaot, rebuſque aliis in actis cauſæ, & eauſarum hujuſmodi latius deductia, & illarum oecaſione io Romana Curia coram certo Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditore, ſeu Locumtenente orta ſuiſſet, ac diverſi proeeſſus ſuper his pro ipſius negotii, & cauſæ ioſtructione per certos Commiſſarios ad id ſpeeialiter per Sedem Apoſtolicam deputatos, in eiſdem partibus facti, & ad eamdem Curiam tranſmiſſi, & in ejuſmodi eauſa ad nonnullos actus, citra tamen illius eonelusionem deventum fuiſſet. Tandem Alexander Cardinalis Legatus, ac Clerus prædicti ulteriores litium anfractus, labores, & diſpendia vitare volentes, ad certam eoncordiam, & tranſactionem ſub tamen ejuſdem Sedis beneplacito devenerunt, per quam inter alia dictus Aleaander Cardinalia, liti, & eauſæ prædictæ tam in dicta Curia, qoam forſan extra eam, & aliàs quomodolibet pendentibus, in quocumque ſtato inſtantiæ reperirentur; necnoo juri, & faeultati exigendi dicta ſpolia, tam vigore privilegiorum ſibi in vim ſuæ Legatinois conceſſorum, quam aſſertæ, ac diuturnæ poſſeſſionis, ſeu quaſi, necoon quarumeumque literarom apoſtolicarum, a quibuſcumque Romanis Pontificibus, & a fel. record. Paulo Papa Tertio, & Julio etiam III. Prædeceſſoribus noſtris in ejuſdem Aleſandri Cardinalis, & Legati favorem, & adverſus ipſos Clerum, & perſonas eccleſiaſticaa ſpolia prædicta non ſolventes, ſeu oeeultantes emanatarom, & aliàs quomodocumque competeo., & in futurum competitoris, ita qood nullo umquam tempore, ſibi, aut ſuis io dicta Legatione ſueceſſoribus Jus in hujuſmodi ſpoliis, ae earum collectione, ae recuperatione eompeteret, oee Clerus, & perſonæ prædictæ, ſeu eorum hæredes, & ſueceſſores, olla ratione, ad illorum eshibitionem, & præſtationem eogi, & compelli poſſent in favorem eorumdem Cleri, & perſonarom eecleſiaſticarum ceſſit, Cleros vero, & eccleſiaſticæ perſonæ prædictæ ſummam mille ſeutorum eidem Alexandro Cardinali, ſolvere, & dare promiſerunt, & aliàs proot in præmiſſis tranſegerunt, convenerunt, & eoncordaverunt. Ac demum dictus Jolius Prædeceſſor, ad ipſorum Aleaandri Cardinalis, & Cleri preces, eoncordiam, tranſactionem, ſeu conventionem prædictas, neenon prout illas concernebant, omnia, & ſingula alia in inſtrumentis, ſeu aliis ſeripturis deſuper confectis, conteota, & alia inde ſeqouta quæcumqoe lieita, & honeſta, ae ſaeris Caoonibus mioime contraria, auctoritate apoſtolica ex certa ſcieotia ſua confirmavit, & appro-

Digitized by Google

approbavit, ac illis perpetuæ firmitatis robur adjecit, omneſque, & ſingulos juris, & facti defectus, ſi qui forſan interveniſſent in eiſdem, ſupplevit, necnon partes prædictas ab eis quovis prætextu, ſeu quacumque occaſione, vel cauſa reſilire non poſſe, ſed ad illorum totalem obſervationem teneri, & ad id ſententiis, cenſuris, & pœnis eccleſiaſticis, & aliis pecuniariis, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis, cogi, & compelli; nec de cætero Clerum, & perſonas hujuſmodi ullatenus per ipſum Aleſandrum Cardinalem, & Legatum, ſuuſve in dicta Legatione ſucceſſores, aut eumdem Julium Prædeceſſorem, vel quoſcumque alios Romanos Pontifices Succeſſores ſuos pro tempore exiſtentes, vel ad dictam Sedem ullo umquam tempore ſuper exactione dictorum ſpoliorum, quovis quæſito colore moleſtari, aut perturbari poſſe: Sicque per quoſcumque Judices Commiſſarios, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere: quid quid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decrevit, prout in inſtrumento, ſeu inſtrumentis, & quibuſdam ipſius Julii Prædeceſſoris Literis. Poſtmodum vero bonæ memoriæ Pius Papa Quintus pariter Prædeceſſor noſter ſibi expoſito, quod bonæ etiam memoriæ Carolo tituli Sancti Chriſogoni Preſbytero Cardinali a Borbonio nuncupato in locum Alexandri Cardinalis quoad Legationem hujuſmodi ſuffecto, illius Procurator Fiſcalis ſimul, atque quiſque ex dicto Clero ab humanis deceſſerat, defuncto ſpolia ſtatim appræhendere, fiſcoque Legati vindicare, & appropriare, ac aliàs Clerum ſuper libera facultate de bonis ſuis in ultima voluntate diſponen. perturbare conabatur, in magnum Cleri præjudicium, & Populi Avenionen. ſcandalum: Eidemque Pio Prædeceſſori pro parte Cleri, & perſonarum prædictarum ſupplicato, ut in præmiſſis providere dignaretur, dictus Pius Prædeceſſor concordiam, inſtrumentum, & decretum dicti Julii III. quoad ſpolia non exigenda, literaſque, & inde ſequuta hujuſmodi quæcumque, apoſtolica auctoritate confirmavit, & approbavit, ac ipſos Clerum, & perſonas eccleſiaſticas, & Carolum Cardinalem, & pro tempore exiſtentes Legatos ſuper ſpoliis hujuſmodi de cætero moleſtari non debere decrevit, aliaque in illis neceſſaria fecit, & ordinavit, prout in ſuis deſuper confectis Literis reſpective plenius continetur. Cum autem exhibita Nobis nuper pro parte eorumdem Cleri, & perſonarum eccleſiaſticarum petitio continebat, ipſi cupiant concordiam, Literas, & alia præmiſſa per Sedem Apoſtolicam confirmari, & approbari, Nobiſque in præmiſſis ſupplicari fecerant, quatenus pro firmiori illorum ſubſiſtentia robur noſtræ confirmationis ſimiliter adjicere, aliaſque in præmiſſis opportune providere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur Clerum, & ſingulares ejus, aliaſque perſonas prædictas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtant ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, ac inſtrumentorum, literarum, & aliorum prædictorum, & inde ſequutorum quorumcumque tenores, necnon lites, ſeu litium, & cauſarum quarumcumque ſuper præmiſſis, aut eorum occaſione ubilibet pendentium ſtatum, & merita, aliorumque hic etiam de neceſſitate exprimendorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, concordiam, inſtrumentum, decretumque Julii Prædeceſſoris, quoad ſpolia Cleri non exigenda in Civitate Avenionen., & Comitatu Venayſſino nomine dumtaxat conſiſtentia, ac in aliis locis Legationi prædictæ ſubjectis tantum, ac ſingulas literas prædictas, nec non omnia, & ſingula in illis contenta, & inde ſequuta quæcumque apoſtolica auctoritate, tenore præſentium perpetuo confirmamus, & approbamus, ac illis perpetuæ, ac inviolabilis apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, omneſque, & ſingulos juris, & facti, & ſolemnitatum, etiam ſubſtantialium defectus, ſi qui forſan intervenerint in eiſdem ſupplemus, ac confirmationem, approbationem, adjectionem, ſuppletionem, aliaque præmiſſa, ac præſentes Literas nullo umquam tempore, & ad cujuſcumque Legati inſtantiam, ex quacumque cauſa revocari, alterari, limitari, aut derogari, ſeu de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, aut alio quopiam defectu notari poſſe, ſed illa valida, & efficacia fore, ſuoſque plenarios effectus ſortiri, & inviolabiliter obſervari; Sicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, & quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus. Quocirca dilectis filiis Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori, Abbati Sancti Andreæ ſecus Avenionen., & Officiali Auraicen. per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes Literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Cleri, ac perſonarum, ſuorumve hæredum, & ſucceſſorum, aut ab eis habentium prædictorum cauſam, vel alicujus eorum fuerint requiſiti ſolemniter publicantes, ac illis in præmiſſis efficacis defenſionis præſi-

dio

dio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra illos, eorumque ſingulos confirmatione, approbatione, adjectione, ſuppletione decreto, aliiſque præmiſſis juxta præſentium tenorem pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos, vel eorum aliquem deſuper per ipſos Legatum, Vice-Legatum, Procuratorem Fiſcalem, ſeu alios quoſcumque quomodolibet indebite moleſtari, perturbari, aut inquietari; Contradictores quoſlibet, & rebelles cenſuris, & pœnis, aliiſque opportunis juris remediis, eadem auctoritate noſtra, appellatione poſtpoſita compeſcendo, ac legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, illas cenſuras, & pœnas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Non obſtantibus præmiſſis, ac fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. etiam Prædeceſſoris noſtri de una, vel Concilii Generalis de duabus dietis, dummodo quis auctoritate præſentium ultra tres dietas non extrahatur, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis pro tempore exiſtentibus, Legato, Vice-Legato, & quibuſvis aliis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibus, & aliis decretis, etiam iteratis vicibus in genere, vel in ſpecie, & aliàs quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiamſi pro ſufficienti illorum derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma, ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, inſerti forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, harum ſerie ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque: Aut ſi Legato, aut Vice-Legato prædictis, vel quibuſvis aliis communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, & excommunicari non poſſint per Literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Datum Romæ apud Sanctum Marcum ſub Annulo Piſcatoris die 24. menſis Julii 1593. Pontificatus noſtri Anno II.

Clerus hujuſmodi Concordiam literaſque a Clemente VIII. emanatas confirmari petit.

§.2. Cum autem ſicut Clerus, ſingulaeſque perſonæ eccleſiaſticæ Nobis nuper exponi fecerunt, poſt revocationem privilegiorum, gratiarum, & Indultorum in præjudicium Sedis, & Cameræ Apoſtolicæ conceſſorum a Nobis ſubdatum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ 1624. XII. Kal. Novembris Pontificatus Noſtri Anno ſecundo factam cum Clerus, & perſonæ Eccleſiaſticæ prædictæ ad dilectum filium noſtrum Franciſcum tunc Sanctæ Agathæ Diaconum Cardinalem Barberinum nuncupatum, noſtrum ſecundum carnem ex fratre germano nepotem in Civitate Avenionen, & Comitatu Venayſſino prædictis noſtrum, & Apoſtolicę Sedis de latere Legatum recurriſſent, ne per Apoſtolicæ Sedis Miniſtros contra præinſertarum literarum continentiam, & tenorem ſuper ſpoliis moleſtarentur, idem Franciſcus Cardinalis, & Legatus per ſuas ad venerabilem fratrem Coſmum Epiſcopum Carpentoraten. tunc in Civitate, & Comitatu prædictis Vicelegatum ſub die 22. Aprilis 1625. datas literas eidem Coſmo Epiſcopo, & Vicelegato injunxerit, ne ulla hæredibus perſonarum Eccleſiaſticarum iniri pro tempore decedentium ſuper bonis, de quibus diſpoſuiſſent moleſtia inferretur, ſed his deſuper, qui ante revocationem prædictam ſervatus fuerat modus, de cætero ſervaretur; & propterea pro majori Cleri, & perſonarum eccleſiaſticarum prædictarum ſecuritate, & quiete, Clerus, & perſonæ eccleſiaſticæ hujuſmodi plurimum cupiant ſibi per Nos deſuper opportune provideri.

Urbanus confirmat.

§.3. Nos eoſdem Clerum, & perſonas ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris & pœnis a Jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus illorum nomine, Nobis ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati præinſertas dicti Clementis prædeceſſoris literas, nec non literas prædictas Franciſci Cardinalis, & Legati prædicti, ac omnia, & ſingula in eis contenta apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo approbamus, & confirmamus, ac illis perpetuæ, & inviolabilis apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, illaſque, & illa, & præſentes literas nullo umquam tempore, & ad cujuſcumque Legati inſtantiam ex quacumque cauſa revocari, alterari, limitari, aut derogari, ſeu de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtrę, vel alio quopiam defectu notari poſſe, ſed ſemper, & omni tempore valida, firma, & efficacia exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac Clero, & perſonis eccleſiaſticis prædictis in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, perinde ac ſi revocatio prædicta nunquam emanaſſet.

Ita judicari decernit.

§.4. Sicque, & non aliter per quoſcumque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, etiam S. R. E. Cardinales ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam

quam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Exequutores hujuſce Conſtitutionis deputat.

§.5. Quo circa dilectis filiis Cauſarum Curiæ, Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, ac Avenionen, & Carpentoraten. Eccleſiarum. Præpoſitis per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Cleri, & perſonarum eccleſiaſticarum hujuſmodi, & ſucceſſorum, ſeu ab eis cauſam haben., vel alicujus eorum fuerint requiſiti ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra, illos præmiſſorum omnium, ac præſentium literarum commodo, & effectu pacifice frui, & gaudere. Non permittentes illos deſuper a quoquam indebitè moleſtari, perturbari, aut inquietari; contradictores quoslibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna Juria, & facti defectus, appellatione poſtpoſita compeſcendo, legitimiſque ſuper his habendis, ſervatis proceſſibus cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis,

Obſtantibus derogat.

§.6. Non obſtantibus revocatione, ac deſuper confectis literis noſtris prædictis, ac omnibus illis, quæ dictus Clemens Prædeceſſor in eiſdem præinſertis literis voluit non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 19. Febr. 1633. Ann. X.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 19. Februarii 1633. Pontificatus Noſtri Anno Decimo.

CDXXIII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Applicatio Villæ Torokaniæ ſpectantis ad Archimandriam Zydicinenſem Ordinis S. Baſilii Ruthenorum Collegio per Archiepiſcopum Chiovien. Metropolitam Ruſſiæ erigendo pro inſtruendis Ruthenis, & Moſcovitis Adoleſcentibus.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Archiepiſcopus Chiovien. Collegium pro Ruthenis, & Moſcovitis Adoleſcentibus erigere cupit.

§.1. EXponi Nobis nuper fecit Venerabilis Frater Joſephus Archiepiſcopus Chiovien totitus Ruſsiæ Metropolita, quod ipſe ad Dei laudem, & gloriam, ac juventutis in bonis artibus, & eccleſiaſtica diſciplina inſtructionem unum Collegium in illis partibus pro Ruthenis, & Moſcovitis Adoleſcentibus inſtruendis erigere intendit.

Ideo quamdam Villam pro hujuſce Collegii dote applicari petit.

§.2. Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubjungebat prædictus Archiepiſcopus Villam Torokani de juribus, & pertinentiis Archimandritæ Zydicinenſis exiſtentem, quæ, ut aſſerit, ante triginta annos a bon. me. Hippatio Archiepiſcopo Chiovien. ipſius Joſephi Archiepiſcopi Anteceſſore pro dote Collegii Ruthenorum unitorum erigendi duobus poſtremis Archimandritis ſcripto conſentientibus deſtinata, ejuſque redditus interim Monaſteriorum Monachorum Ordinis Sancti Baſilii eorumdem Ruthenorum, Civitatis Vilnen., in quo, ut etiam aſſerit, juvenes tam inferioribus, quam altioribus ſtudiis inſtruebantur, applicati fuerant, Collegio per ipſum Joſephum Archiepiſcopum erigendo, ut præfertur, per Nos apoſtolica auctoritate applicari ſummopere deſideret.

Quod Urbanus concedit.

§.3. Nos qui piorum operum incrementum ſinceris deſideramus affectibus, piis ipſius Joſephi Archiepiſcopi votis in præmiſſis quantum cum Domino poſſumus annuere, ipſumque ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a Jure, vel ab homine quavis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, necnon villæ hujuſmodi fructuum, redditium, & proventuum veros annuos valores præſentibus pro expreſſis habentes, ſupplicationibus, ejus nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati, Villam prædictam cum omnibus Juribus, membris, & pertinentiis ſuis Collegio per dictum Joſephum Archiepiſcopum, ut præfertur, erigendo, ſi, & poſtquam canonice erectum fuerit pro illius dote, & manutentione, ejuſque Rectoris, & Collegialium pro tempore exiſtentium congrua ſuſtentatione, ita quod liceat Rectori, Collegialibus ipſis corporalem, realem, actualem poſſeſſionem dictæ Villæ, ejuſque Jurium, membrorum, & pertinentiarum quorumcumque apprehendere, & apprehenſam perpetuo retinere, fructus quoque, redditos, & proventus, jura, obventiones, & emolumenta quæcumque percipere, exigere, levare, locare, arrendare, ac in omnes ipſius Collegii uſus, & neceſſitates convertere cujuſvis licentia deſuper minime requiſita apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo applicamus, & appropriamus,

Clauſula.

§.4. Decernentes præſentes literas validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac iis, quos illæ concernunt in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, ſicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, ac definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio Contrariorū.

§.5. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, aliiſque præmiſſis, ac Archimandritatus, & monaſterii prædictorum, & quibuſvis aliis, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & con-

cunſuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis apoſtolicis, in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, & ſingulis eorum omnium tenores præſentibus pro ſufficienter espreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & espreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 21. Febr. 1633. Anno X.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 21. Februarii 1633. Pontificatus noſtri Anno Decimo.

CDXXIV.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Facultas Regi Chriſtianiſſimo admittendi ætate minores ad habitum Ordinis Militaris S. Spiritus.

Chariſſimo in Chriſto filio Noſtro Ludovico Francorum Regi Chriſtianiſſimo.

URBANUS PAPA VIII.

Chariſſime in Chriſto fili noſter ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Ludovicus Rex facultatem, de qua in Rubrica, ſibi concedi petit.

§.1. CUM Majeſtas tua per ſuas literas nobis humiliter ſupplicari fecerit, quatenus ei facultatem concedere de benignitate apoſtolica dignaremur, perſonas generis nobilitate, & præſtitis Majeſtati tuæ ſervitiis conſpicuas, alias tamen qualificatas, etiam ſi in ætate a militaris ordinis Sancti Spiritus, cujus tu perpetuus Adminiſtrator eſſe dignoſceris, ſtatutis requiſita, conſtitutæ non fuerint, recipiendi, & admittendi in milites militaris ordinis prædicti, & cum eis alias tamen habilibus, quoad receptionem, & admiſſionem hujuſmodi, omnia, & ſingula, quæ a Sacro Concilio Tridentino non prohibentur, faciendi.

Cui Urbanus annuit.

§.2. Nos Majeſtatis tuæ ſupplicationibus hujuſmodi inclinati, eidem majeſtati tuæ facultatem prædictam apoſtolica auctoritate tenore præſentium concedimus, & impartimur.

Derog. Contrariorum.

§.3. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, ac dicti militaris Ordinis etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis eorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 22. Febr. 1633. Anno X.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 22. Februarii 1633. Pontificatus Noſtri Anno decimo.

CDXXV.

De Miſſionibus Religioſorum cujuſcumque Ordinis ad Japponicas, & alias Indiarum Orientalium Regiones: Impedientium pœnis, & aliis ad eas pertinentibus.

Ad hoc vide Clem. VIII. Conſtit. CCXXXVI. Onerosâ. *Tom. V. Par. II. fol.* 323. *Et Paul. V. Conſtit. CII.* Sedis Apoſtolicæ. *Tom. V. Par. III. fol.* 318.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Univerſis Chriſtifidelibus præſentes literas inſpecturis, ſalutem, & apoſtolicam benedictionem,

Exordium.

EX debito paſtoralis officii ſaluti animarum, & fidei catholicæ propagationi proſpicientes, ea, quæ provide a Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris propterea ordinata fuerunt, ſi ſubinde experientia doceat, ea mutatione indigere, libenter immutamus, aliàſque diſponimus, prout ad fidei catholicæ propagationem, & animarum ſalutem hujuſmodi conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Gregor. XIII. prohibuit ne quiſquam accederet ad Provincias Japonicas prædicandi cauſa ſine Sedis Ap. licentia.

§.1. Aliàs ſiquidem fel. recor. Gregorius XIII. Prædeceſſor noſter, certis tunc expreſſis cauſis adductus, per ſuas in ſimili forma Brevis Literas ſub dat. die 28. Januarii 1585. Pontificatus ſui Anno XIII. Omnibus Patriarchis, & Epiſcopis, etiam Provinciæ Chinæ, & Japonis, ſub interdicti eccleſiaſtici, & ſuſpenſionis ab ingreſſu Eccleſiæ, & Pontificalium exercitio: aliis vero Sacerdotibus, Clericis, & Miniſtris eccleſiaſticis, tam ſecularibus, quam cujuſvis Ordinis regularibus, cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exiſterent, ſub excommunicationis majoris pœnis ipſo facto incurrendis interdixit, & inhibuit, ne ad Sinarum regiones, & Provincias Japonicas Evangelii prædicandi, vel doctrinam chriſtianam docendi, aut Sacramenta adminiſtrandi, aliaque munia eccleſiaſtica obeundi cauſa, ſine ſuæ, & Sedis Apoſtolicæ espreſſa licentia proficiſci auderent.

Hanc prohibitionem declaravit Clemens VIII. ut in Conſt. cit. in Rubrica.

§.2. Poſtmodum autem rec. mem. Clemens Papa VIII. ſimiliter Prædeceſſor noſter, accepto quod tam Chinæ, & Japonum, quam aliæ illius vicinæ, & adjacentes Inſulæ, Regiones, & Provinciæ, ac finitima Regna Indiæ Orientalis ampliſſima, & populis refertiſſima erant, & pro tanta animarum multitudine ad fidem catholicam traducenda, & ſpiritualibus alimentis fovenda, plures operarii, ac miniſtri neceſſarii erant, quam ex ſola Religioſorum Societate Jeſu haberi poterant; omnibus, & ſingulis Mendicantium Ordinum Magiſtris, ſeu Prioribus Generalibus tunc, & pro tempore exiſtentibus indulſit, ut cum neceſſitas poſtulaſſet, quoslibet Ordinis ſui ſpectatæ vitæ, & eruditionis religioſos, quos nimirum ad prædicta officia, & miniſteria idoneos, & utiles fore in Domino judicarent,

rent, per Luſitaniam dumtaxat, & ſuſcepta inde navigatione, in Indias, & Civitatem Goam, atque ad Superiores Ordinum in illis partibus exiſtentes tranſmittere; & tam ipſi ſic tranſmittendi, quam alii ſupradictorum Ordinum Religioſi in eiſdem Indiarum partibus exiſtentes, & ad hoc munus obeundum a ſuis Magiſtris, Miniſtris, vel Prioribus Generalibus, ſeu aliis Superioribus electi, & approbati, tam ad Japonicas prædictas, quam ad alias proximas, & adjacentes etiam Chinæ, & finitimorum Regnorum, & terræ firmæ Indiæ Orientalis Inſulas, Regiones, & Provincias accedere poſſent. Cæterum omnibus, & ſingulis Religioſis cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis eſſent, ſub excommunicationis majoris, a qua nonniſi a Romano Pontifice, præterquam in articulo mortis abſolvi poſſent, necnon privationis vocis tam activæ, quam paſſivæ, ac dignitatum, adminiſtrationum, & officiorum quorumcumque, necnon inhabilitatis ad illa, & alia impoſterum obtinenda, ac exercenda pœnis, ipſo facto abſque ulla declaratione incurrendis interdixit, & prohibuit, ne ex Inſulis Philippinis nuncupatis, ſive qualibet alia Indiarum Occidentalium, vel quæ pro partibus Indiarum Occidentalium tunc habebantur, parte ad illas pertinente, in Japonicas, & alias illis proximas, adjacentes, & finitimas Inſulas, Provincias, & Regiones prædictas, etiam quorumcumque privilegiorum eis, vel ſuis Ordinibus a dicto Clemente, & Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus ſuis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis in genere, vel in ſpecie, etiam ſuper facultate prædicandi verbum Dei per univerſum mundum eatenus conceſſorum, ſeu impoſterum etiam concedendorum, approbandorum, & innovandorum, niſi in illis de prohibitione hujuſmodi, & interdicto ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio, cum ſufficienti derogatione fieret, aut quovis alio prætextu, & quæſito colore proficiſci, & tranſire auderent, vel præſumerent; & ſi qui eatenus, vel impoſterum ſecus facerent, poſtquam moniti eſſent, ſtatim ſub eiſdem pœnis, omni mora, & excuſatione ceſſante, ad dictas Inſulas Philippinas, vel alias partes Indiarum Occidentalium reverti, & redire omnino tenerentur: & ad id per quoſcumque Judices eccleſiaſticos ſub eiſdem, & aliis eorum arbitrio infligendis pœnis cogi, & compelli poſſent.

Subinde Paulus V. nonnulla ſuper hoc diſpoſuit in Conſt. cit. in Rubric.

§.3. Et ſubinde fel. rec. Paulus Papa V. ſimiliter Prædeceſſor noſter, accepto, experientia compertum eſſe, quod prohibitio accedendi ad Indias, & Civitatem Goam aliàs quam per Luſitaniam, nec qui ſperabatur, ex eo fructum protulerat, neque catholicæ fidei propagationis negotio utilis fuerat; & propterea ut tantum opus Dei, ſublato omni impedimento, libere peragi poſſet, providere volens, omnibus, & ſingulis Mendicantium Ordinum Magiſtris, Miniſtris, ſeu Prioribus Generalibus, aut alio quocumque nomine nuncupatis Ordinum capitibus tunc, & pro tempore exiſtentibus, ut cum neceſſitas poſtularet, quoslibet Ordinis ſui ſpectatæ vitæ, & eruditionis religioſos, quos nimirum ad prædicta officia, & munia idoneos, & utiles fore in Domino judicaſſent, ad Superiores Ordinum in illis partibus exiſten. etiam per aliam viam, quam per Luſitaniam, in Japonicas, & alias illis proximas, adjacentes, & finitimas Inſulas, Provincias, & Regiones prædictas, ſervata in reliquis dictarum Literarum Clementis Prædeceſſoris forma in omnibus, & per omnia, & non aliter, tranſmittere libere, & licite valerent, indulſit; & aliàs prout in Gregorii, & Clementis, ac Pauli V. Prædeceſſorum prædictorum Literis deſuper expeditis, quarum tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus, plenius continetur.

Modo ut facilius Christi Evangelium poſſit prædicari in Inſulis, ac Regnis Orientalibus, concedit Superioribus quorumcumque Ordinum, ut religioſos ad ipſas Provincias mittere poſſint, etiam per alias vias, quam per Luſitaniam.

§.4. Cum autem experientia plurium annorum compertum fuerit, ordinationes in prædictis Literis contentas non ſufficere, eaſque aliqua proviſione indigere, ut in prædictas Inſulas, & Regna felicius, ac facilius Sacroſanctum Chriſti Domini Evangelium prædicari, & propagari poſſit, ac valeat: Nos pro officii noſtri debito poſt habitam cum Venerabilibus Fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus negotio Propagandæ Fidei per univerſum mundum præpoſitis maturam deliberationem, præfati Pauli Prædeceſſoris noſtri Literis inhærentes, omnibus, & ſingulis Religionum cujuſcumque Ordinis, aut Inſtituti, etiam Societatis Jeſu, Magiſtris, Miniſtris, Præpoſitis, ſeu Prioribus Generalibus, aut quocumque nomine nuncupentur, nunc, & pro tempore exiſtentibus, auctoritate apoſtolica, tenore præſentium concedimus, & indulgemus, ut cum eis expedire viſum fuerit, quoslibet ſuarum Religionum, Ordinum, & Inſtituti Religioſos, quos ætate, vita, moribus, & ſcientia idoneos eſſe ad Miſſiones judicaverint, ad prædictas Inſulas, Provincias, Regiones, & Regna Indiæ Orientalis, etiam per alias vias, quam per Luſitaniam, libere, & licite mittere poſſint, ac valeant: ſervata tamen in reliquis præfatarum Literarum Clementis Prædeceſſoris noſtri forma in omnibus, & per omnia, & non aliter.

Impedientes hujuſmodi acceſſum excommunicat.

§.5. Necnon quoſcumque Eccleſiaſticos, & Religioſos cujuſcumque Ordinis, tam non Mendicantium, quam Mendicantium, etiam Societatis Jeſu, & ſeculares, Religioſorum, ut præfertur, mitten. ad Inſulas, Provincias, Regiones, & Regna prædicta acceſſum hujuſmodi impedientes excommunicationis latæ ſententiæ vinculo innodamus.

Religioſis miſſis, ut utentur Catechiſmo Romano, & Doctrina Chriſt. Card. Bellarmini in inſtruendis illis gentibus præcipit.

§.6. Religioſos vero, ut ſupra mittendos, ac etiam miſſos, & in prædictis locis nunc degentes, plurimum in Domino hortamur, ut in docendo populos, & præſertim de recenti ad fidem chriſtianam converſos, uniformes ſint, ne ob doctrinæ diverſitatem, præſertim in materiis moralibus, Neophiti illi aliquod ſcandalum patiantur: Et quia in hac re Generalium præfatorum curam, & vigilantiam plurimum

profuturam arbitramor, eiſdem injungimus, ut prædictos ſuos Religioſos ad ſervandam prędictam conformitatem ſæpius adhortentur. Ut autem id facilius ſuccedat, præfati Religioſi io inſtruendis populis prædictorum locorum Indiæ Orientalia Catechiſmum Romanum, & Doctrinam Chriſtianam parvam, & magnam bon. mem. Roberti Saoctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Bellarmini nuocupati io linguas prædictorum populorum translatas, & impreſſas, ſi fieri poterit, omnino adhibeant.

Chriſtianis in illis Provinciis exiſtentibus recipere poſſe Sacramenta etiam Parochialia a quocumque Sacerdote ad eos miſſo, indulget, præter requirentia Ordinem Epiſcopalem.

§.7. Quoniam autem, ſicut ooo ſine animi noſtri dolore iotelleximus, in Japone a pluribus annis contra Chriſtianos, & præſertim Religioſos, acerrima perſequutio fuit commota, eaque uſque ad præſens perdurat, & viget; omnibus, & ſingulis Chriſtianis ounc in Japone exiſtentibus, & pro tempore futuris, ut a quibuſvis Sacerdotibus, ut ſupra a Generalibus eorum illuc miſſis, ae mittendis, quorum copiam habere poterunt, Sacramenta (ordinem tamen epiſeopalem non requirentia) etiam Parochialia, durante præſenti rerum ſtatu, ſuſcipere libere, & licite valeaot, concedimus pariter, & iudolgemus.

Religioſis hujuſmodi miſſis mercaturam quamvis minimam exercere prohibet ſub excommunicatione, & aliis pœnis, ac ſuper conventionibus diſponit.

§.8. Cæterum quia a ſacris Canonibus, Conciliorum decretis, ac Apoſtolicis Conſtitutionibus, omnibus Religioſis, ac etiam aliis Eeeleſiaſticis, præſertim in ſaeris Ordioibus conſtitotis, mercatura, & negotiationes ſecolares diſtricte prohibentur, ac valde damnoſum, indecorum, & indecens exiſtit, hujuſmodi perſonas divino cultui mancipatas, ac præcipue illas, quæ ad prædicandum ſacroſanctum Chriſti Domini Evangelium deſtinatæ ſunt, præfatis mercaturis, & negotiationibus ſe immiſcere, aut operam dare: prædictorum ſacrorum Canonum, ac Decretorum, Conſtiutioonumqoe Apoſtolicarum diſpoſitioni inhærentes, auctoritate apoſtolica, earumdem ten. præſentiom, Religioſis omnibus cujuſcumque Ordinis, & Inſtituti, tam non mendicautium, quam mendicantium, etiam Societatis Jesu, eorumque ſingulis tam in prædictis locis nunc eaiſteutibus, quam in futurum ad illa mittendis, omnem, & quamcumque mercatoram, ſeu negotiatiouem, qoocumque modo ab eis fieri contingat, ſive per ſe, ſive per alios, ſive proprio, ſive communitatis nomine, directe, ſive indirecte, aut quovis alio prætestu, cauſa, aut colore interdicimus, & prohibemus ſub excommunieationis latæ ſententiæ pœna ipſo facto iucurrenda, ac privationis voeis activæ, & paſſivę, officiorum, ac graduum, & dignitatum quorumcumque, etiam inhabilitatis ad ea, & inſuper amiſſionis mereium, & lucrorom ex eis: quæ omnia a Superioribus Religiooum, ex quibus delinquentes exiſtent, reſervanda erunt ad uſum Miſſionum, quas eædem Religiones habeot, & habituræ ſunt in futurom io prædictis Indiis, & non in alios uſus; eiſdem Superioribus diſtricte præcipientes ſub eiſdem pœnis, ut in hoc iovigilent, & contra delinquentes ad prædictas pœnas procedant, ſublata eiſdem facultate hujuſmodi delinquentibus aliquid ea dictis mercibus, & lucris quamtumvis mioimum remittendi, aut coodonandi.

Controverſiis oriundis providet, ut minores Epiſcopi cognoſcant graviores Pontif. ſignificent.

§.9. Quod ſi forte aliquæ cootroverſiæ ioter Religioſos dictarum Religionum, quod Deus avertat, oriautur, Epiſcopi locorum prædictorum pro tempore exiſtentes, tamquam Sedis Apoſtolieæ delegati illas decidant, & terminent. Si vero graviora quædam negotia occurrerint, ea ad Nos, & Romanos Pontifices, & ſucceſſores noſtros quantocitius ab eiſdem Epiſcopis referantur; ot quod in illis ſtatui, ac deceroi debeat; matura conſultatione adhibita, provideri poſſit; ſicque volumus, & ordinamus.

Preſervativas clauſulas apponit.

§.10. Decernentes præſentes literas validas, firmas, & efficaces eaiſtere, & fore, ac ab omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, ioviolabiliter obſervari.

Sicq; judicari mandat.

§.11. Sicqoe per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum palatii apoſtolici Auditores: ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere: ac irritum, & ioane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executores hujus conſtit. deputat.

§.12. Mandantes propterea uoiverſis, & ſiogulis Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac cæteris Eccleſiarum, & locorum etiam Regolarium Prælatis per univerſum Orbem conſtitutis, ut præſentes literas io ſuis quiſque Provinciis, Civitatibus, Diœceſibus, Capitulis, & juriſdictionibus, ab omnibus inviolabiliter obſervari; & quoties ab Ordinum prædictorum Religioſis requiſiti fuerint, ſolemoiter publicari curent, & faciaut;

Contraria aufert.

§.13. Non obſtan. Interdicto, & prohibitionibus, ac literis dictorum prædeceſſorum, aliiſque præmiſſis, necnoo Apoſtolicis in Synodalibus, Provincialibus, & univerſalibus conciliis editis ſpecialibus, vel geoeralibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac Conſtitutionibus de una, & duabus dietis, ita quod vigore præſentium, etiam ultra duabus dietas qoilibet trahi poſſit; necnoo, prædictæ JESU, aliarumque Religionum, Provinciarum, & Regiooum prædictarom jurameoto, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetodinibus, privilegiis quoque, iodultis, & literis apoſtolicis, illis, eorumque Prælatis, Superioribus, & perſonis etiam particularibus, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quiboſvis derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & ioſolitis clauſulis, ac irritantibus, & aliis decretis, etiam moto proprio, & ea certa ſcientia, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine in genere, vel in ſpecie, ac aliàs quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibos omnibus, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione alias de illis eorumque totis teooribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa,

& io-

Digitized by Google

& individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, inſerti forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, hac vice ſpecialiter, & expreſſe, in quantum noſtris prohibitioni, & interdicto, aliiſque præmiſſis adverſentur, harum ſerie derogamus, ac derogatum eſſe, & cenſeri, neque illa eis ullatenus ſuffragari volumus, & declaramus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Declarantes etiam, ac decernentes facultatem eligendi poſteriorem Datam quibuſvis Ordinibus, Societatibus, etiam JESU nuncupatis, & aliis quibuſcumque, etiam ſpeciali nota dignis conceſſam, nemini adverſus præſentes noſtras literas poſſe umquam ſuffragari.

Hujus exempli credi vult

§. 14. Et quia difficile foret, præſentes literas ubicumque uſus venerit, & publicari; Volumus, ut earum exemplis etiam impreſſis, manu Notarii publici, vel alicujus dictarum Religionum Secretarii ſubſcriptis, & perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutę, vel cujuſvis ex Generalibus prædictis ſigillo munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præſentibus adhiberentur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 22. Febr. 1633. Anno X.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris, die 22. Februarii 1633. Pont. anno 10.

CDXXVI.

Subſidium decem, & novem millionum nummorum aureorum in Regnis Caſtellæ, & Legionis pro Rege Catholico.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Chariſſimo in Chriſto filio noſtro Philippo Hiſpaniarum Regi Catholico.

URBANUS PAPA VIII.

Chariſſime in Chriſto fili noſtro ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Exordium.

AD univerſalis Eccleſię regimen, meritis licet imparibus, imperſcrutabili divinæ providentiæ judicio vocati, piorum Regum vota vias, modoſque exquirentium, quibus nefarios hoſtium orthodoxæ Fidei auſus reprimi, & diſſipari valeant, ipſius vero fidei defenſioni, & propagationi, divinique cultus incremento conſulatur, libenter exaudimus, & paſtoralis officii noſtri partes, in tam ſancto opere favorabiliter interponimus, prout temporum, & rerum qualitatibus debite penſatis conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Eccleſiaſtici Regi offerunt ſolutionem quatuor vectigalium, ſi Sedis Apoſt. facultas acceſſerit.

§. 1. Cum itaque, ſicut Majeſtatis tuę nomine nobis nuper expoſitum fuit, laici ſubditi Regnorum tuorum Caſtellæ, & Legionis in eorum noviſſimis Comitiis, ſive curiis de anno 1632. proxime præterito habitis, animadvertentes ſubſidium decem, & octo millionum nummorum aureorum, ſpatio novem annorum ex gabellis, ſeu ſiſis tunc impoſitis ſuper vino, oleo, aceto, & carne ſolvendum, alias a prædictis ſubditis tuis pro fidei catholicę defenſione, & obedientiæ erga Romanam Eccleſiam conſervatione Majeſtati tuæ oblatum, & a nobis per noſtras in ſimili forma Brevis ſub die 29. Maii 1619. expeditas Literas, ad novem annos, ſub certis modo, & forma tunc expreſſis approbatum, & confirmatum, ob nonnullas cauſas effectum ex tunc de cætero ſortiri non poſſe, imo penitus ceſſare; Tuam vero Majeſtatem ad reprimendos ejuſdem fidei orthodoxæ hoſtium conatus aſſidue graviſſimis ſumptibus urgeri, tuaque æraria pœne exhauſta eſſe, itaut niſi de alio extraordinario, celerique, & prompto ſubſidio provideatur, eoſdem ſumptus in tam laudabilem, & Deo gratam, & Reipublicæ Chriſtianæ utilem cauſam convertendos diutius ferre difficile poſſis, loco præfatorum millionum aliud ſervitium, ſive ſubſidium, ad ſummam decem, & novem millionum nummorum aureorum cum dimidio alterius millionis in totum aſcendentium, ſpatioque ſex annorum a die prima menſis Auguſti anni 1632. proxime præteriti inchoatorum, trium ſcilicet millionum, & unius quarti alterius millionis hujuſmodi pro quolibet anno, ſolvendum, & exigendum, ex gabellis, ſeu ſiſis impoſitis, & auctis ſuper eiſdem quatuor ſpeciebus, vini ſcilicet, olei, aceti, & carnis, colligendis, & conſumendis in dictis Regnis Caſtellæ, & Legionis ſolvendis, non ſolum per ementes, & vendentes, ſed etiam per eos, qui præfatas rerum ſpecies percipiunt ex propriis terrenis, vel affictibus, aut reſpective emunt in uvis, vel olivis, ſeu colligunt pro decimis, aut etiam dono accipiunt, ſeu alias ex quovis alio redditu, & introitu habent, & conſumunt, præſtare prompte obtulerint, ita ut omnes laici, cujuſcumque gradus, ſtatus, conditionis, & præeminentiæ ad id ſubſidium contribuere, ac gabellas, ſeu ſiſas hujuſmodi ſolvere deberent, neque ullus laicus immunis eſſet, aut exemptus: eccleſiaſtici quoque eorumdem Regnorum, ſi, & poſtquam noſtra, & hujus Sanctæ Sedis licentia, ſeu approbatio acceſſerit, in ſubſidio hujuſmodi ſcilicet in prædictis gabellis ſuper eiſdem quatuor ſpeciebus impoſitis, & tunc auctis contribuere, gabbellaſque, ſeu ſiſas prædictas juxta literarum noſtrarum in forma Brevis ſuper conceſſione prædictæ licentiæ, ſeu approbationis expediendarum formam, continentiam, & tenorem perſolvere debeant.

Hanc ſibi concedi facultatem Rex petit.

§. 2. Et ſicut expoſitio Majeſtatis tuæ ſubjungebat, ſi tantummodo laici ſubſidium hujuſmodi contribuerent, & gabellas ſeu ſiſas prædictas ſolverent, ſumma prædicta decem, & novem millionum, cum dimidio alterius millionis minime conficeretur infra tempus opportunum, quo Majeſtas

tua

tua bellorum contra fidem catholicam ingruentium, & præcipue Chariſſimi in Chriſto filii Noſtri Ferdinandi Romanorum Regis in Imperatorem electi in Germania ad reprimendum Svecorum invaſiones, aliorumque hæreticorum conatus bellum ad præſens gerentis neceſſitatibus ſubvenire poſſit, & ad ſummam præfatam, ea qua expedit celeritate conficiendam facultates laicorum non ſuppeterent: Nobis propterea Majeſtas tua humiliter ſupplicari fecit, ut præmiſſorum confirmationem, & approbationem, ac licentiam concedere de benignitate apoſtolica dignaremur.

Concedit Pontifex.

§.3. Nos igitur nedum promptam, & obſequentem eorumdem laicorum ſubditorum tuorum in te oblationem, verum etiam Majeſtatis tuæ erga præfatam fidem chatolicam zelum, & in ope dicti Ferdinandi Regis in Imperatorem electi feranda voluntatem commendantes, ac ad ingentes ſumptus, quibus Majeſtas tua propter urgentes, & extraodinarias neceſſitates hujuſmodi jugiter premitur, noſtræ paternæ conſiderationis intuitum dirigentes, Clerum præfatum in ſulutione gabellarum ſeu ſiſarum prædictarum, modo tamen, & forma infraſcriptis, hac vice concurrere debere cenſuimus.

Nonnullis tamen additis conditionibus, quæ hic recenſentur.

§.4. Motu igitur proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione Noſtris, deque apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnes, & ſingulas eccleſiaſticas perſonas tam ſeculares, quam cujuſvis Ordinis etiam exempti, & Apoſtolicæ Sedi immediaté ſubjecti regulares, nec non Monaſteria utriuſque ſexus, Conventus, & Collegia, ac Capitula Eccleſiarum Regnorum Caſtellæ, & Legionis præfatorum, ac in eiſdem Regnis commorantium, & conſiſtentium, ad conſerendum, & contribuendum prout laici in dicto ſubſidio decem, & novem millionum nummorum aureorum, cum dimidio alterius millionis hujuſmodi, mediante ſcilicet ſolutione prædictarum gabellarum, ſeu ſiſarum ſuper vino, aceto, oleo, & carne in dictis Regnis colligendis, & conſumendis impoſitarum, & durante ſexennio proximo a dicto primo die Auguſti 1632., ut præfertur, inchoato dumtaxat, & non oltra, teneri, & obligatos eſſe, non tamen quo ad præſtitas quatuor rerum ſpecies, quas ex propriis Terrenis, ſeu decimis aut aliis quibuſcumque redditibus propriis, per ſe vel alios etiam affictuarios ſuos, vel etiam ex eleemoſinis percipiunt, & pro divino cultu, ſeu propriis, vel familiarum ſuarum uſibus conſumunt, pro quibus omnino immunes, & exempti ſint, & elapſo prædicto ſexennio exactio reſpectu eccleſiaſticorum ceſſet, & nullatenus quovis prætextu, vel cauſa continuari poſſit; etiamſi integra ſumma præfatorum decem, & novem millionum nummorum aureorum cum dimidio alterius millionis hujuſmodi adhuc non fuiſſet exacta: quodque ſi ante ſexennii hujuſmodi finem, ſumma decem, & novem millionum nummorum aureorum, cum dimidio alterius millionis hujuſmodi confecta fuerit, eccleſiaſtici prædicti amplius contribuere, & dictas gabellas ſeu ſiſas, ut præfertur, ſolvere non debeant, ſed præſens gratia expiret, nullaque ſit eo ipſo, tenore præſentium decernimus: Volentes etiam quod omnes, & ſinguli eccleſiaſtici prædicti ſolvere recuſantes opportunis juris, & facti remediis per Ordinarios eccleſiaſticos locorum tantum ad ſolutionem hujuſmodi cogantur, non autem coram Judicibus laicis, ſive exactoribus earumdem gabellarum ſive ſiſarum, neque quibuſvis aliis Judicibus, aut miniſtris ſub pœna excommunicationis majoris, ac aliis pœnis a Sacris Canonibus, & Conſtitutionibus Apoſtolicis inflictis, & comminatis, ipſo facto incurrendis, (a quibus a nemine præterquam a Nobis, & Romano Pontifice pro tempore exiſtente abſolvi, etiam vigore quorumcumque Privilegiorū Apoſtolicorū, & Cruciatæ Sanctæ nequeant) conveniri nullo modo poſſint ſeu debeant, ſed a prædictis Ordinariis eccleſiaſticis tantum ad ſolutionem hujuſmodi compelli valeant: quibus Ordinariis ſub interdicti ingreſſus Eccleſiæ, ac ſuſpenſionis, nec non omnibus, & ſingulis Majeſtatis tuæ Officialibus, & Miniſtris, cujuſvis ſtatus, gradus, conditionis, dignitatis, & præeminentiæ fuerint, ac aliis quibuſcumque ſpeciali nota dignis, etiam Apoſtolicæ Sedis delegatis, & commiſſariis etiam Cruciatæ præfatæ, cæteriſque omnibus, aliiſque, ad quos quomolibet ſpectat, & pro tempore ſpectabit, ſub præfatæ excommunicationis majoris pœna, eo ipſo incurrenda diſtricte præcipiendo mandamus, ut divini judicii memores, ne Clerum, & eccleſiaſticos indebite, neque ultra, præter, aut contra continentiam, & tenorem præſentium noſtrarum Literarum gravent quomodolibet, nec a quoquam gravari permittant, & nedum contra quoſcumque contravenientes, & quomodolibet inobſervantes, ad ſententiarum, cenſurarum, & pœnarum prædictarum declarationem, & promulgationem reſpective, ſed etiam contra eoſdem eccleſiaſticos, & regulares etiam exemptos, nobiſque, & Apoſtolicæ Sedi immediate ſubjectos ſolvere recuſantes, ad quamcumque ſimplicem eorumdem Exactorum requiſitionem, etiam exequtive, ac quacumque appellatione remota, auctoritate noſtra procedant.

Hoc ſubſidium loco quorumcumque aliorum ſubſidiorum, decimarum &c. ſolvi mandat.

§.5. Volumus autem, quod iſtud ſubſidium decem, & novem millionum cum dimidio alterius millionis ſuccedat loco quorumcumque aliorum ſubſidiorum ſuper millionibus per nos hactenus approbatorum, & conceſſorum, ita quod illorum vigore nihil amplius a quoquam exigi poſſit: quodque pecuniæ ex præfatis ſubſidiis, & gabellis, ſeu ſiſis, ut præfertur, a dictis eccleſiaſticis exigendæ, in præfatos, & non alios uſus convertantur, ſuper quo Majeſtatis tuæ conſcientiam oneramus.

Clauſulas neceſſarias addit

§.6. Decernentes præſentes Literas validas, firmas, & efficaces exiſtere, ſicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos

legatos etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis etiam iu quibuſvis generalibus Conciliis editis, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis Eccleſiis, Regnis, Perſonis, Capitulis, Monaſteriis, Conventibus, & Collegiis, & aliis præfatis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & aliis decretis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis: quibus omnibus etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio babenda eſſet, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Præſentiumq; tranſumptis credi jubet.

§.7. Ut autem præſentes noſtræ Literæ, cum opus fuerit, ad omnium notitiam facilius devenire poſſint, decernimus, ut eorum exemplis etiam impreſſis manu alicujus publici Notarii ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra ubique habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum die 5. Martii 1633. An.X.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 5. Martii 1633. Pontificatus Noſtri Anno X.

CDXXVII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Super exemptione Cleri Regnorum Caſtellæ, & Legionis a Solutione Decimæ.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Refert ea, quæ ſtatuta ſunt in præcedenti Conſtitutione

§.1. Hodie pro parte Chariſſimi in Chriſto filii noſtri Philippi Hiſpaniarum Regis Catholici Nobis expoſito, quod laici ſubditi Regnorum Caſtellæ, & Legionis ejuſdem Philippi Regis in eorum Comitiis, ſeu Curiis de anno 1632. proxime præterito habitis animadvertentes, ſubſidium decem, & octo millionum nummorum aureorum alias a præfatis ſubditis ſuis pro fidei catholicæ defenſione, & obedientiæ erga Sanctam Romanam Eccleſiam conſervatione ſibi oblatum, & a Nobis per noſtras in ſimili forma Brevis ſub die 29. Maii anni 1629. expeditas Literas ad novem annos approbatum, & confirmatum, ob nonnullas cauſas effectum ſortiri non poſſe, imo penitus ceſſaſſe, eumdem vero Philippum Regem, ad reprimendum fidei ortodoxæ hoſtium conatus, graviſſimis aſſidue ſumptibus urgeri, ejuſque æraria penè exhauſta eſſe, itaut niſi de alio extraordinario, celerique, & prompto ſubſidio provideretur, eumdem Philippum Regem eoſdem ſumptus in tam laudabilem, ac Deo gratam, & Reipublicæ Chriſtianæ utilem cauſam convertendos diutius ferre difficile poſſe; aliud ſervitium, ſive ſubſidium, quod in totum ſummam decem, & novem millionum nummorum aureorum cum dimidio alterius ſimilis millionis, ſex annorum a prima die menſis Auguſti anni proxime præteriti 1632. inchoatorum ſpatio, trium ſcilicet millionum, & unius quarti alterius millionis hujuſmodi pro quolibet anno perſolven., conficere deberet ex gabellis, ſiſis nuncupatis alias impoſitis, & auctis ſuper vino, aceto, oleo, & carne in dictis Regnis Caſtellæ, & Legionis colligendis, & conſumendis non ſolum per ementes, & vendentes ſolvendis ſed etiam per eos, qui præfatas rerum ſpecies percipiunt ex propriis Terrenis, vel affictibus, aut reſpective emunt in uvis, vel olivis, ſeu colligunt pro Decimis, aut etiam dono accipiunt, ſeu alias ex quovis alio reddito, & introitu habent, & conſumunt, præſtare prompte obtulerant; & poſtquam Noſtra, & hujus Sanctæ Sedis licentia, ſeu approbatio acceſſiſſet, etiam Eccleſiaſtici eorumdem Regnorum in ſubſidio hujuſmodi contribuere, gabellaſque, ſeu ſiſas prædictas juxta Literarum Noſtrarum in forma Brevis ſuper conceſſione prædictæ licentiæ, ſeu approbationis expediendarum formam, continentiam, & tenorem perſolvere deberent; Nos ex cauſis in expoſitione prædicti Philippi Regis expreſſis inducti, ut ſcilicet ipſe Philippus Rex bellorum contra fidem catholicam ingruentium, & præcipue chariſſimi in Chriſto filii Noſtri Ferdinandi Romanorum Regis in Imperatorem electi in Germania ad reprimendum Svecorum invaſiones, aliorumque hæreticorum conatus bellum ad præſens gerentis neceſſitatibus infra tempus opportunum ſubvenire poſſet; ideo propter urgentes, & extraordinarias neceſſitates hujuſmodi, motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione Noſtris, deque apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnes, & ſingulas eccleſiaſticas perſonas tam ſeculares, quam cujuſvis Ordinis etiam exempti, & Apoſtolicæ Sedi immediate ſubiecti Regulares, nec non Monaſteria utriuſque ſexus, Conventus, & Collegia, ac Capitula Eccleſiarum Regnorum Caſtellæ, & Legionis prædictorum, ac in eiſdem Regnis commoran., & conſiſten., ad conferendum, & contribuendum, prout laici in dicto ſubſidio mediante ſolutione præfatarum gabellarum, ſeu ſiſarum ſuper vino, aceto, oleo, & carne in dictis Regnis colligendis, & conſumendis impoſitarum,

Digitized by Google

rum , & auctarum , & durante ſeaennio proximo a prima die dicti menſis Auguſti 1632. inchoato , & non ultra , ac ſub certis modo , & forma tunc etiam eapreſſis ea vice teoeri , & obligatos eſſe decrevimus . Voluimus tamen , quod prædictum ſubſidium decem , & novem millionum cum dimidio alterius millionis ſuccedere deberet loco quorumcumque aliorom ſubſidiorum per Nos hactenus ſuper millionibus approbatorum , & conceſſorum , ita quod illorum vigore nihil amplius a quoquam eaigi poſſet , quodque pecuniæ per dictos Eccleſiaſticos in præfatis gabellis ſulvendæ in præſatos , & oon in alios uſus convertereotur , & alias prout in Noſtris deſuper in ſimili forma Brevis hodie expeditis Literis , quarum tenores præſeotibus haberi volumus pro expreſſis , ac de verbo ad verbum inſertis, plenius continetur.

Recenſet quoque impoſitā prætterito anno Decimam quamdam ſuper omnes Hiſpaniarum Eccleſiaſticos.

§.2. Cumque alias etiam dicti Ferdioandi Regis io Imperatorem electi contemplatione , & intuitu , ac ſupplicationibus ipſius Philippi Regis nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati , per alias ſimiliter Noſtras ſub die 5. Februarii dicti anoi 1631. expeditas Literas onam ſemel perſulvendam Decimam , quæ in totum ad ſummam ſexcentorum millium ducatorum monetæ Hiſpaniarum aſcenderet , juxta taxam , ſeu repartitionem a Ven. Fratre Cæſare Patriarcha Antiocheno Noſtro , & Apoſtolicæ Sedis in Regnis Hiſpaniarum Nuncio faciendam , omnium fructuum , reddituum , & proventuum , obventionum , & emolumentorum , ac diſtributioonm quotidianarum , nec non peniſionum annuarum Cleri Secularis , & quorumvis Ordinum , inſtitutorum , & Societatum , ac Militiarum quarumcumque oon tamen Hoſpitalis Sancti Joannis Hierololymitani, regularis non ſolum Caſtellæ , & Legionis , ſed etiam aliarum Provinciarum , & Ditionum Hiſpaniarum , & Inſularum illis adiacentium , ac alias ſub certis modo , & forma ſimiliter tunc eapreſſis indiaerimus , & impoſuerimus .

Eccleſiaſticis Regnorū Caſtellæ , & Legionis, ſi quid nomine hujus Decimæ ſolverint , reſtitui jubet.

§.3. Conſiderantes præſatum ſervitium , ſive ſubſidium decem , & novem millionum oummorum aureorum cum dimidio alterius millionis bujuſmodi non modo prælatam conceſſionem ſuper ſimilibus millionibus a Nobis de anno 1629. ſed etiam quaſcomque alias conceſſiones, & gratias ſuper aliis millionibus per quoſvis Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros Regibus Hiſpaniarum ejuſdem Philippi Regis prædeceſſoribus, ac eidem Philippo Regi reſpective factas eacedere, ac ſublevationi Cleri Regnorum Caſtellæ, & Legionis conſulere, & ne Clerus prędictus duplici eſceſſivoque onere millionum ſcilicet, & decimæ hujuſmodi gravetur, provida ratione præcavere volcntes, motu, ſcientia, & deliberatione, ac poteſtatis plenitudine ſimilibus , ratam , & quantitatem , quam illi de dicto Clero eorumdem Regnorum Caſtellæ , & Legionis, exceptis tamen infraſcriptis , hactenus , & impoſterum ratione præfata decimæ ſolverint , eidem Clero Regnorum Caſtellæ , & Legionis ſcilicet præfatis, qui illam ſolverint , modo tamen , & forma ſequentibus reſtituendam eſſe , & reſtitui debere decernimos , & mandamus , onuſque eamdem ratam , ut præſertur , reſtituendi tenore præſentium ſuper Clero aliorum Regoorum , Provinciarum , ſeu Ditionum , ac Inſularum præfatæ decimæ ſolutioni obnoaiarum , qui in ſolutione ſubſidii , prædictorum novem , & decem millionum cum dimidio alterius millionis oihil omnino conferuot , Iojungimus , & Imponimus .

Totamque Decimam ſuper cæteros Hiſpaniarum Eccleſiaſticos dividi.

Mandata hæc de re Nuncio Apoſtol. dat.

§.4. Quocirca eidem Cæſari Patriarchæ moderno , & pro tempore eaiſteuti Nuocio bujuſmodi per præſentes committimus , & mandamus , ut eamdem ratam decimæ juxta formam præſatarum Literarum perſolotam, & perſolvendam per præſatos de Clero ipſorum Regnorum Caſtellæ , & Legionis a Clero præfatorum aliorum Regnorum, Provinciarum , & Ditionum, ac Inſularum ejuſdem decimæ ſolutioni obnoaio, juata taxam , & repartitionem ab eodem Nuntio facien., Juris , ac facti remediis, ac ſub ſeotentiis, cenſuris , & pœnis ejus arbitrio infligendis , & moderandis etiam exeqtive , ac omni , & quacumque appellatiooe , reclamatione , & recurſu remotis , & ſublatis per ſe , ſuoſque delegatos exigat , & eaigi faciat , illamque eidem Clero ipſorum Regnorum Caſtellæ, & Legionis ſcilicet illis, qoi (exceptis tameo, ut præfertur, infraſcriptis) illam ſolverint, reſtituat, ac reſtitui faciat realiter. & cum effectu.

Nonnullos à reſtitutione eximit.

§.5. Sub hoc autem Decreto , & mandato de reſtituenda rata dictæ decimæ ſoluta , & ſolvenda compræhendere nolumus Præceptores , Bajulivos , & Priores Ordinum Militiarum prædictorum Regnorum Caſtellæ , & Legionis , neque Epiſcopos , Archiepiſcopos Metropolitanos , & Primates eorumdem Regoorum Caſtellæ , & Legionis , qui prædictæ decimæ ſolutiooi conſeoſerint , nec quatuor Sanctæ Romaoæ Eccleſiæ Cardinales in Romana Curia præſentes, ac Eccleſiaſtica Beneficia, & ſeu penſiones quaſcumque in prædictis Regnis Caſtellæ , & Legioois obtinentes , qui pro conceſſione approbationis ſubſidii præſati decem , & novem millionum cum dimidio apud Nos efficaciter iteratiſque officiis inſtiterunt , minuſque corundem Regnorum Caſtellæ , & Legionis Monaſteria , Coventus , Collegia , & loca Regularia præterquam ſanctimonialium , eorumque Præpoſitos , Superiores , & perſonas regulares , qui , & quæ praſatam decimam ſolvere conventualiter , vel alias juſta eorum ſolitum ſtilum conſenſeriot , quibus nihil reſtituendum eſſe declaramus . Ut autem Clerus Regnorum , Provinciarum ſeu dominiorum , ac Inſularum ſolutioni dictæ decimæ obnoaius ea impoſitione hujuſmodi oneris reſtituendi , ſeu ſolvendi ratam dictæ decimæ præfato Clero Regnorum Caſtellæ , & Legionis minus , quantum fieri poteſt, gravetur, volumus præfato oneri reſtituendi minime ſubjacere Hoſpitalia hoſpitalitatem actu eaercentia, Eccleſias , & loca pia quæcumque ea eleemoſynis dumtaxat viveotia , ac Rectores Parrochialium Eccleſiarum , quarum certum. alia vero Beoeficia obtinentes , & in aliquo ex eis reſidentes ,

ſidentes, quorum inſimul quadraginta ducatos auri de Camera fructus, redditus, & proventus aonuatim non excedunt.

Terminum annorum præfinit ad reſtituendum.

§.6. Et ut cæteri de dicto Clero Regnorum, Provinciarum, ſeo Ditionum, & Inſularum hujuſmodi facilius hoc novum onus ſuſtioere valeant, illis terminum anoorum trium, vel quatuor, aut quinque arbitrio ejuſdem Nuncii incipien. ad reſtituen: prædictam ratam decimæ io annuis æqualibus, & diſtinctis ſolutionibus per eomdem Nuncium proportionabiliter aſſignandis concedimus.

Finitaque exactione hujuſmodi onus ſublatum eſſe declarat.

§.7. Volumus autem, quod fioita exactione prædictæ decimæ ſeſcentorum millium docatorum monetæ Hiſpaniæ, ac finita prædicta reſtitutiooe, gravameo præfatum impoſitionis, & reſtitutionis ceſſet eo ipſo ſine ſpe illius prorogationis, vel novæ conceſſionis.

Clauſulæ.

§.8. Decerneotes, præſentes literas validas, firmas, & efficaces eaiſtere, & fore, ſieque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretaudi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſeeus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcieoter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.9. Non obſtan. præmiſſis, ac omnibus illis, quæ in ſingulis literis præfatis voluimus ooo obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptis danda fides.

§.10. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis etiam impreſſis manu Notarii publiei ſubſeriptis,& ſigillo perſonæ in digoitate eccleſiaſtiea conſtitutæ, munitę, eadem prorſus fides in Judicio, & estra adhibeatur, quę ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 5. Martii 1633. An.X.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annolo Piſcatoris die 5. Martii 1633. Pontificatus Noſtri Anno X.

CDXXVIII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Confirmatio Tranſactionis initæ inter DD. Cardinales ab Harrach, & Pallottum Summi Pontificis Delegatos, & Ferdioandi Imperatoris Plenipotentiaros ſuper bonis Eccleſiaſticis Regni Boemiæ; qua quidem Tranſactione prædicta bona eraſſante co in Regno Hæreticorum rebellione oſurpata Regi cooceduntur: Eeeleſiaſticis autem certa pars vectigalis, qood *Salis* appellatur, adjudicaotur.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

Sancta Mater Eccleſia ſuper fundameotum Apoſtolorum, & Prophetarum ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Jeſu ædificata, oon modo æterni Sacerdotii digoitate ab ipſo Chriſto inſignita eſt, verum etiam in veſtitu deaurato circumdata varietate, temporalium bonorum poſſeſſiooe esornata, ut nec pulehritudini deeſſent ornamenta, nec majeſtati præſidia. Quapropter Apoſtolica Romanorum Pontificum ſolicitudo noo io iis tantum proſpiciendis verſatur, quæ ſpiritualis traditæ ſibi cœlitus poteſtatis munia reſpiciunt, verum etiam ad ea paſtoralis vigilantiæ ſuæ partes ſedulo iotendit, per quæ bonorum temporalium earomdem Eccleſiarum cooſervationi, quantum cum Domino fieri poteſt, opportuna ratione providetur.

Ferdinando Imperat. eccleſiarum ab Hæreticis direptarum bonis conſulente,

§.1. Alias ſiquidem cum concitata retroactis temporibus io Regno Boemiæ per Principes, & Poteſtates Tenebrarum rebellione, furentibuſque etiam armata hæreſi ſeditionibus, belliſque inteſtinis multa bona, & Jura eccleſiaſtica partim direpta, partim occupata, & uſurpata fuiſſent, & tunc temporis detinerentur, chariſſimus in Chriſto filius noſter Ferdinandus Romanorum Res in Imperatorem electus pro ſuo avito, & ſpectato religionis, & fidei catholicæ zelo profligatis auxiliante Domino Deo Exercituom rebellibus hæreticis, ſedatiſque armorum motibus Fidei prædictæ in dicto Regno, & illi adjacentibus Provinciis, bonorumque eccleſiaſticorum reſtitutioni totis viribus incumberet.

Urbanus Cardinalibus ab Harrach, & Palotto facultatem concedit cum eo tranſigendi Cleri ſecularis, & regularis nomine.

§.2. Nos ex cauſis tunc expreſſis, dilectis filiis Noſtris Erneſto Adalberto ab Harraeh Eccleſiæ Pragen. ex conceſſione, & diſpenſatione Apoſtolica Præſuli, nec non tunc Noſtro, & Apoſtolicæ Sedis apud eumdem Ferdinan. Regem in Imperatorem electum Nuncio Joanni Baptiſtæ S. R. E. Præsbyteris Cardinalibus Palloto reſpective nuncupatis ſuper bonis, decimis, primitiis, rebus, Juribus, & actionibus quibuſcumque eccleſiaſticis Regni Boemiæ prædicti, non tamen ad Hoſpitale Sancti Joanois Hieroſolymitani quomodolibet ſpectan., cujuſcumque qualitatis, quantitatis, & valoris fuiſſent, ac quocumque prætextu, vel cauſa occupata, & uſurpata eſſent, & detinerentur, tam Noſtro, & ejuſdem Sanctę Sedis, quam Cleri Secularis, & Regularis ejuſdem Regni nominibus cum prædicto Ferdinando Romanorum Rege in Imperatorem electo conveniendi, concordandi, & tranſigendi, ac de eiſdem bonis diſponendi, prout ad fidei catholicæ in eodem Regno propagationem, & manutentionem eiſdem expedire viſum fuiſſet, reſervata tamen Nobis, & eidem Sedi de bonis, Juribus, & redditibos vigore literarum noſtrarum deſuper confectarum aſſignandi noſtro, & dictæ Sedis arbitrio ad Dei ſervitium, & Eccleſiarum dicti Regni utilitatem diſponendi, omnimoda facultate, & poteſtate plenam, & liberam poteſtatem, & auctoritatem apoſtolica auctoritate conceſſimus, & impartiti ſumus, & alias, prout io noſtris deſuper in ſimili forma Brevis expeditis, & in infraſcripto Inſtrumento inſertis Literis plenius continetur.

Qui Concordiam injerunt

§.3. Cum autem, ſicut accepimus, Erneſtus, & Joannes Baptiſta Cardinales prædicti

dicti in vim literarum noſtrarum hujuſmodi una cum dilectia filiis Maaimiliano Comite de Thautmanſdorff, Gulielmo Comite Slavata, & Othone libero Barone de Hoſtitz ab eodem Ferdinando Rege in Imperatorem electo, ad hoc ſpecialiter deputatis, ad certam inter ſe conveotionem ſuper bonia, decimis, primitiis, rebus, Juribua, & actionibus eccleſiaſticis Regni prædicti devenerint, prout plenius continetur in Inſtrumento publico deſuper confecto tenoris ſubſequentis videlicet: In Nomine Domini Amen.

Concordiæ tenor.

Cum recuperato Regno Boemiæ ex ſingulari Dei beneficio per Sacram Cæſaream Majeſtatem Sereniſſimum, & inuictiſſimum Principem DD. Ferdinandum, hujus nomiois ſecundum, Romaoorum Regem in Imperatorem electum, eumdemque dictæ Boemiæ Regem, ac omnibus hæreſum Miniſtris inde ejectis, Catolicæque Religionis cultu, & eaercitio inibi reſtituto, pro parte eccleſiaſticorum dicti

Nonnulli Eccleſiarum bona detinebant

Regni multæ quidem, ut aſſeritur, prætentiones, & controverſiæ contra, & adverſus Reges, & Cameram dicti Regni, & quamplures dicti Regoi Duces, Principes, Comites, Barones, Equites, Civitates, Communitates, & alios quoſcumque Subditos Regni bona eccleſiaſtica in dicto Regno poſſidentes (poſſeſſionatos vulgo ouncupatos) de, & ſuper eorumdem bonorum eccleſiaſticorum ad Eccleſias, Monaſteria tam virorum, quam mulierum, aliaque beneficia eccleſiaſtica, tam ſecularia, quam regularia ſpectantium, & graſſante hæreſi io dicto Regno diverſimode alienatorum recuperatione, ac illorum, & fructuum perceptorum reſtitutione, rebuſque aliis motæ, & deductæ fuerint, & in dies moveantur, & deducantur, illa aotem ob tem-

Sed cum difficile eſset ea in Judicio evincere ob temporis diuturnitatem;

poria antiquitatem, & prætenſas præſcriptiones, aliaſque eaceptiones, quæ pro eorumdem poſſidentium parte obiiciuntur, difficiles ad in Judicio proſequendum detegantur, itaut non ſine diuturnis, inextricabilibuſque, & diſpendioſis litibus, ac Magno Catholicæ Religionis in eo Regno reſtituendæ, ſtabiliendæve detrimento terminari poſſe videantor. Proinde negotio ad Sanctiſſimum Dominum Noſtrum Urbaoum divina providentia Papam VIII. delato, juſſuque Sanctitatis Suæ deſuper communicato conſilio primo mediantibus Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo Domino Erneſto preabytero Cardinale ab Harracb Archiepiſeopo Pragen., & Illuſtriſſimo Domino Carolo Caraffa Epiſeopo Averſano, tune apud Sacram Cæſaream Majeſtatem præſatam Suæ Sanctitatis, & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ Nuncio cum eadem Sacra Cæſarea Majeſtate Ferdinando Imperatore, & Rege prædicto in eccleſias, eccleaſticaſiſque perſonas beoeficentiſſimo, & in hæreſibus extirpandis, Catholicaque Religione io dicto Regno reſtituenda, ſtabiliendaque ſtudioſiſſimo, & deinde etiam in Sacra

De conſilio S. Congr. de Propaganda Fide.

Congregatione Illuſtriſſimorum, & Reverendiſſimorum DD. S. R. E. Cardinalium ſuper Fide propaganda deputatorum, tandem poſt plures tractatus, & matùras conſultationes deſuper habitas, in eam deliberationem commooi voto deventum foit, ut ad longas, diſpendioſas, & inextricabiles lites, quæ deſuper veriſimiliter. eaoriri poſſent præcidendss, ſimulque eccleſiarum, monaſteriorum, ac beneficiorum eccleſiaſticorum dicti Regni indemnitati, ac præſati Imperatoris, uti Regis dicti Regoi, Ducum, Principum, Comitum, Baronum, Equitum, Nobilium, Civitatum, Communitatum, & aliorum quorumcumque ſubditorum Regni bona eccleſiaſtica, ut præſertur, poſſidentium conſcientiis conſulendum, catholicam fidem, & religionem in ipſo Regno confirmandam, augendam, & conſervandam, ac pro bono publico quietis, & pacis inter eccleſiaſticos, & laicos Regoi ſupradicti mutua conventio fiat,

Deventum eſt ad Concordiam.

per quam idem Sereniſſimus Dominus Ferdinandos Imperator electus, uti Boemiæ Rex nomine ſuo, ſuorumque in eodem Regno Boemiæ hæredum, & ſucceſſorum quorumcumque in perpetuum Sanctiſſimo Domino Noſtro Papæ Urbano VIII., & Sanctæ Sedi Apoſtolicæ, & pro illis Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo Domino Erneſto S. R. E. præsbytero Cardinali ab Harrach Archiepiſcopo Prageo., & Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo Domino Joanni Baptiſtæ S. R. E. presbytero Cardinali Pallotto Archiepiſcopo Teſſalonieen. Nontio Apoſtolico, Plenipotentiariis a Soa Sanctitate deputatia io beneficium Eccleſiæ, & Catholicæ Religionis, univerſique Cleri in ſupradicto Boemiæ Regno perpetuum annuum redditum quindecim Cruciferorum quartam partem unius Floreoi Rheneo. conſtituen. ſuper quolibet modio ſalis, quem vulgo Groſſkueffen.

Qui ſtatuitur ut certa pars vectigalis, quod eo in Regno pro ſale ſolvitur, eccleſiaſticis adjudicetur.

vocant, quod in præfatum Regnum Boemiæ undequaque iotroducetur, vel in ipſo Boemiæ Regno effodietur, ſeu excoquetur, vel alias quumodolibet eonficietur. ſi quando ſalis fons, ſeu ſalina in dicto Boemiæ Regno in uſum veniat io favorem eorumdem eccleſiaſticorum, ac per miniſtros, & officiales eorum oomine deputandos a Kalendis præſentis menſis Martii, & abinde in poſterum in perpetuom exigendum realiter, & cum effectu tradet, atque aſſignet, viciſſim vero pro parte prædictorum eccleſiaſticorum Jura, quæ ipſi habent, & eis competunt ſupra, & pro infra dicendia bonis eccleſiaſticis, ut infra, alienatis, aut oppignoratis, & poſſeſſis in favorem prædicti Sereniſſimi Domini Ferdinandi Imperatoris electi uti Boemiæ Regis, ſuorumque in eodem Boemiæ Regno hæredum, & ſucceſſorum quorumcumque in perpetuum Catholicorum legitime intrantium, & quibus ipſe Sereniſſimus Dominus Ferdinandus, & prædicti ejus hæredes, & ſucceſſores Boemiæ Reges dederint ſimpliciter perpetuo ea cauſa aſſignationis, ac mutoæ conventionis prædictæ cedantur, & eoncedaotur, modo tamen, & forma, ac ſub reſervationibus, conditionibus, & pactis infra latius deſeriptis, contentis, & annotatis, quam quidem conventionem Sanctiſſimus Dominus

minus Noſter ex cauſis ſupradictis, ac de ejuſdem Sacræ Congregationis Sententia probavit.

Hinc eſt, quod anno a Nativitate ejuſdem Domini milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo indictione decima tertia, die vero octava menſis Martii Pontificatus prædicti Sanctiſſimi Domini Noſtri Urbani divina providentia Papa VIII. anno ſeptimo, Reguorum autem Sereniſſimi Domini Ferdinandi Imperatoris electi Romani undecimo Hungarici duodecimo, & Boemici decimotertio in Noſtrum Notariorum in ſolidum rogatorum præſentium ad hæc ſpecialiter vocatorum, & adhibitorum præſentia præſentes, & perſonaliter conſtituti.

Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus Dominus Erneſtus S. R. E. Presbyter Cardinalis ab Harrach Archiepiſcopus Pragen. ac Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus Dominus Joannes Baptiſta S. R. E. Presbyter Cardinalis Pallottus Archiepiſcopus Theſſalonicen. ejuſdem Sanctiſſimi Domini Noſtri, & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ apud Sacram Cæſaream Majeſtatem prædictam cum facultate de latere Legati Nuncius ex una ad hæc, & infraſcripta a prælibato Sanctiſſimo Domino Noſtro Papa per ejus literas apoſtolicas in forma Brevis ſub datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 7. menſis Julii anni milleſimi ſexcenteſimi vigeſimi noni Pontificatus ſui anno ſexto cum ampliſſima facultate deputati, prout docuerunt per literas prædictas, quas originaliter Nobis Notariis in ſolidum rogatis tradiderunt, & conſignarunt ad effectum præſenti Inſtrumento inſerendi, & regiſtrandi infraſcripti tenoris videlicet. Urbanus Papa VIII. ad futuram rei memoriam. Inter graviſſimas, multiplicesque apoſtolicæ ſervitutis curas, quibus pro Noſtri paſtoralis officii debito jugiter angimur, illa Nos præcipue ſollicitos habet, ut ſacroſanta fides catholica diſperſis, atque conculcatis inimici hominis zizaniis ubique gentium inviolata vigeat, & propagetur, hæreſeſque, & alii damnati errores e mentibus Criſtifidelium, ubi peccatis hominum facien. irrepſerunt, per immenſam Dei bonitatem pœnitus evellantur. Quapropter Nos, qui militantis Eccleſiæ regimen., omnimodamque univerſi Dominici gregis a Chriſto Domino curam in Beatiſſimo Petro Apoſtolorum Principe accepimus, etſi Nos ad omnium ſalutem procurandam debitores agnoſcamus, iis tamen Provinciis peculiari vigilantia ſtudium impendimus, quæ dextera Dei facien. virtutem e manibus hæreticorum non ita pridem ereptæ, opem, & operam Noſtras magis implorare dignoſcuntur, pioſque Catholicorum Principum conatus, atque deſideria ad id tenden. favoribus, & gratiis proſequimur opportunis. Cum itaque concitata retroactis temporibus in Regno Boemiæ per Principes, & Poteſtates Tenebrarum rebellione, furentibuſque cum armata hæreſi ſeditionibus, belliſque inteſtinis multa bona, & Jura Eccleſiaſtica partim direpta, & partim occupata, & uſurpata fuerint, & ad præſens detineantur, chariſſimus vero in Chriſto Filius Noſter Ferdinandus Romanorum Rex in Imperatorem electus pro ſuo avito, & ſpectato Religionis, & fidei catholicæ zelo profligatis, auxiliante Domino Deo, Exercituum Rebellibus hæreticis, ſedatiſque armorum motibus, fidei prædictæ in dicto Regno, & illi adjacentibus Provinciis, bonorumque eccleſiaſticorum reſtitutioni totis viribus incubuerit, & eorumdem hæreticorum converſioni, hæreſumque prædictarum extirpationi pia ſollicitudine jugiter invigilet. Nos ſperamus negotium reſtitutionis, extirpationis, & converſionis prædictarum, eo faciliores progreſſus habiturum fore, quo major in Eccleſiarum, bonorum, & Jurium poſſeſſionibus in dictis Regnis, & Provinciis præteritorum temporum hujuſmodi confuſione, ut præfertur, occupatis, uſurpatis, & detentis, nedum benignitas, & Indulgentia ab hac Sancta Sede oſtendatur, ſed etiam indemnitati Eccleſiarum prædictarum, quantum cum Domino poſſumus, conſulatur, nobiſque perſuadentes prædictum Ferdinandum Romanorum Regem in Imperatorum electum, ob præclarum ejus in Nos, & Sanctam Sedem obſervantiam, atque in reductione Regni, & Provinciarum hujuſmodi ad ejuſdem Eccleſiæ gremium, & veræ fidei prædictæ confeſſionem, noſtramque, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis obedientiam ſingulare ſtudium infraſcripta facultate, tamquam materiæ ſuæ pietatis exercen. uſurum, eamque oſtenſurum tam in Eccleſiis, Monaſteriis, & locis piis quæ adhuc extant conſervan., & manutenen., quam dirutis, & everſis in dies inſtauran., occupatiſque recuperan., hiſque ſufficienter dotan., ac reliquis denique vulneribus, quæ eorumdem temporum confuſione Eccleſiæ ipſæ maxima acceperunt, medendis, & ſanandis de Ven. fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotio propagandæ in univerſo mundo fidei præpoſitorum conſilio Dilecto Filio Noſtro Erneſto Adalberto S.R.E. Presbytero Cardinali ab Harrach nuncupato Eccleſiæ Pragen. ex conceſſione, & diſpenſatione apoſtolica Præſuli, necnon Ven. Fratri Joanni Baptiſtæ Archiepiſcopo Theſſalonicenſi Noſtro, & Sedis Apoſtolicæ prædictæ apud eumdem Ferdinandum Regem in Imperatorem electum Nuncio ſuper bonis, Decimis, Primitiis, rebus, Juribus, & actionibus quibuſcumque Eccleſiaſticis Regni Boemiæ prædicti, non tamen ad Hoſpitale Sancti Joannis Hieroſolymitani quomodolibet ſpectan. cujuſcumque qualitatis, quantitatis, & valoris fuerint, ac quocumque prætextu, vel cauſa occupata, & uſurpata ſint, & detineantur tam noſtro, & ejuſdem Sanctæ Sedis, quam Cleri ſæcularis, & regularis ejuſdem Regni nominibus, cum prædicto Ferdinando Romanorum Rege in Imperatorem electo conveniendi, concordandi, & tranſigendi, ac de ejuſdem bonis diſpo-

Pontificium Breve, quo Delegatis Ap. facultas conceditur Concordiæ Inſtrumentum ſtipulandi.

diſponen., prout, ad fidei Catholicæ in eodem Regno propagationem, & manutentionem eiſdem expediri viſum fuerit, reſervata tamen Nobis, & eidem Sedi de bonis, Juribus, & redditibus vigore præſentium aſſignan. Noſtro, & dictæ Sedis arbitrio ad Dei ſervitium, & Eccleſiarum dicti Regni utilitatem diſponen. omnimoda poteſtate, & facultate, plenam, & liberam poteſtatem, & auctoritatem, apoſtolica auctoritate tenore præſentium concedimus, & impartimur. Non obſtan. Noſtris de unionibus committendis ad partes, vocatis, quorum intereſt, & exprimen. valore Beneficiorum, ac de non tollendo Jure quæſito, aliiſque Cancellariæ Apoſtolicæ Regulis, necnon piæ mem. Simachi, quæ incipit: *Non liceat*, ac Pauli II. Rom. Pontificum prædeceſſorum noſtrorum de rebus Eccleſiæ non alienandis, ac quibuſvis aliis apoſtolicis, nec non in univerſalibus, Provincialibus, & Sinodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus, ac quarumcumque Eccleſiarum, Monaſteriorum, & bonorum piorum fundationibus, ac etiàm Juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die ſeptima menſis Julii 1629. Pontificatus Noſtri Anno ſexto. M. A. Maraldus.

Mandatum Ferdinandi Imperatoris ſuis Delegatis.

Et Illuſtriſſimi Domini Maſſimilianus Comes de Thautmanſdorff Baro de Gkichemberg, Negars, Burgaff, & Totzenbach in Biſchoffteinitz Mirſchaſs, & Iſelcetzionitz S. C. M. Conſiliarius arcanus actualis, & Camerarius, Gulielmus quoque Comes Slavata Gubernator Domus Novodomenſis d'Nlum, & Koſclemberg Dominus in Heulaus Platz Skoſclemberg, & Teltſcl Hypothecarius poſſeſſor Domiuii Sllelnicenſis præfatæ Cæſareæ Majeſtatis Conſiliarius arcanus actualis, & Camerarius, ejuſdemque uti Regis in hæreditario Regno Boemiæ ſupremus Cancellarius, necnon ſupremus in eodem Regno hæreditarius Pincerna, & Otto liber Baro de Hoſtitz inſalhaff Heinriſgrin, & Schocha, & Linair ſupradictæ Cæſareæ Majeſtatis Conſiliarius Imperialis Aulicus, Camerarius, necnon Germanicus in hæreditario Regno Boemiæ Vice Cancellarius ex altera partibus ad hæc, & infraſcripta ab eadem Sacra Cæſarea Majeſtate Sereniſſimi Ferdinandi Imperatoris, & Regis per publicum mandatum, ſeu patentes literas imperiales ſub Datum Viennæ die 16. Februarii anno 1630. Regnorum ejuſdem Romani undecimo, Hungarici duodecimo, & Boemici decimotertio, cum ampliſſima facultate pariter deputati, prout ſimiliter docuerunt, per publicum mandatum, ſeu literas imperiales antedictas, quod, ſeu quas Nobis ad effectum præſenti Inſtrumento inſerendi, & regiſtrandi tradiderunt, & conſignarunt tenoris infraſcripti. Videlicet.

Nos Ferdinandus Secundus Divina favente Clementia electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Boemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, & Sclavoniæ Rex Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Marchio Moraviæ, Dux Lucemburgiæ, & inferioris, & ſuperioris Sileſiæ, Barbantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ Wirtembergæ, & Thechæ, Princeps Sveviæ, Marchio inferioris, & ſuperioris Luſatiæ, Comes Habſpurgi, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi, & Goritiæ, Lantgravius Alſatiæ, Marchio Sac. Rom. Imperii Burgoricæ Dominus, Marchiæ, Sclavonicæ, Portus Naonis, & Sabinarum recognoſcimus, & notum facimus tenore præſentium omnibus, & ſingulis inter mala, quæ plurima ſecum vehit hæreſis, hoc in primis adeſſe ſolere compertum, quod ubi ea invaluit, ibi pleraque quidem alia agi omnia, fierique præpoſtere, ea vero, quæ Deo, & Eccleſiis, earumque Miniſtris ad vere cultus conſervationem data, & conſacrata ſunt, in omnes alios uſus rapi, ferrique, & profanari ſolent, veluti ſuperioris proximo, eoque, quod illud anteceſſit ſæculo in hæreditario noſtro Boemiæ Regno accidit, in quo cum partim aliunde illati, partim in ejus ipſius gremio nati, altique pernicioſi quidem in fide errores inoleviſſent, ea cum ipſis fere omnium rerum confuſio, Eccleſiarum quam maxime, & rerum ad eas pertinen. direptio, alienatio, & diſtractio inſequuta eſt, cui plures anteceſſorum noſtrorum Romanorum Imperatorum eorumdemque Boemiæ Regum, tametſi pro ſua in Deum pietate remederi voluiſſe admodum ſit credibile, non potuiſſe tamen, ex eo ſit veriſimile, quia quod voluiſſe credimus, non perfeciſſe videmus, iniquitate nimirum hominum, temporumque, nec non bellorum neceſſitatibus impeditus, imo forte ſimilibus interdum alienationis actibus, quæ perperam ab aliis facta approbare coactos. Nos igitur quibus Glorioſa a Deo conceſſa Victoria, prædictum hæreditarium Regnum noſtrum ab hæreſibus purgare, & in meliorem ſtatum vendicare datum eſt, tametſi eodem favente, & auxiliante Deo ea geſſerimus, quibus Sancta, ſolaque ſalvifica Catholica Religio noſtra tuta in hoc regno eſſe poſſit, tametſi etiam, ut in alios ejuſdem Regni ordines, ita in Eccleſiaſticum præcipue Statum eximia tum beneficia, tum ornamenta liberali, & larga manu contulerimus, quibus ille, ſi non contentus eſſet, certe ſuum per injuriam ante amiſſorum dolorem abunde ſolari poſſit, nihilominus cum nihil nobis antiquius ſit, quam ea procurare, & agere, quibus non ipſi tantum Nos, noſtrique in hæreditario noſtro Boemiæ Regno hæredes, & ſuc-

& ſucceſſores quicumque in perperuum liberiores in conſcientia, verum in foro etiam externo contra lites, & quærelas ſuper bouis, & juribus hojuſmodi per injuriam temporum, ut præfertur, ab Eccleſia abſtractis, & avulſis motas, vel movendas, quietiores eſſe poſſimus, poſſeſſorum quoque, qui ea nunc tenent, omnimodæ ſecoritati cootra quorumcumque poſſidentium actiones conſulere volentes, tum & culpa, ſi quæ hac in re contracta eſt omnimode abolere cupientes: in primis vero, ac præcipue ad majus incrementum præſatæ ſanctæ Catholicæ Fidei, & religionis noſtræ tranſactionem firmam, ſecuram, & perpetuam ſuper bonis, & juribus ejuſmodi faciendam, & conſulendam duximus. Ac proinde communicato cum Bmo Domino noſtro Urbano hujus nomiois Octavo divina providentia ſanctæ Romanæ, & univerſalis Eccleſiæ Summo Pontifice hac ſuper re, & intentione noſtra conſilio, intellectaque propenſa ad hoc ipſum, & piæ ſuæ ſanctitatis voluntate, ſicut eadem Sua Sanctitas ad hoc negotii tractandum, & tranſigendum ex ſua parte Plenipotentiarios Mandatarios, & Commiſſarios ſuos jam tum ſub dat. Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 7. Julii anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimonono cooſtituit. Ita nos quoque matura prius habita com proceribus, & nobilibus Conſiliariis noſtris hac ſuper re deliberatione ex noſtra parte tamqoam hæreditarius Boemiæ Rex noſtro, & hæredum, ac ſocceſſorum noſtrorum quorumcumque in perpetuum io eodem Regno Boemiæ nomine Plenipotentiarios noſtros illuſtres, ac generoſum fideles, nobis dilectos videlicet Conſiliarium arcanum actoalem, ac camerarium noſtrum Maximilianum Comitem de Chaotmanſdorff Baronem de Gleiohemberg Negaſs Burgaſs, & Chotzenbach in Biſcoffteimitz, mirſclaſs, & Trchcetzioſſitz Gulielmum quoque Comitem Slavatam Gubernatorem Domus Novodu menſis de Klum, & Koſcheberg Dominum Neubaus Blatz Koſchemberg, & Teltſech, Hypothecarium in poſſeſſorem Dominii Melnicenſis Conſiliarium arcanum actualem camerarium, noſtrumque ot Regis in hæreditario Reguo noſtro Boemiæ ſupremum Cancellarium, necnon ſupremum quoque in eodem Regno hæreditarium Pincernam, tum & Ottonem liberum Baronem de' Hoſtitz in Falkenart, Heinriſgriſi, & Schnecha, & Linals Conſiliarium Imperialem noſtrum Aulicum Camerariom, oecnon Germanicum in hæreditario noſtro Regno Boemiæ Vicecancellarium deputare, & conſtituere voluimus, prout aden præſentium tenore eoſdem Plenipotentiarios, Mandatarios, & Commiſſarios noſtros deputamus, atque cooſtituimus, plenam, atque liberam poteſtatem iiſdem dantes, atque coocedentes ooſtro tamquam Boemiæ Regis, noſtrorumque hæredum, & ſucceſſorum quorumcumque io perpetuom nomine, cum prædictis ſuæ Sanctitatia Plenipotentiariis conveniendi, concordandi, & tranſigeudi de, & ſuper juribus, actionibus, & prætenſionibus, quæ, & quas Clerus tam ſæcularis, quam regularis prædicti noſtri Regni Boemiæ habet, ſeo habere prætendit ſuper bonix ſtabilibus, Decimis, Primitiis, aliiſque rebus eccleſiaſticis in eodem Regoo uſurpatis, occupatis, ſeu alienatis, necnon proceſſione jurium, actionum, & prætenſionum vigore conventionis, concordiæ, ſeu tranſactionis, ut præfertur, ab iiſdem Plenipotentiariis nomine Sanctiſſimi Domini noſtri, & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, uoiverſique dicti Regni Cleri recipieodæ, & in illorum compenſationem bona quæcumque etiam ſtabilia, jura, actiones, redditus, ac proventus cujuſcumque naturæ, valoris, quantitatis, & qualitatis fuerint quocumque nomine nuncupentur, etiamſi ex regularibus, ac quantumvis privilegiata, & neceſſario declaranda, ſeu hic, vel alibi eſprimenda forent pleno jure, etiam irrevocabiliter, & in perpetuum Sanctiſſimo Domino noſtro Papæ Urbano Octavo, & Sanctæ Sedi Apoſtolicæ, ac pro illia Pleoipotentiariis a Sua Sanctitate, ut præfertur in nominatis, & deputatis, beneficium Eccleſiæ, & ſolius Salvificę Catholicæ Religionis, univerſique Cleri in ſupradicto hæreditario noſtro Regno Boemiæ cedendi, conſignandi, atque tradendi realiter, & cum effectu, in ampliore, & validiore forma ratum, gratumque, & firmum habituri quidquid hi præoominati Plenipotentiarii noſtri noſtro, & hæredum, ac ſucceſſorum noſtrorum quorumcumque in perpetuum in eodem Reguo nomine, cum præmemoratis Suæ Sanctitatis Plenipotentiariis hoc in negotio, & dicta tranſactionis canſa egerint, ſecerint, concordaverint, tranſegerint io toto, & in parte nunc pro tunc, & tunc pro nunc non ſecus quam ſi id totum ipſemet Nos per noſmetipſos egiſſemus, feciſſemus, accordaſſemus, & tranſegiſſemus, quibuſcumque ſalutaribus exceptionibus juris, ac legum auxilio Nobis hac de cauſa competentibus expreſſe renunciantes, fide imperatoria, regiaque harum vigore, & teſtimonio literarum manus noſtræ ſubſcriptione, & ſigilli Cæſarei, Regiique appenſione roboratarum, quæ dabontur in Civitate noſtra Viennæ die decima ſeſta Februarii anno milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo, Regnorum noſtrorum Romanorum undecimo, Hungarici doodecimo, & Boemici decimo tertio.

Ferdinandus &c.

Gulielmus Comes Slavata Regni Boemiæ S. Cancellarius.

C. L. S. Otto liber Baro de Hoſtitz.

Ad mandatum Sacræ Cæſareæ majeſtatis proprium.

Joannes Valderode.

Volentes ad inſcriptam conventionem devenire, & prout, ad unumquemque ipſorum dictis nominibus, & uti Deputatos ſpectat, & pertinet in præmiſſis tractata exequi, & adimplere, & deſuper publicum, & ſolemne Inſtromentum ad perpetuam rei memoriam conficere, & celebrare. Ex utraque parte ad concordiam, ſeu tranſactionem devenitur.

In

Digitized by Google

In primis dicti Illuſtriſſimi Domini D. Maximilianus Comes de Chautmanſdorff &c. D. Gulielmus Comes Slavata &c., & D. Octo liber Baro de Hoſtitiz &c. Deputati Sereniſſimi Domini Ferdinandi Imperatoris, & Regis prædicti in vim facultatis ſibi, & ſupra conceſſæ, & attributæ nomine dicti Sereniſſimi Domini Ferdinandi Imperatoris, & Regis Boemiæ, & prædictorum ſuorum in Regno Boemiæ hæredum, & ſucceſſorum quorumcumque in perpetuum ex cauſa pariter dictæ Conventionis, ut ſupra tractatæ, initæ, atque firmatæ ſponte, & ex eorum certa ſcientia, liberaque, & ſpontanea voluntate, & omni meliori modo &c. Jure proprio, & in perpetuum realiter, & cum effectu aſſignarunt, dederunt, tradiderunt, ceſſerunt, atque conceſſerunt Sanctiſſimo Domino Noſtro Urbano Papæ VIII., & Sanctæ Sedi Apoſtolicæ in benificium Eccleſiæ, ac ſolius ſalvificæ Religionis Catholicæ, univerſique Cleri in ſæpedicto hæreditario Regno Boemiæ, & pro eodem Sanctiſſimo Domino Noſtro, ac Sancta Sede Apoſtolica dictis Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo Domino D. Erneſto Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali ab Harrach Archiepiſcopo Pragen., & Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo Domino D. Joanni Baptiſtæ S. R. E. Cardinali Pallotto Archiepiſcopo Thaſſalonicen., & Nuncio Apoſtolico apud Sacram Cæſaream Majeſtatem Plenipotentiariis a Sua Sanctitate, ut ſupra nominatis, & deputatis præſentibus, & una Nobiſcum Notariis in ſolidum rogatis uti publicis, & authenticis perſonis, ſolemniter, & legitime ſtipulatibus, & acceptantibus pro omnibus, quorum intereſt, vel in futurum quomodolibet intereſſe poterit annum perpetuum redditum quindecim cruciferorum, qui quartam partem Floreni Rhenen. conſtituant ſuper quolibet modio ſalis, quem vulgo Groſſkueſſem vocant in dictum Boemiæ Regnum ex quacumque parte introducendi, vel in ipſo Boemiæ Regno effodiendi, vel excoquendi, aut quomodolibet conficiendi, ſi quando ſalis fons, ſeu ſalina in dicto Boemiæ Regno in uſum veniat in eccleſiaſticorum prædictorum, ac per Miniſtros, & Officiales eorum nomine deputandos a prædictis Kalendis præſentis menſis Martii, & abinde in poſterum perpetuo, & libere exigen.

Item ceſſerunt eidem Sanctiſſimo Domino Noſtro Papæ, ac Sanctæ Sedi Apoſtolicæ, ac pro illis præfatis Dominis Plenipotentiariis, ut præfertur, qua ſupra ſtipulatione interveniente, omnia Jura &c. ad habendum &c. ponentes &c. conſtituentes &c. dantes licentiam &c., & donec &c. conſtituerunt &c.. Promittentes iidem Illuſtriſſimi Domini deputati nomine dicti Sereniſſimi Domini Ferdinandi Imperatoris, & Regis nomine ſuo, ſuorumque in dicto hæreditario Boemiæ Regno hæredum, & ſucceſſorum quorumcumque in perpetuum aſſignationem, & conceſſionem prædictam hujuſmodi fore ſemper bonam, & validam, atque firmam, & non revocare, retractare, moderari, minuere, impugnare, vel impediri per ſe, vel alium, ſeu alios in toto, vel quavis parte quovis quæſito colore, prætextu, cauſa, vel ingenio directe, vel indirecte, quinimo ſemper, & omni tempore eoſdem Eccleſiaſticos Miniſtros, & Officiales, ut præfertur, deputandos in libera, pacifica, & quieta poſſeſſione, exactione, & perceptione dicti annui redditus manutenere, defendere, & conſervare, ac ab omni, & quacumque lite, moleſtia, & impedimento, & qualibet moleſtante, & impediente perſona, Communi, Collegio, & Univerſitate defendere, eximere, & liberare, ac de omni, & quacumque evictione, & defenſione generali, & particulari dicti annui redditus in ampliſſima Juris forma.

Viciſſim vero prædictus Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus Dominus Erneſtus Cardinalis de Harrach Archiepiſcopus Pragen., & Illuſtriſſimus, ac Reverendiſſimus Dominus Joannes Baptiſta Presbyter Cardinalis Pallottus Archiepiſcopus Theſſalonicen. Nuncius Apoſtolicus a Sanctiſſimo Domino Noſtro Papa antedicto, ut præfertur, deputati in vim facultatis eis, & eorum cuilibet, ut præfertur conceſſæ, & attributæ, ac ex cauſa præſentis conventionis inter Partes contractæ, initæ, atque firmatæ, ſponte, & ea eorum certa ſcientia, liberaque, atque ſpontanea voluntate, ac omni meliori modo &c. nomine, ac vice Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ prædicti Sanctæque Sedis Apoſtolicæ, nec non eccleſiaſticorum, tam ſecularium, quam regularium dicti Regni Boemiæ, quorumcumque, non tamen Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani, cum infraſcriptis tamen obſervationibus, declarationibus, conditionibus, pactis, & non aliàs aliter, nec alio modo, ceſſerunt, conceſſerunt & tranſtulerunt prædicto Sereniſſimo Ferdinando Secundo Regi Romanorum, in Imperatorem electo, uti Regi Boemiæ, & illius in eodem Regno hæreditario Boemiæ, hæredibus, & ſucceſſoribus Catholicis legitime intrantibus, & quibus dederint dictis Illuſtriſſimis DD. Domino Maximiliano Comiti Chautmanſdorff &c. D. Gulielmo Comiti Slavata &c., & Domino Ottoni libero Baroni d'Hoſtitiz &c. a Sereniſſimo Domino Ferdinando Imperatore, uti Rege Boemiæ, ſuiſque in eodem Regno Boemiæ hæredibus, & ſucceſſoribus, ut præfertur, una Nobiſcum Notariis in ſolidum rogatis ut publicis, & authenticis perſonis ſolemniter, & legitime ſtipulantibus, & acceptantibus omnia, & ſingula Jura, & actiones &c. quæ, & quas Eccleſiaſtici prædicti Regni Boemiæ, tam ſeculares, quam regulares habent, & eis competunt, & competere poſſunt, ſuper bonis eccleſiaſticis ejuſdem Regni quocumque tempore alienatis, quæ ad præſens poſſidentur, vel ab eodem Imperatore, & Boemiæ Rege, vel ab aliquo alio, ſive Boemio, ſive alterius Provinciæ, cui Rex, aut Regia Camera Boemia de evictione tenentur, talia tamen, qualia

qualia ſunt actiones, & Jura prædicta, ita ut contra cedentes, & eccleſiaſticos prædictos, & ſeu Apoſtolicam Sedem numquam retorqueri poſſint, nec dicta Sedes, aut ipſi eccleſiaſtici pro illis de aliqua evictione, aut defenſione, vel ad aliquod aliud teneantur.

Item ſimili modo &c. ceſſerunt &c. omnia, & ſingula Jura, & actiones quæ, & quas eccleſiaſtici prædicti habent, & eis competunt, & competere poſſunt contra quamcumque perſonam, Commune Collegium, & Univerſitatem reſpectu bonorum eccleſiaſticorum dicti Regni ante regimen in eodem Regno glorioſæ memoriæ Rodulphi Secundi Imperatoris, & ejuſdem Boemiæ Regis alienatorum, quorum poſſeſſoribus Rex Boemiæ, vel Regia Camera dicti Regni de evictione non teneantur, talia tamen qualia ſunt actiones, & Jura prædicta, ita ut contra cedentes, & Eccleſiaſticos prædictos, & ſeu Apoſtolicam Sedem numquam retorqueri poſſint, nec dicta Sedes, aut ipſi eccleſiaſtici pro illis de aliqua evictione, & defenſione, aut ad aliquod aliud teneantur, ac ita etiam, ut ipſe Sereniſſimus Dominus Ferdinandus Imperator. & Boemiæ Rex, ejuſque in dicto Boemiæ Regno hæreditario hæredes, & ſucceſſores dictorum bonorum poſſeſſoribus, ſi Catholici fuerint ſuper dictis bonis ab eis poſſeſſis non poſſint aliquas inſerre moleſtias vigore hujuſmodi ceſſionum, & in reliquis ad habendum &c. ponentes &c. nullo Jure &c. conſtituentes &c. dantes licentiam &c., & donec &c. conſtituerunt &c. prædicta autem omnia, & ſingula ambæ partes contrahentes, quibus ſupra nominibus fecerunt, & facere dixerunt, & declararunt etiam ſub modo, & forma, & ſub reſervationibus, conditionibus, declarationibus, & pactis infraſeriptis mutua, & qua ſupra hinc inde ſtipulatione vallatis, & non aliter, neque alio modo nimirum, & cum hujuſmodi ceſſionibus impoſterum idem Imperator uti Boemiæ Rex, ejuſque in eodem Regno Boemiæ hæredes, & ſucceſſores prædicti, & ab eis jus, & cauſam habentes, ſeu habituri ſimiliter Catholici a bonorum ſupradicta ceſſione, ſeu ceſſionibus comprehenſorum, & fructuum, ex eis perceptorum quorumcumque reſtitutione in utroque foro tuti, & ſecuri reddantur.

Ut hujuſmodi ceſſiones intelligantur de Juribus, & actionibus, quæ prædictis eccleſiaſticis competunt, reſpectu bonorum eccleſiaſticorum immobilium, annuarum præſtationum, decimarum, cenſuum, livellorum, emphiteoſeum, & aliarum rerum ſimilium, ut ſupra alienatarum; Non autem aliorum quorumcumque Jurium, privilegiorum, immunitatum, & prærogativarum, præfatis Eccleſiaſticis quomodolibet competentium; Nam iſta intacta, ſalvaque, & illæſa ipſis Eccleſiaſticis reſervantur, ita ut, illis per hujuſmodi ceſſiones nullum fiat, ſeu factum cenſeatur quocumque modo aliquod præjudicium.

Ut ad favorem eccleſiaſticorum prædictorum intelligantur, & reſervata omnia, & ſingula Jura, & actiones, quæ, & quas eccleſiaſtici habent, & quæ ipſis competunt ſuper bonis eccleſiaſticis poſt præfatum Rodulphi ſecundi regimen alienatis, dummodo eorum poſſeſſiones, actiones non habeant de evictione contra Cameram Regiam, ſeu Boemiæ Reges.

Ut ſimiliter eccleſiaſticis prædictis reſervata intelligantur omnia Jura, & actiones eis ſuper bonis eccleſiaſticis, quocumque tempore etiam ante ejuſdem Rodulphi regimen oppignoratis quomodolibet competere poſſunt, & poterunt, dummodo poſſeſſores non habeant contra eoſdem Reges Boemiæ, vel Cameram Regiam prædictam actionem de evictione, vel ſi illa habuerint eccleſiaſtici ipſi, ſoluta pecunia, ob quam fuerunt oppignorata, ſoſceptiſque in ſe moleſtiis poſſint illa libere recuperare.

Ut aſſignatio prædicti annui redditus ſalis mutari, ſeu revocari non poſſint, neque per eumdem Imperatorem, neque per ejus in Regno Boemiæ hæredes, & ſucceſſores quoſvis in perpetuum, nec per ejuſdem Regni ſtatus quovis prætexto, vel cauſa, niſi prius, cum Sanctæ Sedis, ac Romani Pontificis pro tempore exiſtentis auctoritate, & approbatione; eorumdemque eccleſiaſticorum conſenſu, aſſignatis tot aliis bonis immobilibus, frugiferis, liberis, quæ annuatim tantum reddant, quantum præſata aſſignatio, quindecim cruciferorum ſuper quolibet modio ſalis, ut ſupra in Regnum introducendi, aut aliter quomodolibet fodiendi, excoquendi, aut conficiendi redderet ſlorenti Regno.

Ut redditus annuus prædictus, ex ſale habendus in favorem dictorum eccleſiaſticorum, ut præfertur, aſſignatus ad manus Officialium nomine eorumdem eccleſiaſticorum deputandorum modo eis beneviſo, non autem ad manus Officialium Regiorum, aut aliorum, deveniat, & devenire debeat, illiſque Jus ſit inquirendi, & providendi, ne quid in fraudem dicti annui redditus umquam fiat.

Ut prædictus redditus ſalis in favorem eccleſiaſticorum, ut præfertur, aſſignatus, intelligatur eſſe, & ſit merus Eccleſiaſticus, & iis privilegiis, exemptionibus, immunitatibus, & prærogativis potiatur, & gaudeat, quibus de Jure, & conſuetudine, vel aliter quomodolibet bona mere eccleſiaſtica potiuntur, & gaudent.

Ut conventio, aſſignatio, aliaque omnia in præſenti Inſtrumento contenta quæcumque in Tabulis, ut vocant, dicti Regni inſerantur juxta ejuſdem Regni ſtylum, & uſum.

Utque hujuſmodi conventio pro non facta habeatur caſu, quo Imperator, vel ejus in Regno Boemiæ hæredes, & ſucceſſores, vel quilibet eorum, vel etiam ejuſdem Regni ſtatus in totum, vel in parte eidem conventioni, vel aliquibus in præſenti Inſtrumento contentis contrafecerint, aut contra illam, & illa venerint, ſit nihilominus in eo caſu in Sanctæ Sedis Apoſtolicæ electione, vel eamdem conventionem, & in ea,

in ea, præſentique Inſtrumento contenta nulla declarare, vel, ut ad illius, & illarum implementum agant eccleſiaſticis jubere. Quæ omnia, & ſingula ſupradicta contrahentes prædicti, quibus ſupra nominibus promiſerunt invicem, & viciſſim ſolemni, & qua ſupra ſtipulatione interveniente ſemper, & omni tempore, & etiam in omnibus, & ſingulis articulis, modoque, & forma præmiſſis habere grata, valida, & firma, attendereque, & inviolabiliter obſervare, & contra quidquam non facere, dicere, vel venire de Jure, vel de facto per ſe, vel per alium, ſeu alio quovis præseatu, Jure, ratione, vel cauſa, ſeu quæſito colore directe, vel indirecte, aliàs ultra præciſam promiſſorum, & conventorum omnium, & ſingulorum obſervationem, ad quam quælibet pars contraveniens, ſeu contrafaciens præciſe cogi poſſit, teneri etiam voluit una pars ad alteram, & altera ad alteram ad omnia, & ſingula damna, expenſas, & intereſſe, per partem obſervantem quomodolibet patienda, & incurrenda, de quibus ſtetur etiam ejus ſimplici aſſertioni abſque onere alterius probationis.

Pro quibus omnibus, & ſingulis firmiter, & inviolabiliter obſervandis, tenendis, & adimplendis, prædicti Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus Erneſtus Cardinalis ab Harrach Archiepiſcopus Pragen., & Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus Dominus Joannes Baptiſta Cardinalis Pallottus Archiepiſcopus Theſſalonicen, ac Nuncius Apoſtolicus a Sanctiſſimo D. N. Papa, ut præfertur deputati, Eccleſiaſticos omnes, & ſingulos Regni Boemiæ, ac bona omnia, & ſingula, introitus, & jura quæcumque eccleſiaſtica dicti Regni; prædicti vero Illuſtriſſimi Domini D. Maximilianus Comes de Trautmanſdorff &c. D. Gulielmus Comes Slavata &c. & D. Otto liber Baro de Hoſtitz &c. a Sereniſſimo Domino Ferdinando Imperatore, & Boemiæ Rege prædicto deputati eumdem Sereniſſimum D. Ferdinandum Imperatorem, & Boemiæ Regem, ejuſque in dicto Boemiæ Regno hæredes, & ſucceſſores quoſcumque in perpetuum, ac regiam ejuſdem Boemiæ Cameram, & omnia, & ſingula ejuſdem Cameræ bona, introitus, & Jura quæcumque etiam in forma quarantigiæ, & quavis alia etiam ſtrictiori, & ſub verbo Principum aliis Clauſulis, renunciationibus, & cautelis ſolitis, & conſuetis efficaciter, & validiſſime obligarunt, & hypothecarunt, & quilibet eorum, prout ad unumquemque ipſorum dictis nominibus ſpectat, & pertinet, obligavit, & hypothecavit etiam omni meliori modo &c. & ita per dictos Illuſtriſſimum, & Reverendiſſimum Dom. Erneſtum Cardinalem ab Harrach Archiepiſcopum Pragenſem, & Illuſtriſſimum, & Reverendiſſ. Dominum Joannem Baptiſtam Cardinalem Pallottum Archiepiſcopum Theſſalonicen., & Nuncium Apoſtolicum more Cardinalium tactis pectoribus, & per dictos Illuſtriſſimos Dominos D. Maximilianum Comitem de Trautmanſdorff. &c. D. Gullielmum Comitem Slavata &c. & D. Ottonem liberum Baronem de Hoſtitz &c. tactis Scripturis ad Sacroſancta Dei Evangelia jurarunt. Super quibus &c. Actum Viennæ Auſtriæ in Ædibus præfati Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi D. Cardinalis ab Harrach præſentibus ibidem per Illuſtribus, ac admodum Reverendis Dominis D. Joſepho Curtio Cremonen. Diœceſis, & Octavio Ridolfucio Camerinen. teſtibus ad præmiſſa ſpecialiter habitis, adhibitis, vocatis, & rogatis.

Et quia Ego Julius Picca V. I. D. Apoſtolica auctoritate Notarius, ac Illuſtriſſimi, & Reverendiſſ. D. Cardinalis Pallotti Nuncii Apoſtolici antedicti Cancellarius de prædictis inſolidum una cum infraſcripto D. Aſcanio de Straſoldo Notario &c. rogatus extiti, ideo in omnium, & ſingulorum fidem me ſubſcripſi, & ſolitum meum ſignum appoſui requiſitus &c.

Et quia ego Aſcanius de Straſoldo Notarius publicus Apoſtolicus, & Imperialis ac Judex ordinarius de prædictis inſolidum una cum ſupradicto D. Julio Picca V. I. D. ac Notario, & Cancellario ut ſupra rogatus extiti, ideo in omnium, & ſingulorum fidem me ſubſcripſi, ac ſolito meo Tabellionatus ſigno munivi requiſitus &c. Nobis approbo Aſcanius, qui ſupra.

Pontifex allatam confirmat Tranſactionem.

§.4. Nos inviolabili præinſerti Inſtrumenti hujuſmodi, ac in eo contentorum quorumcumque validitati, perpetuæ ſubſiſtentiæ, & obſervationi quantum Nobis ex alto conceditur, conſulere volentes, de eorumdem Cardinalium negocio propagandæ in univerſo mundo fidei præpoſitorum conſilio, conventionem, ſive tranſactionem, ac deſuper confectum præinſertum Inſtrumentum hujuſmodi, omniaque, & ſingula in eo contenta apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos tam Juris, quam facti, ac ſolemnitatum quarumcumque de jure, uſu, ſtylo, & conſuetudine requiſitarum, & neceſſariarum, ac omiſſarum, & quoſvis alios quantumvis ſubſtantiales defectus, ſi qui principaliter, vel acceſſorie in præmiſſis, aut eorum aliquo quomodolibet intervenerint, aut interveniſſe dici, vel prætendi poſſent ſupplemus, tollimus, & abrogamus.

Clauſulæ.

§.5. Decernentes præmiſſa omnia, & ſingula, ac præſentes literas, valida, firma, & efficacia exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac omnibus, quos concernunt, & concernent quomodolibet in futurum in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, ac ab omnibus, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit inviolabiliter obſervari, & adimpleri: ſicque ab omnibus cenſeri, & ita per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, dictæque Sedis Nuncios judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper

his

his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum

§.6. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non quarumvis Eccleſiarum, Monaſteriorum, Conventuum, & Locorum Piorum, illorumque Ordinum, & quibuſvis aliis, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis apoſtolicis, eorumque præſulibus, ſuperioribus, & perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, ac irritan., & aliis Decretis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro ſufficienti eorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum omnium, & ſingulorum tenores, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 5. Martii 1632. An. IX.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 5. Martii 1633. Pontificatus noſtri Anno X.

DCXXIX.

Confirmatio deſignationis Novitiatuum factæ a Fratribus Eremitis S. Auguſtini Congregationis Lombardiæ, vigore facultatis conceſſæ Cardinali Protectori, vivæ vocis oraculo, a Paulo Quinto. Ac conceſſio, quod in illis poſſint recipi Novitii ad præſcriptum Conſtitutionum Apoſtolicarum.

Extendit hic Pontif. Conſtit. Greg. XV. quam habes in Conſtit. LXIII. Romanus Pontifex. *Tom. V. Par. V. fol. 37., ad omnia vivæ vocis oracula, etiam S. R. E. Cardinalibus conceſſa, & eorum manu firmata, ut in Conſtitut.* Aliàs fel. rec. *ut infra. Super profeſſionibus per Regulares emiſſis, non factis in locis deſignatis Novitiatu nonnulla ſancivit Urbanus in Conſtit.* Religioſos. *Et de Eremitis S. Auguſtini lege ad Conſtit. CXXII.* Romanus. *ibid. fol. 325.*

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Fratres Erem. S. Auguſtini vigore facultatis vivæ vocis oraculo a

§.1. EXpoſitum Nobis nuper fuit pro parte dilectorum filiorum Vicarii Generalis, & Fratrum Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini Congregationis Lom-

bardiæ, quod aliàs de anno 1608. fel. rec. Paulus Papa Quintus Prædeceſſor noſter, ejus vivæ vocis oraculo, bonæ memoriæ Antonio Epiſcopo Oſtienſi, Cardinali Saulio nuncupato, tunc ejuſdem Congregationis apud ipſum Paulum Prædeceſſorem, & Sedem Apoſtolicam Protectori facto, præfatæ Congregationi Novitiatus in aliquibus ejus Domibus regularibus erigendi, ſeu deſignandi facultatem conceſſit: Cujus quidem facultatis vigore, unus in de Incoronata nuncupatus, Mediolanenſis, & alius in Sancti Auguſtini Bergomenſis, & reliquus Novitiatus hujuſmodi in Sancti Barnabæ Brixienſis, ejuſdem Congregationis Domibus regularibus erecti, ſeu deſignati, in eiſque a viginti quatuor annis citra Novitii ad habitum, & probationis annum peragendum, & profeſſionem regularem deinde emittendam recepti, & admiſſi fuerunt.

Paul. V. conceſſæ nonnullos Conventus pro Novitiatu deſignarunt, & erexerunt.

§.2. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, ſtante Conſtitutione noſtra quarumcumque gratiarum, indultorum, & privilegiorum a Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris vivæ vocis oraculo conceſſorum revocatoria, ne de præmiſſorum ſubſiſtentia, & validitate ullo umquam tempore dubitari contingat, illa cum inde ſequutis, apoſtolicæ noſtræ confirmationis robore communiri, plurimum deſiderent.

Supplicant Pont. pro confirmatione hujus erectionis.

§.3. Nos Vicarium, & Fratres prædictos ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, ſupplicationibus illorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium negotiis Regularium præpoſitorum conſilio, erectionem, ſeu deſignationem Novitiatuum prædictorum vigore dictæ facultatis, ut præfertur, factas, cum omnibus inde ſequutis, dummodo tamen in Novitiatibus hujuſmodi Novitii ad præſcriptum decreti a Nobis ſuper receptione, & educatione Novitiorum ultimo loco editi, necnon felicis recordationis Sixti Quinti Prædeceſſoris noſtri, ac aliarum Conſtitutionum Apoſtolicarum, & Decretorum pariter ſimilis memoriæ Clementis VIII. inſtitutionumque generalium ſuper receptione, & educatione Novitiorum ejuſdem Clementis, necnon Pauli V. Romanorum Pontificum Prædeceſſorum ſimiliter noſtrorum auctoritate editarum recipiantur, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illiſque inviolabilis apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos tam juris, quam facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus.

Quam Pont. approbat, & in eis Novitios ad præſcriptum Conſtit. Apoſtol. recipi poſſe concedit.

§.4. Decernentes præmiſſa, ac præſentes Literas validas, firmas, & efficaces

Clauſulas præſervativas ponit.

 exi-

exiſtere, & fore, ſuoſqne plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac eidem Congregationi io omoibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari.

Ita judicari mandat.

§.5. Sicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere: ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contraria removet.

§.6. Non obſtantibus noſtra prædicta, & quibuſvis aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenus opus ſit, dictæ Congregationis, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel alia quavis firmitate roboratis Statutis, & Conſtitutionibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis, io contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 15. Martii 1633. An.X.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 15. Martii 1633. Pontificatus noſtri Anno X.

CDXXX.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Commiſſio Nuncio Franciæ deputandi Viſitatorem Monaſterii Ordinis Sancti Benedicti Lemovicen. Diœceſis Sedi Apoſtolicæ immediate ſubjecti.

Dilecto filio noſtro, & Sedis Apoſtolicæ in Regno Franciæ Nuncio.

URBANUS PAPA VIII.

Dilecte fili noſter ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Facultas Nuncio Apoſtolico viſitatorem Monaſterii S. Mariæ de Bonefaigne deputandi cum facultatibus opportunis.

§.1. CUpientes, ut in Monaſterio Monialium Sanctæ Mariæ de Bonneſaigne Ordinis Sancti Benedicti Lemovicen. Diœceſis Nobis, & Apoſtolicæ Sedi immediate ſubjecto, regularis diſciplina conſervetur, & ubi collapſa eſt, reſtituatur, ſupplicationibus Abbatiſſæ, & Monialium dicti Monaſterii Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, tibi per præſentes committimus, & mandamus, ut ſingulo quoque biennio, virum eccleſiaſticum ætate, religionis zelo, rerum gerendarum uſu, vitæque innocentia, ac morum gravitate conſpicuum, per ejuſdem Monaſterii Abbatiſſam, & Moniales nominandum, ſeu alias tibi beneviſum, in ejuſdem Monaſterii Viſitatorem auctoritate noſtra facias, conſtituas, & deputes: qui quidem vir ſic a te conſtitutus, & deputatus, dicto biennio durante, ſemel, vel pluries, tamquam noſter, & Sedis Apoſtolicæ delegatus, Monaſterium præfatum, illiuſque Moniales, perſonas, res, & bona quæcumque, tam in capite, quam in membris viſitet, ac illarum ſtatum, vitam, mores, ritus, & inſtituta diligenter inquirat, necnon Evangelicæ, & Apoſtolicæ Doctrinæ, Sacrorumque Canonum, & Generalium Conciliorum, & præſertim Tridentini Decretis, & Sanctorum Patrum traditionibus, ejuſdemque Monaſterii regularibus inſtitutis a Sede Apoſtolica approbatis inhærendo, quæcumque mutatione, correctione, emendatione, revocatione, & renovatione indigere cognoverit, reformet, mutet, corrigat, ac etiam de novo condat, condita ſacris Canonibus, & Concilii Tridentini decretis, ac regularibus hujuſmodi Inſtitutis non repugnantia confirmet, abuſus quoſcumque tollat, Regulas, Inſtitutiones, ac eccleſiaſticam diſciplinam, ubicumque illæ exciderint, modis congruis, reſtituat, & reintegret; ipſaſque perſonas ad debitum, & honeſtum vitæ modum revocet, & quidquid ſtatuerit, & ordinaverit, obſervari faciat, inobedienteſque per cenſuras eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia cogat, & compellat, aliaque in præmiſſis, & circa ea neceſſaria quomodolibet, & opportuna faciat, gerat, & exequatur, ſuper quibus omnibus, & ſingulis plenam, liberam, & amplam licentiam, & facultatem viro eccleſiaſtico per te, ut præfertur, delegando concedend., auctoritate prædicta, tenore præſentium facultatem tibi concedimus, & impertimur.

Mandatum de Viſitatori parendo.

§.2. Mandantes propterea omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, ut illi in omnibus ſupradictis pareant, faveant, & obediant, ejuſque ſalubria monita, & mandata ſuſcipiant, humiliter, & efficaciter adimplere procurent: alioquin ſententiam, ſive pœnam, quam ipſe rite tulerit, ſeu ſtatuerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus auctore Domino uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari.

Graviora negotia ad Sedem Apoſtol. deferenda.

§.3. Volumus autem, ut ſi quæ graviora in hujuſmodi viſitatione repererit, illa, necnon informationes omnes io hujuſmodi viſitatione ſumendas ſub ſuo Sigillo munitas ad Nos quamprimum diligenter tranſmittat, ut quod in illis ſtatuen. ſit, matura conſultatione adhibita, decernamus.

Obſtantium derogatio.

§.4. Non obſtantibus Apoſtolicis, ac in univerſalibus, provincialibuſque, & ſynodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon Monaſterii, & Ordinis prædictorum, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis apoſtolicis, eidem Monaſterio, illiuſque Superioribus, & aliis perſonis, in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Da-

Digitized by Google

Dat. 8. Apr. 1633. An. X.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 8. Aprilis 1633. Pontificatus noſtri Anno X.

CDXXXI.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Confirmatio nonnullorum Decretorum pro Gubernatoribus Domus, & Hoſpitalis Annunciationis B. M. V. Neapolitan.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Proœmium.

Militantis Eccleſiæ regimini divina diſpoſitione præſidentes, ea, quæ pro hoſpitalium indemnitate providè ſtatuta fuiſſe dicuntur, ut firma, & illibata perpetuo remaneant, apoſtolicæ noſtræ confirmationis robore libenter communimus, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Expoſitio Gubernatorum Hoſpitalis Annunciationis B. M. V. Neapolitan.

§. 1. Exponi ſiquidem nobis nuper fecerunt dilecti filii moderni Gubernatores domus, & hoſpitalis Annunciationis B. M. V. Neapolitan. quod ipſi conſiderantes per alias conſtitutiones ab eorum prædeceſſoribus factas, quod de anno 1598. numerus puellarum expoſitarum eatenus creviſſet, ut via in dicta domo poſſent manuteneri, idcirco multæ ex eis e dicta domo dimiſſæ fuerunt, & deinde quidam liber confectus fuit, in quo aliquæ ex eis deſcriptæ; earumque quibuſdam ſex, & aliis decem Carlini quolibet menſe aſſignati fuerunt: quæ quidem expoſitæ ab eo tempore fere omnes obierunt; nihilominus tamen adhuc centum, & quadraginta, & amplius deſcriptæ superſunt, & hoc inde provenit, quia deſuncta una ex deſcriptis hujuſmodi altera ejus loco ſemper ſubrogata fuit in dictæ domus graviſſimum præjudicium: unde iidem exponentes decreverunt, ut quando aliqua ex dictis deſcriptis obierit, nulla alia ejus loco ſubrogari valeat, ad hoc ut numerus prædictus extinguatur.

Nonnulla decreta a Gubernatoribus prædictis emanata.

§. 2. Præterea, quia dicta domus quolibet anno centum & amplius puellas expoſitas matrimonio collocat, cum dote nonaginta & centum ducatorum pro qualibet, & diverſis mulieribus in ſubſidium earum dotium cedulas concedit, ea conditione, ut eis abſque filiis legitimis, & naturalibus decedentibus domus præfata in dotibus hujuſmodi ſuccedat; compertum autem eſt, tales dotes ad dictam domum nunquam reverti, etiam ſi caſus obitus abſque filiis hujuſmodi ſuccedat: quinimo a Gubernatoribus exponentium præfatarum anteceſſoribus multas dotium hujuſmodi, & quæ ad dictam domum recadere debebant donationes diverſis annis factas fuiſſe diverſis perſonis; idcirco iidem exponentes convalidantes conſtitutiones aliàs factas decreverunt, ut de cætero dotes, quæ ad dictæ domus beneficium redire debebunt, nulli amplius donari, aut cedi poſſint, ſed recuperari, aut cum earum debitoribus, vel cum poſſeſſoribus bonorum pro reſtitutione dotium hujuſmodi hypothecatorum tranſigi debeat reſpective, & aliàs prout in dictis decretis plenius dicitur contineri.

Apoſtolica petitur approbatio.

§. 3. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, dicti exponentes, decreta præfata apoſtolicæ noſtræ confirmationis robore communiri, ſummopere deſiderent.

Urbanus eam concedit.

§. 4. Nos illos ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a Jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus illorum nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, attenta atteſtatione Venerabilis fratris Archiepiſcopi Neapolitan. deſuper facta, decreta prædicta apoſtolica auctoritate tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illiſque inviolabilis apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos tam juris, quam facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus.

Clauſulæ.

§. 5. Decernentes, illa, nec non præſentes Literas valida, firma, & efficacia exiſtere, & fore, ac ab omnibus, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, inviolabiliter obſervari: ſicque per quoſcomque Judices ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, ac definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Obſtantia tollit.

§. 6. Non obſtantibus præmiſſis conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 22. Junii 1633. An. X.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 22. Junii 1633. Pontificatus noſtri Anno X.

CDXXXII.

Facultas Eccleſiaſticis Regni Sardiniæ partem novi ſubſidii quadringentorum millium ſcutorum, quod Regi Catholico Regni Status obtulerunt, ad quinquennium perſolvendi.

Ex Regeſt. in Secr. Brev.

Chariſſimo in Chriſto filio noſtro Philippo Hiſpaniarum Regi Catholico.

URBANUS PAPA VIII.

Chariſſime in Chriſto fili noſter ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Facultatem alias Eccleſiaſticis tribuerat Pontifex ſubſidium Regi ſubminiſtrandi.

§. 1. Alias à nobis emanarunt Literæ tenoris ſubſequentis videlicet: Chariſſimo in Chriſto filio noſtro &c. Eximiæ majeſtatis tuæ &c. ſub dat. die 5. Octobris 1626. anno 4. *prout ſuo loco*.

§. 2. Cum autem, ſicut denuo majeſta-

Si vero aliud etiam ſubſidiū ſponte offerunt.

tis tuæ nomine Nobis nuper expoſitum fuit, ſubditi tui Regni Sardiniæ io comitiis generalibus animadvertentes, eamdem majeſtatem tuam pro fidei catholicæ io Belgicis Ditionibus defeoſiooe graviſſimis aſſiduè ſumptibus urgeri, quadringentorum millium ſcutorum ſubſidium ſpatio qoinque annorum, octusginta millium videlicet pro quolibet anno perſolvendum pro caoſis in præinſertis Literis expreſſis majeſtati tuæ oblatom, & per Nos approbatum, ot præfertur, ad decennium, octuaginta millium ſcilicet ſcutorum pro quolibet dicti decennii snno, in certis terminis, ac modo, & forma tunc expreſſis, ſeu exprimendis exigendom de novo majeſtati tuæ obtuleriot, ſeu illud ad decenoiom hujuſmodi extenderint, & prorogaverint ad effectum manutenendi io dictis Belgicis ditionibus propter bellum contra hæreticos, & fidei catholicæ hoſtes, uoum tertium militum Sardorum nuncupat., ſeu nuncopan., ac Ven. fratres Archiepiſcopi, Epiſeopi, & reliquæ perſonæ eccleſiaſticæ, qui in ejuſdem Regni comitiis interſuerunt, in ſolutione ſubſidii eidem majeſtati tuæ, ut præfertur, de novo oblati, ſeu extenſi, & prorogati pro eorum rata, noſtro, & hujus ſanctæ Sedis accedente beneplacito, concurrere, ſimiliter promptè, & libere obtulerint, & promiſerint.

Quod Rex apoſtolica petit auctoritate roborari.

§.3. Ex eo autem quod per Lateranen. Concilium ooviſſimè celebratum, diverſiſque alias canonicas ſanctiones ſub diverſis cenſuris, & pœnis cavetur expreſſè, nè Reges, Principes, & alii ſeculares Magiſtratus ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, & aliis perſonis eccleſiaſticis etiam ſponte offerentibus, aliquam pecuniæ ſummam, ſive ſubventionem exigaot, ſeo recipiant, majeſtas tua, & toi illius Regni miniſtri dubitent, ratam prædictam recipiendo, ceoſuras, & pœnas prædictas incurrere, & forſao incorriſſe: & propterea pro tuæ majeſtatis, & dictorum miniſtrorum quiete nobis humiliter ſupplicari fecerint, quatenus præmiſſis noſtram, & hujus ſanctæ Sedis auctoritatem interponere dignaremur.

Annuit Urbanus.

§.4. Nos atteotis præmiſſis, ſupplicationibus hujuſmodi inclinati, ſpontaneæ oblatiooi per Archiepiſcopos, Epiſcopos, & alias eccleſiaſticas perſonas prædictas factæ pro hac vice tantum noſtram, & dictæ Sedis auctoritatem interponimus tenore præſentium pro manoteotione Tertii Militum Sardorum noncupan. in Flandria, & propterea Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis eccleſiaſticis perſoois prædictis ſubſidium, donativum extraordinariom nuncupatum hujuſmodi, per eos, ut præfertur, ſponte oblatum, & promiſſum perſolveodi, ac tuæ majeſtati, & tuis miniſtris illud petendi, recipiendi, exigendi, & levandi, abſque conſcientiæ ſcrupulo, ſeu cenſurarum, & pœnarum prædictarum incurſu libere, & licite poſſint, apoſtolica auctoritate, earumdem tenore præſentium licentiam impartimur, & concedimus, ipſoſque Archiepiſcopos, Epiſcopos, & alias perſonas eccleſiaſticas, & earum ſingulas, quatenus ipſi, dictam ratam jam promiſerint, aut ſolverint, nec non eamdem majeſtatem tuam, & toos miniſtros prædictos, ſi eamdem ratam jam perceperint, ab omnibus, & ſingulis cenſuris, & pœnis per eos propterea quomodolibet incurſis, auctoritate, & tenore prædictis abſolvimus, & abſolutos fore cenſemus, & declaramus.

Contraria tollit.

§.5. Non obſtantibus præmiſſis, ac qoibuſvis conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, nec non Eccleſiarum, Monaſteriorum, & Beneficiorum hujuſmodi juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, exemptionibus, immuoitatibus etiam in corpore joris claoſis, & Literis apoſtolicis quibuſvis generaliter, vel ſpecialiter conceſſis. Quibus omnibus, & ſingulis, eorum omnium tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias io ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quiboſcumque.

Conditiones nonnullas Regi ſcribit.

§.6. Volumus autem, ut quandoquidem hoc ſubſidium prius pro defenſione Regni Sardiniæ oblatum, & applicatum fuerit, in eventom neceſſitatis præfati Regni ſeo Inſulæ Sardiniæ contra Piratarum, & infidelium invaſiones, & incurſiooes, majeſtas tua ſupplere teneatur; & quatenus majeſtas tua non ſuppleret, tunc iidem Eccleſiaſtici non debeant, nec cogi poſſint cootribuere pro manutentione, ſeu defenſione Regni, ſeu Inſulæ Sardiniæ adverſus prædictas invaſiones; & impoſterum perſonæ eccleſiaſticæ dicti Regni a ſolutione, & exactione ſimilium pecuniarum omnino abſtineant: quodque pœnitentiam, quam pro præmiſſis quivis cooſeſſarius ab Ordioario approbatus illis, & eorum cuilibet duxerit imponeodam, adimplere omoino debeant: qoodque diſtributio, repartimentum, ac taxatio, & exactio ratæ hujoſmodi a perſoois eccleſiaſticis in comitiis hujuſmodi ab eiſdem eccleſiaſticis forſan deputatis, aut in eorum defectum ab Ordinariis locorum, ſeu a perſonis eccleſiaſticis ab ipſis Ordinariis deputandis dumtaxat fiat, ac mioiſtris laicis ad effectum præmiſſum, & pro ſumma prædicta tantum conſignetur, alias eædem præſentes nullæ ſint eo ipſo.

Tranſumptis credi mandat.

§.7. Nec non quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu Notarii publici ſobſcriptis, & ſigillo perſonæ in digoitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides in Judicio, & extra adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſteoſæ.

Dat. die 26. Junii 1633. Anno X.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annolo Piſcatoris die 26. Junii 1633. Pontificatus noſtri Anno X.

Indul-

Digitized by Google

CDXXXIII.

Indultum Regi Catholico, & Clero Regni Sardiniç recipiendi, ac reſpectivè ſolvendi ſolitum donativum.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Dilectis filiis univerſo Clero Regni Sardiniæ.

URBANUS PAPA VIII.

Dilecti filii ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Facti ſeries.

§.1. EXponi Nobis noper fecit chariſſimus in Chriſto filius noſter Philippus Hiſpaniarum Rex catholicua, quod occaſione Parlamenti, quod ſingulis certis annis in Sardiniæ Regno ad communem illius ntilitatem convocari ſolet, neceſſariæ qoædam expenſæ ſuſtineri, & ſubſidia præſtari conſueverunt, in quibus ſupportandis eccleſiaſticæ qooque perſonæ, prævia hujus ſanctæSedis licentia, ab immemorabili tempore citrs ſemper contribuere ſolitæ fueruot. Et quia eapeoſæ prædictæ hactenus creverunt, ſubſidia quoque prædicta in parlamento proaime celebrato ad ſummam in totum centum, & quinquaginta milliom docatorum adſcendentia, præſtita fuerunt, Quare idem Philippus Rex nobis humiliter ſupplicari fecit, ut tam ſuç, quam veſtrarum conſcientiarum ſecuritati in prçmiſſis conſulere de benignitate apoſtolica dignaremur.

Facultas, de qua in Rubrica.

§.2. Nos igitor hojuſmodi ſupplicationibus inclinati, tam eidem Philippo Regi, ut ſubſidia, & contributiones prædicta per vos ſolvenda eaigere, ſive eaigi facere, quam vobis, ut illa juata ſolitum, & conſuetum ſolvere liberè, & licitè pro una vice tantum poſſitia, & valeatis, apoſtolica auctoritate, teoore præſentium, concedimus, & indulgemus.

Obſtantium derogatio.

§.3. Non obſtantibus apoſtolicis, ac in Univerſalibus, Provincialibus, & Synodalibus Concilii editis generalibus, vel ſpecialibus conſtitntionibus, & ordinationibus, cæteriſque contrariis quibuſcumqoe.

Dat. 27. Junii 1633. An. X.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Aonulo Piſcatoria die 27. Junii 1633. Pontificatus noſtri Anno Decimo.

CDXXXIV.

Concedit facultatem Generali Minimorum ſupprimendi Conventus tenues, eorumque bona in Conventos majores transferendi, cum oneribos anoeais.

Vide de his Fratribus in Conſt.LIV. Ut ea. *Tom.V. Part.V. fol.*218.

Dilecto filio Correctori Generali Ordinis Fratrum Minimorum Sancti Franciſci de Paula.

URBANUS PAPA VIII.

Dilecte fili, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Motiva hujus Conſtit.

§.1. CUm ſicut Nobis nuper eaputi feciſti, in viſitatione tui Ordioia Minimorum Sancti Fraciſci de Paola per te hactenus facta compereris, & in dies comperias, oonnulloſ ipſius Ordinia Conventus adeo pauperes, & tenues eaiſtere, ut ſpes nulla ſit illos unqnam ad formam Conventuum reduci, minuſque eorum Religioſorum numerum, qui per Conſtitutiones Apoſtolicas pro Regulæ ejuſdem Ordinis obſervantia, divinique cultus ſervitio præſcriptus exiſtit, in eis ſuſtentari poſſe, quin etiam Conventns hujuſmodi in obſervantiæ regularis, ac diſciplinæ relaxationem, totiuſque Ordinis hujuſmodi dedecus, & ruinam eſſe prolapſuros noſcas, & experiaria, & propterea tibi de infraſcripta facultate per Nos provideri ſummopere deſideres.

Concedit prout in rub.

§.2. Nos de fide, virtute, prudentia, & diligentia tua plurimum in Domino coofiſi, nectioo Conventuum hujuſmodi ſituationes, coofines, qualitates, eorumque fructu reddituum, & proventuum veros annuos valorea præſentibus pro expreſſis habentea, ſupplicationibus tuo nomine Nobis ſuper hoc homiliter porrectis inclinati, de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Regularium præpoſitorum conſilio, tibi, ot Conventus tenues hujuſmodi, facta per Ordinarios locnrum eorum Eccleſiarum profanatione, ſive Confraternitatibus, vel aliis locis piis applicatione, eorumqoe onerum, ut infra, traoſlatione, ſupprimere, & extinguere, & eorum bona quæcumque majoribus Conventibus perpetuo unire, & incorporare, & ad ipſos majores Conventus, qoibus bona hojuſmodi uoita, & incorporata fuerint, onera etiam ipſorum minorum Conventuum trsosferre, ac ſi magis utile Eccleſiis futorum judicaveris, bona hujnſmodi, vel eorum partem vendere, permutare, ant alias alienare, dummodo id in Conventuum hojuſmodi, & illorum Eccleſiarum utilitatem cedat, ac pretium inde redigendum in alia bona ſtabilia dictis Conventibus majoribus applicanda, & incorporanda omnino, & unico contextu convertantur, apoſtolica auctoritate, tenore

Digitized by Google

nore præſentium licentiam, & facultatem impartimur.

Decretum irritans. §.3. Decernentes, præſentes Literas, & illarum vigore faciendas oniones, incorporationes, venditiones, permutatiooes, & alienationes hujuſmodi, ſi, & poſtquam factæ fuerint, validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ac eiſdem Conventibos in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari; ſicque per quoſcumque Indices ordinarios, & delegatos, etiam caoſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a qooquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat. §.4. Nun oſtaotibus fel. rec. Pauli II., & aliorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorom, de rebus Eccleſiæ non alienandis, aliiſqne Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac noſtra de unionibus committendis ad partes, vocatis quorum intereſt, & Lateranenſis Concilii nnviſſime celebrati, uniones perpetuas, niſi in caſibus a jore permiſſis fieri prohibentis, necnon Cenventuum, & Ordinis prædictorum, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel alia quavis firmitate roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & ionovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, eorum tenores præſeotibus pro plene, & ſufficienter eſpreſſis habentes, illis aliàs in ſoo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamua, cæteriſque coutrariis quibuſcumque.

Dat. die 23. Junii 1633. An.X. Datom Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris die 23. Junii 1633. Pontificatus Noſtri anno X.

CDXXXV.

Regulares non poſſunt prohiberi aſſociari corpora defunctorum, & Curati non poſſint cogere hæredes defunctorum celebrari facere Miſſas io ſuis Eccleſiis Parochialibus.

Parochi non poſſunt cogere habentes ſepulturam in Eccleſiis Fratrum Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia in Indiis ſepeliri in Eccleſiis Parochialibus Urban. VIII. Conſtit. Alias ſcl. *ut infr.*

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Decreta Sac. Congregationis Rituum. §.1. NUper pro parte dilectorum filiorum Procuratorum Generalium Ordioum Sancti Franciſci, Sancti Auguſtini, & Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, Diſcalceatorum ouncupat. Nobis expoſitum fuit, quod aliàs a Veoerabilibos Fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus Sacris Ritibus præpoſitis emanavit decretom tenoris ſubſequentibus, videlicet. Inſtantibos Procuratoribus Generalibus Ordinum Prædicatorum, Sancti Franciſci, Sancti Auguſtini, & Diſcalciatorum Carmelitarum, declarari, Primo, an liceat Curatis, ſolutis eorum juribus parochialibus, impedire contra voluntatem hæredum defunctorum, ne Regulares ad funus corpora defunctorum ad quaſvis Eccleſias deferenda, una cum Parochis, & Clericis proceſſionaliter aſſociant. Et ad hoc Sacra Rituum Congregatiu reſpondit, Regulares in caſu propoſito non poſſe impediri. Secundo, ao prædicti Curati poſſint cogere hæredes, ſeu exequutores teſtamentarios, ut pro defunctis, qui tumolantur in Eccleſiis Regularium, in Eccleſiis etiam Parochialibus celebrari faciant officia novemdialia, & Anniverſaria, prout celebrantur in Eccleſiis Regularium, in quibus cadavera ſepeliuntur. Et Sacra Rituum Congregatio reſpondit, non poſſe cogere. Die vigeſimatertia Aprilis 1633.

Confirmantur. §.2. Cum autem, ſicut eadem eſpoſitio ſubjungebat, dicti eaponeutes Decretum præinſertum apoſtolicæ noſtræ confirmationis robore communiri ſummopere deſiderent: Nus illus ſpecialibus favoribos, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis eſcommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſqoe eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet ionodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendom, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus illorum nomine Nobis ſuper huc homiliter porrectis inclinati, decretum præinſertom apoſtolica auctoritate tenore præſeotium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis apoſtolicæ firmatis robur adiicimus, ac omoes, & ſingulos, tam juris, quà facti defectus, qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus.

Ita judicari mandat. §.3. Decernentes, Decretum præfatom, necnon Literas præſeotes valida, firma, & efficacia eſiſtere, & fore, ac ab omnibus, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, inviolabiliter obſervari: ſicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores jodicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſoper his a quoquam qoavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat. §.4. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordioationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis qoibuſcumque.

§.5. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fidea adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetor, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 25. Junii 1633. An.X. Datum Romæ spud Sanctam Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris, die 25. Junii 1633. Pontificatus Noſtris anno X.

Quod

CDXXXVI.

Quod Fratres S. Auguſtini Diſcalceati Hiſpaniarum, in Philippinis, & Occidentalibus Indiis degentes, a quovis Catholico Epiſcopo communionem Sedis Apoſtolicæ habente, Minores, & Sacros Ordines, etiam non ſervatis interſtitiis, ſuſcipere poſſint.

De his Fratribus, vide ſup. ad Conſt. Clem. VIII. Decet, *tom.*

URBANUS PAPA OCTAVUS.

Ad futuram rei memoriam.

Quia Fratres S. Auguſtini Diſcalc. Hiſp. in Indiis Occ. degentes, non facile ad Epiſcopos pro ſuſcipiendis Ordinibus accedere poſſunt.

§.1. CUm, ſicut dilectus filius Procurator Generalis Fratrum Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini Diſcalceatorum nuncupatorum Hiſpaniarum, & Indiarum, Nobis nuper exponi fecit, Fratres prædicti in Philippinis, & Indiis Occidentalibus degentes, ob locorum hujuſmodi ab Epiſcopis diſtantiam, non ſine impenſis, & magnis incommodis ipſos Epiſcopos pro Sacris Ordinibus ſuſcipiendis ſæpius adire nequant: cupiatque propterea illis per Nos deſuper, ut infra, opportune provideri.

Concedit ut a quovis Epiſcopo communionem Sedis Apoſt. habente ad minores & ſacros Ordines promoveri poſſint, etiam non ſervatis interſtitiis.

§.2. Nos Procuratorem, & Fratres prædictos ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a Jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, ſupplicationibus ejuſdem Procuratoris illorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati: De venerabilium fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium negotio Propagandæ Fidei præpoſitorum conſilio, eiſdem fratribus, ut a quocumque, quem maluerint, catholico Antiſtite gratiam, & communionem Apoſtolicæ Sedis habente, in propria Diœceſi reſidente, vel in aliena de Diœceſani loci conſenſu Pontificalia exercente, per eos eligendo, ad quatuor Minores, quatuor feriatis, ſeu non feriatis, ſeu unica; & ſubinde ad Sacros Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus Ordines tribus Dominicis, ſeu aliis feſtivis diebus continuis, vel interpolatis, etiam extra tempora ad id a Jure ſtatuta, ac interſtitiis a Sacro Concilio Tridentino deſignatis minime ſervatis, annique curriculo non expectato, etiamſi in unoquoque ex dictis Sacris Ordinibus, antequam ad alium promoveantur, ſe non exercuerint; dummodo tamen ad id idonei reperiantur; promoveri, & promoti in illis etiam in Altaris miniſterio miniſtrare libere, & licite valeant, auctoritate apoſtolica tenore præſentium concedimus, & indulgemus. Necnon Antiſtiti per eos eligendo hujuſmodi Ordines prædictos eis conferendi licentiam impartimur.

Obſtantibus derogat.

§.3. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus apoſtolicis, ac quatenus opus ſit, dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel alia quavis firmitate roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum die 9. Julii 1631. An. X.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die 9. Julii 1633. Pontificatus Noſtri anno X.

CDXXXVII.

De vacatione non expleto ſexennio, & aliis caſibus Miniſtri Generalis Fratrum Diſcalceatorum Ordinis Reformatorum Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum Hiſpaniarum.

Habes de hac Congregatione materiam plene ſignatam ſup. ad hujuſmet Pont. Conſt. Cum ſicut.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

INjuncti Nobis per abundantiam divinæ gratiæ paſtoralis officii ratio poſtulat, ut regularium Ordinum in Eccleſia Dei militantium proſpero ſtatui, felicique directioni incumbentes, in his, per quæ Ordines ipſi, illorum Superiorum quoquo modo occurrente vacatione, nullis valeant incommodis pergravari, paternis, & ſollicitis ſtudiis intendamus, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Cauſæ hujus Conſtit.

§.1. Exponi ſiquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Joannes de Annuntiatione, Procurator Generalis Fratrum Diſcalceatorum nuncupatorum Ordinis Sanctiſs. Trinitatis Redemptionis Captivorum Hiſpaniarum, quod in propria eorumdem Fratrum Regula a fel. rec. Innoc. Papa III. prædeceſſore noſtro S. Patriarchis Joanni, & Felici dicti Ordinis fundatoribus tradita, & Nobis per noſtras ſub plumbo ſub Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem anno Incarnat. Dominicæ 1631. 7. Kal. Octobris expeditas Literas reformata, inter alia expreſſe diſponitur, quod Capitulum Generale de triennio in triennium celebretur, ac electio Majoris, & Generalis Miniſtri de ſexennio in ſexennium in Capitulo Generali per ſecreta ſuffragia juxta Concilium Trident. fiat. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, officium Miniſtri Generalis hujuſmodi ex aliqua legitima cauſa, etiam ante finitum ſexennium vacare poſſit, cupiatque propterea dictus Joannes per Nos deſuper opportune provideri.

Proviſio de qua in rubric.

§.2. Nos pro noſtri muneris debito in præmiſſis conſultum eſſe cupientes, ac Joannem, & Fratres prædictos ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, &

a qui-

Digitized by Google

s quibuſvis excommunicationis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes; ſupplicationibus dicti Joannis nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, de venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Regularium præpoſitorum conſilio; Quod de cætero perpetuis futuris temporibus, ſi officium Miniſtri Generalis prædicti ante finitum ſexennium vacare contigerit, mortis, renunciationis, depoſitionis, aut alia quavis cauſa, ſtatim primus Definitor Generalis convocet cæteros Definitores Generales, & Miniſtros Provinciales Provinciarum Hiſpaniæ, & primo dicto Definitore Generali Præſidente, omnes ſimul canonice eligant unum Vicarium Generalem, qui eamdem auctoritatem, præeminentiam, vocem, & locum, ac Miniſter Generalis prædictus habeat, ejuſque Vicarii Generalis hujuſmodi officium duret uſque ad finem primi ſubſequentis Capituli Generalis, in quo electionem Miniſtri Generalis fieri præcipimus.

In caſu quo Miniſter Generalis ad Capitulum non acceſſerit.

§.3. Si congregato jam Capitulo Generali Miniſter Generalis ægrotaverit, vel propter aliam cauſam ad Capitulum non acceſſerit; tunc totum Capitulum eligat Præſidentem Generalem in prima ejuſdem Capituli ſeſſione, qui in abſentia Miniſtri Generalis eiſdem auctoritate, & præeminentiis præſideat: cujus Præſidentis officium ſolum durabit uſque ad finem ejuſdem Capituli, quod nunc celebratur.

In morte Miniſtri Generalis congregato Capitulo.

§.4. Si congregato Capitulo Generali, etiam contigerit Miniſtrum Generalem e vita diſcedere; electo prius Præſide, ut dictum eſt, fiat electio Miniſtri Generalis in illo Capitulo, in quo hoc evenerit.

Ita obſervari, & judicari debere jubet.

§.5. Sicque, & non aliter ab ipſis Fratribus in præmiſſis perpetuo obſervari, & ita per quoſcumque Judices ordinarios, & commiſſarios judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, apoſtolica auctoritate tenore præſentium ſtatuimus, ac decernimus, & declaramus.

Contraria tollit.

§.6. Non obſtantibus fel. rec. Pauli Papæ V. prædeceſſoris noſtri ſub Dat. die 14. Auguſti 1613., & quibuſvis aliis conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, ac quatenus opus ſit, dicti Ordinis etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel alia quavis firmitate roboratis ſtatutis, & conſtitutionibus, privilegiis quoque, indultis & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptis credi præcipit.

§.7. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus ubique fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præſentibus ipſis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 22. Auguſt. 1633. An. XI.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die 22. Auguſti 1633. Pont. Noſtri Anno XI.

CDXXXVIII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Declarat, per ſubſequutum Sedis Apoſtolicæ beneplacitum impoſitionis cujuſdam vectigalis Eccleſiaſticis Regnorum Caſtellæ, & Legionis in ſubſidium Regis Hiſpaniarum, & Romanorum Imperatoris, hujuſmodi vectigalis exactionem ante factam, non fuiſſe confirmatam, nec licite illud exigi potuiſſe.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Impoſito vectigali, de quo hic agitur, decretum fuit, ne ab Eccleſiaſticis exigeretur, niſi obtento prius Sedis Apoſtolicæ beneplacito.

§.1. CUm aliàs in Regnis Caſtellæ, & Legionis impoſitæ, & ſeu reſpective auctæ eſſent gabellæ, ſeu ſiſæ ad ſummam decem, & novem millionum nummorum aureorum cum dimidio alterius millionis in totum aſcenden., ſpatioque ſex annorum a die prima menſis Auguſti 1632. inchoatorum, trium ſcilicet millionum, & unius quarti alterius millionis hujuſmodi pro quolibet anno ſolvendæ, & exigendæ ſuper quatuor ſpeciebus vini ſcilicet, olei, aceti, & carnis in dictis Regnis colligendis, & conſumendis, quodque ad ſolvendum eaſdem gabellas, ſeu ſiſas etiam Clerus, & perſonæ eccleſiaſticæ dictorum Regnorum concurrent, ſi, & poſtquam beneplacitum apoſtolicum, ſeu approbatio, & confirmatio noſtra acceſſiſſet, ac ſumma decem, & novem millionum nummorum aureorum cum dimidio alterius millionis hujuſmodi Chariſſimo in Chriſto filio Noſtro Philippo Hiſpaniarum Regi Catholico perſolvi deberet, cum decreto per Nos appoſito, quod pecuniæ ex prædictis gabellis, ſeu ſiſis, ut præfertur, a dictis eccleſiaſticis exigendæ, in alios uſus, quam catholicæ religionis defenſionis, ac bellorum contra hæreticos, reliquoſque catholicæ fidei hoſtes, ac obedientiæ erga S. R. E. conſervationis, nullatenus; augmentum vero gabellæ, ſeu ſiſæ hujuſmodi, quod excedebat aliam conceſſionem a Nobis de anno 1629. factam nonniſi in ſubventionem chariſſimi in Chriſto filii Noſtri Ferdinandi Romanorum Regis in Imperatorem electi, & fidei catholicæ in Germaniæ defenſionem converteretur, quæ quidem conditio videlicet, ſi, & poſtquam beneplacitum apoſtolicum, ſeu approbatio, & confirmatio noſtra reſpectu eccleſiaſticorum acceſſiſſet, etiamſi expreſ-

ſe ap-

Digitized by Google

ſe appoſita non fuiſſet, de Jure tamen juxta Sacrorum Canonum, & Conciliorum generalium, nec non Bullæ in die cœnæ Domini legi ſolitæ diſpoſitionem pro appoſita haberetur, & intelligeretur.

Exactores vero eas etiam ab Eccleſiaſticis exigere prædicto beneplacito non obtento.

§.2. Nihilominus, ſicut non ſine animi noſtri dolore accepimus, quidam ipſarum gabellarum, ſeu ſiſarum exactores nulliter, & de facto illas ab Eccleſiaſticis, & Eccleſiis ante beneplacitum, ſeu approbationem, & confirmationem noſtras hujuſmodi exigere tentaverint, & forſan exegerint, eaſdem ſententias, cenſuras, & pœnas incurrendo.

Poſtmodum vero Pontifex ſuum conceſſit beneplacitum.

§.3. Noſque denique ſupplicante humiliter eodem Philippo Rege, ac etiã quia defenſio fidei catholicæ in partibus Germaniæ maxime urgebat, earumdem gabellarum, ſeu ſiſarum impoſitionem, ad hoc, ut etiam perſonæ eccleſiaſticæ ad illas ſolvendas concurrerent, approbaverimus, & ut illæ a dicta die primo Auguſti 1632. ab eccleſiaſticis prædictis ſolverentur, ad ſexennium tunc proximum decreverimus, prout in noſtris deſuper in ſimili forma Brevis expeditis Literis, quarum tenores præſentibus pro expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis haberi volumus, plenius continetur.

Nunc vero declarat nullo modo approbatam fuiſſe hujuſmodi exactionem;

§.4. Idcirco, ne ex beneplacito apoſtolico, ſeu approbatione, & confirmatione impoſitionis ſiſarum, ſeu gabellarum per exactores, & alios ab eccleſiaſticis ante obtentum beneplacitum, ſeu approbationem, & confirmationem apoſtolicas exactarum, ullo modo prætendi poſſit, voluiſſe Nos, aut velle impoſitionem dictarum gabellarum, ſeu ſiſarum eo tempore, quo facta fuit, declarare, aut etiam tacite approbare, illam licitam fuiſſe, providere volentes; Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac mera deliberatione noſtris, deque apoſtolicæ poteſtatis plenitudine declaramus, & atteſtamur, propter emanatum beneplacitum, aut ſubſequutam poſtmodum earumdem gabellarum, ſeu ſiſarum impoſitionis approbationem, & confirmationem, Nos propterea nullo modo voluiſſe, nec velle declarare, minuſque etiam tacite approbare, nec tolerare earumdem ſiſarum, ſeu gabellarum impoſitionem, illarumque exactionem, ſeu exactiones contra perſonas eccleſiaſticas, & Eccleſias, ſi quæ antea factæ fuerunt; quinimo illas uti ante obtentum noſtrum, & Sedis Apoſtolicæ beneplacitum, & ſic eo tempore illicite factas, ac de facto factas, illaſque facere nemini unquam ante obtentum beneplacitum apoſtolicum abſque ſententiarum, cenſurarum, & pœnarum a Sacris Canonibus, & Conciliorum generalium decretis, ac Conſtitutionibus Apoſtolicis inflictarum incurſu licuiſſe, neque licere, ſed talia perpetrantes in cenſuras, & pœnas prædictas incidiſſe.

Exactoreſque in Canonicas pœnas incurriſſe.

Clauſulæſque pro præſentiũ literarum firmitate appoſuit.

§.5. Præſentes vero Literas, ac omnia, & ſingula in eis contenta, etiam ex eo, quod laici prædicti, ſeu Conſilium Regium, aut alii quicumque cujuſcumque qualitatis, ſtatus, gradus, dignitatis etiam laicalis, & ſupremæ, conditioniſque, & præeminentiæ etiam ſpeciali nota dignæ in præmiſſis intereſſe habentes, ſeu habere prætendentes ad hoc vocati, citati, & auditi non fuerint, de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel alio quovis defectu notari, impugnari, redargui, vel retractari poſſe, ſed eaſdem præſentes Literas, & in eis contenta hujuſmodi valida, & efficacia eſſe, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere; ſicque, & non aliter in præmiſſis omnibus per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales etiam de latere Legatos, & Nuncios quavis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contraria tollit.

§.6. Non obſtantibus quatenus opus ſit Literis Noſtris prædictis, ac Regula Noſtra de Jure quæſito non tollendo, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque, quorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis haberi volumus.

Dat. die 26. Octobr. 1633. An. XI.

Datum in Arce Gandulphi ſub annulo Piſcatoris die 26. Octobris 1633. Pontificatus Noſtri anno XI.

CDXXXIX.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Declarat nihil obeſſe, ſiquibus in Apoſtolicis Brevibus Pontificatus ſui anni a Coronationis, non autem ab Aſſumptionis ſuæ die computati reperiantur.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Pontifex mandaverat Pontificatus ſui annos ab aſſumptionis die computari.

§.1. CUm, ſicut accepimus, licet anni Pontificatus Noſtri a die, qua ad Summi Apoſtolatus apicem, divina favente clementia, aſſumpti fuimus in quibuſvis Literis Apoſtolicis, etiam in forma Brevis de mandato noſtro computari debuerint, mandatumque, & voluntas noſtra hujuſmodi tam in Secretaria Noſtra Brevium ſecretorum, quam Dataria, & Cancellaria exequutioni demandata fuerint, idem nihilominus in Secretaria Noſtra Literarum in forma Brevis, quæ Principibus ſcribuntur, ſive ob non habitam voluntatis, & mandati noſtrorum hujuſmodi notitiã, ſeu aliàs inadvertenter ſervatum non fuerit, ſed in ea anni Pontificatus Noſtri a die Coronationis Noſtræ numerati fuerint.

Sed cum in Secret. Brev. ad Principes computati fuerint a Coronationis die;

Præcepit ab Aſſumptionis die impoſterum computari.

§.2. Nos ne ex præmiſſis dubium aliquod circa eorumdem annorum computationem, ſeu aliàs, aut æquivocatio oriri contingat, mandamus dilecto filio Franciſco Herrera earumdem Literarum, quæ Princi-

pibus ſcribuntur, Secretario, ut de cætero annos Pontificatus Noſtri non a die Coronationis, ſed a die Aſſumptionis Noſtræ ad eumdem Pontificatum numeret, utque voluntatis noſtræ hujuſmodi memoria perduret, volumus, ut præſentium tranſumptum mano dilecti pariter filii Magiſtri Marci Aurelii Maraldi Prælati, ac Secretarii Domeſtici Noſtri eorumdem Brevium ſecretorum ſubſcriptum in Secretaria dictarum Literarum, quæ Principibus ſcribuntur, retineatur, & perpetuo aſſervetur. In contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque.

Dat. die 15. Decem. 1633. An. XI. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 15. Decembris 1633. Pontificatus Noſtri anno XI.

CDXL.

Ex regeſt. in Secret. Brev. Statutum circa Cauſarum Criminalium in Regno Poloniæ cognitionem.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Proœmium. Singularia, atque eximia Chariſſimi in Chiſto filii noſtri Vladiſlai Poloniæ, & Sveciæ Regis Illuſtris in Nos, & hanc Sanctam Sedem fidei, & divotionis merita, ac præcipuus, quo eumdem Vladiſlaum Regem complectimur, paternæ charitatis affectus promerentur, ut quæ ad proſperum, felicemque Chriſtifidelium in Regno Poloniæ exiſtentium ſtatum, & quietem pertinere dignoſcuntur, quantum cum Domino poſſumus, favorabiliter concedamus.

Gradus appellationis in cauſis criminalibus deſignat. §.1. Supplicationibus itaque dilecti filii Nobilis Viri Georgii Oſſolinski Comitis de Tenehin eiuſdem Vladiſlai Regis Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati; Quod de cætero in præfato Regno Poloniæ Cauſæ Criminales in prima Inſtantia cognoſcantur ab Ordinariis locorum, in ſecunda a Metropolitano, in tertia a dilecto filio moderno, & pro tempore exiſtente in dicto Regno Poloniæ Nuntio, in reliquis inſtantiis, etiam reſtitutionis in integrum, & in ſecunda inſtantia, quando Metropolitanus uti Ordinarius in prima Inſtantia cognoſcit, committentur cauſæ appellationum nullitatum per Signaturā Juſtitiæ infra certum tempus, & in partibus alicui ex Epiſcopis, vel ſuffraganeis in eodem Regno pro tempore exiſtentibus, quos omnes pro hujuſmodi Cauſis Criminalibus cognoſcendis, & terminandis habilitamus, apoſtolica auctoritate tenore præſentium concedimus, & indulgemus.

Clauſulæ. §.2. Decernentes præſentes Literas validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, inviolabiliter obſervari, irritumque, & inane, quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §.3. Non obſtantibus quibuſvis Conſtitutibus, & ordinationibus apoſtolicis, ac quarumcumque Eccleſiarum etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes; illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 5. Januar. 1634. An. XI. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die 5. Januarii 1634. Pontificatus Noſtri anno XI.

CDXLI.

Feria quinta 15. Decembris 1633. in Generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & Univerſalis Inquiſitionis habita in Palatio Apoſtolico coram Sanctiſſimo Domino Noſtro Urbano divina providentia Papa VIII. ac Eminentiſſimis, & Reverendiſſimis Dominis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus adverſus hæreticam pravitatem Inquiſitoribus Generalibus a Sancta Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatis.

DÊCRETUM.

Ut omnes Regularium Superiores ſuos ſubditos, & Religioſos perſæpe commoneant de injuncta omnibus obſervantia, & exequutione Apoſtolicarum Conſtitutionum & Decretorum ad Officium Sanctiſſimæ Inquiſitionis adverſus hæreticam pravitatem pertinentium.

Sanctiſſimus Dominus Noſter ſedulo incumbens, ut ea, quæ ſalubriter Apoſtolicis Decretis, & Conſtitutionibus ſtatuta, & ordinata ſunt, præſertim, quæ ad Sanctum Officium Inquiſitionis contra hæreticam pravitatem pertinent, inviolabiliter obſerventur, & omnimodam ſortiantur exequutionem, diſtricte mandat, & præcipit: Ut omnes Superiores cujuſvis Ordinis, Congregationis, Societatis, etiam de neceſſitate exprimendæ, Regularis, aut cujuſvis alterius inſtituti, etiam quantumvis exempti, & privilegiati, etiam per ampliſſima privilegia, cum clauſulis, ne comprehendantur in Literis, Decretis, Ordinationibus, & Conſtitutionibus apoſtolicis non facientibus plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, nedum de ipſis Ordinibus, Congregationibus, Societatibus, & Inſtitutis, ſed etiam de hujuſmodi exemptione, privilegio, vel indulto mentionem, quibus hac vice, & ad effectum præſentis decreti dumtaxat conſequendum, illis aliàs in ſuo robore permãſuris, ſpecialiter, & expreſſe,

ſe, & ad formam etiam generalis Conſtitutionis Suæ Sanctitatis incipientis: *Cum ſicut accepimus*, ſub dat. Romæ die 5. Novembris 1631. Sanctitas Sua derogavit, & derogat, cæteriſque contrariis quibuſcumque, teneantur ſub pœna privationis officii, ac vocis activæ, & paſſivæ ipſo facto incurrenda, aliiſque arbitrio Sanctitatis Suæ infligendis pœnis, in perpetuum, ſemel ſaltem in anno, ideſt feria ſesta poſt octavam Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis, in publica menſa, vel in Capitulo ad hoc ſpecialiter convocato, & inſuper in quocumque generali, ac Provinciali Capitulo, Conventu, dieta, vel alio quovis nomine nuncupato Capitulari congreſſu, ſuos ſubditos, ac Religioſos commonere de injuncta omnibus obſervantia, & executione earumdem Apoſtolicarum Conſtitutionum, & Decretorum, ad Sanctum Officium Inquiſitionis adverſus hæreticam pravitatem pertinentium, ac præſertim.

Julii III. Conſtitut. quæ incipit: *Licet a diverſis*. Contra impedientes Inquiſitores hæreticæ pravitatis in eorum Officio, aut in cauſis Inquiſitionis ſe ingerentes, eorumque complices, & fautores. Et contra ipſos Inquiſitores admittentes laicos ad criminis hæreſis cognitionem. Et Pii Quinti Conſtit. quæ incipit: *Si de protegendis*. Contra occidentes, verberantes, deiicientes, aut perterreſacientes quemvis ex Miniſtris Sanctiſſimi Officii Inquiſitionis, vel Epiſcoporum id munus in ſua Diœceſi, vel Provincia obeuntium, ſeu accuſatorem, denunciatorem, aut teſtem, in cauſa fidei quomodocumque productum, vel evocatum: necnon contra diripientes, expugnantes, invadentes, incidentes, expilantes, aliove exportantes alicujus prædictorum bona, libros, literas, auctoritates, exemplaria, regeſtra, protocolla, exempla, ſcripturas, aliave inſtrumenta, ſive publica, ſive privata, ubicumque poſita, eorumque complices, & fautores: & contra effrangentes carcerem, vel cuſtodiam publicam, vel privatam, extrahentes, vel emittentes vinctum, prohibentes capiendum, captumve eripientes, recipientes, occultantes, ſeu facultatem effugiendi dantes, ſeu id fieri jubentes, eorumque complices, & fautores, etiam effectu non ſequuto, nullatenus excuſandos, niſi claras tantummodo probationes in contrarium adducentes: & contra intercedentes pro præfatis delinquentibus, inflictis contra quemlibet prædictorum pœnis, quæ damnatis ex primo capite legis Juliæ Majeſtatis, eorumque filiis irrogantur, & oblata revelantibus impunitate.

Pii IV. Conſt. quæ incipit: *Cum ſicut nuper*. Contra Sacerdotes, qui pœnitentes mulieres in actu Sacramentalis Confeſſionis ad inhoneſtos actus provocare, & allicere tentant, & ſolicitant. Et Gregur. XV. Conſtitutio, quæ incipit: *Univerſi Dominici gregis*, ampliativæ circa hujus criminis probationes, & extenſivæ contra Confeſſarios, qui perſonas (quæcumque illæ ſint) ad inhoneſta, ſive inter ſe, ſive cum aliis, quomodolibet perpetranda in actu Sacramentalis Confeſſionis, ſive ante, ſive poſt immediate, ſeu occaſione, vel prætextu Confeſſionis, vel extra occaſionem Confeſſionis in Confeſſionario, aut alio loco ad audiendam Confeſſionem electo ſolicitare, vel provocare tentaverint, aut cum eis illicitos, & inhoneſtos ſermones, ſive tractatus habuerint. Et contra Confeſſarios non monentes eos, quos ſciunt ab aliis Confeſſariis ſolicitatos eſſe, ut Inquiſitoribus, vel Ordinariis ſolicitantes denuncient, vel docentes eos ad denunciandum non teneri.

Gregorii XIII. Conſtit. quæ incipit: *Officii noſtri partes*. De Juriſdictione Inquiſitorum hæreticæ pravitatis in eos, qui ad ordinem Presbyteratus non promoti Miſſas celebrant, & ſacramentaliter Confeſſiones audiunt. Clementis VIII. Conſtit. quæ incipit: *Et ſi alias*, declaratoriæ pœnæ contra eos infligendæ per Judices laicos, prævia eorum degradatione. Et Sanctitatis Suæ Conſtitutio, quæ incipit: *Apoſtolatus officium*. Extenſiva ad minores 25. annis, dummodo vigeſimum ætatis annum compleverint.

Sixti V. Conſtitutio, quæ incipit: *Cœli, & Terræ creator*. Contra exercentes artem Aſtrologiæ judiciariæ, & alia quæcumque divinationum genera, libroſve harum artium legentes, vel tenentes. Et Sanctitatis Suæ Conſtitutio, quæ incipit: *Inſcrutabilis Judiciorum Dei*. Extenſiva ad alia, & cum gravioribus pœnis.

Clementis VIII. Conſtitutio, quæ incipit: *Cum ſicut*. Contra Italos, ne extra Italiam proficiſcantur ad loca, in quibus liber, & publicus cultus, ſive uſus Catholicæ Religionis non exiſtat, minuſque eis in locis habitent. Et Gregor. XV. Conſtitutio, quæ incipit: *Romani Pontificis*. Contra hæreticos, ne in locis Italiæ, & inſularum adjacentium quovis prætextu commorentur, & contra eorum fautores, & receptatores.

Pauli V. Conſtitutio, quæ incipit, *Romanus Pontifex*. Revocatoriæ facultatum Superioribus quorumcumque Ordinum, & Religioſorum quoquo modo conceſſarum, cognoſcendi cauſas ſuorum ſubditorum ad Officiũ S. Inquiſ. quomodolibet pertinentes.

Ejuſdem Conſtitutio, quæ incipit: *Regis pacifici*. Innovatoriæ Conſtitutionum a Sixto Quarto, & Pio Quinto de Conceptione B. M. V. editarum; impoſitionis majorum pœnarum in tranſgreſſores, a locorum Ordinariis, & hæreticæ pravitatis Inquiſitoribus puniendos. Et Gregor. XV. Conſtitutio, quæ incipit: *Sanctiſſimus Dominus Noſter, auditis*. Ampliativæ, & declaratoriæ prohibitionis aſſerendi B. Mariam Virginem conceptam in peccato originali.

Gregorii XV. Conſtitutio, quæ incipit: *Romanus Pontifex, in ſpecula*. Revocatoriæ quarumcumque conceſſionum vivæ vocis oraculo factarum. Et Sanctitatis Suæ Conſt. extenſiva ad quoſcumque, quantumvis privilegiatos, & exemptos, quæ incipit: *Alias felicis recordationis Gregorius XV.* ſub dat. Romæ 20. Decembris 1631.

Ejuſdem Conſtitutio, quæ incipit:

Apoſtolatus officium. Et Sanctitatis Suæ Conſtitutio, quæ incipit eo modo, revocatoria licentiarum quarumcumque legendi, & habendi libros prohibitos.

Sanctitatis Suæ Conſtitutio, quæ incipit: *Sanctiſſimus Dominus Noſter ſolicitè animadvertens*. De Imaginibus nondum à Sede Apoſtolica Canonizatorum, vel Beatificatorum, cum Radiis, Splendoribus, aut Laureolia non proponendis, Tabellis, aut Luminaribus ad eorum ſepulchra non apponendis, eorumve geſtis, miraculis, revelationibus, & beneficiorum impetrationibus non publicandis, aut imprimendis,

Pariter Sanctitatis Suæ Conſtitutio, quæ incipit: *Sanctiſſimus Dominus noſter pra debito ſui paſtoralis officii*. De libris ubicumque compoſitis, de quacumque materia tractantibus, ab his, qui degunt in Statu Eccleſiaſtico, non traſmittendis alio, ut imprimantur, ſine Vicarii, & Magiſtri S. Palatii in Urbe, vel extra eam ſine Ordinarii, & Inquiſitoris, aut ab eis deputatorum licentia,

Et ejuſdem Sanctitatis Suæ Conſtitutio ſub dat. Romæ die 5. Novem. 1635. quæ incipit; *Cum ſicut accepimus*. Quod Conſtitutiones Apoſtolicæ in concernentibus Fidem Catholicam, & S. Inquiſitionis Officium hactenus editæ. & impoſterum, etiam ſuper quacumque alia re edendæ, omnes Regulares quomodolibet privilegiatos compræhendant, niſi in edendis illis ſpecialiter excipiantur.

Et Inſuper iidem Superiores teneantur curare, & efficere, ut hujus Decreti exempla aliquo in loco apud eos publico affigantur, & affixa conſerventur, itaut ab eiſdem ſubditis Religioſis omnibus videri, ac legi commode queant. Deque hujuſmodi commonitione publico documento ſtatim certiorem facere Congregationem Sanctiſſimæ Inquiſitionis in Urbe. Et nihilominus voluit, ut Decretum hujuſmodi, ſeu illius exemplum, intimatum Procuratori Generali cujuſcumque Ordinis, Congregationis, Societatis, & Inſtituti, ut ſupra, in Urbe degenti, vel ad valvas Baſilicarum S. Joannis Lateranenſis, & Principis Apoſtolorum Urbis, & in acie Campi Floræ affixum, etiam abſque intimatione prædicta, Infra duos citra Montes, ultra vero Montes infra quatuor menſes ex tunc proximos omnes, & ſingulos eorumdem Ordinis, Congregationis, Societatis, & Inſtituti Religioſos perinde arctet, & afficiat, ac ſi commonitio, & affixio prædictæ exequutæ eſſent, & unicuique hoc ipſum Decretum exhibitum, ac perſonaliter intimatum foret. Et ita mandat, & præcipit Sanctitas Sua,

Jo: Antonius Thomaſius S. Romanæ, & Univerſalis Inquiſitionis Notar.

Anno milleſimo ſexcenteſimo trigeſimoquarto, Indictione ſecunda, Pontificatus Sanctiſſimi Domini Noſtri Domini Urbani Divina Providentia Papæ Octavi Anno Decimoprimo, die vero quinta Januarii ſupradictæ Literæ, ſive Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Baſilicarum Sancti Joannis Lateranenſis, & Principis Apoſtolorum Urbis, ac in acie Campi Floræ, ut moris eſt, per me Antonium Bardum prælibati Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ Curſorem,

---

CDXLII.

Declaratio nonnullorum Statutorum pro Congregationibus Tuſciæ, & Lombardiæ Monachorum Ordinis Ciſtercienſis emanatorum,

Horum Statutorum confirmationem habes in Conſtit. hujus Pont. In Sede, *ut ſupra*.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Alias ab hoc Pont. emanavit Conſt. ſuper reform. & confirm. nonnullorum ſtatutorum.

ALiàs a Nobis emanarunt literæ tenoris ſubſequentis, videlicet. Urbanus Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam. In Sede Principis Apoſtolorum, nullis licet noſtris ſuffragantibus meritis, divina providentia conſtituti, inter multiplices paſtoralis officii curas, ad ea, per quo regularis diſciplinæ obſervantia in quibuslibet Ordinibus, & Congregationibus conſervetur, majoraque in dies ſuſcipiat incrementa, ſolicitudinis noſtræ partes ſedulo intendimus, & in iis, quæ propterea pie, & provide ſtatuta ſunt, apoſtolicæ confirmationis robur libenter adjicimus, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire. Cum itaque, ſicut accepimus, pro felici, proſperoque dilectorum filiorum Monachorum Ciſtercienſium Ordinis Congregationum Lombardiæ, & Tuſciæ inſimul unitarum ſtatu, & reformatione in eis introducenda nonnullæ Conſtitutiones, & ſtatuta edita, & a dilecto filio noſtro Roberto tituli Sancti Alexii Presbytero Cardinali Ubaldino nuncupato, ejuſdem Ordinis apud Nos, & Apoſtolicam Sedem Protectore, ac duobus aliis Romanæ Curiæ Prælatis pietate, doctrina, & religionis zelo præſtantibus, auditis etiam, & conſultis dilectis filiis Præſide, Procuratoribus, & duobus ex antiquioribus Abbatibus dictarum Congregationum, de mandato noſtro viſa, & examinata fuerint, tenoris ſubſequentis, videlicet. Prælati omnes quorumcumque Monaſteriorum reſidentiam requirentium debeant omnino in eis perſonaliter reſidere, nec ullo prætextu poſſint ab eis abeſſe ultra tempus præſcriptum à Conſtitutione edita a Capitulo anni 1616. videlicet ultra viginti dies continuos. Prælatus, qui ultra prædictum tempus, vel in totius anni curſu ultra quadraginta dies, continuis, & diſcontinuis computatis, ſine licentia Regiminis ex legitima causa in licentia exprimenda, & in actis redigenda abfuerit a ſuo Monaſterio, graviter puniatur,

Cujus tenor hic refertur.

De Prælatorum reſidentia ſua in Monaſteriis.

Digitized by Google

tur, etiam privatione vocis activæ, & paſſive, quin etiam ipſi Patres Regiminis, ſi abſque legitima cauſa hujuſmodi licentiam conceſſerint, gravi pœna pro arbitrio Definitorii afficiantur.

De Communi peculio.

Secundo. Univerſæ pecuniæ communes ad ſingulas Provincias pertinentes habeantur repoſitæ, & cuſtoditæ in Capſa triclavi, quæ retineatur clauſa tribus clavibus, quarum una remanere debeat penes caput Regiminis, altera penes Viſitatorem majorem, tertia penes Capſerium, quo munere fungi debeat unus ea Abbatibus titularibus, qui pro Provincia Lombardiæ teneatur reſidere in Monaſterio ſancti Ambroſii, iſque eligi debeat per Capitulum, & interim uſque ad ejus celebrationem providebit illuſtriſſimus Protector, dictuſque Capſerius retineat libros introitus, & exitus, in quibus omnia diſtincte, & ordinate adnotata appareant, nec aliquid omnino erogare, aut ſolvere poſſit alicui perſonæ, abſque mandato Regiminis in ſcriptis: ſi ſine prædicto mandato quicquam erogaverit, aut ſolverit, privationem prælaturæ incurrat. Supradicta autem computa, & mandata omnia ſingulis trienniis ante Capitulum diligenter revideri debeant pro Provincia Lombardiæ per Abbates ſancti Stephani de Cornu, & Aquæ frigidæ, & pro Provincia Tuſciæ a duobus Prælatis, qui non ſint de Regimine, deputandis per Capitulum, qui accuratam, & plenam relationem prædictorum omnium teneantur facere in capitulo.

Tertio. Tempore per Conſtitutiones ad eligendos diſcretos deputatos nullus Abbatum accedat ad aliena Monaſteria, ſed unuſquiſque in ſuo ſe Monaſterio contineat: qui ſecus fecerit, voce activa in Capitulo careat.

De Diſcretis.

Quarto. Electi in diſcretos ad alia Monaſteria ſe minime transferant, ſed in Monaſterio, in quo degunt, expectent diſceſſum ſui Abbatis, cum quo recta accedant ad Capitulum: ſi ſecus fecerint, voce in Capitulo careant; interim vero ſe informent de ſtatu Monaſterii, de quo interrogentur diligenter in Capitolo; & caſu quo non reperiantur diligenter informati, ſint inhabiles in futurum, ad hoc, ut poſſint eligi in Diſcretos.

De datis, & acceptis.

Quinto. In virtute ſanctæ obedientiæ præcipimus tam Diſcretis, ne quid omnino ab aliquo accipiant etiam ſponte dare volenti, quam omnibus, & ſingulis Religioſis, ne quid eis dare audeant: quod ſi delictum hujuſmodi quis commiſerit, & fuerit ſufficienter probatum tunc, tam dans, quam accipiens privationem omnium dignitatum, & officiorum incurrant, necnon inhabilitatem ad eadem, vel alia in perpetuum.

De inventario rerum, quaſquiſque Monachus habet, conficiendo.

Sexto. Sicut ex præſcripto Conſtitutionum tenentur ſubditi ſingulis annis tradere Prælatis inventaria rerum omnium, quas habent penes ſe, & contrafacientes inter proprietarios cenſentur, & pœnis proprietariorum in utroque foro ſubjacent; ita in poſterum Abbates, & Prælati omnes tempore Viſitationis, ipſi autem Præſes, & Viſitatores tempore Capituli ſub iiſdem pœnis ipſo facto incurrendis teneantur conficere inventaria, in quibus cujuſcumque generis res omnino, pecuniæ, & bona, quæ habent, quam diligentiſſime præſcripta ſint, eaque Abbates, & Prælati ſupradicti Præſidi, & Viſitatoribus; Præſes autem, & Viſitatores Definitoribus tradere teneantur reponenda, & conſervanda in Capſa Triclavi; ſupradicti Viſitatores autem, & Definitores in hac re, juxta præſcriptum Sacri Concilii Tridentini, curare debebunt, ut uniuſcujuſque Religioſi ſupellex ſtatui paupertatis, quam profeſſi ſunt, conveniat, nihilque ſuperflui in ea ſit, nihil etiam, quod neceſſarium ſit, eis denegetur.

De Viſitationibus Provinciarum, & Monaſteriorum.

Septimo. Viſitatio Provinciarum, ut ſerio, & diligenter habeatur, debeant omnino Præſes, & Viſitatores omnia, & ſingola Monaſteria perſonaliter per ſe ipſos viſitare, & in unoquoque per tantum tempus permanere, quantum neceſſarium erit ad viſitationem plene, & accurate perficiendam; ideoque viſitationibus peragendis deputentur Menſes Aprilis, Maji, & Junii, non obſtante diſpoſitione Conſtitutionum in hac parte. Viſitatores autem utantur communi menſa, & frugali victu ſint contenti, idemque ſervetur in Comitiis. Præcipitur vero in virtute ſanctæ obedientiæ, ut tam ipſe Præſes, & Viſitatores, quam eorum converſi, & famuli nihil omnino percipiant a viſitatis etiam ſponte dare volentibus: quod ſi Præſidem, ſeu Viſitatores quidquam accepiſſe, aut a converſis, & famulis ipſis ſcientibus acceptum fuiſſe probatum fuerit, inhabiles ſint in perpetuum ad Præſidenatus, & Viſitatoratus officia; & nihilominus Converſi, qui acceperint, graviter puniantur, & famuli abſque ſpe reditus a ſervitio ſtatim ejiciantur.

Cellerarii, aliorumque Miniſtrorum computa ſingulis menſibus examinanda.

Octavo. Abbas, Prior, & Reviſores computorum teneantur ſingulis menſibus revidere computa, tam Cellerarii, quam aliorum omnium miniſtrorum, qui ſubſtantiam Monaſterii adminiſtrant: ſinguli autem eorum adnotent in particulari ſchedula omnia ſupradicta computa, dictamque ſchedulam penes ſe cuſtodiant, & tempore Capituli conſignent Diſcreto, ut deferat ad Capitulum. Quod ſi Abbas facere neglexerit, de mala adminiſtratione ſuſpectus cenſeatur, itaut adverſus eum procedi poſſit.

De Converſis

Nono. Converſi deputari non poſſint ad adminiſtrationes extra Monaſteria ad officium Subcellerariatus, aut ad ſervitia particularia Abbatum: niſi poſt quintum profeſſionis annum completum: qui ſecus aliquem deputaverit, voce activa in proximo capitulo careat.

Extra Monaſteriorum non pernoctandū.

Decimo. Nemini Monachorum, ſed præſertim junioribus non ſacerdotibus ullo modo detur licentia permanendi recreationis gratia in loco, in quo ſit eis pernoctandum extra Monaſteria, vel loca Monaſteriorum,

Digitized by Google

rum. Prælatus, qui adverſus hoc licentiam conceſſerit, ab officio per ſex menſes ſuſpendatur.

Abbatum emeritorum Privilegia. Abbatibus emeritis, qui ex legitima cauſa renunciaverint dignitati, liceat honoris gratia Abbatis nomine vocari; quod maluerint Monaſterium pro habitatione tempore renunciationis, & celebrationis Capituli ſibi eligere, habere converſum ad ſervitia ſibi deputatum, & quoad victum, & veſtitum cenſeri vice Abbatum.

Cellerariorum munus. Nemini Prælatorum liceat, pecunias monaſteriorum exigere, aut erogare, aut eas quovis modo contrectare, neque item in rebus monaſteriorum divendendis, aut neceſſariis comparandis per ſe ipſos ſe immiſcere, ſed ea omnia per Cellerarios, aut alios miniſtros, ad quos ex conſtitutionum præſcripto attinet, fiant: qui tamen Cellerarii, & miniſtri teneantur in hujuſmodi rebus peragendis ſuorum Prælatorum præceptis obedire, nec quidquam, niſi eodem Prælato jubente, & mandante, exequi poſſint. Pecuniæ autem a Capſerio ad id munus ſpecialiter deputato cuſtodiantur in Capſa triclavi, quæ in ſingulis monaſteriis habeatur in cubiculo Prælati, earumque clavium unam retineat Prælatus monaſterii, aliam Capſerius, tertiam Cellerarius, per quem Cellerarium, ſeu alios miniſtros, ad quos ſpectaret, ut ſupra, tam eleemoſynæ, quam munuſcula, ſi quæ dari licuerit, dentur de Prælatorum tamen mandato, aut licentia, ac ſervata forma Conſtitutionis Clementis VIII. de largit. muner. ſemperque rei, quæ datur, qualitas, quantitas, & ſi fieri poſſit, etiam nomina eorum, quibus dantur, aut per quos tranſmittuntur, in libro dati, & accepti fideliter deſcribantur. Quod ſi Prælati prædicta, aut liqua eorum per ſe ipſos, & non adhibitis miniſtris facere auſi fuerint, tunc in eos tamquam fraudis, & parum ſinceræ adminiſtrationis ſuſpectos, tam Capitulum, quam Viſitatores, & Regimen procedant.

Decimotertio. Si quis Prælatus, aut Religioſus privato nomine equos, jumenta, pecudes, frumenta, blada, legumina, aut alios quoſcumque fructus ex terra provenientes tenere, poſſidere, aut a Monaſteriis emere, vel in ſolutionem accipere auſus fuerit, is præter amiſſionem uſus earum rerum omnium, & ſingularum, ſi Prælatus ſit, pœnam contra exercentes mercaturam, cap. 25. Conſtitutionum taxatam incurrat. Monachi, qui tranſgreſſores reperti fuerint, pœnæ inhabilitatis ad officia omnia, & dignitates ſubjaceant. Converſi denique per annum carceri mancipentur, & deinceps ab omni temporali adminiſtratione arceantur. Ad effectum vero probandi quempiam privato nomine aliqua prædictorum tenuiſſe, aut poſſediſſe, ſufficiat probare, quod a die emptionis, adeptionis, aut captæ poſſeſſionis, ſeu intentionis eorum in libris publicis Monaſterii ſcripta non fuerint.

Decimoquarto. In Viſitatorem minorem aſſumi non poſſit, qui trigeſimum ætatis annum non expleverit, aliàs electio nulla ſit ipſo jure.

Decimoquinto. Ex Patribus, qui immediate in Regimine reſederunt, non poſſint tempore Capituli aſſumi in Definitores, niſi ad ſummum duo tantum pro ſingulis Provinciis. Quod ſi agatur directe, vel indirecte de negotiis ad perſonam, vel Regimen, ſeu adminiſtrationem alicujus ex Definitoribus pertinentibus, tunc ipſe, de cujus negotiis, ut ſupra, agitur, debeat omnino exire a Definitorio.

Decimoſexto. In Definitorio habeat omnino locum unus ſaltem ex Diſcretis pro ſingulis Provinciis.

Decimoſeptimo. Patres Regiminis eamdem habeant in Regimine durationem, & vacationem, quam habent Prælati in gubernio Monaſteriorum, niſi forte aſſumendus ſit aliquis ex dictis Patribus in Præſidem.

Decimooctavo. Liceat Præſidi poſt finitum officium eligere ſibi, quod maluerit ex Monaſteriis ſuæ Provinciæ gubernandum, exceptis pro Provincia Lombardiæ Monaſteriis Claravallis Mediolani, Sancti Ambroſii Majoris Mediolani, Sancti Martini Parmenſis, & Sanctæ Crucis in Hieruſalem de Urbe, & pro Provincia Tuſciæ Monaſteriis Septimi, Ciſtelli Florentini, & Trium Fontium de Urbe, ad quorum Monaſteriorum Gubernationem, ſicut, & in Procuratorem Provinciæ in Curia Romana is, qui Præſidentatus munere proxime defunctus eſt, nullo pacto eligi valeat.

Decimonono. Nullus Abbatum eligi poſſit ad loca Regiminis, niſi ſaltem per triennium fuerit Abbas.

Vigeſimo. Superiores omnes, præſertim Monaſteriorum, in quibus viget regularis obſervantia, enixe hortamur in Domino, ac etiam eis præcipimus, & mandamus, ut in frequentando noctu, diuque Chorum, vita communi in Refectorio agenda, cæteriſque obſervantiis omnibus, quæ per Regulam, & Conſtitutiones præſcribuntur, exacte obeundis, ſubditis exemplo ſint.

Vigeſimoprimo. Nullus poſſit eligi ad exercenda officia, qui præter alias conditiones, & requiſita non habuerit decem annos completos profeſſionis; aliàs electio ſit nulla, & Electores facultate eligendi deinceps careant.

Vigeſimoſecundo. Officia Prioratus, Cellerariatus, & Magiſtri Novitiorum non vacent ſingulis annis, ſed ſint triennalia, ut olim obſervabatur.

Vigeſimotertio. In Abbatem deinceps nullus aſſumatur, qui non habeat ſufficientem ſcientiam ad exercendum curam animarum, aliàs electio ſit ipſo facto nulla: ſupradictam autem ſcientiam ad hunc effectum eos tantum habere intelligi volumus, qui pro Provincia Lombardiæ ad exercendum curam animarum approbati fuerint ab Ordinario Mediolanenſi, a Florentino vero pro Provincia Tuſciæ, vel pro utraque Provincia ab Urbis Vicario, ſive ab alio Or- Eligendorum in Abbates qualitates.

Digitized by Google

Ordinario per Eminentiſs. Card. Protectorem pro tempore eaiſtentem deputando.

Vigeſimoquarto. Capitulum duret ſaltem per octo dies, & ſingulis diebus bis congregetur Deſinitorinm duraturum ſingulis vicibns ſaltem per tres horas.

Vigeſimoqninto. Conſtitutio, qua diſponitur, ut Præſes reſideat in partibus Mediolani, intelligatur de Mooaſteriis non diſtantibus ab Urbe Mediolani ultra dietam, in quibus aliàs non ſit prohibitum reſidere Patribus Regiminis.

Vigeſimoſexto. In proaime futuro Capitulo ad præſeriptum Deereti de celebratione Miſſarum taxetur numerus Religioſorum in unoquoque Monaſterio retinendorum juata ejuſdem Monaſterii redditus, & idem fiat de famulis, & equis: quo taxato, non licebit Abbatibus numerum etiam famulorum, & equorum augere, ſub pœnis expreſſis in ſupradictis Decretis.

Vigeſimoſeptimo. Erigatur in Monaſterio deputando in proximo Capitulo aliud Collegium in Provincia Lombardiæ, in quo habeantur ſaltem decem Collegiales, & decem alii Collegiales retineaotur pro Provincia Tuſciæ in uno, vel pluribus Collegiis, ad quem effectum debeat in futuro Capitulo unum, vel alterum Monaſterium deputari.

Vigeſimooctavo. Novitii non recipiantur impoſterum niſi tempore celebrationis Capituli in ipſo Capitulo, & priuſquam admittantur ad habitum, debeant omnino degere in habitu ſeculari per duos menſes in Monaſterio ſub regulari obſervantia: circa receptionem vero, & qualitates eorumdem ſerventur Decreta Clementis VIII., & conſtituatur omnino profeſſorium, in quo pariter ſerventur decreta ejuſdem Clementis.

Vigeſimonono. Pro ſuſtentatione Monachorum Monaſterii, & Collegii S. Crucis in Hieruſalem de Urbe, & aliis nonnullis oneribus, & expenſis, quæ in Urbe conſueverunt fieri pro Provincia Lombardiæ, de quibus in ſchedula per Præſidem, & Abbatem Sanctæ Crucis ſubſcripta, aſſignentur redditus bonorum de Viono, quorum adminiſtratio ad Abbatem pro tempore Sanctæ Crucis, vel ad eos, qui eidem Abbati beneviſi fuerint, ſpectabit, quamdiu Collegium in prædicto Monaſterio Sanctæ Crucis perſeverabit. Quod ſi Collegium alio transferri, aut quovis modo in dicto Monaſterio ceſſare contigerit, tunc & eo caſu redditus, & admioiſtratio bonorum de Viono ad capſam, quam vocant trielavem, pertineant, prout hactenus pertinuerunt. Contributiones autem pro Collegii ſuſtentatione Monaſteriis in proaimo præterito Capitulo impoſitæ ipſi capſę Congregationis perſolvantur, quamdiu redditus prædictorum bonorum de Viono Collegii ſuſtentationi deputati manſerint.

Per ſupradictos autem articulos pro reformatione dictæ Congregationis formatos, non intelligitur derogatum in aliquo decretis Sacri Concilii Tridentini, ac felicis recordationis Clementis VIII., SS. D. N. quoad Regulares editis.

Nos inviolabili Conſtitutionnm, ac Statutorum hujuſmodi obſervationi, feliciquc earumdem Congregationum directioni quantum Nobis ex alto conceditur, proſpicere, ac Præſidem, & Monachos prædictos ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi voleotes, eorumque ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris Conſtitutiones, & Statuta præinſerta hujuſmodi, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illiſque inviolabilis, apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes, & ſingulos, tam juris, quam facti, ac ſolemnitatum omiſſarum, & quoſvis alios, etiam quantumvia ſubſtantiales defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, aut interveniſſe dici poſſent, ſupplemus.

Decernentes illas in prædictis Congregationibus ab omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & in futurum ſpectabit, inviolabiliter obſervari, & adimpleri omnino debere, irritumque nihilominus, & inane, quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavia auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenus opus ſit, Ordinis, & Congregationum hujuſmodi, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis, in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, eorum omnium tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 21. Martii 1631. Pontificatus noſtri Anno VIII.

§. 2. Cum autem, ſicut denuo accepimus, poſt emanatas præinſertas Literas hujuſmodi in Capitulo Generali earumdem Congregationum, de modo, & forma ſuprainſertas Conſtitutiones, & Statuta exequutioni, & obſervantiæ demandandi actum fuerit, ac matura conſultatione adhibita compertum ſit, faciliori, atque exactiori, tam ipſarum ſuperius inſertarum, quam etiam aliarum Conſtitutionum earumdem Congregationum olim a felicis recordationis Gregorio Papa XIII. Prædeceſſore noſtro confirmatarum exequutioni, & obſervantiæ ſecurius conſultum fore, ſi tam ipſæ ſupra inſertæ in nonnullis ex ſupradictis Capitibus, videlicet 6. 7. 13. 23., & 28., quam etiam aliæ a dicto Gregorio Prædeceſſore

Et quia aliqua ex ſupradictis Statutis indigebant explicatione.

ceſſore, ut præfertur, confirmatæ Conſtitutiones, & Statuta, in duobus infraſcriptis capitibus, quorum unum eſt, videlicet: Electio, ſive imburſatio Diſcretorum fiat præſentibus, & intervenientibus pro veritatis teſtimonio Religioſis aliis in illo Monaſterio commorantibus, inter quos ſaltem quatuor Sacerdotes interveniant, ea alio Monaſterio vocandi, ſi ea eo haberi non poterunt, ſicque electi Diſcreti ad Capitulum acceſſuri, Literas teſtimoniales fidem facientes de legitima eorum electione ab omnibus Sacerdotibus, ſeu ſaltem a quatuor eorum, qui intervenerint electioni, ſubſcriptas deferant, aliter ſine Literis hujuſmodi ad Capitulum non admittendi. Alterum vero eſt, videlicet: Illi tantum ad Prælaturam, & ad Viſitatoris majoris officium approbentur, qui officia minora, Prioratus ſcilicet, & Cellerariatus digne, gradatim, ſaltem biennio in quolibet officio fideliter exercuerint, per Nos, ut infra declarentur, moderentur, limitentur, & alia etiam addantur reſpective.

Modo declarat, moderatur, & alia addidit.

§.3. Quare Nos, qui negotium hujuſmodi dilectis filiis noſtris Antonio tit. Sancti Honuphrii Presbytero, noſtro ſecundum carnem fratri germano, ac Martio Sanctæ Mariæ Novæ Diacono Cardinalibus Ginetio nuncupato, mature, diligenterque examinandum, Nobiſque referendum commiſimus, pro incumbentis Nobis Paſtoralis officii debito proſperum earumdem Congregationum ſtatum, felicemque directionem ſinceris deſiderantes affectibus, ac ſingulares eorumdem Monachorum perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, de eorundem Antonii, & Martii Cardinalium conſilio, motu, ſcientia, & deliberatione ſimilibus.

Quoad vi. ut per capſam triclavem intelligatur triclavis Congregationis.

Ad vii. ſingulis trienniis una tantum viſitatio fiat, uno quidem anno in Monaſteriis omnibus citra Montes Apenninos, altero vero in iis, qui ſunt ultra montes, itaut prima viſitatio ſit ejus partis, in qua fuerit Præſes, eaque fiat temporibus in ipſa Conſtitutione aſſignatis, ſcilicet menſibus Aprilis, Maii, & Junii ſingulorum annorum ex duobus, in quibus non celebratur Capitulum: quod ſi Præſes, & Viſitatores ſingula Monaſteria perſonaliter non viſitaverint, privationem vocis activæ, & paſſivæ, & inhabilitatem ad officia Præſidentatus, & Viſitatoratus incurrant.

Ad xiii. Monachi, qui extra clauſtra ad curam animarum, vel alia beneficia eccleſiaſtica degunt, res hujuſmodi ad uſus proprios habere poterunt, ſed ſingulis annis rerum hujuſmodi notas Abbati ſuo tradere tenebuntur ſub pœnis proprietariorum incurrendis.

Ad xxiii. examen, & approbatio fiat per examinatores deputandos in Capitulo Congregationis.

Ad xxviii. In Capitulo numerus tantum Novitiorum præfigatur, non autem neceſſe ſit, ut eorum nomina exprimantur, & quoad tempus deferendi habitum ſecularium ſufficiat menſis.

Quo vero ad Conſtitutiones a dicto Gregorio prædeceſſore, ut præfertur, confirmatas.

In iis Monaſteriis, in quibus non ſunt quinque Sacerdotes ultra Abbatem, ſufficiat interventus, & ſubſcriptio eorum Sacerdotum, qui ibi commorantur.

Inſuper vero Monachis curam animarum exercentibus, tempus talis exercitii ſuffragetur ad effectum habilitatis ad Prælaturam, & Viſitatoris majoris officium, non ſecus, ac tempus exercitii officiorum Prioris, & Cellerarii, apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo declaramus, moderamur, limitamus, eiſque addimus reſpective.

Nec aliter judicari poſſe decernit.

§.4. Decernentes Conſtitutiones, & Statuta ſic per præſentes declarata, moderata, limitata, & addita reſpective in prædictis Congregationibus ab omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & in futurum pro tempore ſpectabit, inviolabiliter perpetuo obſervari, & adimpleri, & ita per quoſcumque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§.5. Non obſtantibus literis noſtris præinſertis, ac aliter diſponentibus Conſtitutionibus, & Statutis in eis contentis prædictis, aliiſque omnibus, & ſingulis, quæ in eiſdem præinſertis Literis voluimus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die 25. Januarii 1634. Pontificatus noſtri Anno XI.

Dat. die 25. Febr. 1634. An. XI.

CDXLIII.

Confirmatio Triennalis impoſitionis ſuper fructibus Commendarum Ordinis S. Joannis Hieroſolymitani.

Iſtius Ordinis materiam habes Conſtitut. 45. Univerſalis, *Tu.* 5. *Par.* 5. *fol.* 205. *& Conſt.* In ſpecula *ut ſupra.*

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Procemium.

INter cæteras, quibus aſſidue premimur, Apoſtolatus noſtri curas, in eam præcipue incumbimus, ut Inſula Melevitana Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani firmiſſimum Chriſtiani nominis adverſus Turca-

Turcharum tyrannidem propugnaculum debite muniatur, & quæ propterea ab ipſius Hoſpitalis magno Magiſtro, & Conſilio provide ordinata ſont, apoſtolicæ firmatis munimine roboramos, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Cauſæ hujus Conſtit.

§. 1. Saoe pro parte dilectorum filiorum Antonii de Paula Magni Magiſtri, necnon Coofilii completi dicti Hoſpitalis Nobis expoſitom fuit, quod eom pro reficiendis, & inſtaurandis mœnibus Civitatum Victorioſæ, Sengleæ, & Vallettæ, earumque arcium, necnon propugnaculis, aliiſque fortificationibus perficiendis, ac de novo conſtruendis, commune ærariom dicti Hoſpitalis ingenti pecuniarum ſumma indigeat, infraſcriptam impoſitionem, ſub noſtro, & Sedis Apoſtolicæ beoeplacito ſtatuerunt, & ordinaverunt, prout plenius continetor in Decreto deſuper emanato tenoris ſubſequentis, videlicet.

Decretum ſuper fortificationibus faciendis.

§. 2. Frater Antonius de Paula Dei gratia ſacræ Domus Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani, ac militaris Ordinis Sancti Sepulchri Dominici Magiſter humilis, pauperumque JESU CHRISTI Cuſtos. Univerſis, & ſingulis præſentes noſtras Literas viſuris, lecturis, & audituris ſalutem. Notum facimus, & in verbo veritatis atteſtamur, qualiter infraſcriptum Decretum eatractum fuit ea libro, ſeu regiſtro Conciliorum noſtræ Cancellariæ, in quo ſimilia adnotari, & regiſtrari ſoleut, quod quidem in hanc publicam formam eatrahi, & redigi juſſimus, ut ubique, tam in judicio, quam extra eidem plena, & indubitata fides adhibeatur. Cujus tenor eſt, qui ſequitur, videlicet. Die 15. menſis Novembris 1633. Cum pro reficiendis, & inſtaurandis mœnibos Civitatum Victorioſæ, Sengleæ, & hujus homiliſſimæ Vallettæ, earumque arcium, ac propugnaculis, aliiſque fortificationibus perficiendis, ac de novo conſtruendis opus ſit ex communi ærario ingens pecuniarum ſumma juata decretum per Venerandum Concilium, referentibus Venerandis Commiſſariis deſuper deputatis, noper conditum, quod præmiſſa pro conſervatione hojus dominii, imo totius Reipublicæ Chriſtianæ tuitione fieri cenſuit, ac mandavit, Eminentiſſimus, ac Reverendiſſimus Dominus Magnus Magiſter, ac Venerandum Concilium completum legitime congregatum, intellecta denoo relatione præfatorum Commiſſariorum, matoraque deliberatione præhabita, cum Scrutinio ballottarum, ſub beneplacito, & confirmatione Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ, ejuſqoe Sedis Apoſtolicæ, & non aliter, nec alio modo, ordinaverunt, ſtatuerunt, & impoſuerunt, ac imponunt penſionem, ſive impoſitiooem duodecim millium ſcutorum monetæ de tarenis duodecim pro ſingulis ſcutis ſuper omnibus Prioratibus, Caſtellania Empoſtæ, Bajulivatibus, Commendis, membris, penſionibus, ac bonis Ordinis tam exemptis, quam non eaemptis, etiam per commune ærarium (ſi in mortuario, & vacanti extiterint) in quolibet ex tribus proxime ſequentibus annis tantum, & dumtaxát, præter, & ultra reſponſiones, & impoſitiones ordioarias pro rata, & juxta taxam, ſive æſtimationem de anno 1583. editam eaſolvendum in Capitulis Provincialibus cujuslibet Prioratus in ſingulis futuris annis 1634. 1635, & 1636. celebrandis, proot ſolvi conſueverunt reſponſiones, & impoſitiones, itaut in prædictis tribus annis ſumma triginta ſex millium ſcutorum, ad præmiſſum effectum, & nooalioin eroganda exigi poſſit, & debeat, nec ulterius iis tranſactis, quovis prætextu, ſeu colore ipſa impoſitio continuari valeat, ſed ſtatim ſuppreſſa, & extincta ſit, & eſſe cenſeatur. Volentes, ut pecuniæ ex hujuſmodi impoſitione proventuræ in Arca ſub clavibus ſuæ Eminentiæ, & Commiſſariorum ſuper fortificationibus deputatorum conſerventur, & exinde quando opus erit, extrahi valeant per eos fideliter in præfatum uſum impendendæ. Quodque ſingulis menſibus iidem Commiſſarii rationes, & computa expenſarum Venerando Concilio, ſub pœna de proprio ipſas eapenſas illius menſis ſatisfaciendi, reddere teneantur. Et quia ita ſe habet veritas, factaque fideli cum originali collatione, concordare comperimus. ideo in hujus rei teſtimonium Bulla noſtra Magiſtralis in cera nigra præſentibus eſt impreſſa. Datum Melitæ in Conventu noſtro, die 19. menſis Novembris 1633.

Confirmatio præfati decreti.

§. 3. Cum autem, ſicut eadem eapoſitio ſubjungebat, dicti eaponentes impoſitionem hujuſmodi, deſuperque confectum decretum præinſertum, quo eaactius obſerventur, apoſtolici roboris firmitate communiri ſummopere deſiderent: Nos illos ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus illorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, impoſitionem prædictam, deſuperque confectum decretum præinſertum, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium approbamus, & confirmamus, ac omnes, & ſingulos, tam juris, quam facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus.

Decretum irritans.

§. 4. Decernentes impoſitionem, & decretum hujuſmodi, præſenteſque literas valida, firma, & efficacia exiſtere, & fore, ac ab omnibus, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, inviolabiliter obſervari, ſicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoraoter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitu-

ſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti Hoſpitalis etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, ſtabilimentis, uſibus, & naturis, ac ordinationibus capitularibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis apoſtolicis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, ac aliàs in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum omnium, & ſingulorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Contrariis derogat.

§.5. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 30. Januar. 1634. An.XI.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die 30. Januarii 1634. Pontificatus noſtri Anno XI.

CDXLIV.

Quod Ordinarii locorum, & Concionatores Verbi Dei tempore Adventus, & Quadrageſimæ neceſſitates locorum Terræ Sanctæ commendari curent.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Proœmium.

SAlvatoris, & Domini noſtri, qui pro humani generis redemptione ſe ipſum exinanivit, factus obediens uſque ad mortem, vices licet immeriti gerentes in terris, inter multiplices, graviſſimaſque apoſtolicæ ſervitutis curas, in ea præcipua paſtoralis ſolicitudinis vigilantia incumbimus, ut tanti, ac tam ſalubris myſterii monumenta, quæ in Civitate Hyeruſalem, & locis circumvicinis ſunt, conſerventur, & omni, qua fieri poterit, majori honorificentia recolantur.

§.1. Cum itaque, ſicut dilectus filius Ambroſius della Polla Ordinis Fratrum Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia Profeſſor, ac Commiſſarius Terræ Sanctæ nobis nuper exponi fecit, Eccleſiæ, & alia loca pia ibidem exiſtentia fere diruta ſint, & quæ ibi adhuc ſunt Monaſteria, ære alieno ob impiam Turcarum, Hæreticorum, & Schiſmaticorum tyrannidem, & pro ſanctæ fidei catholicę in eiſdem locis conſervatione contracto, admodum gravata ſint; Nos eorumdem ſacrorum monumentorum hujuſmodi conſervationi, & manutentioni, quantum nobis ex alto conceditur, conſulere volentes.

Præcipit prout in rubr.

§.2. Venerabilibus Fratribus Patriarchis Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis locorum Ordinariis, necnon omnibus, & ſingulis quorumvis Ordinum, Congregationum, & inſtitutorum regularium Generalibus per præſentes committimus, & mandamus, ut ad minus duabus vicibus quolibet anno, Adventus, & Quadrageſimæ temporibus, tam per verbi Dei Prædicatores in ſuis ſacris concionibus, quam in actionibus, & functionibus publicis neceſſitates eorumdem ſacrorum monumentorum populo proponi, & commendari curent, & faciant: quod & Omnipotenti Deo bonorum omnium retributori acceptiſſimum, nobis vero gratiſſimum erit.

Tranſumptis credi mandat

§.3. Volumus autem, ut præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides in judicio, & extra adhibeatur, quę ipſis pręſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum die 3. Februar. 1634. An.XI.

Datum Romę apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die 3. Februarii 1634. Pontificatus noſtri anno undecimo.

CDXLV.

Ex Regeſt. in Secr. Brev.

Confirmatio quarumdam Diſmembrationum, ac Unionum Commendarum Linguæ Franciæ Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

In Capitulo Generali habito nonnulla fuere ſtatuta pro diſmembratione aliquarum Comendarum linguæ Franciæ.

§.1. NUper pro parte dilectorum filiorum Procuratorum Linguæ, & Prioratuum Franciæ Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani nobis expoſitum fuit, quod dicta Lingua a Capitulo generali ejuſdem Hoſpitalis de anno 1631. celebrato pro conſervatione Prioratuum, & Dignitatum, ac pro communi beneficio Fratrum ejuſdem linguæ infraſcriptas proviſiones, & ordinationes fieri obtinuit videlicet.

Statuta hujuſmodi recenſentur.

§.2. Quod a Magno Prioratu Franciæ diſmembrari debeant bona redditus annui viginti millium librarum ſimilium, duæ Commendæ de cambimento, ſeu melioramento fratrum ejuſdem Prioratus erigi debeant, reliqua vero octomillia librarum hujuſmodi uniri, & incorporari debeant Bajulivatui de Morea ejuſdem Hoſpitalis, cui pariter unitus eſt Bajulivatus de Curii, ea tamen conditione, ut ille Commendatarius, qui ad dictum Bajulivatum de Morea,

ſto-

promotus fuerit, non poſſit optare, nec promoveri ad aliquem alium Prioratum, ſed Præceptorias, ſeu Commendas per eum tempore ſmutitionis dicti Bajulivatus obtentas retinere. Præterea, quod debeat applicari, & uniri dignitati Theſaurarii Generalis Prioratus S. Joannis in Inſula de Corbeil, ita tamen, ut talis unio ſuum non ſortiatur effectum, niſi poſt obitum moderni dicti Prioratus Prioris, & cum expreſſa conditione, ut quando effectum ſortita fuerit, non poſſit ille, qui de dignitate Theſaurarii hujuſmodi proviſus fuerit, aliquam aliam dignitatem in dicta lingua obtinere. Præceptoria, ſeu Cummenda, aut Præceptoriis, ſeu Commendis, & aliis bonis per eum tempore ſmutitionis dictæ dignitatis obtentis cum ea gaudere poſſit. Inſuper quod a Prioratu Aquitaniæ diſmembretur Præceptoria, ſeu Commenda de Antigny ad effectum ſmutiendi eam in lingua pro cambimento, vel melioramento fratrum dicti Hoſpitalis; Quodque loco illius ſit licitum cuicumque dictum Prioratum obtinenti cum illo retinere meliorem Præceptoriam, ſeu Commendam, quam tunc temporis habebit; Denique quod a Prioratu Campaniæ diſmembretur Præceptoria, ſeu Commenda de Beaume ad effectum ſmutiendi pro cambimento, vel melioramento in beneficium fratrum ejuſdem Prioratus, quodque ipſius Proceptoriæ, ſeu Commendæ loco ille, qui in Priorem Prioratus Campaniæ electus fuerit, meliorem Præceptoriam, ſeu Commendam, quam tunc poſſidebit retinere valeat, ſed poſt ejus obitum Præceptoria, ſeu Commenda hujuſmodi libere pro cambimento, ſeu melioramento fratrom dicti Prioratus remaneat. Demum, quod omnes ſupradictæ diſmembrationes, uniones, applicationes, & retentiones intelligantur conceſſæ ſine præjudicio communis Ærarii, & cum aliis clauſulis, & conditionibus expreſſis in extracto dictæ Linguæ Franciæ, ad quem in Decreto capitulari deſuper emanato habita fuit in omnibus, & per omnia relatio.

Preces pro obtinenda apoſtolica confirmatione.

§.3. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, poſt publicationem dicti Decreti a Commiſſariis deputatis juxta illius formam omnes ſupradictæ diſmembrationes, applicationes, & aſſignationes bonorum factæ, & ab eadem Lingua, nemine diſcrepante, prout in extractu facto ſub die 6. Septembris proxime præterito, & poſtmodum a magno Magiſtro, & ejus Conſilio approbatæ fuerint, prout in Decreto deſuper ſub die 11. Octobris proxime ſimiliter præteriti continetur, nulla tamen in eis facta mentione duarum diſmembrationum, videlicet Præceptoriæ, ſeu Commendæ de Antigny a Prioratu Aquitaniæ, ac Præceptoriæ, ſeu Commendæ de Beaume a Prioratu Campaniæ, eo quod illæ antea a dictis Prioratibus ſeparatę, & diſmembratę reperiebantur: cupiant autem dicti exponentes omnes ſupradictas deliberationes dictæ Linguæ, nec non decretum capitulare prædictum, quo majorem vim obtineant, ac ab omnibus inviolabiliter, & perpetuo obſerventur, apoſtolicæ noſtræ confirmationis robore communiri, Nobis propterea dicti exponentes humiliter ſupplicari fecerunt, ut in præmiſſis opportune, ut infra, providere de benignitate apoſtolica dignaremur.

Confirmat Urbanus.

§.4. Nos igitur eoſdem Exponentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a Iure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupradictas Linguæ deliberationes, nec non decretum capitulare hujuſmodi, eorumque communicationem a dictis Commiſſariis factam, & a Lingua, ut præfertur, necnon Conſilio ordinario dicti Hoſpitalis in vim Capituli generalis approbatam, apoſtolica auctoritate tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illiſque inviolabilis apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos, tam juris, quam facti defectus, ſi qui deſuper intervenerint, ſupplemus.

Supplet defectus.

§.5. Declarantes, quod licet in illis non ſit facta mentio Præceptoriarum, ſeu Commendarum de Antigny, & de Beaume; nihilominus quatenus antea valide diſmembratę non eſſent, tamen ſemper diſmembratæ, & quatenus earum primæ diſmembrationes validæ fuerint, eo caſu illæ confirmatæ cenſeantur, juxta formam, & tenorem dicti decreti capitularis.

Clauſulas apponit.

§.6. Ac decernentes præſentes Literas validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ac ab omnibus, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, inviolabiliter obſervari, ſicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Obſtantibus derogat.

§.7. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis ac d. Hoſpitalis &c. Capitularibus, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes; illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. 15. Februarii 1634. An.XI.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 15. Februarii 1634. Pontificatus noſtri Anno undecimo.

CDXLVI.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Prohibet quominus Milites Militiæ Chriſtianæ ex Ærariis ejuſdem militiæ pecunias, Jocalia, & alia bona ipſius militiæ abſque Sedis Appoſtolicæ licentia accipiant, extrahant &c.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Cauſæ facie de prohibitionis.

§.1. CUm, ſicut dilectos filius Mihael Adolphus Comes ab Althaon unus ex illis, qui Militiæ Chriſtianæ ſub invocatione Conceptionis B. Mariæ Virginis immaculatæ a Nobis erigi, & inſtitui ſupplicarunt, Nobis nuper exponi fecit, Militia prædicta ad Dei, ac ipſius B. M. V. laudem, & gloriam valde diffuſa, ac dilatata ſit, eique magni momenti munera tam in pecuniis, quam aliis rebus conſiſtentia donata ſint, unde Depoſitarius, ac æraria in diverſis locis ad munera hujuſmodi recipien. & aſſervan. inſtituere oportuit.

Prohibitio, de qua in Rubrica.

§.2. Nos pecuniarum, aliarumque rerum hujuſmodi conſervationi, rectæque diſpenſationi quantum cum Domino poſſumus, conſulere, dictumque Michaelem Adolphum Comitem ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus illius nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, omnibus, & ſingulis perſonis tam eccleſiaſticis, quam ſecularibus ſub excommunicationis pœna per contrafacientes incurrenda apoſtolica auctoritate tenore præſentium interdicimus, & prohibemus, ne quæcumque ſtabilia, pecunias, jocalia, & alias res quaſcumque hujuſmodi ex dictis Ærariis abſque Sedis Apoſtolicæ licentia accipere, ſive extrahere, vel diſtrahere, aut ut accipiantur, ſive extrahantur, vel diſtrahantur, permittere, ſub quovis quæſito colore, vel prætexto audeant, ſeu præſumant: volumuſque, ut pecuniæ, & alia prædicta in dictæ Militiæ ſervitium, & non alios uſus expendantur, & convertantur.

Obſtantium derogatio.

§.3. Non obſtantibus in contrarium facientibus quibuſcumque.

Dat. 15. Februarii 1634. An.XI.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 15. Februarii 1634. Pontificatus Noſtri Anno XI.

CDXLVII.

Commiſſio Nuncio Hiſpaniarum, ut ſignificet Commiſſario Cruciatæ ſe gravaſſe Clerum Caſtellæ, & Legionis, ipſum cogendo ſub cenſuris ad ſolutionem exculati poſt lapſum quinquennii Concordiæ deſuper initæ, & a S. Sede confirmatæ.

Ex regeſt. in Secret. Brev.

Venerabili Fratri Laurentio Epiſcopo Senogallien. noſtro, & Sedis Apoſtolicæ in Regnis Hiſpaniarum Nuncio.

URBANUS PAPA VIII.

Venerabilis Frater ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Exordium.

APoſtolatus Officium humilitati noſtræ meritis licet imparibus divina providentia commiſſum jugiter nos compellit, omni ſolicitudine invigilare, ne immunitatis eccleſiaſticæ jura, & privilegia violentur, ſed perſonis eccleſiaſticis ſalva, & illæſa conſerventur.

Facti ſeries.

§.1. Sane ex gravi dilectorum filiorum Cleri Regnorum Caſtellæ, & Legionis querimonia accepimus, Commiſſarium Cruciatæ ad Concordiæ initæ inter Chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Philippum Hiſpaniarum Regem Catholicum ex una, ac eoſdem Clerum ex altera partibus, ſuper ſolutione conceſſionis primæ decimæ univerſis Parochia in Regnis, & dominiis Hiſpaniarum, ac Inſulis eiſdem Regnis adjacentibus ad rationem ducentorum, & quinquaginta millium ducatorum monetæ Hiſpaniarum, quoad præfata Regna Caſtellæ, & Legionis annuatim ſolvendorum, & a nobis auctoritate apoſtolica confirmatæ exequutionem procedere, licet concordia, & confirmatio prædictæ ad quinque annos jam a pluribus menſibus citra elapſos reſtrictæ, & limitatæ ſint, neque ſolutio hujuſmodi abſque nova concordia, & nova Sedis Apoſtolicæ licentia exigi poſſit, quandoquidem prima decima hujuſmodi non pro certa ſumma, minuſque prædicta ſumma ducentorum quinquaginta millium ducatorum prædictorum ab eadem Sede concedatur, ſed potius pro decima ditioris domus cujuſlibet Parochiæ Regnorum, & Dominiorum hujuſmodi, ita ut elapſo concordiæ, & confirmationis apoſtolicæ tempore, Clerus ipſe ad alicujus ſummæ ducatorum ſolutionem eo prætextu nullo modo teneatur, minuſque ad id cogi poſſit, ſeu debeat, ſed ea dumtaxat ditioris domus cujuslibet Parochiæ decima exigi debeat pro tempore tantum, quo eidem Philippo Regi auctoritate apoſtolica conceſſa reperitur.

Commiſſio de qua in Rubrica.

§.2. Quare Cleri prædictorum indemnitati, juxta creditum Nobis deſuper apoſtolicæ ſervitutis officium, quantum cum Domino poſſumus, conſolere volentes, tibi per præſentes committimus, & mandamus, ut eidem Commiſſario ſignifices, quod ipſe Commiſſarius, cum nullam ad id

habeat

habeat facultatem, male, & perperam fecit, gravando eoſdem Clerum, etiam ſub cenſuris, ad ſolvendum poſt lapſum dicti quinquennii concordiæ, & confirmationis apoſtolicæ hujuſmodi, quodque de cætero a præmiſſis omnibus abſtineat, donec alia cum eiſdem Clero concordia deſuper inita, & apoſtolica auctoritate confirmata fuerit, & ob gravamen eiſdem Clero illatum, ac cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas per eum propterea incurſas conſcientiæ ſuæ conſulat.

Clauſulæ.

§.3. Decernentes, præſentes Literas validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ſicque, & non aliter per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, & Nuncios quavis auctoritate fungentes ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate ubique judicari, ac definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his, a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio Contrariorũ.

§.4. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, ac quibuſvis etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis apoſtolicis etiam Commiſſario prædicto pro tempore exiſtenti, & quibuſvis aliis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, eorum omnium tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, ad præmiſſorum effectum ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. 10. Martii 1634. An. XI.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 10. Martii 1634. Pontificatus Noſtri Anno XI.

CDXLVIII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Commiſſio eidem Nuncio, ut moneat eumdem Commiſſarium Cruciatæ, ne officia Notariatuum Cruciatæ, ſubſidii, & excuſati vendat.

Venerabili Fratri Laurentio Epiſcopo Senogallien. noſtro, & Sedis Apoſtolicæ in Regnis Hiſpaniarum Nuncio.

URBANUS PAPA VIII.

Venerabilis Frater ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Exordium.

APoſtolatus officium humilitati noſtræ, meritis licet imparibus, divina providentia commiſſum jugiter Nos compellit, omni ſollicitudine invigilare, ne immunitatis eccleſiaſticæ jura, & privilegia violentur, ſed perſonis eccleſiaſticis ſalva, & illæſa conſerventur.

Commiſſarius nonnihil ultra conceſſionem Sedis Apoſt. a Clero exegerat.

§.1. Sane ex gravi dilect. filiorum Cleri Regnorum Caſtellæ, & Legionis querimonia accepimus, Commiſſarium cruciatæ ad concordiæ initæ inter chariſſimũ in Christo filium noſtrum Philippum Hiſpaniarum Regem Catholicum ex una, ac eoſdem Clerum ex altera partibus ſuper ſolutione conceſſionis primæ Decimæ in univerſis parochiis in Regnis, & dominiis Hiſpaniarum, ac Inſulis eiſdem Regnis adjacentibus, ad rationem ducentorum, & quinquagiota millium ducatorum monetæ Hiſpaniarum, quoad præfata Regna Caſtellæ, & Legionis annuatim ſolvendorum, & a Nobis auctoritate apoſtolica confirmatæ exequutionem procedere, licet concordia, & confirmatio prædictæ ad quinque annos, jam a pluribus menſibus citra elapſos reſtitutæ, & limitatæ ſint, neque ſolutio hujuſmodi abſque nova concordia, & nova Sedis Apoſtolicæ licentia exigi poſſit, quandoquidem prima decima hujuſmodi non pro certa ſumma, minuſque pro dicta ſumma ducentorum quinquaginta millium ducatorum prædictorum ab eadem Sede conceditur, ſed potius pro decima ditioris domus cujuſlibet Parochiæ Regnorum, & dominiorum hujuſmodi, ita ut elapſo concordiæ, & confirmationis apoſtolicæ tempore Clerus ipſe ad alicujus ſummę ducatorum ſolutionem, eo prætextu nullo modo teneatur; minuſque ad id cogi poſſit, ſeu debeat, ſed ea dumtaxat ditioris domus cujuſlibet Parochię decima exigi debeat pro tempore tantum, quo eidem Philippo Regi auctoritate apoſtolica conceſſa reperitur.

Urbanus id fieri vetat.

§.2. Quare Cleri prædictorum indemnitati juxta creditum Nobis deſuper apoſtolicæ ſervitutis officium, quantum cum Domino poſſumus, conſulere volentes, tibi per præſentes committimus, & mandamus, ut eidem Commiſſario ſignifices, quod ipſe Commiſſarius, cum nullam ad id haberet facultatem, male, & perperam fecit, gravando eoſdem Clerum, & ſub cenſuris ad ſolvendum poſt lapſum dicti quinquennii concordiæ, & confirmationis apoſtolicæ hujuſmodi, quodque de cætero a præmiſſis omnino abſtineat, donec alia cum eiſdem Clero concordia deſuper inita, & apoſtolica auctoritate confirmata fuerit, & ob gravamen eiſdem Clero illatum, ac cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas per eum propterea incurſas conſcientiæ ſuæ conſulat.

Officiaq; Notariatuum Cruciatæ, vel excuſati vendi.

§.3. Præterea eundem Commiſſarium auctoritate noſtra moneas, ne Notariatus, & officia Cruciatæ, ſubſidii, & primæ decimæ, excuſati nuncupati hujuſmodi, cum eccleſiaſtica officia ſint, a miniſtris regiis vendi, ſeu alienari quoquo modo permittat, minuſque cogat Clerum ad ſolutionem aliquam faciendam eis, qui officia hujuſmodi, ſive alterum eorum emerit, ſeu jam forſan de facto emerint, Noſque ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, per contrafacientes ipſo facto incurrenda

ſerio

lectio prohibere, ne officia, & alia præfata emantur, vel vendantur, ſed circa hæc ſervari debere omnia, quæ hactenus ſervari conſueverunt.

Clauſula.

§.4. Decernentes, præſentes Literas validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ſicque, & non aliter per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales etiam de latere Legatos, & Nuncios quavis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, ac definiri debere; irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§.5. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, ac quibuſvis, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, Literis apoſtolicis, & Commiſſario prædicto pro tempore exiſtenti, & quibuſvis aliis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, approbatis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, eorum omnium tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes, ad effectum præmiſſum ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 10. Martii 1634. An. XI.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris die 10. Martii 1634. Pontificatus noſtri Anno XI.

CDXLIX.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Committitur Nuncio Franciæ, ut abſolvat Ducem de Eſpernon, ejuſque Miniſtros ad tempus cum reincidentia, ab excommunicatione, aliiſque cenſuris, & pœnis, in quas incidiſſe declarati fuerunt ab Archiepiſcopo Burdegalenſi ob violentias eidem Archiepiſcopo, & nonnullis e Clero Civitatis Burdegalenſis illatas.

Dilecto filio noſtro Alexandro S. R. E. Preſbytero Cardinali Bichio nuncupato.

URBANUS PAPA VIII.

Dilecte fili noſter ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Exordium.

ALma, & pia mater Eccleſia in reos juſte, & ſevere animadvertit, eoſdem reſipiſcentes poſtea recipit, ac depoſita cordis duritie, veniam humiliter poſtulantibus benigne clementerque ignoſcit.

Facti ſeries.

§.1. Exponi ſiquidem Nobis nuper fecit Nobilis vir Joannes Aloyſius Dux de Eſpernon, ac Provinciæ Aquitaneæ pro chariſſimo in Chriſto filio noſtro Ludovico Francorum Rege Chriſtianiſſimo Gubernator, quod, ut Ven. Frater Henricus Archiepiſcopus Burdegalen. prætendit, poſt nonnullas violentias contra perſonam ejuſdem Henrici Archiepiſcopi, ejuſque miniſtrorum, ac nonnullorum ex Clero Civitatis Burdegalen., alioſque aſſertos exceſſus contra immunitatem, & juriſdictionem eccleſiaſticam per ipſum Joannem Aloyſium Ducem, ejuſque Locumtenentem, Officiales, & Miniſtros in prædicta Civitate Burdegalen. factas, & perpetratas, iidem Joannes Aloyſius Dux, ejuſque Locumtenens, ac Officiales, & Miniſtri in excommunicationem, aliaſque eccleſiaſticas Sententias, cenſuras, & pœnas juxta Sacrorum Canonum, & generalium Conciliorum diſpoſitionem incidiſſe, ab eodem Henrico Archiepiſcopo declarati fuerunt: a qua quidem declaratione, ſive ſententia, cum dictus Joannes Aloyſius Dux jura ſua coram Nobis, & hac Sancta Sede deducere cupiens, ad Nos, & Sedem eamdem appellaverit, nihilominus pro conſcientiæ ſuæ ſecuritate, & quiete Nobis humiliter ſupplicari fecit, ut ſibi, ejuſque Locumtenenti, Officialibus, & Miniſtris, ac complicibus de opportunæ abſolutionis beneficio providere de benignitate apoſtolica dignaremur.

Commiſſio, de qua in Rubrica.

§.2. Nos igitur cum eodem Joanne Aloyſio Duce, aliiſque præfatis more pii patris agere, non tamen juriſdictioni, & immunitati eccleſiaſticæ in aliquo præjudicare volentes, nec non violentiarum prædictarum, ac exceſſuum hujuſmodi, ſi qui ſint, qualitates, quantitates & circumſtantias, etiam quantumlibet aggravantes, præſentibus pro expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, circumſpectioni tuæ, de cujus fide, integritate, prudentia, ac honoris Domus Dei zelo plurimum in Domino confidimus, per præſentes injungimus, ut per te, ſeu perſonam Pontificali, ſeu ſaltem alia eccleſiaſtica dignitate præditam a te arbitrio tuo ſubdelegandam, Joannem Aloyſium Ducem, ejuſque Officiales, & Miniſtros, ac complices, ſi, & poſtquam coram te, ſive tuo ſubdelegato comparuerint, ibique humiliter expoſuerint, ſe velle appellationem, ſeu appellationes ad Nos, & Sedem Apoſtolicam ſuper præmiſſis interpoſitas debito tempore proſequi, & ideo, ne præfato proceſſu pendente, in cenſuris, & pœnis fulminatis ulterius permanere contingat, ſupplicent ſibi abſolutionis beneficium ſaltem ad tempus concedi, & impartiri, tunc, & eo caſu, tibi, tuoque deputato hujuſmodi, ut ad aliquod tempus tibi, vel tuo delegato beneviſum, eumdem Joannem Aloyſium Ducem, ejuſque Officiales, Miniſtros, & Complices, a præfatis cenſuris, & pœnis cum reincidentia, eo ipſo incorrenda ex ſolo lapſu præfati temporis, abſque aliquo alio decreto, vel nova denunciatione, declaratione, ſeu publicatione facienda, abſolvas in forma Eccleſiæ conſueta, facta tamen per præfatum Ducem, alioſque Officiales, Miniſtros, &

Com-

Complices præſatos promiſſione de parendo mandatis noſtris, & Sanctæ Matris Eccleſiæ, ac de peragenda pœnitentia, ſiquæ per Nos, & Sedem Apoſtolicam injungenda fuerit, ſuper quibus tibi facultatem opportunam concedimus.

Derogatio contrariorum. §.3. Non obſtantibus præmiſſis, ac apoſtolicis, nec non in univerſalibus, provincialibus, Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & ordinationibus, dictæ Eccleſiæ Burdegalen. ſtatutis, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ac conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 12. Martii 1634. An.XI. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris die 12. Martii 1634. Pontificatus noſtri Anno XI.

C D L.

Indictio, ſeu Impoſitio duorum pro centenario ſuper omnibus fructibus, & penſionibus eccleſiaſticis univerſæ Italiæ.

Aliam Indictionem ſex decimarum facit iſte Pontifex in Conſt. 354. Suprema diſpoſitione *ſuper omnibus fructibus eccleſiaſticis Italiæ ut ſupra* 252.

URBANUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad futuram rei memoriam.

Proœmium. NUper Nos ingentes orthodoxæ fidei hoſtium in inclytam Germaniam irruptiones, & catholicorum illarum partium oppreſſiones, ac miſerabilem ſtatum paterna meditatione conſiderantes, & ne ipſi Catholici in majores inciderent ærumnas, anxie pertimeſcentes, chariſſimo in Chriſto filio noſtro Ferdinando Romanorum Regi in Imperatorem electo, quacumque potuimus opportuna ratione, ſubvenire ſtatuimus.

Neceſſitas imponendi. §.1. Verum, quia Cameræ noſtræ Apoſtolicæ vires valde attritæ ad ea comparanda ſubſidia, quæ imminentes poſtulabant neceſſitates, nequaquam ſufficiebant, ad aliarum etiam Eccleſiarum peculium Nos convertere coacti fuimus: & proinde de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio, & aſſenſu indiximus, & impoſuimus ſex integras decimas omniũ, & quorumcumque fructuum, redditũ, proventuum, obventionum, diſtributionum quotidianarum, & emolumentorum ordinariorum, & extraordinariorum omnium Eccleſiarum, etiam Patriarchalium, & Metropolitanarum, ac quorumcumque Beneficiorum eccleſiaſticorum, tam ſæcularium, quam cujuſvis Ordinis Regularium, etiam Militiarum, quas omnes per ea obtinentes (nonnullis tamen, utpote S. R. E. Cardinalibus, Militibus Sancti Joannis Hieroſolymitani, ac duodecim Congregationibus, quæ cum Camera prædicta aliàs concordaverant exceptis) pro una intra tunc proximum diem feſtum S. Michaelis Archangeli menſis Septembris, & pro alia intra idem feſtum anni tunc proxime futuri, ac pro tertia partibus æqualibus intra illum ipſum diem feſtum conſequentis anni Cameræ prædictæ, & illius Depoſitario generali, ad id conſtituendo voluimus perſolvi, prout in noſtris, ſub datum 12. Kalend. Februarii Pontificatus noſtri anno nono deſuper confectis Literis plenius continetur.

Cauſa hujus Conſtit. §.2. Verum, quia poſtmodum calamitates Germaniæ, cum magno animi noſtri dolore admodum invaluerunt, & res Catholicorum in deterius prolapſæ longe majora, quam ex dictis ſex integris decimis colligi poſſint, auxilia poſtulare cognovimus, aliud magis opportunum remedium adhibere voluimus, certo Nobis perſuadentes, neminem fore, qui circumſpectis cauſarum, & temporum qualitatibus, onus ſibi in tam piam cauſam imponendum prompte, & libenter non ſubeat.

Omnes Eccleſiaſt. oblig. ac. exceptis ſolum pauci. §.3. Habita itaque cum eiſdem S. R. E. Cardinalibus ſuper præmiſſis matura deliberatione, de eorum conſilio, & aſſenſu impoſitionem ſex integrarum decimarum quoad ſolutionem tertiæ partis earumdem adhuc non exactæ de cætero faciendam revocantes, & annullantes, ac viribus, & effectu carere, ac neminem ex nominatis obligatis in dictis Literis ad ipſius tertiæ partis non exactæ ſolutionem cogi poſſe, aut debere declarantes, indicimus, & imponimus ad decennium proximum ſolutionem annuam duorum pro quolibet centenario omnium, & quorumcumque fructuum, redditunm, proventuum, jurium, obventionum, diſtributionum quotidianarum, & emolumentorum ordinariorum, & extraordinariorum omnium, & quarumcumque Eccleſiarum Patriarchalium, Primatialium, Metropolitanarum, Cathedralium, Collegiatarum, & Parochialium, necnon Monaſteriorum, & Conventuum, ac etiam menſarum Patriarchalium, Primatialiom, Archiepiſcopalium, Epiſcopalium, Abbatialium, Capitularium, & Conventualium. Prioratuum quoque, Præpoſiturarum, Præceptoriarum, Canonicatuum, Præbendarum, dignitatum, perſonatuum, adminiſtrationum, & officiorum, cæterorumque Beneficiorum eccleſiaſticorum, etiam Juſpatronatus laicorum, tam ex privilegio, quam ex fundatione, & dotatione, cum cura, & ſine cura, ſecularium, ac Sancti Benedicti, Sancti Auguſtini, Cluniacenſium, Ciſtercienſium, Præmonſtratenſium, Sancti Baſilii, Silveſtrinorum, & qui proprietates, redditusque certos ex privilegio, vel aliàs poſſident, Mendicantium, ac quorumcumque aliorum Ordinum utriuſque ſexus, necnon Congregationum Regularium, & Hoſpitalium, etiam pauperum hoſpitalitatem non exercentium, ſeu bona, & redditus ultra infirmorum neceſſitates, & alia, pro

quibus

Digitized by Google

quibus inſtituta ſunt, pia officia exercenda poſſidentium, (non tamen per Cardinales prædictos, quia ipſi pro ſuſtineuda tauta dignitate graviſſimas impenſas, & labores Reipublicæ Chriſtianæ cauſa continuo ſubire coguntur, obtentorum, necnon Sanctæ Mariæ Theutonicorum, S. Lazari de Alto Paſſu, Templi Dominici, & aliarum, nontamen Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani in Italia univerſa conſiſtentium, & etiam duodecim Congregationum, quæ cum Camera prædicta de ſubſidio ordinario concordarunt,) & inſuper omnium Collegiorum poſſidentium bona ſtabilia fructifera eccleſiaſtica per viam uniunis, aggregationis, aut alio quovis titulo, Monaſteriorum, Prioratuum, & Beneficiorum eccleſiaſticorum quovis nomine nuncupatorum, ſecundum verum, & realem annuum valorem fructuum, reddituum, proventuum, & aliorum præmiſſorum: necnon etiam indicimus, & imponimus ad idem tempus ſimilem annuam ſolutionem duorum pro ſingulo centenario omnium, & quarumcunque penſionum annuarum ſuper fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, & emolumentis, ac diſtributionibus in favorem quorumcumque, etiam duodecim Congregationibus prædictarum aſſignatarum, & aſſignandarum percipiendam, exigendam, & levandam ab omnibus, & quibuſcumque Epiſcopis, Archiepiſcopis, & Primatibus, Patriarchis, & aliis Eccleſiarum Prælatis, ac cæteris cujuſcumque dignitatis, gradus, ſtatus, & conditionis perſonis (prædictis Cardinalibus, & Hoſpitalis S. Joanni Hieroſolymitani Militibus dumtaxat exceptis) prædicta quocumque jure, & titulo obtinentibus, & obtenturis, necnon Œconomis, & Adminiſtratoribus perpetuis, & temporalibus, uſufructuariis, ac fructus, penſiones, res, & alia hujuſmodi jura ex quacumque cauſa ſibi apoſtolica auctoritate in toto, vel in parte reſervata habentibus, & habituris, ſecularibus, & regularibus. Ordinum, Congregationum, Militiarum, & Hoſpitalium (non tamen S. Joannis prædictorum) necnon ab ipſis Eccleſiis, Capitulis, Conventibus, Ordinibus, Congregationibus, Collegiis, Hoſpitalibus, Militiis, menſis, maſſis, & locis quocumque privilegio, & exemptione reali, perſonali, & mista, antiqua, & immemorabili, pacifica, & continua ſuffultis, quos omnes ad hoc obligatos intra diem feſtum S. Michaelis Archangeli cujoslibet anni dicti decennii, a proxime venturo incipiendo, ac Cameræ prædictæ, & illius Depoſitario generali ad id conſtituendo omnino volumus perſolvi.

Depoſitarii onus.

§.4. Ejuſdem vero Depoſitarii munus erit ſedulo curare, ut quicquid pecuniarum ex annua ſolutione hujuſmodi colligetur, id diligenter, ac fideliter aſſervetur, de mandato noſtro ſpeciali in prædictos uſus dumtaxat, nec aliás erogandum.

Contrafacientes pœna excommunicat. mulctat.

§.5. Quicumque vero annuam ſolutionem hujuſmodi nullo modo, vel non integre, ſcienter, aut non ſecundum verum annuum valorem fructuum, reddituum, proventuum, jurium, obventionum, diſtributionum, & emolumentorum, etiam medio juramento, juſta id quod a quinquennio citra, ſi per tantum tempus fuerint poſſeſſores, ſin minus pro tempore quo poſſederint, denunciandum, non autem juxta taxam hactenus obſervatam exprimendum, vel concordiam cum Camera prædicta, cum interventu dilecti filii illius Commiſſarii ineundam in præſcriptis terminis non exhibuerint, ſeu in illorum exhibitione malitiam commiſerint, vel fraudem, Eccleſiarum Antiſtites ſuſpendimus a divinis; Capitula vero, Conventus, & Collegia quæcumque eccleſiaſtico interdicto ſupponimus, ac ſingulares perſonas Antiſtite inferiores excommunicationis ſententia innodamus.

Conductores ad ſolutionem adſtringit.

§.6, Cæterum ad prædictam annuam ſolutionem conſequendam præcipimus etiam omnibus Conductoribus, Cenſuariis, & locatariis proprietatum, fructuum, & jurium prædictorum, etiam hujuſmodi penſionibus oneratorum, ut utramque annuam ſolutionem nomine Dominorum, ac Penſionariorum, ad computum ſuæ quiſque locationis; omnibus vero poſſeſſoribus, uſufructuariis, & aliis penſiones ſolvere debentibus, ut ipſi etiam penſiones hujuſmodi nomine Penſionariorum Cameræ, & Collectoribus, ſeu Subcollectoribus deputatis, ſeu deputandis integre perſolvant.

Juxta valorem vel taxam, vel concordatum ſolvendum eſt

§.7. Decernentes annuam ſolutionem fructuum, reddituum, proventuum, & aliorum jurium prædictorum ſecundum verum, & realem valorem annuum, ut præfertur, verificandum, vel ſaltem juxta taxam, de qua cum dilectis filiis noſtris Hippolyto S. Euſtachii Diacono Cardinali S. R. E. Camerario, ac noſtro, & Cameræ prædictæ Theſaurario generali, cum interventu Commiſſarii, ut præfertur, concordaverint, annuæ ſolutionis hujuſmodi Collectores, ſeu Subcollectores prædictos, a quibus libuerit, integre exigendi optionem, facultatemque habere, neque ullas immunitates, & exemptiones, etiam ex cauſa reſignationis, ceſſionis juris, concordiæ, conventionis, compoſitionis, aut quacumque alia gravi, & onerosa occaſione quocumque modo conceſſas, & interim concedendas, integram ſolutionem hujuſmodi minuere, vel impedire, neque poſſeſſores, uſufructuarios, aut alias perſonas penſiones huiuſmodi ſolvere debentes, etiamſi ipſi juri, & actioni petendæ, vel detrahendæ, vel retinendæ portionis, & ratæ partis penſionarios contingentis jurejurando renunciaverint, atque ex forma dictæ Cameræ ampliſſima caverint, modo aliquo obligari, neque ad id pro dicto tempore conſtringi poſſe.

Quietantiæ probant.

§.8. Omnes vero confeſſiones, & quietantias receptionis annuæ ſolutionis a Procuratoribus, & Miniſtris Cameræ prædictæ, tam Conductoribus, Cenſuariis, & Locatariis nomine ſuorum principalium, quam

etiam

etiam ipſis, necnon poſſeſſoribus, uſufructuariis, & aliis penſiones ſolvere debentibus nomine penſionariorum faciendas perinde valere, atque in judicio, & extra illud ubique locorum vim habere, ac ſi ipſiſmet principalibus, & penſionariis præſentibus, & ſolventibus factæ, & exhibitæ fuiſſent. Conductores autem, qui pretium locationis dominis legitime anticipaverint, locationem ſuam hujuſmodi, quam ad hoc prorogamus, uſque ad integram ſatisfactionem, ut prius, etiam adveniente ſucceſſore, continuare debere. Sicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Nuncios, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Collectorem Generalem inſtituit, & facultates illi tribuit.

§.9. Ut autem omnia prædicta, ſicut cauſa urgens poſtulat, diligenter, & fideliter exequutioni demandentur, prædictum Hippolytum Cardinalem Camerarium, cujus integritas, atque experientia jampridem Nobis perſpecta eſt, generalem annuæ ſolutionis hujuſmodi Collectorem in univerſa Italia, cum omnibus, & quibuſcumque privilegiis, juriſdictionibus, ac juribus, quæ omnes alii antehac hujuſmodi Collectores habuerunt, apoſtolica auctoritate tenore præſentium conſtituimus, & deputamus, eique plenam, liberam, & abſolutam poteſtatem, facultatem, & auctoritatem tribuimus annuam ſolutionem hujuſmodi Cameræ prædictæ nomine ubique procurandi, prædictos omnes, tam conjunctim, quam diviſim ad illius integram ſolutionem, ut prædictum eſt, faciendam, etiam per Edictum locis publicis affigendum monendi, & requirendi, non parentes, fraudantes, & cæteros contumaces in cenſuras, & pœnas incidiſſe, ſervata forma Concilii Tridentini declarandi, proprietates, res, fructus, & alia bona ipſorum, etiam manu regia apprehendendi, & uſque ad condignam ſatisfactionem retinendi.

Contradictores, & perturbatores, moleſtatores, & rebelles quoſcumque, eiſque auxilium, conſilium, vel favorem publice, vel occulte quovis quæſito colore præſtantes, cujuſcumque dignitatis, gradus, & ordinis fuerint, prædictis, & aliis cenſuris, & pœnis eccleſiaſticis, necnon pecuniariis, cæteriſque juris, & facti remediis compellendi, illaſque etiam iteratis vicibus aggravandi, dignitatibus, beneficiis, & officiis omnibus privandi, & amovendi, & ad futura inhabiles faciendi, interdictum eccleſiaſticum apponendi, auxiliumque brachii ſecularis quandocumque opus fuerit, invocandi, ad ſanitatem vero reverſos, qui debite ſatisfecerint, ab omnibus cenſuris, & pœnis ſupradictis in forma Eccleſiæ conſueta abſolvendi, ſuper irregularitate forſan incurſa diſpenſandi, & ad priſtinum ſtatum omnino reſtituendi.

Alias facultates de Collectoris explicat.

§.10. Præterea Collectores, & Subcollectores fide, & qualitatibus idoneos in omnibus Civitatibus, Terris, & Provinciis Italiæ prædictæ, quotquot viderit expedire, cum ſimili, vel limitata, non tamen abſolvendi poteſtate, deputandi, eumque, vel eos arbitrio ſuo revocandi, negligentes, & moroſos removendi, ac alium, ſeu alios ſubrogandi, quotieſcumque ei videbitur, in delinquentes, & ſuſpectos per ſe, vel alium, ſeu alios, etiam ſimpliciter, & de plano, ac ſine ſtrepitu, & figura Judicii inquirendi, & meritis pœnis puniendi, modos, & formas in prædictis ſervandos præſcribendi, dubia quæcumque in præmiſſis forte oritura declarandi, ac prorſus omnia, & quæcumque circa ea neceſſaria, & opportuna faciendi, ſtatuendi, & exequendi, etiamſi talia forent, quæ mandatum exigerent magis ſpeciale, quam præſentibus eſt expreſſum.

Contrariis derogat.

§.11. Non obſtantibus piæ memor. Bonifacii Papæ VIII. etiam prædeceſſoris noſtri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, ac aliis Apoſtolicis Conſtitutionibus, necnon Eccleſiarum, Monaſteriorum, Ordinum, Congregationum, Hoſpitalium, Militiarum, & locorum prædictorum Juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, ſtabilimentis, uſibus, & naturis, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis, etiam cum quibuſvis derogatoriarum derogatoriis, & aliis quibuſvis clauſulis, & Decretis in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis; quodque Prælatis, & perſonis prædictis, eorumque Eccleſiis, & locis, vel quibuſvis aliis communiter, aut diviſim a prædicta ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per Literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi, necnon perſonis, eorumque nominibus, cognominibus, Eccleſiis, Monaſteriis, Ordinibus, & locis hujuſmodi mentionem: & quibuslibet aliis privilegiis, exemptionibus, immunitatibus in genere, & in ſpecie quomodocumque conceſſis, confirmatis, & innovatis, etiam ſolutionem annuam hujuſmodi aliter quam ſecundum antiquam taxam, vel conventionem ſactam, & niſi in univerſali ſolutionum per Orbem impoſitione fieri prohibentibus, necnon promiſſionibus, donationibus, obligationibus, juramentis, & renunciationibus, vinculis, & cautelis in aſſignatione prædictarum penſionum factis, quibus per impoſitionem annuæ ſolutionis hujuſmodi neminem teneri, neque eas quoad præmiſſa contra quemcumque locum habere ſimiliter declaramus; aliiſque indultis, & Literis Apoſtolicis generalibus, & ſpecialibus, cujuſcumque tenoris exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, aut omnino

nino non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorum que totis tenoribus habenda ſit in Literis noſtris mentio ſpecialis: quæ omnia contra præmiſſa volumus cuiquam in aliquo ſuffragari, necnon aliis impoſitionibus, & conceſſionibus ad tempus nondum elapſum, ſi quæ ſint, factis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Pro ſolutione pecuniis tantum, & non fructus, pro pignore accipere jubet.

§. 12. Cæterum in exigenda annua ſolutione hujuſmodi Conſtitutionem rec. mem. Clementis Papæ V. ſimiliter prædeceſſoris noſtri in Concilio Viennenſi editam, quod decimæ ad monetam currentem communiter levari, nec calices, libri, cæteraque ornamenta divino cultui dicata eſ cauſa pignoris capi, vel diſtrahi, aut alias quomodolibet occupari debeant, ubique volumus obſervari: quin etiam præcipimus, ne quiſquam etiam plura quanticumque valoris Beneficia eccleſiaſtica, ſeu plures Beneficia eccleſiaſtica, ſeu plures penſiones, aut fructus, ſeu talia mixtim obtinens, pro Litera, & ſigillo quietantiæ univerſalis, ſi illam habere voluerit, ultra unum carolenum conficientem quatrenos trigintaſeptem monetæ Romanæ, ſolvere teneatur, nec ad aliud onus etiam prætextu cambii uſpiam compellatur.

Exemplari ſtandum.

§. 13. Quia vero difficile nimis eſſet, præſentes Literas, quocumque illis opus erit, perferre, volumus quoque, ut illarum exemplis etiam impreſſis, & Notarii publici, ac Hippolyti Cardinalis, & Camerarii prædicti, aut alterius Collectoris, ſeu Prælati eccleſiaſtici, ejuſve Curiæ ſigillo obſignatis eadem prorſus fides in judicio, & extra illud ubique locorum adhibeatur, quæ illis ipſis adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Contra facientes pœnæ.

§. 14. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ revocationis, annullationis, indictionum, impoſitionum, ſuſpenſionis, ſuppoſitionis, innodationis, decreti, prorogationis, conſtitutionis, deputationis, tributionis, declarationum, præceptorum, & voluntatum infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Dat. die 22. Martii 1634. An.XI.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1634. 11. Kal. Aprilis, Pontificatus noſtri Anno undecimo.

✠ Ego Urbanus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

✠ *Ego Dominicus Epiſcopus Oſtienſis, & Veliternenſis Card. Gymnaſius.*

✠ *Ego C. Epiſcopus Portuenſis. Card. Pius.*

✠ *Ego M. Epiſcopus Tuſculanus, Cardinal. Lantes.*

✠

✠ *Ego G. Epiſcopus Albanenſis, Card. Borgia.*

✠

✠

✠

✠

✠

✠

✠

✠ *Ego R. tit. S. Praxedis Presbyter. Card. Ubaldinus.*

✠ *Ego Tib. tit. S. Priſcæ Presbyt. Card. Mutus.*

✠

✠ *Ego I. tit. Sanctæ Sabinæ Præsbyt. Card. Sabellus.*

✠

✠

✠ *Ego Guido tit. Sanctæ Mariæ de Populo S. R. E. Præsbyt. Card. Bentivolus.*

✠

✠ *Ego Fr. Deſiderius tit. S. Caroli S. R. E. Præsbyt. Card. de Cremona.*

✠ *Ego Auguſtinus tit. S. Bartolomæi in Inſula Præsb. Card. Spinula.*

✠

✠ *Ego Coſmas tit. S. Pancratii, S. R. E. Card. de Torres.*

✠ *Ego A. tit. Sancti Martini S. R. E. Presbyt. Card. de la Cueva.*

✠ *Ego Fr. Antonius tit. Sancti Honuphrii S. R. E. Card. Barberinus.*

✠

✠

✠

✠

✠

✠ *Ego B. Card. Spada tit. S. Stephani in Monte Cælio.*

✠ *Ego Laudivius tit. Sancti Petri ad Vincula Presb. Card. S. Sixti nuncupat.*

✠ *Ego Berlingerius tit. Sancti Auguſtini Card. Gypſius.*

✠

✠

✠

✠ *Ego I. B. tit. S. Euſebii Præsbyt. Card. Pamphilius.*

✠

✠ *Ego F. tit. S. Mariæ de Pace Presb. Card. Veroſpius.*

✠

✠

✠

✠

✠

✠

✠ *Ego Gregorius tit. SS. Quirici, & Julittæ Presb. Card. Narus.*

✠

✠

✠ *Ego Franciſcus Maria tit. Baſil. SS. Apoſtol. Presb. Card. Brancaccius.*

✠

✠ *Ego Uldericus tit. S. Anaſtaſiæ Presby. Card. Carpineus.*

✠ *Ego Stephanus tit. S. Laurentii in Pane, & Perna Presb. Card. Durazius.*

✠ *Ego Auguſtinus Card. Oregius tit. Sancti Sixti Presb.*

✠

✠

✠ Ego

✠

✠

✠

✠ *Ego Hip. S. Euſtachii Diaconus Cardin. Aldobrandinus, S. R. E. Camer.*

✠ *Ego Franciſcus Sancti Laurentii in Damaſo Diac. Card. Barberinus S. R. E. Vicecancellarius.*

✠ *Ego P. Maria Card. Burgheſius.*

✠ *Ego L. S. Mariæ in Coſmedin Diaconus Cardinalis Biſcia.*

✠ *Ego Martius S. Angeli in foro Piſcium Diac. Card. Ginettus Sanctiſs. D. N. PP. Vicarius.*

✠ *Ego A. SS. Coſmæ, & Damiani Diac. Card. Ceſarinus.*

✠ *Ego S. Agathæ Diaconus Card. Antonius Barberinus.*

✠

✠

✠

✠

✠

✠ *Ego Benedictus SS. Viti, & Modeſti Diac. Card. Ubaldus.*

Anno a Nativitate D. N. Jeſu Chriſti milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo, Indictione ſecunda, die vero 24. Aprilis, Pontificatus Sanctiſs. in Chriſto Patris, & D. N. D. Urbani Divina Providentia Papæ VIII. anno undecimo, præſentes Literæ Apoſtolicæ lectæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Baſilicarum Lateranenſis, & Principis Apoſtolorum, Cameræque, & Cancellariæ Apoſtolicæ, ac in acie Campi Floræ, per nos Franciſcum de Paulis, & Dominicum Mongilium prælibati Sanctiſs. D. N. Papæ Curſores.

Joannes Radica pro D. Mag. Curſ.

CDLI.

Indictio Jubilæi univerſalis ad divinam iram avertendam, & catholicæ rei pericula, ac detrimenta præſertim in Germania ingruentia removenda. Et ejuſdem prorogatio ad alias duas hebdomadas, cum declaratione, quod poſſint Chriſtifideles ſupplere in ſequentibus duabus, ſi quid in primis hebdomadis pro conſequenda Indulgentia hujuſmodi omiſerint.

URBANUS PAPA VIII.

Univerſis Chriſti fidelibus præſentes Literas inſpecturis, ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Ad avertenda pericula in Germania præſertim ingruentia.

Iteratis precibus, atque indictis publice ſupplicationibus ad Deum ſæpius clamavimus, ut calamitatum turbine correptos Nos liberaret, & ærumnas populo ſuo imminentes averteret; quæ etſi penitus amotæ non ſint, ex parte tamen divina clementia ſublatas, aut eſſe mitigatas intelligimus. Commoti igitur catholicæ rei periculis, & detrimentis, in Germania præſertim ingruentibus, decrevimus in jejuniis, & oratione perſeverantes accedere ad eum denuo, qui aſſiduas fidelium petitiones exaudire conſuevit: ſperamus enim, cum ſit Creator, Redemptor, & miſericors Pater animarum noſtrarum, fore ut plane Nobis propitiatus, & culparum, quibus ultionem meremur, oblitus Nos voti compotes efficere non dedignetur. Hoc autem ut fructuoſius, & majori cum ſpiritus ardore peragatur, & ex veteri Eccleſiæ Romanæ omnium matris, & magiſtræ more, in præſentibus neceſſitatibus, ejuſdem Eccleſiæ theſauros, quorum diſpenſatores a Domino conſtituti ſumus, proferre, & largiſſime erogare decrevimus.

Jubilæum concedit adimplentibus hic deſcripta.

§. 1. Itaque ex parte omnipotentis Dei Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, omnes, & ſingulos utriuſque ſexus Chriſti fideles, tam in Alma Urbe noſtra, quam alibi ubicumque locorum conſtitutos apoſtolica auctoritate paterne, enixeque requirimus, monemus, & in Domino adhortamur ad infraſcripta devote peragendum, & adimplendum, & ad Deum Salvatorem noſtrum orandum, ut per viſcera miſericordiæ ſuæ fidem catholicam protegere, ab hoſtium conatibus, & inſidiis defendere, hæreſim extirpare, Principibus Chriſtianis pacem, & veram concordiam donare, ac præcipue præſentibus Eccleſiæ neceſſitatibus ſubvenire dignetur. Nos enim de omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorũ ejus auctoritate confiſi, ex illa ligandi, atque ſolvendi poteſtate, quam Nobis Dominus, meritis minime ſuffragantibus, contulit, univerſis, & ſingulis Chriſti fidelibus in Alma Urbe prædicta degentibus, qui ſolemni proceſſioni, quam a Baſilica Principis Apoſtolorum in Vaticano ad Eccleſiam Archihoſpitalis noſtri Sancti Spiritus in Saxia nuncupatam de Urbe, Feria quarta ſequentis hebdomadæ, quæ erit 29. præſentibus menſis Martii, una cum Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, Chriſtianorumque Regum, & Principum apud Nos, & Apoſtolicam Sedem Oratoribus, omnibuſque Prælatis, & Proceribus, ac univerſo Clero, & Populo agemus: aut alteri ex proceſſionibus, quæ feria ſexta ejuſdem hebdomadæ 31. dicti menſis a Baſilica S. Mariæ Majoris ad Eccleſiam Lateran., & Sabbatho ejuſdem hebdomadæ prima Aprilis ab Eccleſia B. Mariæ ſupra Minervam ad Eccleſiam ejuſdem B. Mariæ de Anima, etiam nuncupatam reſpective de mane per univerſum Clerum tam ſæcularem, quam regularem, poſt meridiem vero per Archiconfraternitates, & Confraternitates ſæcularium canonice inſtitutas Almæ Urbis prædictæ fient, interfuerint; vel qui in eadem, ſeu immediate ſequenti hebdomada, duas ex dictis Baſilicis, ſive Eccleſiis ſaltẽ ſemel viſitaverint, ibique devote ut ſupra Deum oraverint, necnon feria quarta, & ſexta, ac Sabbatho ejuſdem, vel ſequentis hebdomadæ jejunaverint, atque peccata ſua confeſſi ſequenti ſaltem die Dominica Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum reve-

reuter ſumpſerint, & eleemoſynas ad libitum, prout charitas ſingulis ſuggeſſerit, fecerint: Cæteris vero omnibus, & ſingulis fidelibus eatra Urbem exiſtentibus in quibuſvis Civitatibus, Terris, & locis, qui proceſſioni ab Ordinariis locorum, vel eorum Vicariis, ſeu Officialibus, vel de eorum mandato, & ipſis deficientibus, per eos, qui ibi curam animarum eſercent, prima, vel ſecunda hebdomada, poſtquam ad eorum notitiam hæ noſtræ Literæ devenerint, indicendæ, & agendæ interfuerint; vel Eccleſiam, ſeu Eccleſias per eoſdem deſignandas ſaltem ſemel viſitaverint, ibique, ut ſupra, Deum oraverint, ac feria quarta, ſexta, & Sabbatbo alterius ex duabus hebdomadis ab eiſdem deputandis jejunaverint, pariterque peccata ſua confeſſi, ac Sanctiſſima Communione refecti fuerint, & eleemoſynas ſimiliter pro arbitrio ſuo fecerint; pleniſſimam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſſionem, ſicut in anno Jubilæi viſitantibus certas Eccleſias intra, & extra Urbem concedi conſuevit, tenore præſentium concedimus, & elargimur.

Itinerantibus, Regularibus, Infirmis, Captivis, & aliis impeditis, modum ſtatuit.

§.2. Navigantes vero, aut iter agentes, ut cum primum ad ſua ſe ſe domicilia receperint, ſupraſcriptis peractis, & loco interventus in proceſſione, viſitata Eccleſia Cathedrali, vel majore, aut parochiali loci ejuſdem domicilii, eamdem indulgentiam conſequi poſſint, & valeant. Regularibus autem perſonis utriuſque ſexus, etiam in clauſuris perpetuo degentibus, necnon aliis quibuſcumque tam laicis, quam Religioſis ſecularibus, vel regularibus etiam in carcere, aut in captivitate eaiſtentibus, vel aliqua corporis infirmitate, ſeu alio quocumque impedimento detentis, qui ſupra expreſſa, ſcilicet jejunium, eleemoſynam, Eccleſiæque, ſeu Eccleſiarum viſitationem, ac interventum in proceſſione, & orationem, vel eorum aliquum aliqua præſtare nequiverint, ut illa Confeſſarius, quem ut infra elegerint, eis in alia pietatis opera commutare, vel in aliud proſimum tempus prorogare poſſit, eaque injungere, quæ ipſi pœnitentes efficere poterunt, pariter concedimus, & indulgemus.

Eligendi Confeſſarium, qui eos abſolvat etiam a reſervatis (excepta hæreſi) facultatem concedit.

§.3. Cupientes autem omnes Chriſti fideles participes fieri hujus pretioſiſſimi theſauri, univerſis, & ſingulis utriuſque ſexus tam laicis, quam eccleſiaſticis ſecularibus; & regularibus cujuſvis Ordinis, Congregationis, & Inſtituti, licentiam concedimus, & facultatem damus, ut ſibi ad hunc effectum eligere quemcumque presbyterum Confeſſarium tam ſecularem, quam cujuſvis Ordinis regularem ex approbatis a locorum Ordinariis, qui eos ab omnibus excommunicationis, & aliis eccleſiaſticis ſententiis, & cenſuris a jure, vel ab homine quavis cauſa latis ſeu inflictis, necnon ab omnibus peccatis, eſceſſibus, criminibus, & delictis quantumvis gravibus, & enormibus, etiam locorum Ordinariis, ſive Nobis, & Sedi Apoſtolicæ etiam in Literis die Cœnæ Domini legi ſolitis contentis, & alias per quaſcumque noſtras, aut Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum Conſtitutiones, quarum tenores præſentibus haberi volumus pro eſpreſſis, quomodocumque reſervatis, in foro conſcientiæ, & hac vice tantum, non tamen a crimine hæreſis, abſolvere, & liberare valeant.

Ac vota commutare, præter caſtitatis, ac Religionis.

§.4. Et inſuper vota quæcumque (Religionis, & Caſtitatis eſceptis) in alia pia, & ſalutaria opera commutare, injuncta tamen eis, & eorum cuilibet in ſupradictis omnibus caſibus pœnitentia ſalutari, aliiſque ejuſdem confeſſarii arbitrio injungendis.

Exequutorem deputat.

§.5. Quapropter tenore præſentium in virtute ſanctæ obedientiæ diſtricte præcipimus, atque mandamus omnibus, & quibuſcumque Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis Eccleſiarum Prælatis, ac quibuſcumque Ordinariis locorum, eorumque Vicariis, & Officialibus, vel iis deficientibus, illis, qui curam animarum exercent, ut cum præſentium Literarum tranſumpta, aut eſempla etiam impreſſa acceperint, illa ſtatim abſque ulla mora, retardatione, vel impedimento, per ſuas Eccleſias, Diœceſes, Provincias, Civitates, Oppida, Terras, & loca publicent, & publicari faciant, ac Cleris, & Populis ſibi ſubjectis ſolemnes proceſſiones, & ſupplicationes indicant, & celebrent, Eccleſiamque, ſeu Eccleſias viſitandas deſignent.

Habilitandi poteſtatem non tribuit.

§.6. Non intendimus autem per præſentes ſuper aliqua irregularitate publica, vel occulta, nota, defectu, incapacitate, ſeu inhabilitate quoquo modo contracta diſpenſare, vel aliquam facultatem tribuere diſpenſandi, ſeu habilitandi, & in priſtinum ſtatum reſtituendi etiam in foro conſcientiæ.

Publice denunciati quomodo poſſint eontaqui declarat.

§.7. Neque etiam eaſdem præſentes iis, qui a Nobis, & Apoſtolica Sede, vel ab aliquo Prælato, ſeu Judice eccleſiaſtico excommunicati, ſuſpenſi, interdicti, ſeu alias in ſententias, & cenſuras incidiſſe declarati, vel publice denunciati fuerint, niſi infra tempus celebrationis hujuſmodi Jubilæi ſatisfecerint, aut cum partibus concordaverint, ullo modo ſuffragari poſſe, aut debere.

Contrariis derogat.

§.8. Non obſtantibus Conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis, præſertim quibus facultas abſolvendi in certis tunc expreſſis caſibus ita Romano Pontifici pro tempore exiſtenti reſervatur, ut nec etiam ſimiles, vel diſſimiles Jubilæi, Indulgentiarum, & facultatum hujuſmodi conceſſiones, niſi de illis eſpreſſa mentio, aut ſpecialis derogatio fiat, cuiquam ſuffragari queant, necnon regula noſtra de non conceden. indulgentiis ad inſtar, ac quorumcumque Ordinum, & Congregationum, ſive Inſtitutorum Regularium etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis apo-

ſtolicis

ſtolicis eiſdem Ordinibus, Congregationibus, & Inſtitutis illorumque perſonis quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis, ac formam in eis traditam pro ſervata habentes, hac vice ſpecialiter, nominatim, & expreſſe, ad effectum præſentium derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Exemplis fidem jubet.

§.9. Ut autem præſentes noſtræ, quæ ad ſingula loca deferri non poſſunt, ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus, ut earundem præſentium tranſumptis, vel exemplis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis ubique locorum, & gentium, eadem prorſus fides habeatur, quæ haberetur ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 23. Martii 1634. An. XI.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die 23. Martii milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo quarto, Pont. noſtri Anno XI.

URBANUS PAPA VIII.

Univerſis Chriſtifidelibus præſentes Literas inſpecturis, ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Enarrat conceſſionem prædicti jubilæi.

§.1. PAſtorali charitate, qua gregem dominicum curæ noſtræ divinitus commiſſum proſequimur, ejuſque precum, & piorum operum fiducia adducti, ad divinam opem pro præſentibus Eccleſiæ neceſſitatibus, præſertim in Germania vigentibus, implorandam per noſtras in ſimili forma Brevis ſub die 23. Martii proxime præteriti expeditas Literas univerſis, & ſingulis Chriſtifidelibus in Alma Urbe noſtra degentibus, qui Proceſſionibus tunc expreſſis interfuiſſent, vel Baſilicas, aut Eccleſias etiam tunc expreſſas viſitaſſent, & ibi pro Fidei Catholicæ defenſione, hæreſum extirpatione, ac Principum Chriſtianorum concordia devote oraſſent, necnon feria quarta, & ſexta, ac ſabbatho unius ex duabus hebdomadis jejunaſſent, atque peccata ſua confeſſi, ſequenti ſaltem die Dominico Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum reverenter ſumpſiſſent, & eleemoſynas ad libitum, prout charitas ſingulis ſuggeſſiſſet, feciſſent: cæteris vero omnibus, & ſingulis fidelibus extra Urbem exiſtentibus, in quibuſvis Civitatibus, Terris, & locis, qui proceſſioni ab Ordinariis locorum, vel eorum Vicariis, ſeu Officialibus, vel de eorum mandato, & ipſis deficientibus, per eos, qui ibi curam animarum exercent, prima, vel ſecunda hebdomada, poſtquam ad eorum notitiam præfatæ noſtræ Literæ deveniſſent, indicendæ, & agendæ interfuiſſent, vel Eccleſiam, ſeu Eccleſias per eoſdem deſignandas ſaltem ſemel viſitaſſent, ibique ut ſupra Deum oraviſſent, ac feria quarta, ſexta, & ſabbatho alterius ex duabus hebdomadis ab eiſdem deputandis jejunaſſent, pariterque peccata ſua confeſſi, ac Sanctiſſima Communione refecti fuiſſent, & eleemoſynas ſimiliter arbitrio ſuo feciſſent; pleniſſimam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſſionem in forma Jubilæi conceſſimus, & elargiti ſumus, cum facultatibus eligendi Confeſſarium, aliiſque facultatibus, prout in dictis Literis, quarum tenores præſentibus pro expreſſis habere volumus, plenius continetur.

Quod extendit ad alias duas hebdomadas.

§.2. Ut autem illorum, qui certis ex cauſis præpediti, ſeu alias participes infra tempus in dictis Literis præfixum pretioſiſſimi hujus theſauri fieri non potuerint, ſpirituali conſolationi, animarumque ſaluti conſulamus, pleniſſime in forma Jubilæi Indulgentiæ hujuſmodi munus, cum omnibus, & ſingulis facultatibus, indultis, decretis, & gratiis in præfatis Literis noſtris contentis, ad duas poſt Dominicam in Albis immediate ſequentes hebdomadas, quoad Chriſtifideles in Alma Urbe noſtra prædicta: quo vero ad alios extra eamdem Urbem ubivis locorum, & terrarum, ut præfertur, degentes a fine primæ, vel ſecundæ hebdomadæ in eiſdem Literis expreſſæ computan. de omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, apoſtolica auctoritate tenore præſentium extendimus, & prorogamus; ita ut Chriſtifideles præfati, qui tempore in eiſdē Literis præfixo cœleſtem indulgentiæ hujuſmodi theſaurum non fuerint conſequuti, ſi duabus hebdomadis per præſentes prorogatis durantibus, vel in altera earum ſimiliter pro Fidei Catholicæ defenſione, præſertim in Germania, ac etiam in Regno Poloniæ, aliiſque Provinciis, & Regnis infidelium, & hæreticorum ditionibus finitimis, hæreſumque extirpatione, ac Chriſtianorum Principum concordia devote, ut ſupra, oraverint, aliaque omnia, & ſingula in dictis Literis comprehenſa adimpleverint, eamdem Indulgentiam conſequi valeant in omnibus, & per omnia; perinde ac ſi Literæ noſtræ hujuſmodi etiam duas hebdomadas per præſentes prorogatas comprehenderent.

Conſequendi facultatem concedit ſupplendo, quod antea omiſerint.

§.3. Ac præterea benignius cum eiſdem Chriſtifidelibus agentes, concedimus, & indulgemus, ut quicumque in tempore in noſtris Literis prædictis præfixo, aliqua in illis præſcripta ad Indulgentiam hujuſmodi conſequendam egerint, aliqua vero omiſerint; ſi hæc in duabus hebdomadis per præſentes prorogatis durantibus, vel aliqua earum adimpleverint, Indulgentiam prædictam nihilominus conſequantur, ac gratiis hujuſmodi fruantur, ſi omnia dictis duabus hebdomadis per præſentes prorogatis duran-

durantibus, vel aliqua earum adimpleverint, Indulgentiam prædictam nihilominus conſequantur, ac gratiis hujuſmodi fruantur, ſicut conſequerentur, & fruerentur, ſi omnia dictis duabus hebdomadis per præſentes prorogatis durantibus, aut earum altera præſtarent.

Contraria tollit.

§.4. Non obſtantibus omnibus illis, quæ in dictis Literis voluimus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. P.A. 11. die 21. Apr.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die 21. Aprilis 1634. Pont. noſtri Anno XI.

CDLII.

Communicatio Privilegiorum omnium, non Mendicantium, & Mendicantium Ordinibus, ſeu Congregationibus Clericorum conceſſorum, Fratribus Diſcalceatis Hiſpaniarum Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum.

Iſtorum Fratrum Congregationem Hiſpaniarum, inter alios Mendicantium Ordines adſcripſit Paul V. & eis privilegia communicavit in Conſt. CXLVI. Eccleſiæ, *Tom.V.P.III fol.*387.*Cætera lege ad hujus Pont.Conſt.*Cum ſicut,

URBANUS PAPA VIII.

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

REdemptoris noſtri JESU Chriſti Salvatoris exemplo, quo ſe ipſum exinaniens, formamque ſervi accipiens, ſui ſanguinis profuſione nos redemit, aſſidua meditatione penſantes, continuis ſtimulis, ut tantæ liberalitatis memores, gemitus maxime filiorum Eccleſiæ in vinculis compeditorum, & miſericordiam Nobis poſtulantium audientes, paterna ſolicitudine ad opem illis, quam poſſumus, ferendam eo promptius excitemur, quo illos apud gentes barbaras, & incultas durior ſervitus premit, vincula coarctant, perdita patria, & amiſſi parentes affligunt; necnon eorum, quos frequentes Sacramentorum Eccleſiæ participatio non recreat, imo ſpiritualis perditionis evidentius terret periculum, ſaluti, quantum cum Domino poſſumus, libenter conſulamus, illoſque ab illa miſerabili ſervitute ſublevemus: ac operarios illi meſſi, quæ utique non pauca exiſtit, ex profeſſo invigilantes, adjuvemus, eorumque pium exercitium, quo ipſi labores expeditius ſuſcipiendo, tam pium opus alacrius continuent, & promptius exequantur, gratiis, & favoribus, quibus poſſumus, ampliſſimis confoveamus, prout in Domino conſpicimus, ſalubriter expedire.

Contrat a Paulo V. Ordinem iſtorum Fratrum inter Mendicantiũ

§.1. Sane pridem fel. rec. Paulus Papa Quintus prædeceſſor noſter Congregationem Fratrum Diſcalceatorum Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum Hiſpaniarum, inter cæteros Mendicantium Ordines adſcripſit, ac illam, & illius Fratres ſub Mendicantium nomine comprehendi debere decrevit, & declaravit; propterea omnia privilegia, immunitates, exemptiones, facultates, libertates, indulta, & alias gratias Mendicantium Ordinibus conceſſa ad ipſam Congregationem, ejuſque Fratres, Domos, Eccleſias, & loca extendit, & ampliavit.

Ordines adſcriptum fuiſſe, & privilegia communicata.

Omnia prætérea privilegia ſpeciali quoque nota digna, immunitates, exemptiones, libertates, conceſſiones, gratias, tam ſpirituales, quam temporales, univerſo Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum Ordini, illiuſque Domibus, Eccleſiis, Superioribus, ac Fratribus conceſſa præfatæ Congregationi pariter conceſſit, communicavit, & extendit: ac alias, prout in Literis Apoſtolicis deſuper expeditis plenius continetur.

Nunc ex cauſis hic expreſſis.

§.2. Cum autem, ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilecti filii Joannis de Annunciatione ipſius Congregationis Procuratoris Generalis petitio continebat, Fratres, & Religioſi ejuſdem Ordinis juxta particulare eorum Inſtitutum a piæ memoriæ Innocentio Papa III. etiam prædeceſſore noſtro approbatum, ſub Regula propria Sanctis Patriarchis Joanni, & Felici dictæ Religionis fundatoribus tradita, in Captivorum redemptione pro viribus occupentur, & longos, ac tædioſos labores in transfretando mari, & apud ipſos infideles dietim ſuſtineant; & non modo in redemptione ipſa, quæ ad omnes captivos nunquam extendi poteſt, ſed etiam exhortationibus, concionibus, & admonitionibus ad reliquos, qui dictam duram ſervitutem continuant, ne fides eorum deficiat, occupentur, proprias facultates libenter exponant, diſcrimina quælibet, & pericula alacriter indefeſſi ſubeant; & ut tam pium opus eo alacrius Fratres ipſi continuent, & utilius exequantur, promptioreſque ad id reddantur: ac propterea plurimum cupiant, aliarum Religionum, & Ordinum gratias, & privilegia hactenus a Sede Apoſtolica conceſſa, Congregationi præfatæ, illiuſque Fratribus, & locis per Nos, & Sedem eamdem, ut infra concedi, & communicari; Quare pro parte ejuſdem Joannis Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut Congregationis ampliationi in præmiſſis opportune providere, & conſulere de benignitate apoſtolica dignaremur.

Communicat huic Congregationi omnia privilegia aliorum Ordinum, & Congregationum, quatenus ſint in uſu, non revocata, neque ſub revocationibus comprehenſa.

§.3. Nos igitur ipſius Congregationis augmentum, & conſervationem firmiſſimis vallare præſidiis deſiderantes, ipſumque Joannem, ac ſingulas perſonas ejuſdem Congregationis a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes; necnon Literarum præfatarum tenores etiam veriores, ac da-

tas

tas præſentibus pro expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati; ex voto Congregationis Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium negotiis Regularium præpoſitorum, Congregationi Fratrum Diſcalceatorum prædicti Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, illiuſque Domibus, & Regularibus locis ſub illa comprehenſis, necnon Miniſtro Generali pro tempore exiſtenti, Definitoribus, & Procuratoribus Generalibus, Viſitatori, Conſultoribus, Aſſeſſori, Miniſtriſque Provincialibus, & Conventualibus, aliiſque cujuſcumque nominis Officialibus, Superioribus, ac Religioſis omnibus, & ſingulis in ea profeſſis Fratribus pro tempore ad captivos redimendos tranſmiſſis, & Capitulis generalibus, perſonis Regularibus, Novitiis, Converſis, Donatis, Oblatis, Miniſtris, Famulis, cunctiſque tam officiariis, quam domeſticis, & eorum domibus inſervientibus, & cæteris primodictæ Congregationis, ac domorum, & regularium locorum perſonis quibuſcumque pro tempore exiſtentibus, necnon quibuſvis aliis perſonis, ac Chriſtifidelibus illorum Eccleſias, ſeu Cappellas pro tempore viſitantibus, ut omnibus, & ſingulis privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, præeminentiis, antelationibus, conceſſionibus, indultis, favoribus, indulgentiis, aliiſque prærogativis, & gratiis univerſis, & ſingulis, tam ſpiritualibus, quam temporalibus, ſingulis Domibus, Conventibus, & aliis Regularibus locis, ac perſonis, tam Canonicorum Regularium ubivis exiſtentium inſtitutis, & non ſolum Ordinibus Monaſticis, Regularibus Mendicantium, & non Mendicantium, tam pro redimendis captivis, quam alias quomodolibet Ordini Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, illiuſque Domibus, Conventibus, & Fratribus; necnon Ordini Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, ac etiam omnibus, & quibuſcumque Congregationibus Regularibus, & præcipuè Clericorum Regularium Infirmis miniſtrantium, & Canonicorum Congregationis Sanctiſſimi Salvatoris Lateranenſis, Sancti Salvatoris de Bononia, ac etiam Sancti Ruffi Valentiæ, & Sanctæ Crucis Colimbriæ, Clericorum Regularium de Somaſcha, & Pauperum Matris Dei, ac Scholarum Piarum, ipſiſque Monaſticis Congregationibus, etiam Caſſinenſi, aliiſque Monachis, & Monaſteriis Sancti Benedicti, Sancti Hieronymi, Carmelitis Diſcalceatis, Conventui Beatæ Mariæ de Guadalupe, necnon Societati JESU, ipſiſque Cartuſienſium, Præmonſtratenſium, & Reformatorum, Ciſtercienſium, Servitarum, Olivetanorum Ordinibus, aliiſque Familiis, & Societatis Regularibus, Militiis, Hoſpitalibus quibuſcumque, & piis locis Regularibus, ac quibuſcumque perſonis nunc, & pro tempore exiſtentibus præfatorum, & quorumlibet Ordinum, Societatum, Congregationum Regularium per Nos, & Sedem prædictam, ac alios quoſcumque prædeceſſores noſtros Romanos Pontifices, necnon ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, & de latere Legatos, & quoſvis Sedis prædictæ Nuntios: vel etiam tam apoſtolica prædicta, quam ordinaria, & regia, vel imperiali auctoritatibus reſpective, aut aliàs quomodolibet quibuſcumque verborum expreſſionibus, & tenoribus in genere, vel in ſpecie, ac particulariter, tam per modum communicationis, & ampliationis, quam ſimplicis, & individuæ, ac particularis, & ſpecialis conceſſioni, ac etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, & de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, etiam iteratibus vicibus conceſſis hactenus, vel confirmatis, aut approbatis; & quibus illi tam in vita, quam in mortis articulo, etiam circa peccatorum remiſſiones, & injunctarum pœnitentiarum relaxationes, aut aliàs quomodolibet de jure, uſu, aut privilegio, vel conſuetudine quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum, quamvis illa ſint ſpeciali nota digna, difficiliſque conceſſionis, & quæ in generali conceſſione non veniunt; non ſolum per participationem, communicationem, illorum extenſionem, & ad illorum inſtar; ſed ſpeciatim, & nominatim, pariformiter, & æque principaliter in omnibus, & per omnia abſque ulla prorſus differentia, perinde ac ſi illa primodictæ Congregationi, illiuſque Capitulis Generalibus, Miniſtro Generali pro tempore exiſtenti, illiuſque Superioribus, & perſonis præfatis ſpecialiter, expreſſe, & nominatim, etiam per viam, & modum ſimplicis, & individuæ, ac particularis, & ſpecialis conceſſionis, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac per modum de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, aut communicationis, & ampliationis conceſſa fuiſſent: quatenus tamen ſint in uſu, & non revocata, nec ſub aliqua revocatione comprehenſa, uti, frui, potiri, & gaudere libere, & licite poſſint, & valeant. Ita quod omnes, & ſinguli primodictæ Congregationis, & illius domorum, locorumque regularium Superiores, & Miniſtri quocumque nomine appellati, eoſdem favores, gratias apoſtolicas, & privilegia, quæ aliarum Religionum, Ordinum, Congregationum, Societatum, etiam Societatis JESU, Monaſteriorum, Conventuum, Domorum, aut locorum regularium, & Familiarum, Generales, Superiores, Præpoſiti, Provinciales, Rectores, Priores, Conventuales, aut Clauſtrales, Viſitatores, Guardiani, Cuſtodes, aut alio quocumque nomine, titulo, aut dignitate inſigniti, habent, ſimiliter, ut ſupra, habeant. Fratreſque, & Perſonæ regulares primodictæ Congregationis, Generales, Superiores, Miniſtri, & cæteri alii cujuſcumque appellationis Præpoſiti, & Præfecti, in primodicta Congregatione expreſſe profeſſi, & in ejus gremio,

Digitized by Google

mio, & obſervantia viventes Fratres, & perſonas regulares primodictæ Congregationis cum privilegiis, gratiis, & favoribus apoſtolicis Ordinum, & Congregationum hujuſmodi perpetuo ſecundum obſervantiam regularem, & canonicum inſtitutum Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis regere, & gubernare, & reſpective viſitare valeant. Neque primodicta Congregatio ſuper præfatis omnibus, & ſingulis a quoquam quavis auctoritate, vel numine moleſtari, perturbari, inquietari, aut aliàs quomodolibet in judicio, & extra impediri poſſint, apoſtolica auctoritate prædicta, earumdem tenore præſentium perpetuo concedimus, & indulgemus.

Clauſulas præſervativas adjungit.

§.3. Decernentes, eaſdem præſentes ſemper, & perpetuo tamquam ad divini cultus, & bonorum operum augmentum, & religionis propagationem tendentes, validas, efficaces eſſe, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ob omnibus, & ſingulis firmiter, atque inviolabiliter obſervari, & adimpleri debere: nec ab illis ullo unquam tempore, quovis prætextu, occaſione, vel cauſa, recedi, aut reſiliri: eaſdemque præſentes ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, derogationibus, & aliis contrariis diſpoſitionibus, etiam per Nos, & ſucceſſores noſtros Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes, Sedemque præfatam ſub quibuſvis tenoribus, & formis, & cum quibuſvis clauſulis, & decretis pro tempore factis, minime comprehendi, vel confundi; ſed ſemper, & perpetuo ab illis excipi, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, atque validiſſimum ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenariè reintegratas, & de novo etiam ſub quacumque poſteriori data quandocumque eligenda conceſſas eſſe, & fore: primodictæque Generalis Miniſtri, & Fratrum Diſcalceatorum hujuſmodi Congregationi ſuffragari.

Ita judicari ab omnibus mandat.

§.4. Sicque, & non alias per quoſcumque Judices, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac ejuſdem S.R.E. Card. etiam de latere Legatos, Vicelegatos, ac Sedis Apoſtolicæ prædictæ Nuntios, judicari, & definiri debere: irritum quoque, & inane, quicquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§.5. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſvis Apoſtolicis, & in Synodalibus, Provincialibuſque, & Univerſalibus Conciliis editis ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionibus, & ordinationibus; necnon Regularium Domorum, Locorum, & Ordinis hujuſmodi, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis apoſtolicis primodictæ Congregationi, illiuſque Superioribus, & perſonis in genere, vel in ſpecie, ac alias ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis, etiam iteratis vicibus quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe harum ſerie derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptis fidem dari præcipit.

§.6. Volumus autem, quod ipſarum præſentium exemplis, ſeu tranſumptis, etiam impreſſis, & alicujus perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ ſigillo, & Notarii publici manu obſignatis ſtetur, eademque prorſus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Sanctionemque pœnalem ſuperaddit.

§.7. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ abſolutionis, conceſſionis, indulti, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Dat. P. A. 11. die 28. Mart.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1634. 5. Kalend. April. Pont. Noſtri Anno 11.

CDLIII.

Confirmatio Conſtitutionum Congregationis Reformatæ Ordinis Sancti Antonii de Sancto Antonio Viennen. in Capitulo Generali examinatarum, & approbatarum.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

SAcri apoſtolatus miniſterio meritis licet imparibus divina diſpoſitione præſidentes inter graviſſimas paſtoralis officii noſtri curas, illam præſertim amplectimur, per quam felici Chriſtifidelium quorumlibet ſub ſuavi religionis jugo altiſſimo famulantium ſtatui, & quieti opportune conſulitur, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Gregorius XV. Abbati hujus Congr. facultatem dedit proprias ſibi condendi Conſtitutiones.

§.1. Aliàs ſiquidem a felicis recordationis Gregorio XV. Prædeceſſore noſtro in erectione Congregationis Reformatæ Ordinis Sancti Antonii de Sancto Antonio Viennen. Canonicorum Regularium dilecto filio moderno Abbati Generali dictæ Congregationis conceſſa, & poſtea a Nobis confirmata fuit facultas pro felici gubernio ejuſdem Congregationis nonnullas Conſtitutiones, ſeu Statuta licita tamen, & honeſta, Sacriſque Canonibus, & Concilii Tridentini Decretis, ac Conſtitutionibus Apoſtolicis non contraria, necnon in Capitulo Genera-

nerali dictæ Congregationis examinanda, & a Sede Apoſtolica approbanda condendi.

§.2. Qui quidem Abbas vigore dictæ facultatis nonnullas Conſtitutiones condidit, conditaſque in Capitulo Generali dictæ Congregationis examinari, & approbari, necnon ab omnibus Vocalibus in eodem Capitulo congregatis ſubſcribi obtinuit, tenoris ſubſequentis videlicet.

Jeſus, Maria pro Dei Gloria, & in honorem Beatiſſimi Patris Noſtri Antonii.

INcipit Codex Conſtitutionum Congregationis Reformatæ Ordinis Sancti Antonii Viennenſis jam tertio emendatarum potiſſimum per Capitulum Generale extraordinarie celebratum hoc anno milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo, menſibus Octobris, & Novembris, in quo immutatæ, & auctæ fuerunt, & majori, quam hactenus luce donatæ, faciliorique, & commodiori ordine digeſta in quatuor partes, in quarum prima agitur de Officio divino, & cœremoniis eccleſiaſticis. In ſecunda: De moribus. In tertia: De electionibus, & electorum officiis, deque adminiſtratione temporalium. In quarta: De hoſpitalitate.

PARS PRIMA.

De Officio Divino.

SErventur in Officio Divino Rubricæ Miſſalis, Breviarii, & Cœremonialis Romani, tam in propriis, quam in aliis, quæ celebrantur, officiis.

In Diœceſum, & Parochiarum ſactis, quæ ponuntur a Populo, & quæ Epiſcopus ſervanda præceperit perſolvatur Officium, & Breviario Romano non ſe propriis dictarum Diœceſum officiis reſtringendo juxta Decretum Concilii Trident ſeſs. 25. cap. 12.

Singulis diebus hora quarta Matutina pulſetur a Deputato primum ſignum pro Matutinis, & hora quinta pulſato ultimo: Hebdomadarius inchoabit Officium, ſicut & omnes Horas Canonicas niſi impeditus alteri idoneo vices ſuas commiſerit. Matutinum vero, Laudes, & Prima ſubſequenter ſine cantu recitabuntur.

In Choro nemini liceat cantare, quod non ſit cantandum, aut privatim aliquid legere, aut aliud facere, dum dicuntur Horæ Canonicæ, vel Miſſæ majores decantantur. Sed Fratres ſimul cantent, quoties cantandum erit, & pſallant Domino ſapienter Laudibus divinis ſingulari attentione, devotione, & modeſtia intendentes.

Nullus omnino cujuſcumque privilegii, aut ſuperioritatis, etiam generalatus prætextu immunis a Choro cenſeatur, niſi tempore, quo quis in proprii officii munere fuerit occupatus.

Pſalmodia non trahatur, ſed rotunde proferatur cum pauſis, itaut in medio, & in fine cujuslibet metri fiat pauſa cum modico intervallo, nec nimis protrahendo vocem, nec nimis abbreviando, ſervata ſolemnitatum differentia.

In Choro ſtent omnes in Invitatorio, omnibus Hymnis ad *Benedictus*, *Magnificat*, *Nunc dimittis*, *Benedicite omnia opera*, & ad cantica laudum ferialium, & etiam ad Symbolum *Quicumque vult &c.*

Genuaflectant ad verba Invitatorii: *Venite adoremus, & procedamus &c. Te ergo quæſumus tuis famulis ſubveni, quos pretioſo ſanguine redemiſti*, in Hymnis ad verſus: *Veni Creator Spiritus &c. Tantum ergo Sacramentum &c. O vere digna hoſtia &c, O ſalutaris hoſtia &c. O Crux Ave ſpes unica &c.* Ad *Ave maris ſtella &c.* Ad Introitum Miſſæ: *Salve Sancta Parens &c.* Et ad Offertorium: *Ave Maria*. Item quotieſcumque a dicente Invitatorium Officii Beatæ Mariæ, pronunciatur: *Ave Maria*, vel in Choro in Reſponſorio, & Antiphona, idque in Choro extra tempus Paſchale, & dies Dominicos.

In fine Hymnorum ad *Gloria Patri &c. Benedicamus Patrem, & Filium &c. Sit nomen Domini benedictum*, ſurgant. Ad *Confiteor* ſimiliter cum a Choro dicitur, & operto capite Chorus verſus Chorum inclinetur mediocriter, ita ſane, quod ſi extenderentur brachia extremitates digitorum poſſent attingere genua: hebdomadarius tamen recitabit *Confiteor* verſus ad Altare.

Quotieſcumque vero pronunciatur tremendum, ac venerabile Nomen Jeſu, ſi ſtent fratres, facient ſemigenuflectionem, ſi ſedeant, aut genibus ſint provoluti, caput opertum inclinent. Ad nomen Beatæ Mariæ, necnon Beatorum Patrum noſtrorum Antonii, & Auguſtini, ad nomen vero Sancti, cujus ſit officium, prima vice, caput detectum inclinent, aliàs ſolum inclinent, quod Lector in Refectorio pariter ſervabit.

Hebdomadarius, & alii, ad quos pertinebit, poſtquàm intonaverint, aut benedictionem, abſolutionem, lectionem, verſiculos, capitulum, vel orationem dixerint ſimiliter caput parum inclinent.

Sacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum venerentur omnes uniformiter humili, & devota genufleſione uſque ad terram cum modica capitis, & corporis inclinatione quotieſcumque ante ipſum tranſire contigerit.

Sacris Altaribus, Crucibus, ac piis Sanctorum Imaginibus debitam exhibeant reverentiam, mediocri inclinatione quoties gradientibus ſe in via directe offerunt.

Fiat, & apponatur tabula in loco apto, in qua ſingulis diebus Sabbati de præſcripto Superioris deſignentur Altaris, & Chori miniſtri, prout officii ſolemnitas requiſierit, aut fratrum numerus permiſerit.

Ad tertiam pulſetur hora nona. Matutina diebus, quibus non jejunatur, cum vero jejunatur hora ſexquinona, & ubique ſervetur ordo Miſſalis Romani de Miſſis Conventualibus poſt Tertiam, Sextam, & Nonam celebrandis.

Ultimum Veſperarum ſignum pulſetur ſecundum conſuetudinem locorum.

Priores Præceptoriarum, & Domorum moneant quam primum Superiorem

Generalem de obitu Fratrum, ut ipſe alios moneat; quos defuncti Superior monere non potuit, ut animæ Miſſæ Sacrificiis, & precibus ſine more juventur.

Quilibet Sacerdos Congregationis pro unoquoque Fratre defuncto quantocitius unum ſacrum celebret: Clerici vero recitent Officium Defunctorum in tribus Nocturnis, & Laudis; Converſi, & Donati Roſarium, ſemelque communicent omnes pro defuncti anima. In loco autem, in quo Frater fuerit defunctus ultra præmiſſa celebretur Miſſa Defunctorum cum officio,& ſuffragiis ſecundum Rituale Romanum; ſed pro Superioris Generalis anima duæ a quolibet Congregationis Sacerdote celebrentur,& duæ ſolemnes in capite Ordinis dumtaxat decantentur, una autem in membris. Cæterum cum habitu Religioſo ſepeliantur, corpora defunctorum Fratrum, & per novem dies eorum portio erogetur.

Fratres omnes non Sacerdotes in Majori Sacro communicent ſingulis diebus Dominicis, & Feſtis ſolemnibus primæ claſſis, & Beatæ Mariæ, quæ coluntur, niſi legitima cauſa a Superiore approbata retrahantur, in concurrentia tamen trium ſolemnium feſtorum conſequentium, & immediate ſuccedentium ſatis erit, ſi prima die communicent, & ſi quis frequentius ad illud Sacrum Convivium accedere velit de permiſſu Superioris liceat.

Fratres Clerici Sacerdotes quotidie Miſſæ Sacrificio interſint omnes immediate poſt Primam, ubi commode fieri poterit; Converſi vero, & Donati primum perpetuo audiant Sacrum.

Fratres Converſi Donati, & Infirmi Hoſpitalis pro qualibet Hora Canonica recitent quinquies Pater noſter, & Ave, & ſemel Credo integraliter, idque in Eccleſia ſi commode fieri poſſit.

Omnes omnino Fratres ſemel in ſeptimana ad ſacram peccatorum ſuorum confeſſionem apud confeſſarios a Superiore approbatos cum intima etiam leviſſimarum culparum deteſtatione accedant.

In qualibet Præceptoria, ſeu Domo inſtituantur, examinentur, & approbentur a Superiore duo, vel tres Confeſſarii, pro numero Fratrum, qui ſint doctrina, prudentia, & charitate præditi, quibus etiam reſervatorum caſuum a Generali Ordinis deſignatorum, non tamen Ordinariis locorum, vel Sedi Apoſtolicæ reſervatorum. abſolutio committatur, cum ipſi Confeſſarii id neceſſarium judicaverint, & ipſorum Confeſſariorum nomine in loco patenti appendantur.

Caveant diligenter tam Superiores, quam Confeſſarii, ne ea notitia, quam de aliorum peccatis in confeſſione habuerint, ad exteriorem gubernationem utantur.

Ad ſecularium confeſſiones exponat Superior Presbyteros ætate, & moribus maturos ab Examinatoribus juxta Conſtitutionem Clementis VIII. de Reform. Regul. in Capitulo Generali electis examinatos, & ab Epiſcopis approbatos, non aliter.

Quoniam ſecundum Sac. Conc. Trid. ſeſs.14. cap.7., & Decretum felicis recordationis Clementis VIII. ſibi poſſunt Superiores aliquos caſus reſervare, caveant ne hoc utantur privilegio in deſtructionem,ſed in ædificationem; ſequentes tamen caſus Superioribus in perpetuum reſervatos decernimus, videlicet apoſtaſiam a religione, habitu dimiſſo, ſive retento, quando eo pervenerit apoſtaſia. ut extra ſepta Monaſterii facta fuerit egreſſio. Secundo occiſionem, & vulnerationem, ſeu ob gravem percuſſionem cujuſcumque perſonæ. Tertio, malitioſum impedimentum, retardationem, & retentionem Literarum Superioris Generalis ad inferiores, & inferiorum ad Generalem, vel ad Definitorium. alios ſibi caſus de conſenſu Capituli Generalis poterit reſervare Superior, dummodo ſint de contentis in dicto Decreto Clem.VIII.

Sacriſta circa officium ſuum diligenter ſe præbeat, & ſtudeat Deo placere, non hominibus; De Altarium munditie, & decentia ſolicitus ſit,vaſa ſacra,& ornamenta omnia honeſte, & decenter aſſervet, & cuſtodiat ſub inventario, & de illis rationem reddat Superiori ſuo quoties popoſcerit.

In Altarium,& Miniſtrorum paramentis ſervetur Rubrica, quoad integritatem munditiem, colorem, & ornatum ſerico, uti permittitur, prætioſiora non quærantur, ſed oblatis a benefactoribus uti liceat.

Non mittantur Fratres ad ſacros ordines promovendi quin prius ſtricte, & ſincere fuerint examinati a Superiore, vel ab eo deputatis de ætate, & doctrina, nec etiam mittantur, qui zelum religionis, morum integritatem, & religioſę converſionis expectationem non præſeferant, ne in meritis talis pateat aſcenſus.

SECUNDA PARS.

De moribus, & devotis.

AD morum reformationem aliud utilius injungere non intendimus, quam divinorum mandatorum, & Beati Patris noſtri Auguſtini ad Canonicos Regulæ, ſolemniumque votorum exactiſſimam, & perfectiſſimam, in quantum Dominus dederit obſervantiam, cum præſentium conſtitutionum determinationibus. & quoniam ex præſcripto ejuſdem Regulæ jubemur habere cor unum, & animam unam, in Domino mandamus ſtrictiſſime,teque præcipimus,ut qui ſub una Regula, & ſub unius profeſſionis voto vivimus,uniformes in obſervantiis religionis inveniamur. quatenus unitas cordium, quæ interius tenenda eſt ab uniformitate exterius ſervata in moribus tueatur, & repræſentetur. Ea propter ſingulares conſuetudines, & obſervantias extra Regulam Conſtitutiones, & communem vivendi modum in ordine receptum, & approbatum ab omnibus in publico, & coram aliis vitandas, & amputandas decernimus,

De Voto Paupertatis.

Cum paupertatem evangelicam ſcalæ perfectionis primum gradum eſſe Chriſtus Noſter doceat his verbis: *Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & ſequere me*, propterea a paupertate votorum tractatum incipientes, ſtatoimus, qoatenus nemini liceat bona mobilia, vel immobilia cujuſcumque qualitatis ſuerint, etiam quovis modo acquiſita tamquam propria, aut etiam nomine Communitatis poſſidere, vel tenere, ſed ſtatim Superiori tradantur, Conventuiqoe, ut primum commode poterit incorporentur juſta Decretum Concilii Tridentini.

Nullus præterea quantomvis Superior, ſive alius Officialis poſſit, etiam de conſenſu, vel conſilio Capituli localis quocumque prætextu, vel cauſa bona immobilia vendere, alienare, permutare, in emphyteuſim perpetuam, vel ad tempus dare, locationes ultra triennium facere debeantur de Ordine Sanctiſſimi Noſtri, necnon esceptis locationibus illorum prædiorum, quæ ponuntur quolibet triennio, & in quibus unum triennium reputatur pro uno anno, impignorare, anticipare, pecunia locare; niſi de licentia, & expreſſa auctoritate Capituli Generalis: quod ſi quid ſecus factum fuerit in aliis præterquam in ſuprema capreſſis, & ſpecificatis, irritum, & inane, ea nunc, prout ea tunc declaramus. Si quis autem contraire præſumpſerit ab officio per Generalem, aut Viſitatorem deponatur, & ſubjaceat aliis pœnis de jure, & ea Conſtitutione Sanctiſſimi Domini Noſtri: *De rebus Regular. non alien.*

Si quis ea Fratribus in tantum malum progreſſus fuerit, ut contra præceptum Domini, vel contra votum paupertatis pecunias, vel aliquid aliud fuerit furatus occulte receperit, retinuerit, vel impenderit per ſe, vel per alium, apud ſe, vel apud alium, præmiſſiſque legitimis informationibus convictus fuerit furti judicio condemnetur, ſi Superior ſit a Generali, ſi inferior a Superiori locali carceribus mancipetur, donec pecunias, aut alia occultata reſtituerit, quæ ſi reſtitui nequeant, peracta pœnitentia e carceribus liberari poterit, ſed voce activa, & paſſiva careat donec per Capitolum Generale rehabilitetur: Si autem Converſus, aut Donatus fuerit, conjectus in Carcerem jejunet bis in hebdomada in pane, & aqua, ibique detineator pro rei gravitate ad arbitrium Superioris, qui propter pœnitentiam poterit cum eo mitius agere.

Superiores juxta Conſtitutionem Clementis Octavi de Reformatione Regol. abſtineant a munerum largitione, itaut non liceat eis quoquo modo pecunias, aut res alias communitatis erogare, aut donare ſub quovis prætextu, vel cauſa, proprio, Communitatis nomine, præterquam munera Religionis noſtræ benemeritis fieri ſolita decem ſcuta tamen pro quolibet non excedentia, aut quæ juſta de cauſa pro bono Religionis erunt facienda, ſervata tamen forma Conſtitutionis felicis recordationis Clementis Papæ VIII. deſuper edita.

In ſequentes Ordinationes Apoſtolicas ſtatuimus, ut Fratrum veſtitus, & ſuppellex cellarum ex communi pecunia comparentur, & omnino uniformis ſit Fratrum, & quorumcumque Superiorum, etiam Generalis, ſtatuique paupertatis, quam ſunt profeſſi conveniat, itaut nihil ſuperflui admittatur, nihil etiam quod ſit neceſſarium juſta Regulam noſtram alicui denegetur.

Superior, & quis Officialis unica cella nudis omnioo parietibus, lecto, & menſa humilibus, uniformique ſuppellectili, ſit conſenſus. Superior tamen Generalis, aut Viſitator poſſit alicui es Superioribus, ſi eorum muneris, & officii neceſſitatem id exigere cognoverit, alteram cellam concedere.

Cum Regula noſtra præcipiat ne habitus noſter ſit notabilis, quod debeamos moribus placere, non veſtibus, ideo ſtatuimus, ut Fratrum Clericorum veſtes fiant de panno nigri coloris humili ſcilicet de cadiſio in locis, quibus commode haberi poterit, alioquin huic ſimillimo. Toga vero, ſive veſtis, qua ſolent ſuperindui Fratres hyeme ſit de panno fortiori non pretioſo, cujus collare ſit rectum, & tunicæ collari cohæreat, ejuſque manicæ ſint longitudinis, & latitudinis ſufficientis ad manus tegendas.

Forma veſtium ſit uniformis, & ſimplex, ſervata decentia, ne cujuſquam offendantur aſpectus.

Tunica, ſive ſottana ſit conſuta, & clauſa ex anteriori parte cujus pars ſuperior a collo veſtas Zonam, ejuſque Manicæ a parte pugni uncinolis reſtringantur.

Cappa, ſive Pallium, quo utimur in Eccleſia ſit de largea, quam vulgo da *Scot.* nuncupamus ſine artificioſa complicatura; In locis autem, in quibus non invenitur talis largia, alia per ſimilis accipiatur.

Pallium, quo utimur extra Conventum cum pedites incedimus ſit de prædicto Cadiſio, aut alio panno ſimili non pulchriore longitudinis decentis, cujus collata ſit latitudinis, ſeu digitorum, & erectum non deferatur.

Pallia fratrum æquitantium ſint de bono, & forti panno ad ſuram defluentia, quæ temporum injuriis valeant reſiſtere, & numquam nodis ſericis reſtringantur, Ocreis etiam nigris Chryrutecisque ſimplicibus uti permittitur.

Fratrum Converſorum ſottana, & pallium (quod fibula connectent) breviora ſint, quam Clericorum, & quatuor digitis ſuper pedis claviculam deſinant, ſintque de rudiori panno, ſicut, & Donatorum, que paulo breviora eſſe debent, utrorumque tamen pallia quatuor digitis breviora ſint, quam ſottana, beticique coloris ſint omnes eorum veſtes.

Sacrum Religionis noſtræ ſignum, quod Zau, ſive Potentia appellatur pro Clericis ſit de Cameloto cærulei coloris cum cordula, pro Converſis, & Donatis de panno Isneo rudi ejuſdem Coloris ſine cor-

dula, aſſuaturque omoibos eaterioribus veſtibus. Novitii illud multo brevius portent.

Nulli fratrum liceat omqoam prædictum ſigoum dimittere, aut occulte ferre: ſi quis autem temere dimiſerit per contemptum, excommunicatus exiſtat ipſo facto.

Bireta Fratrum Clericorum ſint ſimplicia abſque flocco, & fargia honeſta, quam de limeſtre vocaot', vel huic ſimili noo prætioſiora.

Zonæ omnium ſint de lana inſertenta latitudinis quatuor digitorum.

Subinduſia ſint de tela communi, quorum Collare replicetur ſuper Collare tunicæ, ſive ſottana ad latitudinem policis circiter.

Galleri ſint de laoa, ejuſdem in ſuperiori, ac inferiori parte latitudiois, quorom alæ ad menſuram palmi circiter ſint protenſæ, ac vittæ, ac ſoderaturæ noo ſint de ſerico.

Calcei ſint plaoi, ea corio Bonis uſui pauperum convenientes, corrigiis ea eodem ſtringantur, nec a lateribus ſint aperti.

Fratrum Breviaria, & Diurnalia ſint ſimplicia oigra pelle cooperta ſine deaaratura; Cæteri quoque libri quantum fieri poterit non ſint de aurati, & de illis io unaquaque domo fiat Cathalogus.

Nullos in ſois cellulis libros fratres habeant ſine licentia Superioris, nec extrahaot eos ex Bibliotheca, vel ex Refectorii fuggeſta.

Cellarum lectuli ſint cum ſimplicibus columois ſine ornatu, & circumdentur propter pudorem viliori cadiſſo, aut ſimili panno coloris violacei, & eorum tecta ex aſſeribus, vel trelixio conficiantur, in illiſque cubent fratres ſioguli in ſtngulis cum camiſiis, & caligis ſuper mappas laneas cum linteaminibus de tela communi.

Fratribus ex obedieotia Superiorum itinerantibus provideatur de mandato Superioris Domus, a qua proficiſcuntur per Procuratorem de ſufficieuti Viatico, & veſtitu honeſto, aliiſque neceſſariis, habita ratione temporis, & itineris; ſed meminerint ipſi fratres in victu, & eapenſis paupertatem, nec in alios uſus conceſſas pecunias expendere, nec ſine liceotia a recta via deflectere.

Non liceat itinerantibus fratribus per loca, in quibos ſunt domos, & fratres noſtri ordinis alio quem ad ipſas divertere, in quibus Superiores, vel præceptores ſub inobedientia pœna benigne recipi, ac honeſte, charitativeque per triduum ſi voluerint tractari, nec ſe ab illo hoſpitalitatis officio eximere ulla ratione valcant, dummodo ipſi itinerantes legitimis a ſuis Superioribus moniti ſint teſtimonialibus literis, ſin minus non recipiantur, nec recipi debeant.

Sint conformes Fratres in tonſura barbæ, & eappellorum, itaut de qoindena in quindenam fiat corona, niſi propter ſolemne feſtum aliquod præveniatur, vel retardetur per aliquod dies; Capilli non nutriantur, ſed alterois meuſibus toodeantur, barba vero ſinguli s menſibus ſorbice ſuper pectiuem fiat.

De Menſa.

Qusndoquidem ex regola teneamur carnem noſtram domare de jejuniis, & abſtioentia eſcæ, & potus, qusntum valetudo permittit, ſtatuimus, ut ultra jejunia a S. Matre Eccleſia iniuncta jeiuneot fratres toto tempore Adventus Dominicis diebus exceptis, iocipientes a feria ſecunda hebdomadæ primæ, uti tameo poterunt lacticiniis, & ovis. Item vigiliis Nativitatis, & Purificationis Beatiſſimæ Virginis Mariæ, & Beatorum Patrum noſtrorum Antonii, & Auguſtini, univerſiſque feriis ſeatis totius anni, niſi eo die contingat feſtum primæ claſſis, aut alias injunctum habeat jejuoium ejus vigilia.

Abſtineant a carnibus univerſis feriis quartis totius anni, niſi eo die contingat feſtum Dominicæ Nativitatis, vel major ſolemnitas S. Patris noſtri Antonii 17. Januarii: abſtineant etiam a carnibus feria ſecuoda, & tertia ante feriam quartam Cinerum, diſpenſamus tamen tam a Jejuniis Adventus, feriæ ſextæ, & harum quatuor vigiliarum, quam ab abſtioentia feriæ quartæ, & feriarum ſecundæ, & tertiæ, ante Cineres ultra dietam itinerantes ex obedientia.

In menſa communi, & iocinctis frugalitas ſervetur, ita ut ſecundum Regulam malint fratres minus agere, quam plus habere, injungentes tamen iis, qui præſumunt, ut fratrum neceſſitati charitativè provideant.

Omnes fratres etiam Superior generalis eodem pane, eodem vino, eodemque obſonio, ſive pietancia in communi menſa ad primam, vel ſecundam, niſi fuerint infirmi veſcantur, nec ſingulare aliquid, quo privatim quis utatur ullo modo afferri poſſit, & ſi quis in ea re peccaverit, ſequenti prandio, vel cœna nihil alimenti accipiat præter panem, & aquam.

Nullus vero extra horam prandii, & cœnę aliqoid alimentorum ſumat, niſi dum ægrotat, licebit tamen matutinis horis extra tempus jejunii facto, vel audito ſacro modicum panis, & vioi io Refectorio ſumere per modum medicinæ.

Lectis ad menſam Capitulo, è Sacra ſcriptura; mane Evaogelio ſeu de qualibet alia parte tam Lector, quam Miniſter caput tegant, illud nudaturi ordine, quo ad Chorum ut ſupra articulo decimo primæ partis. Converſi, & Donati in ſeparata menſa ſedeant, oec unquam Clericis commiſceantur io Refectorio, nec in recreationibus.

De Voto Caſtitatis.

Per caſtitatem, quæ eſt pulchritudo animæ, coæquari poteſt homo Angelis Sanctis: Quare hortamur fratres noſtros, ut hujus angelicæ virtutis candorem purum, & in-

Digitized by Google

& incontaminatum omni ſtudio ſervent, atque nti ab omni ſpecie turpitudinis longiſſime remoti ſint, Regulæ noſtræ bene memores, couverſationea malas, ſed maaime fœmlnarum ſedulo devitent, ſobrietatem veaant caſtitatis præſervatricem colaut, nihil omnino in ore, minus in corde ab ea verſetur alienum.

Quo ſecurius flos ille pudicitiæ fragrantiſſimus intemeratus ſervetur, nnmquam fratres foras aliter quam bini procedant ſimulque ſlent, & nbi neceſſitas alloquendi mulieres occurrerit, id fiat ſocio vidente, licet non audiente, & paucis abſolvatur, ſed caveant maaime ne literas, vel munuſcula furtim, vel crebro accipiant, quia crebra munuſcula, & ſudariola, & dulces literas ſanctus amor non habet. Urgente tamen aliqua neceſſitate, poterit ſuper diſpenſare, ut ſoli poſſint mitti.

Caſtitatem ſuam etiam invicem tanta ſollicitudine cuſtodiant, adeoque in loqnutione ſint circumſpecti, & in artibus compoſiti, ut pudicitiæ amatores ſinceri omnibus appareant, nec eis liceat partem quamvis corporis alterius fratris nudam tangere, niſi ejus infirmitas id poſtulet, ne quidem alter alterum joco perfricari, verumtamen cum aliquis fratrum peregre recedet, aut revertetur illnm ſalutare licebit, per mutuam ſuper colla inclinationem.

De Voto Obedientiæ.

Præcepta B. Patris noſtri Auguſtini audiamus, & eo doctore Montem obedientio concedamus, & quod deo promiſimus attendamus; cum enim Nos doceat, nihil melius eſſe obedientia, nihil pejus inobedientia, & eaperientia compertum ſit, obedientiam totius Monaſticæ Religionis baſim eſſe, ejus vero everſiunem inobedientiam. Idcirco mandamus, ut fratres noſtri, qui propriè voluntati renunciaſſe non ignorant ſuis Superioribus tamquam Chriſto obediant, illos etiam humili affatu, & reverentiali geſtu venerentur, atque apud ſemetipſos ſtatuant, ut quod Superior præcipit ipſius Dei præceptum, & voluntatem eſſe juata illud Luc. X. *Qui Vos audit me audit*: Superioris igitur præcepta tanta celebritate, & alacritate confeſtim proſequantur, nt omnibus relictis, ne literarum quidem inchoatam abſolvere ſibi fas eſſe ducant.

Hortamur præterea, ut liberam adeo ſui ipſorum, ſuarumque actionum diſpoſitionem cum vera obedientia, & ſimplicitate Superioribus relinquant, ut intimos quoſque motus, propenſiones naturales, impulſiſque ſiugulares nullo modo ignorent, eiſque quid quid de novo ægrediatur communicent, & aperiant ſine averſione, aut contradictione, ne proprium judicium eorum judicio contrarium demonſtrent.

Si quis per contumaciam, vel manifeſtam rebellionem inobediens ſuo Superiori eſtiterit, vel cum eo intus, vel foris proterve conteodere auſus fuerit legitime convictus, carceribus mancipetur.

In præſidium Congregationis, & diſciplinæ Regularis fulcimentum ſancimus, & ſtatuimus, ut qnicumque fratrum noſtrorum ad curias ſeculares pro debita correctione, & punitione vitanda recurrerit ipſo facto escommunicatus ſit, & esiſtat, quoaduſque Judicio Capituli Generalis beneficium abſolutionis a Superiore generali pro meritus fuerit accipere.

Non ſolum curæ ſit fratribus Superiorum juſſis quam perfectiſſime obedire, ſed eorum etiam Conſtitutionibus, Ordinationibus, Literis, Nunciis, Nutibus, ac ſubordinatis Officialibus. Ad communes pariter exercitationes, aut crectiones ſigno campanæ audito ſine mora eouſluant, & quæcumque Officia per communem tabellam ipſi injuncta diligenter peragant.

Præcipimus præterea ea vi Regulæ nequis literas ad aliquem mittat, nec acceptas legat, niſi prius Superior legendas obtulerit, niſi cum aliqua ratione ſui officii Superior diſpenſandum judicaverit. Si quis autem ſecus feciſſe convictus fuerit ſecundum dictam Regulam ad arbitrium Præpoſiti gravius emendetur.

Caveant etiam omnes ne ſine licentia Superioris negotium aliquod quantumvis pium ſuſcipiant, aut aliquid ab aliquo alteri reſtituendum accipiant, vel inpios uſus conferendum, nec pariter pietatis, vel aliquo prætextu aliquos libellos, vel tractatus etiam rerum ſpiritualium, nec quidem ſimplices collectiones componant, aut deſcribant, multo minus aliis communicare præſumant, niſi ipſe Superior ea ſubſcripſerit, quod ſi quid hujuſmodi in lucem edere prætenderent, ſi ad mores pertineret a Superioribus approbationem, & a Generali licentiam obtineant.

A communibus esercitiis nemo ſine licentia abſit, niſi forte aliquis actu proprio officio detineretur, & differri commode non poſſet, quod agit. Nemo ſine Superioris licentia alterius cellam, & officinas ingrediantur, rei cujuspiam uſum habeat, vel jam alteri præbeat, alterius officio ſe ingerat, mortificationem publicam neque auſteritatem eo in conſulto faciat.

De recipiendis in Ordine.

Cnm ad regularem diſciplinam in ſingulis Religioſorum ordinibus propagandam, aut deſtruendam nihil æque conferre compertum ſit, quam diligentem, aut negligentem Novitiorum Inſtitutionem; idcirco ſtatuimus, ut in recipiendis Novitiis, & in eorum educatione, necnon in eorum Magiſtri electione decreta Concilii Tridentini, ac fel. rec. Pii V., Siſti V., Clementis VIII., & Domini Noſtri Urbani etiam VIII. Summorum Pontificum, conſiderata locorum, & redditUum commoditate, in quantum poſſibile erit obſerveutur.

Quicumque voluerit Ordinem noſtrnm ingredi, & profiteri ſit de honeſta familia, & legitimo Matrimonio natus ſa-

no.

Digitized by Google

no judicio, donatus, linguæ latinæ peritus, pro Clerico, firma valetudine præditus, annum ſuæ tatis 25. excedens, & quadrageſimum non exeedeos, non fuerit hæretieus, vel de hæreſi ſuſpectus, non ſit oboratus, nec reddendæ rationi obnoxius, ſtrictioris Religionis voto ſolemni non adſtrictus, alterius Religionis habitum oon portaverit. Parentes ipſius ope graviter indigentes non deſerat, ſed nec illæ, nec ipſi ſamam bonam perdiderint, occultam infirmitatem non patiatur.

Ne Parentum importunitas ſubripiat, quod Religionis integritas non coueedit. Superior ipſe generalis etiam, eum Deffinitoribus diſpenſare non poſſit cum illis, qui ſoæ ætatis annum 15. oon exceſſerint, neque eum illis, qui infirmitatem incurabilem, vel difficilis curationis patiuntur, vel hæretici fuerint, ſed ad capitulum generale reſervetur. Cum illis autem, qui quadrageſimum ſuæ ætatis annum exceſſerint, vel qui alterius Ordinis habitum portaverint, ſi eximiæ pietatis, Doctrinæ, & expectationis, prævia ſollieita, ſtrictiſſimaque perquiſitione de eæteris requiſitis multum utiles Congregstioni noſtræ videantur ſote, Superior generalis cum Deffinitoribus diſpenſare poſſit, diffieile tamen eum illis, qui profeſſionem emiſerint.

Serio moneantur, tam qui in Clericos, quam qui in Converſos voluerint recipi illos ab ordine rejiciendos eſſe etiam emiſſa profeſſione, quam propterea nullam eſſe ex nunc declaramus, ſi illegitimationem, occultam infirmitatem, æs alienum, ſeu debitum, rationis reddendæ obligationem ſe fuiſſe hæreticum, alterius ordinis habitum tuliſſe, & ſe, vel parentes infamatos eſſe celaverint, & tales defectus non fuerint confeſſi. Et Converſos, quotieſcumque Ordines aliquos, etiam Clericalem tonſuram quocumque modo, vel prætextu receperint, pari modo expellendos fore, qoieumque Superiores, & Novitiorum Magiſtri, ad quos aeceſſerint, ſincere, & exacte commoneant.

Si quis Novitiorum ſe ipſo voluerit abire, & ordinem relinquere, Superiores, vel Magiſtri Novitiorum eauſas blande ſciſcitabuntur, & ſi propter ſolam tentationem, vel aliquam humanam appræhenſionem adverterint, illa repellere charitative conabuntur, ſed ſi perſiſtat non ſe moleſtos exhibeant illum retinendo, ſed illi reſtituant, quæ attulerit, niſi uſu conſumpta ſint, vel in ejus victum, & veſtitum expenſa, vel ab eo libere relinquantur.

Demum poſtulantes prænotatis qualitatibus præditi, & Religionis eapaces recogniti, habitu poterunt indui, & poſt annum, & diem probationis ad profeſſionem admitti per ipſum Abbatem Generalem, per Viſitatorem tempore ſuæ viſitationis, per Superiorem Localem, vel Magiſtrum Novitiorum, & actus receptionis, & profeſſionis in libro ſcribentur, quos ſubſcribet ipſe recipiens, receptus, & duo teſtes Converſi ignari ſcribere ſignum Crucis, vel ſi quod habent privatum depingent.

Antequam aliquis in numerum Converſorum recipiatur per decem annos in ſtatu Donatorum Congregationi fideliter deſerviat, aliquam utilem artem calleat, elapſo autem decennio in eodem habitu Novitiorum ingredi poterit, & per alium annum probatus, ſi idoneus fuerit judicatus ad profeſſionem admitti valeat.

Fratres Converſi, & Donati nullos umquam libros latinos legant, ſed pios, vulgaris Idiomatis recipiant a Superiore, qui illis officium Beatæ Mariæ poterint concedere, ſed Diurnale, vel Breviarium illis non concedatur; Ad Clericorum ſtatum tranſire numquam poſſint, quod ſi attentare præſumpſerint ſeveriſſime puniantur, & viliſſimis quibuſque offieiis ſemper mancipentur.

Si ſorte aliquis ex Religioſis ordinem noſtrum ante Deeretum Reformationis noſtræ profeſſis zelo perfectionis majoris velit ſe Inſtitutis noſtris ſubmittere per annum integrum in Novitiatu exerceatur, quo peracto, ſi idoneus reperiatur profeſſionem ſecundum formam bis Conſtitutionibus præſcriptam emittat.

Meminerint Novitiorum Magiſtri hoc præcipuè poſt Dei timorem, & perfectionis religioſæ amorem fratribus in Converſos recipiendis ineulcare, illos ad opera manualia eſſe deſtinatos, a quibus numquam quocumque prætextu ſe exeuſare valeant.

Donati ſolerter examinentur de ſama, moribus, & aliis, debent eſſe robuſti, firmæ valetudinis ætate ad vigeſimum ſecundum ſaltem annum provecti, aliquam artem calleant, qua Ordini utilius deſerviant, poterunt in quacomque Domo recipi, ſed diligentet de rudimentis fidei, & diſciplinæ religioſæ doeeantur primi, quo admiſſi fuerint anno, ita ut pii, ſimplices, modeſti, fideles, & laboris, ad quem vocantur patientes ſint, eoque expleto, ſi capaces judieentur eum illis civilis contractus fiat, per quem promittant paupertatem, caſtitatem, obedientiam, & fidelitatem, & jurent ſuper Saera Dei Evangelia eorum omnium obſervantiam, quodque aliquid ab Ordine non petent pro ſervitiis exhibitis, ſi quando propter incorrigibilitatem, vel peccatum ſcandaloſum, & notorium expellerentur, in quo caſu a prædictis ſint abſoluti, ſed quamdiu in Congregatione perſeverabunt, illis de oeceſſariis provideatur. Sciant omnes noſtræ Congregationis fratres tam Clerici, quam alii ſe eſſe pauperum igne Sacro Infirmorum Curatores, & Procuratores, & idcirco obligatos ad eleemoſynas pro eis etiam oſtiatim, ſi opus fuerit quærendas.

Tempore probationis elapſo, qui per examen ſedulum, ut præfertur, capaces perfectionis religioſæ, & utiles Congregationi eenſebuntur, profeſſionem emittant in hæc verba: Ego Frater N. facio profeſſionem, & voveo Deo, Beatæ Mariæ Virgini, Beato Antonio, & tibi, Reverende Pater

ter, Superiori meo Vicereverendiſſimi Abbatis Superioris noſtri Generalis, & Succeſſorum ejus perpetuam paupertatem, caſtitatem, & obedientiam, morumque meorum emendationem ſecundum Regulam Beati Auguſtini, & Statuta Congregationis reformatæ S. Antonii Vienoenſis; Converſi vero ſic dicent: Ego Frater N. Converſus voveo Deo, Beatæ Mariæ &c. paupertatem, caſtitatem, & obedientiam, morumque meorum emendationem in ſtatu Converſorum juxta Regulam.

De noviter Profeſſis.

Ut qui in numerum profeſſorum recepti fuerint melius in bono incepto, regularisque diſciplinæ obſervantia confirmentur, & ſtabiliantur infra triennium a profeſſione aliquod officium exterioris obedientiæ, Clerici non obeant, nec communibus tractatibus interſint, neque Ordinis negotiis miſceantur, etiam ſi Sacerdotes, ſed eo durante literarum ſtudiis, & cæremoniis eccleſiaſticis vacent.

Quia præter curam corporalem, & ſpiritualem pauperum igne ſacro infirmorum, aliarum etiam multis in locis animarum curam Nobis incumbit, ut huic muneri ad majorem Dei gloriam, & ipſarum animarum ſalutem, & progreſſum ſatisfacere valeamus, erigantur Seminaria litterarum, in quibus profeſſi ſtudiis vacare teneantur. Horum autem Seminariorum deſtinatio, erectio, directio, gubernatio, diſpenſationi Superioris Generalis relinquitur.

Quandoquidem non raro contigerit ſuggeſtione demonis fallacis Alumnos religioſæ perfectionis decipi, etiam ſub prætextu perfectionis vitæ; propterea nemo Fratrum audeat ad ſtrictiorem, ſeu arctiorem Religionem tranſire ſine Definitorii licentia, quam etiam non concedat, ſi ex levitate, temeritate, odio, contemptu, aut alia animi perturbatione moveatur. Cum ordinarii Superioris judicio ſtare noluerit, ad Generalem, & Definitores res deferatur, quorum reſponſum expectare ſi proterve recuſet, carcerali cuſtodia mancipetur, ſi aufugerit, excommunicatus publicetur, & ſi pœnitens reverſus fuerit, petita venia, diſciplina plectatur ab excommunicatione abſolvatur, & iterum incarceretur, donec per Superiorem Generalem fuerit diſpenſatus.

De quotidianis Exercitiis.

Mane ſurgant Fratres diligenter hora quarta matutina, & dum ſe modeſtè induunt aliquid devotè in Domino meditentur, ac decenter veſtibus operti, humiliter genua flectant, ac demum adorent, deinde lectum componant, tum aliis neceſſariis expletis pulſato horæ ſeſqui quartæ ſigno, convenient omnes ad Oratorium conſuetam Orationem vocalem ſimul facturi, qua expleta orationi mentali vacent per dimidiam horam ſuper materia, quam unuſquiſque ſibi ſerotino tempore utiliorem præparaverit, hora vero quinta pulſante ultimo matutinarum ſigno, omnes ſimul ad Chorum propere, modeſte, ſilenterque procedant, ab eoque regrediantur ſimiliter, idque ſervetur quotieſcumque itur ad chorum, vel ab eo reditur.

Hora ſeſquidecima matutina diebus non jejunatur, hora vero ſeſquiundecima cum jejunatur, pulſetur ad refectionem corporalem, & ſtatim convenient Fratres modeſte, ſilenterque ad Refectorium, factaque de more ab hebdomadario benedictione, ſedeant primo Superiores Ordine in electionibus infra præſcripto, deinde Sacerdotes alii, ſubinde Diaconi, ſimiliter Subdiaconi, poſtea alii Clerici, poſtremo in menſa ſeparata Converſi, & Donati ordine profeſſionis ſuæ.

Nemo ſuperveniat poſt ſeſſionem ad primam menſam pranſurus, vel cœnaturus abſque expreſſa Superioris licentia, ne turbetur Communitas primæ menſæ, omnes interſint, ceſſante legitimo impedimento a Superiore probato, ibique devote ſine ſtrepitu juxta præſcriptum Regulæ ſacram lectionem audiant.

Poſt prandium gratiis devote peractis fieri poterit recreatio, per oram in loco deputato, tam ab illis, qui in ſecunda menſa, quam qui in prima pranſi fuerunt, vel cœnaverint, ibique loquantur de rebus in Domino utilibus: expleta recreatione ad ſonum campanulæ in Cellas ſe recipiant fratres, niſi proprio occupentur officio, ibique poſt breve examen conſcientiæ, & invocato devote Divino Auxilio aliquid legant, ſcribant, aut ſtudeant, ſive aliud ex præſcripto Superioris peragant uſque ad veſperas, quibus cum completorio peractis pari ratione ſe habeant.

Pulſetur hora quinta ſerotina ad orationem mentalem, per dimidiam horæ, in Oratorio communi faciendam, a qua recedentes in Refectorium, ſe conferant pro refectione, qua finita, & recreationis tempore expleto, recipiant ſe in Cellas lectioni ſpiritoali vacaturi, & hora octava ſerotina diebus deſignatis pulſabitur pro Capitulo culparum, ſeſqui octava vero ſingulis diebus pulſetur ad orationem vocalem, poſt breve examen, faciendam, qua expleta, & benedictione ſimul a Superiore accepta ad lectum eant; Extra quem nemo reperiatur poſt horam nonam ſine licentia. Diebus, quibus jejunatur, meditatio ſerotina fiat ab hora ſeſqui quinta ad ſextam, & poſt modicam refocillationem, recreatio per dimidiam horæ tantum.

Singulis hebdomadibus feria ſexta habeatur ſermo de Religioſa diſciplina, & regulari obſervantia, vel mutua rerum Spiritualium collatio: bis etiam in ſeptimana fiat lectio ſacræ ſcripturæ, vel caſuum conſcientiæ diebus præſcriptis, qua abſoluta mutua collatione circa explicatam doctrinam, ſe ſe fratres utiliter exerceant, qui etiam poterunt ſemel in hebdomada die, quæ convenienda videbitur recreari, ſecun-

ſecundum tamen loci, & perſonarum neceſſitatem Superior diſpenſare poterit, etiam cum univeſa Communitate, ut crebrior fiat recreatio.

Fratras egredi a Conventu non audeant, abſque licentia ſingulis vicibus impetrata, & benedictione a Superiore accepta, qui juxta regulam calturo ſocium adiungat, non egredientia rogatu, ſed arbitrio ſuo, poterit tamen diſpenſare cum Procuratoribua, & Curatis, eorumve ſociis, ut accepta mane, & ſero ſpeciali benedictione ſæpius in die negotiis requirentibus egrediantur. Cum autem cæteri omnes ad Domum revertentur, Superiorem iterum adeant benedictionem accepturi, qui a ſocio itineris rationem, & quid rei actum diligenter perquirat; Socius autem neceſſitate exigente juxta Regulam, ad monitionem fraternam charitative præmittat, antequam moneat Superiorem. De cætero nullæ generales licentiæ dentur.

Sit in unaquaque Domo Frater, qui alios excitet hora conſtituta, ideoque cubitum eat media ſaltem hora ante cæteros, eoſdemque temporis ſpatio ante eos ſurgat, lumenque cum opus fuerit in ſingulorum cellas deferat, ſitque in Dormitorio per totam noctem ardens.

De Capitulo Culparum.

Quamvis extra Capitulum omnes poſſint poſt commiſſum delictum ſtatim veniam poſtulare, ſi aliquem læſerint, ſicut Regula Nos docet, fiat tamen bis in hebdomada feriis ſcilicet ſecunda, & ſexta hora octavæ ſerotina Capitulum Culparum, in quo FratresOrdine ſuo genibus flexis coram Superiore, ſe de peccatis externis, quæ contra Regulam, conſtitutiones, & præcepta Superioris admiſerint breviter, & aperte palam ſe accoſent, pœnitentiamque poſtulent, & indictam a Superiore æquo animo ſubeant, humiliterque expleant.

Licebit etiam Fratribua ad Majorem Dei Gloriam, & ſui humiliationem repugnantias palam referre de licentia Superioris, cui prius privatim ipſas repugnantias declaret, & ipſe Superior, ac de illius licentia, cæteri Fratrea poterunt alios proclamare de manifeſtis, & levibus culpia, & qui proclamatus fuerit, aut ſe ipſum accuſaverit genibus flexis humiliter pœnitentiam expectet.

In aliis culpis obſerventur ea, quæ in Regula noſtra præcipiuntur de correctione fraterna, itaut, qui peccare Fratrem animadverterit, opportunum tempus, & locum nactus, primo ſemotis arbitris, ſecreto moneat, & ſi in peccato perſiſtat Superiori, tamquam Patri referat, ſi admonitus ſecreto a Superiore negligat ſe emendare duobua, vel tribus teſtibus oſtendatur, a quibus convictus ſecundum arbitrium Superioris emendatoriam teneatur ſubire vindictam.

Si quis (quod Deus avertat) adeo pertinaci, & indurato animo fuerit, ut nullius remedii lenitate, vel acerbitate ſanari poſſit a peccato, & neceſſitas membri inſanabilis amputandi impoſita videatur, ejus rei deffinitio ad Superiorem Generalem, & Definitores remittatur, & ab illis incorrigibilis ſublato Religionis noſtræ ſigno, in ſæculi corructionem reiiciatur, ſervata juris forma.

Hortamur præterea Fratres, ut laudabilem morem ad omnia vitiorum germina radicitus evellenda efficaciſſimum ſemper obſervent, nempe, ſi quis rogaverit humiliter in Capitulo, ut coram Superiore cæteri Fratres ejus vitia, & defectus ſingullatim pandant, & manifeſtent, ei concedatur roganti, ſi, & quando Superiori expedire videbitur, idque ea moderatione, & candore animi fiat, ut ea vera charitate proficiſci manifeſtum ſit, & ea ſolum vitia dicantur, quæ externa ſpecie cognoſcuntur non autem occulta, præſertim graviura.

De Silentio.

Cum, ut ait Iſaias Propheta cultus Juſtitiæ ſit ſilentium, & ſecundum Beatum Jacobum hujus, qui non refrenat linguam ſuam, vana eſt religio, ordinamus, ut Silentium in tota Domo ſerveretur extra tempus recreationum, ſed maxime in Ecclesia, Sacriſtia, Oratorio, Dormitorio, & Refectorio, ubi cum de rebus neceſſariis loqui neceſſe erit, id obiter, & ſubmiſſa voce fiat, & in illis locis fragor, aut ſtrepitus non excitetur, tempore, quo fiunt exercitia communia.

De Infirmis, & Infirmaria.

Ad opera charitatis, maxime erga Infirmos exercenda, cum ſimus principaliter vocati, & hæc ordinata eſſe debeat, dignum eſt, ut de cura Fratrum noſtrorum Infirmorum potior ratio habeatur. Quapropter ſtatuimus, ut in unaquaque Domo Infirmaria certa, & ſalubri loco inſtituatur, in qua Fratres omnes, cum ægrotant curentur.

Ægrotantium cura juxta præſcriptum Regulæ uni Fratrum demandetur, qui omni ſedulitate, & charitate eis miniſtret, eoſque ſoletur, & de Cellario petat, quod cuique opus eſſe perſpexerit, & tam ipſe Superior, quam Diſpenſator a Medicis præſcripta diligenter provideantur, quod ſi quis ægrotus eorum incuria periclitetur, ſevere pro culpæ modo puniatur.

Qui præter ſolitum male ſe habuerit, id Superiori indicet, credaturque Servo Dei juxta regulam noſtram, ſed utrum ſanando illi dolori, quod delectat, expediat ſi non ſit certum Medicus conſulatur, quem nullus vocet, nec conſulat, nec medicinam accipiat abſque expreſſa Superioris licentia.

Qui Infirmorum curam habet, quærat a Superiore quos Fratres ad ægros inviſendos, & recreandos accerſere debeat, præter

ter quos nullus Infirmariam ingrediatur, niſi cum licentia; caveant tamen omnes, ne, dum infirmis placere, & indulgere ſtudent, aliquid faciant, quod eis nocere in corpore, vel anima poſſit, vel aliis ſcandalo eſſe: Quod ſi talis infirmitas fuerit, quæ nec multum debilitet, nec turbet appetitum cibos Refectorii non mutent tales Infirmi.

TERTIA PARS.

De Electionibus, & de Capitulo Generali.

Capitulum Generale eſſe dicimus, & declaramus cœtum, & Conventum Reverendiſſimi Abbatis Superioris Generalis, aut ejus Vicarii (qui alius non ſit, niſi Religioſus Presbyter noſtræ Congregationis, ætate maturus, doctrina, esperientia, & moribus commendabilis) Prioris Clauſtralis Monaſterii, quod eſt Ordinis caput, quatuor Definitorum, Viſitatorum, Procuratoris Generalis, Superiorum Præceptoriarum, & Domorum, Magiſtrorum Novitiorum, in quibus non erit Congregatio profeſſorum, ſive alius Superior ab illo, Diſcretorum ipſarum Domorum legitime in Spiritu Sancto congregatorum, quod ſingulis trienniis juxta Bullam Reformationis noſtræ in dicto Sancti Antonii Vieonenſis Monaſterio celebrandum decernimus, idque poſtridie Aſcenſionis Dominicæ ſine alia interpellatione, ſiquidem dies interpellat: inhibentes alibi, aut alio tempore celebrari, niſi per ipſummet Capitulum, aut per Generalem cum quatuor Diffinitoribuses cauſa urgentiſſims aliter fuerit decretum. Nemini autem prænominatorum ſub escommunicationis pœna ipſo facto incurrenda a præfato Capitulo ſine legitima cauſa ipſius Capituli judicio approbanda abeſſe liceat.

Penes ipſum Capitulum totius Congregationis ſummam poteſtatem, & omnimodam diſpoſitionem, & juriſdictionem eſſe volumus, & ordinamus, ita ut ad illud pertineat Superiores eligere, & inſtituere, & eos elapſo triennio, vel non elapſo deponere, ſicut & alios quoſcumque dignitatem, vel officia in Ordine obtinentes. Item omnia, & ſingula ad Congregstionem ſpectanctia ſtatuere, ordinare, inſtituere, unire, ſeparare, delinquentes punire, & circa hæc omnia peragere, prout Spiritus Sanctus, jus, & ratio ſuadebunt. Nihil tamen sbeo decretum vim Conſtitutionis habebit, quod prius non fuerit a tribus Capitulis continuis confirmatum, præſentibus exceptis. Non protrahatur Capitulum Generale, niſi a feria ſexta infra octavam Aſcienſionis Dominicæ incluſive ad feriam ſestam ante vigiliam Pentecoſtes incluſive, niſi ex urgenti neceſſitate per alios duos dies protrahi debeat, & non ultra, & in eo aſſignentur manſiones unicuique Fratrum, a quibus non recedent uſque ad ſequens Capitulum, niſi pro juſta cauſa cum aliquo aliter faciendũ Superior Generalis judicaverit.

Caremonia Capituli Generalis.

Die, qua procedendum erit ad primi Capituli ſeſſionem omnes vocales Miſſas de Spiritu Sancto celebrent privatim, de eodemque una ſolemnis cantetur ab Abbate, vel Priore Clauſtrali, qua finita nolis ſonantibus inchoetur a Cantoribus Hymnus: *Veni Creator Spiritus*, & proceſſionaliter omnes ad locum Capituli procedant: ad quem cum perventum fuerit, Præſes Capituli, finito Hymno, decantatis Evangelio, & Collectis, dicat Orationes conſuetas: deinde ſedeant omnes ordine ſuo, ſcilicet Abbas Generalis Superior, vel ejus Vicarius, Prior Clauſtralis, quatuor Definitores, ordine ſuæ electionis, Viſitatores eodem ordine, Procurator Generalis, Superiores Præceptoriarum ſecundum antiquitatem earum, Vicariique Domorum Capiti Ordinis connexarum, in quibus erit Congregatio Fratrum, Magiſtri Novitiorum, Diſcreti vero ordine profeſſionis, & habeatur ſermo, vel brevis oratio de regulari diſciplina ab eo, qui per Generalem Superiorem fuerit deputatus. Finita oratione recedant, qui Capitulo intereſſe non debent; vocentur, qui adeſſe debent; abſentium escuſationes examinentur, quæ ſi non fuerint legitimæ, pœnas escommunicationis incurriſſe proclamentur; tunc Diſcreti Literas Domorum, a quibus ſunt delegati, proferant Capitulo, ſeu Præſidi, & Definitoribus, qui eas examinent, & ſi quid notabile occurrat, ad Capitulum deferent; Superiores exhibeant libros rationum receptorum, & impenſorum ſuæ adminiſtrationis a ſe, & Domorum ſenioribus ſubſcriptos: curabunt etiam tranſcribi in forma juridica titulos poſſeſſionum, & redituum Domorum, ut in Archiviis in loco tutiori conficiendis reſerventur.

His ita peractis, Præſes Capituli Patres Capitulares ad cautelam abſolvat in hæc verba: Auctoritate, qua fungor ad hunc effectum, ut omnia quæ in Capitulo Generali a vobis ficut, rata, & firma ſint, abſolvo vos ab omni cenſura, & vobiſcum in irregularitate, & impedimento diſpenſo in nomine Patris; & Filii, & Spiritus Sancti.

Religioſa diſciplina ſuas dicendo opiniones, & modeſtia ab omnibus ſervetur, ita ut quiſque ſuo loco, & ordine ſententiam ferat placide, & quiete, clare, breviter, & ſine repetitione, nemo adverſetur, ſed in quod plures conſenſerit, ratum eſſe ſibi quiſque perſuadeat, nec dicat ſibi non probari, quod a majori parte decretum fuerit, niſi jus, & ratio aliud omnino ſuaderet.

De Eligendi Forma.

Primo nominetur a Superiore Generali, & a Capitulo approbetur unus Capitularium Secretarius idoneus, qui decreta Capituli diſtincte, & ordine deſcribat, nominentur etiam eodem modo duo Scrutatores ca corpore dicti Capituli, qui ſimul

cum dicto Secretario ſuffragia ſcrutabuntur, jurentque Electores, ſecundum veritatem cujuſque conſcientiæ probiores, ac magis ideoneos ſe electuros; inſuper Secretarius, & Scrutatores ſe rite, & fideliter munus ſibi commiſſum obituros.

Mox procedant hi tres in medium, ſedeantque coram omnibus ad menſam ad hoc paratam, præſidente Reverendiſſimo Abbate Superiore Generali, aut ejus Vicario, non tamen audiente, cum petuntur nomina eligendorum; ſuper quam ſint duæ urnæ cum charta, & attamentario, & nomina omnium eligentium deſcribat Secretarius, dum cæteri vocales, quos eligere ſecundum Deum debent, cogitant.

Statum Præſidens a præfato Secretario petat tria, aut plura nomina eligendorum, quæ voluerit in totidem Schedulis ſcripta ſeparatim, & quibus acceptis unum, quod voluerit dictus Præſes, aut eligens, mittat in urnam primam, & alia inutilia in alteram ſecundo.

Accedat, qui a præfato Præſidente primus fuerit, & ſimiliter faciat, mittens in dictam urnam nomen ejus, quem duxerit eligendum. & ita omnes vocales per ordinem, nec non & prædicti Scrutatores, & Secretarius, qui Schedulas ſuas ſcribere debebit coram Scrutatoribus, ut Schedulæ omnes ſcribantur eadem manu.

Quibus finitis, fiat interScrutatores collatio ſuffragiorum, quibus regulatis, & bene verificatis, ſcribat Sacretarius electionem ejus, pro quo plures ſupra medietatem eligentium ſuffragati fuerint, & ſtatim coram omnibus eam legat, & publicet in hunc modum. In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti celebrata fuit electio canonica Superioris talis Domus per Reverendiſſimum N. Abbatem Superiorem Generalem, & RR. PP. NN. in præſenti Capitulo vocales, rite, & canonice in Spiritu Sancto congregatos, in qua quidem electione Frater N. habuit unum votum, Fr. N. duo, Frater N. ſex, & cum habuerit tot vota ſupra medietatem, ideo fuit canonice electus. Quapropter ego Frater N. Ordinis, & Congregationis reformatæ S. Antonii Presbyter Religioſus Profeſſus, & dicti Capituli Generalis Secretarius nomine meo, ac nomine Capituli, ac omnium Capitularium in Superiorem talis Domos præſatum R.P. N. cum tot ſuffragiis, ſicque canonice electum publico, & denuncio. In Nomine Patris &c., quod obſervari volumus in omnibus electionibus, in quibus formam a Capitulo Generali ſarvatam ſemper retineri mandamus.

Priuſquam ad electiones deveniatur, in primis, & ante omnia prælegantur Conſtitutiones, de qualitate, & requiſitis eligendorum.

Ad officia, gradus, & prælaturas illi præcipue eligantur, qui poſſint, & conſueverint Regulas Ordinis, & Conſtitutiones obſervare, præſertim, quæ pertinent ad ſervitium chori, ac victum, & veſtitum communem.

Declaramus autem, officia ſupradicta in una, eademque perſona eſſe incompatibilia, ea videlicet, quæ in Capitulo de electionibus ſupra deſcribuntur, omnemque electionem eſſe nullam, quæ contra, vel non ſervata forma in Conſtitutionibus deſcripta facta fuerit.

Ordo Electionum.

Prima electio fiat de Priori Clauſtrali hujus Monaſterii. Secunda de quatuor Definitoribus Capituli Generalis. Tertia de duobus Viſitatoribus. Quarta de Procuratore Generali. Quinta de Superioribus Localibus ordine antiquitatis Domorum. Sexta de Superiore hujus Monaſterii. Septima de Magiſtris Novitiorum, quæ tamen poterit ſecunda, aut tertia fieri arbitrio Capituli Generalis.

In caſu autem, quo electio Reverendiſſimi Abbatis Generalis in Capitulo Generali veniret facienda, prima fiat.

Electio autem canonica non cenſeatur, niſi unus ſolus plures voces habeat, quam cæteri omnes ſimul, ita ut major pars Capituli libere in unum conſentiat.

Si vero nullus primo ſcrutinio cæteris omnibus plures voces habeat, iterum ſuffragia ferantur eodem, quo ſuperius modo. Si autem neque ſecunda, neque tertia vice unus plus, quam reliqui omnes, habuerit, ſi vero concurrant duo, aut plures, qui æqualia habeant, eligatur antiquior profeſſione, & inter profeſſione, & ſuffragiis æquales, eligatur ætate major, & ejuſmodi electio canonica cenſeatur.

De Abbate Generali.

Abbas Superior Generalis Ordinis, & Congregationis Reformatæ Sancti Antonii Viennenſis ea ſingulari, & illæſo Sanctæ Sedis privilegio e miſtico corpore Congregationis per canonicam electionem ſemper fuit aſſumptus, ſicut impoſterum ea gremio Congregationis Reformatæ ſemper eſt aſſumendus, & in caput Ordinis elevandus, non ut poteſtate dominante, ſed charitate ſerviente honorem promereatur, quo illum cæteri Fratres debent efferre, dicit enim Chriſtus, Ecce Ego Sum inter vos tamqam qui miniſtrat, non erga ſe erigat tamquam dominaturus in Clero, ſed forma Gregis factus, ſit tamquam unus es reliquis Fratribus, vel illos morum, & vitæ integritate præcedat, ut fidelis Miniſtri, & ſoliciti Paſtoris partes ſuſtineat, & eam, quam tenetur, Summo Paſtori de commiſſo Grege reddere poſſit rationem.

Quia in Monaſterio Sancti Antonii Viennen. Reliquiæ Sacræ ipſius Beatiſſimi Patris Antonii aſſervantur, in eoque jacta fuerunt prima totius Antonianæ Familiæ fundamenta, ideo Caput univerſi Ordinis, & Sedes Superioris Generalis ordinaria exiſtit, a qua abeſſe ſine gravi cauſa, & pro bono totius Congregationis non debet, niſi viſitationis munus obeat, aut forte valetudinis

dinis conſervandæ cauſa per aliquot dies non procul in aliqua Ordinis æde moram trahere cogeretur.

Ad Conventum præfati Monaſterii pariter ſpectat electio ipſius Abbatis Superioris Generalis, admiſſis omnibus Religioſis Præsbyteris Congregationis noſtræ Reformatæ, & aliis Ordinis Religioſis, quibus competit ſecundum antiqua ſtatuta; ſed quo ad vocem activam tantum, dummodo præſentes fuerint, vel ſupervenerint, aliquos enim vocare non tenetur, & ſtatim, ubi canonice, & ſecundum præſentes conſtitutiones fuerit electus, confirmatus exiſtat, & univerſo Ordini tamquam caput præſideat, beneficium tamen ſolemnis benedictionis more Abbatum, & Prælatorum Baculo, & Mytra utentium recipere non differet, ut plenarie ſibi collatis privilegiis in Ordinis utilitatem uti, & potiri valeat.

Ejus ſupellex ab aliorum Fratrum ſupellectili non differat, exceptis Abbatialis dignitatis inſignibus, pecunias, penſiones, vel redditus peculiares non habeat, ſed de communi ære Monaſterii neceſſaria ad perſonam, & officium illi decenter ſubminiſtrentur.

In communi Refectorio refectionem ſumpturus, ab aliis diſtinctus propter reverentiam ſedeat, nec alibi comedat, niſi hoſpitum religioſa excuſetur receptione, in qua talem modum ſervabit, quo diſciplina religioſa non periclitetur, vel paupertas violetur.

Munerum largitionem ſibi interdictam non dubitet, niſi ut ſupra, & alias juxta formam dictæ Conſtitutionis Clementis Octavi.

Quamvis illius obedientiæ, & juriſdictioni ſubſint omnia, & ſingula totius per totam Chriſtianitatem diffuſi Ordinis perſonæ Præceptoriæ, Eccleſiæ, Cappellæ, & quæcumque alia beneficia, Altaria, Oratoria, & Confraternitates ſub invocatione Sancti Antonii inſtituta, & erecta, & in poſterum inſtituenda, & erigenda, eorum tamen bona immobilia, vel mobilia quæcumque alio non transferat, nec transferri permittat.

In ipſo viſitationis actu non immoretur, ſed actum expediat, ne expenſis Præceptoriæ, & Domus graventur, in quibus ſi diu commorabitur poſt expletum viſitationis munus, vel alias quomodolibet, expenſæ omnes ex redditibus dicti Monaſterii Capitis Ordinis deſumantur, aliis, quam Religioſis Fratribus in comitatu non utatur, & illos aſſumat, qui conſilio, & prudentia ſint præditi, quorum unus ſecreti tenax Secretarii vices obeat, poterit etiam habere famulum unum ſecularem equitem, alioſque duos pedites.

Cum inter cætera Congregationis reformatæ privilegia illud notabile ſit, quo præcipitur, ut nullus eligatur in Abbatem, & Superiorem Generalem ipſius Ordinis, & Congregationis, qui non ſit de gremio ipſiuſmet Congregationis reformatæ, idcirco electio, quæ contra hoc decretum facta fuerit, nulla ſit, & nullius effectus, qui vero contrafecerit, aliquem videlicet elegerit, qui non ſit præfatæ Congregationis reformatæ Presbyter Religioſus expreſſe profeſſus, excommunicatus ipſo facto exiſtat; Vota autem, ſeu ſuffragia eligentium aliquem non reformatum nulla ſint, & pro nullis habeantur, & de cæteris reformatum eligentibus ſit canonica electio, nec eligatur, qui non fuerit ex legitimo thoro natus, trigeſimum ſuæ ætatis annum non compleverit, quique vitæ experientia probatus, ſcientia, & moribus idoneus non fuerit.

Si faſcinante Diabolo malorum omnium ſuggeſtore aliquis Abbas Generalis Superior in hæreſim caderet, vel de carnali copula convinceretur, aut aliquam partem bonorum Ordinis judicio Capituli Generalis notabilem in propriam utilitatem, vel alienam convertiſſet, vel ab inſtitutis Congregationis noſtræ reformatæ receſſiſſet, aut aliquod crimen a Jure Civili capite, vel a Canonico depoſitione plectendum admiſiſſet, ſive alias inhabilis factus fuiſſet, cum ſane (quod nunquam ſperamus) ab ipſo Generali Capitulo deponendum decernimus.

Quotieſcumque Sedem Abbatialem quocumque modo vacare contigerit, & Ordinem, Congregationemque noſtram Generali Paſtore deſtitui, ne interea prædonum incurſibus pateat, & ejus negotia neglecta diſpereant, ſeu etiam religioſa diſciplina relaxetur, poteſtas Abbatialis, juriſdictio, regimen, & adminiſtratio ad Priorem clauſtralem, & quatuor Deffinitores noſtræ Congregationis devolvatur, & eo ipſo devoluta ſit, & cenſeatur, ad ipſoſque pertineat univerſitati Ordinis, & Congregationis, eorumque negotiis ſecundum conſtitutiones providere, tam in ſpiritualibus, quam temporalibus, quoad de Succeſſore canonice proviſum fuerit juxta dictæ noſtræ Congregationis privilegia.

Cum vero præfatus Abbas Generalis Superior vitæ functus fuerit peractis ejus exercitiis, ad electionem Succeſſoris procedatur ſtatim, cantata prius una Miſſa ſolemni de Spiritu Sancto, in qua omnes Sacerdotes, qui electioni intereſſe habebunt, communicent unico Corpori Domini Noſtri Jeſu Chriſti, ut uno, eodemque Spiritu Sancto informati, de Prælato ſibi ſalubrius providere poſſint, quo expleto in loco Capituli conſueto congregatis, prælegatur decretum in Bulla Reformationis contentum, quo cavetur, ne quis eligi poſſit in Abbatem Generalem Ordinis Superiorem, qui non ſit de gremio præfatæ Congregationis reformatæ, deinde procedant ad ejus canonicam electionem, quam nullam eſſe decernimus, niſi fuerit ſervata forma ſuperius tradita, & alias quovis modo Sedes Abbatialis vacare contigerit, idem obſervetur.

De Priore Clauſtrali.

Prior Clauſtralis hujus Monaſterii, quem ſecundam perſonam totius Ordinis eſſe volumus, ſit Sacerdos, perſona gravis, antiquus in Ordine, converſatione, moribus,

bus, & integritate vitæ commendabilis, rerum, & jurium Ordinis peritus, cujus officium ſit in hoc Monaſterio degentium Religioſorum curam, & correctionem ſub auctoritate Abbatis Generalis Superioris habere, & exercere, & eos exemplo, vita, & verbo doctrinæ inſtruere in bono, & malo etiam revocare, zelum Religionis habens ſecundum ſcientiam.

Pervigilet, ut obſerventur Regulæ, & Conſtitutiones Ordinis, & Reformationis, nec abſit a Monaſterio, niſi gravis neceſſitas urgeat, & tunc ad modicum tempus, & de licentia Reverendiſſimi Abbatis conventuale Capitulum prima cujuſque menſis die non impedita, & toties opus eſſe judicaverit convocet.

De Definitoribus Capituli Generalis.

Cum ex privilegio Summorum Pontificum Martini V., & aliorum indultum ſit Abbati Generali, & Capitulo Generali, quod pro definiendis cauſis, litibus, & controverſiis dirimendis, ac negotiis emergentibus terminandis, aliquos Judices, quos Definitores nominamus, poſſint eligere, idcirco virtute dicti privilegii, & juxta antiquam noſtri Ordinis conſuetudinem ſtatuimus, ut in quolibet Capitulo Generali eligantur quatuor Definitores, quorum officium ſit tempore Capituli Generalis congregati ſimul cum Reverendiſſimo Abbate definire, expedire, decidere, & terminare, minora quæque negocia, gravioribus Capitulo reſervatis. Item Diſcretorum Literas examinare, & omnia, quæ ab eis, aut ab aliis allata ſunt ad Capitulum referre, & quæ referenda non videbuntur reiicere.

In interſtitiis vero Capitulorum Abbas Superior Generalis de eorum conſilio, aut ſaltem duorum ex ipſis, omnia, quæ ad mores, & ad regulæ, ac Conſtitutionum exactam obſervantiam, ac totius Religionis, aut cujuslibet particularis familiæ gubernationem pertinent, ſimiliter poſſit definire, omniaque, & ſingula negotia ab uno Capitulo uſque ad aliud emergentia, quæ dilationem non patiuntur, terminare, Superiores Definitores, & Officiarios, qui inhabiles facti fuerint deponere, & loco eorum, atque decedentium alios, per ſecreta ſuffragia ſufficere uſque ad proximum Generale Capitulum, Congregationes Fratrum de novo inſtituere in Domibus, ſeu Præceptoriis, quæ deinceps Congregationi noſtræ reformatæ unientur, eiſque Superiores per ſecreta, ut præfertur, ſuffragia præficere Religioſos de Domo in Domum, quando neceſſe fuerit transferre, & omnia, quæ in Definitorio fuerint decreta, in libro ſcribant, quem Capitulo Generali exhibere tenebuntur.

De Viſitatoribus.

In ſingulis Capitulis Generalibus eligantur duo Fratres Sacerdotes, pietate, prudentia, doctrina, & rerum experientia præditi, qui auctoritate Capituli Generalis munus viſitationis juxta formam ſibi ſecundum Sacros Canones, ac Conſtitutiones apoſtolicas, & præſertim decreta Sacri Concilii Tridentini præſcriptam; Secundo infra triennium anuo obeant, niſi ipſe Abbas Superior Generalis obeat.

Cum ad Domos viſitandas pervenerint, in primis patentes Literas Superiori locali exhibeant, & in munere viſitationis nihil de novo inſtituant, vel immutent, ſed collapſa reſtaurent, & in omnibus juxta Concilium Tridentinum procedant, expenſas faciendas in viſitationibus Domus viſitandæ a Capitulo Generali taxandas ſuſtineant, non ſimul tamen procedant, ſed quiſque partem ſibi aſſignatam cum ſocio idoneo a Definitorio ſibi adiuncto viſitet.

In correctionibus criminum, & aliis gravioribus negotiis ſemper requirant, Seniorum Patrum Conventus, vel majoris eorum partis conſilium; Caveant maxime ne Superiorum auctoritatem apud inferiores, & inferiorum erga Superiores reverentiam, obedientiam, & confidentiam non minuant, non etiam aliquid de ipſarum Domorum libris, aut utenſilibus dare, aut ſumere poſſint, niſi de Superioris conſenſu.

Finita viſitatione, acta, quæ confecerint ad Superiorem Generalem referant, nec ultra triennium, niſi de novo eligantur viſitandi ſuſceptum munus prorogent.

De Procuratore Generali.

Exigit Ordinis, & Congregationis conſervatio, ut aliquis in Curia Romana Religioſus deputetur, qui res, & negotia prædicti noſtri Ordinis, & Congregationis procuret, & gerat, quapropter in Capitulo Generali eligatur aliquis Fratrum peritus, bonus Congregationis zelans, qui Procurator Generalis appelletur, ea maxime de cauſa inſtituendus, ut Fratrum diſcurſus, & diſtractio, & plurima alia incommoda evitentur.

Fidelitatem, prudentiam, & dexteritatem habere ſtudeat, invigiletque, ne quid in dicta Curia tranſeat, vel agatur in præjudicium Ordinis noſtri, & Congregationis, non ſe ingerat in agendis negociis ſecularium, nec intentare poſſit aliquod negotium, totum Ordinem, aut Congregationem reformatam, aut aliquem noſtri Ordinis Religioſum concernens abſque Generalis, & Definitorum expreſſa licentia.

Superiores ſingularum Præceptoriarum, ſeu Domorum ſint Sacerdotes, ætate provecti, doctrina, moribus commendabiles, charitate, & prudentia præditi, ac in Generali Capitulo electi, quorum officium (quod uſque ad ingreſſum ſucceſſoris extenditur) eſt opere, & ſermone, exhortari ad Regulæ, Conſtitutionumque obſervantiam.

Caveat iſte Superior, in victu, ac veſtitu aliquid ſingulare, niſi infirmitatis cauſa admittare, familiaritate, aut indulgentia alios offendere, bonas conſuetudines a Generali Supe-

Superiore, & a Capitulo approbatas immutare, vel propria auctoritate novas introducere.

Si quando cum ſuis, aut ſecum diſpenſandi neceſſitas requirat, id levi de cauſa non faciat, neque aliquid cum integra Communitate in regulari vita mutet, vel omittat, niſi gravi ea cauſa Superioris Generalis, & Definitorum judicio probanda.

Officia minora domeſtica, veluti Janitoris, Sacriſtæ, Coqui, Infirmarii, Excitatoris, & his ſimilia diſtribuat, & de adiutorio illis proſpiciat, ſi neceſſarium fuerit, ne labora graventur, ſit ſolicitus, ut hujuſmodi Officiarii ſuo rite fungantur officio, & ea auferat a Miniſtris, quando expedire videbitur.

In capite tamen Ordinis propter multiplicem, & pretioſam Sacriſtiæ ſupellectilem, & Chori amplitudinem pro majori dictæ ſupellectilis ſecuritate, & divini officii decore, Sacriſta, & Chori Magiſter a Superiori Generali, Priori Clauſtrali, & quatuor Definitoribus inſtituentur, & cum opus fuerit, deſtituentur.

Meminerint tamen Superiores non facile auferenda officia, quæ indigent experientia.

Beneficium aliquod notabile non ſuſcipiat, niſi de conſenſu Reverendiſſimi Generalis, & Definitorum, Officiarii vero ſubordinati nihil immutent in ſuis officiis, ; ‑c alibi ſine ejus licentia.

Singulis menſibus, vel ſæpius, ſi neceſſitas exigit Superiorem Generalem de ſtatu familiæ ſibi commiſſæ per Literas certiorem faciat, eumque de gravioribus conſulat, fratres, quando neceſſitas, vel utilitas ſuadebit, convocare poſſit.

Unionem fraternam, & conformitatem mutuam obſervandam, curet, & ideo ſingulares familiaritates, & amicitias diſſolvat, perturbationem, vel iram mutuam inter domeſticos non ferat; ſed ſi quid hujuſmodi acciderit, ſtudeat, ut ſtatim juxta regulam noſtram cum ſatisfactione debita in gratiam mutuam redeant.

In Refectorii communitate inter manducandum via loquatur, & ſi in lectione communi aliquid occurrat pro inſtructione Fratrum, illud explicandum in aliud tempus differat.

In minoribus culpis ordinarias tantum pœnitentias imponat, quales ſunt publica repræhenſio, edere in parva menſa, orare in Refectorio, oſculari terram, dicere culpam ſuam, & ſimilia non graviora.

Crebro, & magnæ charitatis ſignificatione alloquatur Fratres, eorumque neceſſitatibus non animi tantum, ſed etiam corporis paterno effectu proſpiciat.

Habeat Inventaria utenſilium omnium Officialium ſuorum ſeparatim deſcripta, ut ea novis Miniſtris tradat, & exactis eorum officiis repetat, habeat clavem ita fabrefactam, ut cum videbitur ſibi, Cellas omnes reſerare poſſit, & propterea nullus Cellam etiam noctu ita claudat, quin ſemper a Superiore poſſit aperiri.

De Superiore hujus Monaſterii, & Vicariis Domorum.

Superior hujus Monaſterii eligatur in Capitulo Generali Vir pius, & eruditus, qui Prioris clauſtralis abſentis, vel impediti vices eadem, qua ille, auctoritate gerat.

Præceptoriariarum vero, & aliarum Domorum Superiores, Vicarios ſibi conſtituant, eiſque ſuas vices committere poſſint, ſicut, & illos amovere, cũ expedire viderint, illis tamen ubi Superiores ipſi morentur curam totius familiæ committimus, donec de Superiore fuerit proviſum, quos hortamur, ut Gregi prodeſſe magis, quam præeſſe opere, & exemplo conentur.

De Magiſtris Novitiorum, & eorum Sociis.

Magiſtri Novitiorum electio inter Priores judicio Capituli Generalis fiat ſine præjudicio majorum Superiorum, ut ſic magis idonei facilius eligi queant; Socii vero in adjutorium cum neceſſarii illis fuerint a Generali Superiore, & Definitoribus per ſecreta ſuffragia electi inſtituantur.

Horum autem omnium ſcilicet Prioris clauſtralis, & ejus Superioris, Definitorum, Viſitatorum, Procuratoris Generalis, Superiorum localium, Magiſtrorum Novitiatuum, ac ſociorum munera, ſive officia juxta Bullam Sacræ Reformationis noſtræ triennalia ſint, liceat tamen Capitulo Generali, ubi manifeſte cognitum fuerit expedire eoſdem omnes, aut eorum aliquos ad aliud triennium, & non ultra in eodem, quod geſſerint, officio confirmare, a quo tandem abſoluti per aliud ſimile triennii ſpatium officio vacent, exceptis Novitiorum Magiſtris, qui tamdiu continuari, & confirmari poterunt, quamdiu in educandis Novitiis utiles judicabuntur.

De Diſcretis.

Diſcreti Domorum ſint Sacerdotes, & in Capitulo cujuſque privatæ Domus eligantur, ut ad Capitulum Generale cum ſuo Superiore ſe conferant, ut Superiorem Generalem, & Definitores Capituli certiores faciant de ſtatu Domus, a qua deputati fuerint, atque de anguſtiis, & difficultatibus ejus, & quomodo Superiores officii ſui tempore ſe geſſerint erga inferiores, & contra quos ſe inferiores erga Superiores præſtiterint, quomodo ſervata fuerit Regula, & Conſtitutiones, quæ denique ſit totius Domus tam ſpiritualis, quam temporalis conditio. Illorum autem electioni intereſſe poterunt omnes Clerici in Sacris conſtituti, licet triennium poſt profeſſionem non compleverint, quoad vocem activam tantum.

Nihil autem ad Capitulum deferant, ſive a Domo, a qua ſunt delegati, ſive a ſingularibus Fratribus, niſi ſcriptum, & mandantium propria manu ſubſcriptum ſit, mandato vero Domus, quæ palam in Capitulo, abſente Superiore, dabuntur ſigilli ipſius Domus impreſſione firmentur, ſin minus fides ei non adhibeatur.

De

De Officiariis Domorum, & de Procuratore.

Demandetur a Superiore Generali adminiſtratio, & diſpenſatio rerum temporalium, pecuniarum, & redditunm cujuſque Domus tribus Fratribus idoneis, qui ad ejus nutum amovibiles ſint, itaut unus, qui Procurator vocabitur, rerum, & bonorum, redituumque colligendorum, ac exigendorum curam habeat, omniaque temporalia adminiſtret, lites, aut proceſſus inſtruat, & proſequatur, & cum opus ſuerit, moveat de conſilio, & conſenſu Superioris, locationes etiam, & alia neceſſaria inſtrumenta de eorum conſenſu, ſicut & majores proviſiones rei familiaris pecuniis ex capſa depoſiti extractis faciat. Donatorum, vel Converſorum opera utatur in ſubſidium, adhibeat prudentiam, integritatem, ſinceritatem, dexteritatem, & cum a ſecularibus moribus, tum ab omni avaritia, fraude, mendacio, calumnia ſumma abhorreat, exemplo virtutis ſit omnibus, & nemini noceat, ſed eos benevolos conſervet, quorum opera ad negocia peragenda indiget, ſæpe de rebus peractis, vel peragendis cum Superiore conferat, ſcripturas, & originalia inſtrumanta, & titulos diligenti cuſtodia ſervet in Archivio ad hoc deſignato, cujus clavem unam habeat, Superior alteram, & Depoſitarius tertiam.

Cubiculum clavi obſeratum habeat ad ſervandas ſcripturas, & alia, quibus ad procuratorium munus indigebit, cumque aliquas ex archivio accipiet, earum memoria relinquat in libro, qui in eodem Archivio recludetur, notatis menſe, die, & anno, quas cum ſuo tempore reſtituet, ex eodem libro expunget. Omnes proventus, & tempora, ſive terminos, quibus colligendi, ſunt in peculiari libro ſcribat, & ſeorſum ſummam contractuum, & locationum, quæ ad breve tempus ſunt; quaſcumque res, aut pecunias ex fructibus Domus perceperit, addito a quibus, & unde provenerint, etiam ſcribat ſeorſum.

Archivia Generalia Ordinis in hoc Monaſterio conſtruantur, in quibus documenta totum Ordinem in communi concernentia, ſeu eorum autentica tranſumpta reponantur, & etiam privata alia diſtincta hujus Monaſterii.

De Sigillis.

Quandoquidem uſus invaluit, & conſuetudo, ut Inſtrumenta publica, Literæ teſtimoniales, proviſiones officiorum, Beneficiorum collationes, dimiſſoriæ, & alia multa, quæ reſcribere in dies oportet, fidem plenam non faciant, nec legitima cenſeantur, niſi mandantium, & reſcribentium ultra Chirographa Sigillis roborentur; Propterea Sigilla habere in Congregatione noſtra neceſſarium ducentes, & ne varientur, aut ultra modum multiplicentur, habeantur, & cuſtodiantur, ut ſequitur.

In Monaſterio igitur S. Antonii Viennen., quod eſt caput Ordinis, ſit Sigillum cæteris majus, in quo ſit imago exarata Sancti Patris noſtri Antonii cum hac circumſcriptione: Sigillum Capituli Generalis Communitatis reformatæ Ordinis S. Antonii, quod ſervabitur in prædictis Generalibus Archiviis ſub tribus clavibus, quarum unam ſervabit Superior Generalis, alteram primus Definitorum, tertiam ſecundus, quas alteri non committent, niſi ſit unus de reliquis duobus Definitoribus, quo quidem Sigillo muniri debent inſtitutiones, vel commiſſiones Superiorum, Novitiatuum erectiones, uniones, & ſeparationes, contractuum approbationes, & confirmationes, atque etiam acta Generalium Capitulorum.

Abbas Superior Generalis ſuum habeat Sigillum cum prædicta Imagine, & hac circumſcriptione, Sigillum Abbatis Generalis Ordinis Sancti Antonii, in cujus ſuperiori parte inſculpatur Mitra, & Baculus Paſtoralis, ejus dignitatis inſignia; eo utetur, ut ratio, & jus ſuadebunt, & erit magnitudinis paulo minoris, quam Generalis Capituli.

Viſitatores ſua Sigilla habebunt æqualia magnitudinis, & formæ cum dicta Imagine, & hac inſcriptione, Sigillum Viſitatoris Ordinis Sancti Antonii, & erunt paulo minora, quam Superioris Generalis.

Prædicti Monaſterii Conventus ſuum habebit Sigillum, in quo ſit prædicta Imago cum inſcriptione hac, Sigillum Conventus Monaſterii Sancti Antonii Viennen., alia pariter Domus, & Præceptoria ſua habebunt Sigilla, in quibus ſit eadem Imago, & ſequens inſcriptio: Sigillum Præceptoriæ S. Antonii talis loci, ſintque ejuſdem amplitudinis cum Sigillis Viſitatorum.

Ex prædictis vero Sigillis in unaquaque Præceptoria, ſeu Domo ſit unum commune minus apud Superiorem, aut alium ab eo deputatum, quo omnes literæ mittendæ firmentur, & aliud majus, quo omnes expeditiones, & inſtrumenta nomine Superioris, & Congregationis fieri ſolita ſigillentur.

De Depoſitario.

Depoſitarius omnem Annonam a Procuratore collectam, & omnes majores rei familiaris proviſiones ab eo factas diligenter ſervet, omniumque ſuæ fidei commiſſorum facto eorum inventario curam, & cuſtodiam habeat, ut quandocumque Superiori beneviſum ſuerit, fides ejus in eis rite conſervandis, & reddendis appareat. Pecuniæ vero a Procuratore exactæ cum libro computorum accepti, & expenſi in capſam tribus clavibus obſeratam conjiciantur, quarum quidem clavium una ſit penes Superiorem, altera penes ipſum Procuratorem, tertia penes Depoſitarium.

Videat quid cuique Fratrum opus ſit, & mandante Superiore illis provideat, ne quid ſuperflui ſit, vel depereat, ſed omnia ſint munda, & apta, & ſi quid indecens reperiat, vel non licitum, Superiorem moneat, veſtium mutationes obſervet, & omnia, quæ

quæ ad veſtiarium pertinent, ſibi commiſſa nieatur, & de præſcripto Superioris diſtribuat, linteamina etiam Refectorii, & culinæ mutet diebus conſuetis, vel Refectorii miniſtro apponenda largiatur. Granorum pariter, quæ erunt in borreo, curam geret.

De Diſpenſatore.

Diſpenſator univerſæ Domui de neceſſariis quoad eſeolenta, & poculenta, mandante Superiore, non ſecundum proprium affectum, ſed juxta charitatis regulam veluti bonus diſpenſator de rebus in Cellario acceptis provideat, curam cellæ vinariæ, & panariæ, Refectorii, & culinæ utenſilium habebit, & de illis facto inventario rationem Superiori reddet; Proviſiones vero diales, & minores de ejus ordine fient ab emptore, qui quidem emptor a Procuratore pecunias ad hunc effectum accipiat, illique ſingulis diebus de expenſis rationem reddet.

De Adminiſtratione temporali in hoc Monaſterio.

Cum certiſſimum ſit ex multitudine oriri confuſionem, quam ordini, & communi concordiæ maxime contrariam nemo neſcit, & illam vitare omnino neceſſarium, ut omnis devota Congregatio ordo ſit, non Chaos; propterea cognita hujus Monaſterii (quod eſt Ordinis caput) multiplicitate in dies emergentium negociorum, pro quibus peragendis, contractus quidam modus, & compendioſa aliqua ratio aſſumenda fuit, ne totus Conventus per frequentiorem Capituli convocationem ab iis occupationibus retrahatur, idcirco præfati Monaſterii Capitulum Conventuale deputabit tres de peritioribus Patribus, quos Conſultores nominabit, de quorum conſilio, & conſenſu, præſidente Priore clauſtrali, vel eo abſente, Subpriore, omnia illius bona temporalia, & negocia Procurator adminiſtrabit, tractabit, & peraget, exceptis tamen Vicariatus literis, Procurationibus Generalibus, locationibus, ſeu affictationibus, quæ pretium ducentarum librarum excedent, debitorum dimiſſionibus, ſeu quietantiis generalibus, conventionibus ſuper reparatione, vel ædificatione, quæ pretium centum librarum excedent, obærationibus, vel mutuationibus ſupra ſexaginta libras, proviſionibus beneficiorum, officialium ſecularium inſtitutionibus, diminutionibus affictationum, & emphyteuſium, quæ ipſi Capitulo reſervabuntur ſemper.

Conſultores prædicti deliberationes ſuper adminiſtratione factas ſcribent in libro exhibendo Capitulo locali cum libris accepti, & expenſi per tres Fratres adminiſtratores temporalium, & id fiat initio cujuſque menſis, ut inde quoquomodo temporale regatur, a Capitulo cognoſci poſſit, & prout erit neceſſe, ab eodem ordinario.

Cæterum Procurator, Depoſitarius, & Diſpenſator tam impenſi, quam accepti ſingulis menſibus Superiori locali, adhibitis ejuſdem Domus ſenioribus, rationem reddant. Denique ipſe Superiori Generali, vel Viſitatori.

Demum ipſe Generalis, & Viſitator in quolibet Capitulo Generali, ſaltem coram tribus Judicibus ab ipſo Capitulo deputatis, illorum omnium, univerſæque ſuæ adminiſtrationis tam publicæ, quam privatæ rationem reddere teneantur, cujus etiam rationis exempla authentica in Archiviis reponantur.

Decretum Concilii Tridentini inſequentes, ſtatuimus, & inhibemus, ne plures in Domibus noſtris ponantur, aut inſtituantur Fratres, quam qui ex redditibus propriis cujuſque Domus honeſte ſuſtentari, & de neceſſariis provideri poſſint.

Omnem etiam Ordinis perturbationem vitare volentes, ordinamus, ut quæ ex Domibus, ſeu Præceptoriis noſtris lites impoſterum, ſeu cauſas ad judicium habebunt ducendas, earum tractationi neceſſarios ſumptus impendant: quando vero lis, ſeu cauſa ad totum ſpectabit Ordinem, tunc æraria communia controverſiæ expenſas miniſtrabunt. In caſu autem, quo privatæ Domus impenſas ferre ob nimiam paupertatem non poſſent, ex eodem communi ærario deſumantur.

De officio Seniorum cujuſque Domus.

In unaquaque Domo ſint duo, aut tres ſeniores pro numero Religioſorum a Capitulo locali electi canonica electione, pietate, prudentia, & experientia commendabiles, quorum conſilium Superior requirere debeat in rebus majoris momenti: qui quidem ſeniores neceſſitate cogente pro communi domus utilitate poterunt invicem convenire, & unum deputare, qui Superiorem cum reverentia, & debita ſubmiſſione moneat de iis, quæ ipſi ſeniores judicaverint, ſive ad perſonam, ſive ad ejus officium juxta Regulam, & Conſtitutiones pertinere: qui ſi non adhibeat remedium, iterum, & ſæpius admonitus, ad Generalem referant, quæ modum, & vires eorum excedunt, ſubordinationem tamen, & obſervantiam erga Superiorem non idcirco prætermittant, & ipſe Superior, cum aliquid ei proponitur, patienter, & benigne audiat.

De receptione Exterorum.

Non longe ab introitu cujuſque Domus ſit locus aptus ad recipiendos externos tam regulares, quam ſeculares pro quacumque cauſa advenientes, & ſi qui ſunt cibandi, ad commune Refectorium cum Fratribus non admittantur, niſi propter aliquam conditionem, præſertim virtutis; eiſque menſa frugalis apponatur, & paupertatem redolens, neque liceat eos plus una die retinere, niſi ſint Religionis noſtræ benefactores, & benemeriti.

Nemo

Digitized by Google

Nemo, qui ad loquendum cum hoſpite extraneo fuerit adhibitus, illum alloquatur, vel moneat, aut doceat de rebus, quæ in Domo aguntur, vel agenda ſunt, nec quiſquam aliorum Fratrum ei alloquatur ex profeſſo, niſi habeat peculiarem a Superiore licentiam.

De Pœnis.

Licet in charitate, & in ſpiritu manſuetudinis, & non in virga Fratres noſtri debeant regi; quia tamen aliquibus nimia benignitas obeſſe ſolet, ideo ne tranquillitas Ordinis turbetur, pœnæ delinquentibus imponantur, itaut primum charitative debeant admoneri, tum increpationibus corrigi, poſtmodum ſubſequentibus, vel aliis hujuſmodi pœnis pro arbitrio Superioris, & qualitate culpæ augendis, vel minuendis coerceri, in infligendis tamen pœnis gravioribus juris ordo ſervetur.

De pœna levi.

Pœna levis erit de defectu reprehendi, ſeu increpari, aliquam orationem injunctam recitare, Fratrum pedes oſculari, brachiis extenſis breviter orare, culpam ſuam palam pronunciare, veniam a Deo, & a Fratribus poſtulando. Iſtæ, & ſimiles pœnæ imponantur eis,

I. Qui in Templo, vel Oratorio ſtrepitu, curioſitate, irreverentia, vel aliquo parum religioſo geſtu alios turbaverint, vel offenderint.

II. Qui injuncta a communi tabula officia negligenter perſolverint.

III. Qui in genuflexionibus, inclinationibus, & aliis cæremoniis negligentiores ſæpius fuerint.

IV. Qui pro victu, & veſtitu, vel alia qualibet re murmuraverint.

V. Qui in habitu aliquid notabile habere præſumpſerint.

VI. Qui ſcurrilitatibus alios ad riſum provocare conſueverint.

VII. Qui in Domo extra horam ſine licentia manducaverint.

VIII. Qui per negligentiam Choro, communibus exercitiis, aut primæ menſæ non interfuerint.

De pœna graviori.

Pœna gravior erit a vino abſtinere per diem, jejunare in pane, & aqua, diſciplinam ſuſcipere, humilibus actibus, a quibus natura repugnat, exerceri, flexis genibus in Capitulo ab omnibus Fratribus de defectibus, & culpis exterioribus proclamari: his, & ſimilibus pœnis plectantur,

I. Qui Superioribus ſuis irreverenter, & ſuperbe reſpondere præſumpſerint.

II. Qui convicio, maledicto, & criminis objecto aliquem læſerint.

III. Qui literas ſine Superioris licentia miſerint, aut receptas legerint.

IV. Qui res ſibi collatas ſuis Superioribus celaverint.

V. Qui cum ſecularibus ſine neceſſitate, & Superioris venia ſæpius loqui præſumpſerint.

VI. Qui malitioſe aliquid, quod Congregationi poſſet nocere, dixerint.

VII. Qui extra Monaſterium ſine licentia, aut grandi neceſſitate cum ſecularibus aliquid cibi, aut potus acceperint.

De pœna graviſſima.

Pœna graviſſima erit ad tempus in carcerem trudi per aliquot annos, voce activa, & paſſiva privari, omni adminiſtratione privari, & tandem ubi hujuſmodi pœnæ non proſint, a definitione Capituli Generalis expelli. His pœnis puniantur,

I. Qui extra Monaſterium ſine expreſſa licentia, aut neceſſitate pernoctaverint.

II. Qui Superioris præcepto formali per contumaciam, & manifeſtam rebellionem non obtemperaverint.

III. Qui per conjurationem, vel conſpirationem, aut malitioſam concordiam adverſus ſuos Superiores ſe erexerint, & ordinem perturbaverint.

IV. Qui literas Superioris Generalis, Definitorum, Viſitatorum, & Procuratoris Generalis, aut aliorum Superiorum ab eis, vel ad eos miſſas malitioſe aperuerint, retardaverint, aut retinuerint.

V. Qui in aliquem violentas manus injecerint, aut vulneraverint.

VI. Qui caſtitatem cum altera perſona violaverint.

De obligatione Conſtitutionum.

Conſcientiarum tranquillitati providere cupientes, declaramus Conſtitutiones noſtras, quando non habent præceptum annexum, vel alias lege divina, aut eccleſiaſtica prohibitæ, aut mandatæ non ſunt, non obligare ad culpam aliquam, ſed tantum ad pœnam taxatam in eis, vel per Superiorem taxandam, quam qui ferre recuſaverint, culpam non evadent, ſicut nec qui tranſgrederentur, ex contemptu Conſtitutiones, renuentes ſubiici earum ordinationi.

Poſſunt Superiores præcipere ſub pœna excommunicationis, aut obedientiæ, hac tamen poteſtate non utantur, niſi raro, & propter gravem, & inevitabilem neceſſitatem. Non eſt etiam intentionis noſtræ quemquam, qui contra hæc decreta aliquid commiſerit, ad pœnam, quæ in illis continetur, obligare, niſi Superior ejus illam ei nominatim indixerit. Cæterum alias omnes Conſtitutiones a Capitulis Generalibus Congregationis noſtræ hactenus editas caſſamus, & annullamus, præſentes autem ab omnibus obſervari ſtricte præcipimus.

QUARTA PARS.

De Reformatione Hoſpitalitatis.

CUM ex primæva Ordinis noſtri fundatione pauperum igne ſacro, ſeu gebenna li

Digitized by Google

nali igne Sancti Antonii vulgariter dicto, & nuncupato, vexatorum, & contactorum curam ſpecialem habere debeamus, & in ipſa noſtra dicti Ordinis reformatione legem non velimus ſolvere, ſed adimplere: auctoritate apoſtolica Nobis in ædificationem data ſtatuimus, & mandamus univerſis domorum noſtrarum Superioribus, in quibus erit Fratrum Congregatio, ut quamprimum fieri poterit, loca antiquitus hoſpitalitati deſtinata reſtaurent, aut alia de novo coaptent, ad ipſorum infirmorum receptionem, in quibus a viris fœminæ ſint per murum ſeparatæ: præcipientes, ut quam primum ipſi infirmi ad hoſpitalia noſtra advenerint, curent Superiores, ſive Præfecti hoſpitalis, ut ante omnia per humilem peccatorum confeſſionem ad ſanitatem corporalem præparentur.

Præterea antiquis Ordinis noſtri Conſtitutionibus inhærendo ſtatuimus, ut omnes, & ſingulæ perſonæ utriuſque ſexus præfato morbo igne Sancti Antonii vulgariter dicto contactæ, & infirmæ, quæ eorum durante infirmitate, ad hoc Monaſterium, vel domus alias ipſius Ordinis recurſum habuerint, pro Beati Patris noſtri Antonii ſuffragiis implorandis, ſeu alias ipſum Beatum Antonium in eorum infirmitate humiliter, & devote invocaverint, ſi tales perſonæ pro ſanitate captanda, imploranda, & aſſequenda ad hoſpitalia noſtra declinaverint, & ſe reduxerint, illico, & abſque difficultate, & contradictione quacumque in Hoſpitali, ad quod appulerint, ceſſante excuſatione qualibet recipiantur, & recipi debeant in futurum.

Quod ſi tales infirmi in Hoſpitalibus noſtris ex prædicto igne gehennali Sancti Antonii aliquot ſuorum membrorum perdiderint, ex cujus membri perditione, ſeu abſciſſione inhabiles, & infirmi in tantum facti fuerint, quod ſuum panem in ſeculo lucrari non poſſint, ipſi in Domibus, ſeu Hoſpitalibus noſtris perpetuo remanere cælibes velint, hoc ipſum omnino facere liceat, & ad ipſos infirmos recipiendos, educandos, inſtruendos, alimentandos, veſtiendos ſine ulla difficultate, ſeu contradictione omnes noſtri Ordinis, & Sacræ Reformationis Superiores perpetuo teneantur, & obligati ſint.

Si autem extra loca ipſius Ordinis aliquod membrorum ſuorum perdiderint, & ſic mutilati ad Hoſpitalia noſtra advenerint, recipiantur ſimiliter, dummodo eorum durante infirmitate ad Eccleſias ipſius Ordinis, vel ad merita ipſius prælibati Sancti Patris Antonii recurſum habuerint, & devote confugerint, & ex chirurgorum teſtimonio legitime conſtet, quod ex infirmitate prædicta, & non ex alia ipſum membrum perdiderint.

Quilibet Superior Domorum noſtrarum omnes, & quoſcumque infirmos originarios ejus Diœceſis, in qua ſita eſt Domus, cui præeſt, teneatur recipere, & alios etiam quoſcumque aliarum Diœceſum recipiat, curet, & alimentet. Sed ſi ibidem membrum perdiderint, poſtquam convaleſcentiam talem receperint, quod remitti poſſint, remittantur ad Superiorem ſuæ originis, aut domicilii, vel ad majus Hoſpitale hujus Monaſterii juxta diſpoſitionem Reverendiſſimi Abbatis.

In Hoſpitalibus noſtris tam hujus Monaſterii, quam aliarum Ordinis Domorum certus, & determinatus infirmorum numerus non ordinetur, ſeu inſtituatur, ſed quotquot advenerint, recipiantur. Si tamen in tanto, & tam magno numero ſub uno Superiore eſſent infirmi, quod ibidem abſque maximo incommodo dicti Superioris, & Fratrum Congregationis ſuſtentari non poſſent, ſignificetur illud Reverendiſſimo Abbati Generali, & juxta ipſius ordinationem, & diſcretionem, ad alias Præceptorias remittantur, & ibidem recipiantur, & alimententur.

Quod ſi pari ratione in Hoſpitali majori hujus Monaſterii in exceſſivo numero adeſſent infirmi, tunc juxta ordinationem præfati Reverendiſſimi Abbatis Generalis in alias Domos remittantur, & diſtribuantur.

Omnes, & ſinguli infirmi utriuſque ſexus tacti morbo, ſeu infirmitate Sancti Antonii nuncupata, qui receptionem in noſtris Hoſpitalibus, ſeu manſiones, tamquam infirmis, & mutilatis ſibi dari, ſeu aſſignari poſtulaverint, antequam in ipſis Hoſpitalibus pro infirmis recipiantur, prius ad Sancta Dei Evangelia jurare teneantur in manibus Præfecti ipſius Hoſpitalis in hoc Monaſterio, & Superiorum in domibus, quod erunt obedientes, & fideles religioni, & Superioribus ſuis, & quod honeſte, & religioſe vivent juxta ipſius Ordinis ſtatuta, & obſervantias, & quod bona ipſius Ordinis non alienabunt, diſtrahent, aut perturbabunt extra religionem, quinimo ad dictæ religionis utilitatem, & commodum fideliter conſervabunt.

Inſequentes etiam ordinationes antiquas ſtatuimus, ut nulli recipiantur infirmi in hoſpitalibus noſtris, niſi tacti fuerint, ſeu mutilati dicto morbo Sancti Antonii, & ſi atteſtationes in ſcriptis non habeant a Chirurgis, quibus appareat, eos propter eumdem morbum fuiſſe mutilatos, non recipiantur, nec recipi debeant: ſi vero advenerint nondum mutilati, ut curentur; a Chirurgo Hoſpitalis, & alio externo viſitentur: qui ſi prædicto morbo tactos judicaverit, admittantur, & non aliter.

Infirmi, ſeu infirmæ in Hoſpitalibus noſtris recepti, ſeu receptæ non expellantur ex ipſis Hoſpitalibus, niſi eſſent incorrigibiles, aut aliquid enorme commiſſi eſſent, ſeu alias ſcandalum inter cæteros generarent, volentes, ut cum deliquerint, animadverſione debita per Superiores Domorum, in quibus erunt, juridice corrigantur.

Omnes infirmi utriuſque ſexus majori interſint Miſſæ ſingulis diebus Dominicis, & feſtis loco ſibi aſſignato in Eccleſia, viri cum togis ſuis ex panno tanei coloris, & fœminæ cum cappuccio ex panno nigri coloris

juxta formam antiquam Statutorum Hoſpitalis: Portent etiam utriuſque ſexus infirmi ſemper in ſuis ſuperioribus veſtibus potentiam, ſeu ſignum Tau de panno laneo cœrulei coloris.

Pro qualibet Hora Canonica dicant præfati infirmi, & infirmæ quinque *Pater noſter*, & *Ave* &c.; diebus vero Dominicis, & feſtis duplicetur dictum Officium.

Confiteantur etiam peccata ſua omnibus primis menſium Dominicis, necnon & ſolemnioribus anni feſtivitatibus, videlicet Nativitatis Dominicæ, Circumciſionis, Epiphaniæ, S. Patris noſtri Antonii, Purificationis, Paſchatis, Aſcenſionis, Pentecoſtes, Corporis Chriſti, Sancti Joannis Baptiſtæ, Sanctorum Petri, & Pauli, Aſſumptionis, & Nativitatis Beatæ Mariæ, Omnium Sanctorum, necnon in feſto S. Catharinæ Virginis, & Martyris cujus dens ſanctus aſſervatur in dicto Hoſpitali majori, idque Confeſſoribus ſibi deſignatis, de eorum etiam conſilio communicare poterunt, & debebunt, prædictis temporibus.

Hoſpitalia a Domibus, ubi degunt Fratres, ſint ſeparata, nec liceat dictis Fratribus Hoſpitalia mulierum intrare ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurren. niſi iis tantum, qui pro miniſtrandis Sacramentis dictis mulieribus, cum ægrotant, fuerint deſtinati; nec tunc quidem aliter quam cum uno, aut duobus ſociis a Superiore deſignatis, nec etiam virorum Hoſpitalia ingrediantur, niſi de expreſſa Superioris licentia: Si quis autem ſecus feciſſe fuerit convictus, puniatur ad arbitrium præfati Superioris.

In quolibet Hoſpitali mulierum conſtituatur una ex ipſis Hoſpitalis infirmis, moribus, & honeſtate vitæ diu approbata, & virtute præcellens, quæ ſit Magiſtra, & Gubernatrix cæterarum, & pervigili cura intendat ad earum regimen, & directionem præcipue juvencularum, & ſi quam male converſantem viderit, eam arguat, & reprehendat, idque ſignificet Superiori Domus, ſeu Præfecto Hoſpitalis, & mature, & provide conveniens, & opportunum adhibeatur remedium, juxta antiqua Hoſpitalis noſtri Statuta, quæ in hoc, & in cæteris in eis non contentis, præſentibuſque non contrariis in omnibus, & per omnia obſervari mandamus, & præcipimus.

De Curo Animorum.

Quia in parochialibus Eccleſiis, & aliis huic Religioni per Literas Apoſtolicas unitis aderat, prout de præſenti remanet, etiam cura animarum Parochianorum laicorum, & pro illa, ut convenit, exercenda ipſæ Literæ apoſtolicæ mandent, ut perſonæ capaces, & idoneæ, ac ea gremio prædictæ Congregationis noſtræ dumtaxat in illius Capitulo Generali eligantur; ſtatuimus, quod quilibet ad curam earumdem animarum Parochianorum electus debeat per Ordinarium examinari, & ſi repertus fuerit idoneus, approbari, antequam in exercitio prædictæ curæ ſe aliqua modo ingerat: quodque ſic approbatus non poſſit inconſulto ipſo Ordinario, & ſine cauſa legitima, ſeu ea lapſu temporis, quia perpetuo fuit electus, amoveri.

De pæna, quam incurrent murmuratores contra præſentes Conſtitutiones.

Quicumque Fratrum his Conſtitutionibus eum quocumque detrahere, & illas non obſervandas murmurare auſus fuerit, poſt primam, & ſecundam admonitionem, ſi perſeveret, per ſex annos activa, & paſſiva voce careat, ac etiam pro obſtinationis modo aliis gravioribus pœnis ſubjaceat: Qui vero vocales non ſunt, a Superiore pro gravitate culpæ puniantur.

Receptio, & approbatio præſentium Conſtitutionum per Generale Capitulum facta.

Nos ſubſcripti, & ſubſignati omnes Religioſi Presbyteri, ac Clerici in Sacris conſtituti profeſſi Ordinis, & Congregationis Reformatæ Sancti Antonii Viennen. in Capitulo Generali congregati, vidimus, legimus, & examinavimus ſupraſcriptas Conſtitutiones per Reverendiſſimum Patrem in Chriſto Dominũ D. Antonium Brunel de Grancon dicti Ordinis, & Congregationis Abbatem, & Superiorem Generalem conditas, & ab eo juxta tenorem Literarum Apoſtolicarum ſibi pro reformatione præfati Ordinis conceſſarum dicto Capitulo Generali examinandas, & approbandas exhibitas, & oblatas; quas quidem Conſtitutiones approbavimus, recepimus, approbamus, & recipimus ſub beneplacito Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ, qui humiliter ſupplicabitur, quatenus dignetur, eas ſua auctoritate apoſtolica confirmare, ac roborare: mandantes, ac præcipientes omnibus, & ſingulis noſtræ Congregationis Superioribus, Religioſis Profeſſis, & Novitiis, ac omnibus utriuſque ſexus infirmis ſacro igne, ſeu igne gehennali tactis, in hoſpitalibus noſtris tam in capite, quam in membris degentibus, quatenus eaſdem Conſtitutiones libenter interim, & donec a Sancta Sede Apoſtolica confirmentur, ſuſcipiant, ac inviolabiliter obſervent. Injungentes præterea omnibus Præceptoriarum, & Domorum noſtrarum Superioribus, ut intra menſem, poſtquam ad Domos ſibi in hoc Generali Capitulo per canonicam electionem commiſſas pervenerint, eas publicare, & intra menſem alterum poſt earum publicationem obſervare faciant, & obſervent; hujus tamen præceptivi non intendimus dictarum Conſtitutionum infractores aliis pœnis, quam quæ in dictis Conſtitutionibus comminantur, ſubiicere, neque obligare. Hæc confirmata fuerunt in præfato Generali Capitulo dictæ Congregationis reformatæ S. Antonii celebrato in Monaſterio Sancti Antonii Viennenſis Anno Domini milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo, die octavo menſis Novembris Seſſione præfati Generalis Capituli quadrageſima octava. Et ut

præ-

præſentibus fides plena habeatur, ſigillis Reverendiſſimi Domini Abbatis, & Capituli Conventualis ejuſdem Monaſterii eas muniri ſecimus per Secretarium prælibati Capituli Generalis. A. Gramon Abbas Sancti Antonii. A. de Grangieras nomine meo, & procuratorio; Fratris Joannis Baptiſtæ Chaboud. Fr. Petrus Dubois nomine meo, & Fratris Joannis Jacobi Gaubert tamquam ipſius Procurator. Fr. Ioannes Govion nomine meo, & nomine Fratrum Stephani de Boulieu, Franciſci Roaſſeaum, Antonii Peſtel, Franciſci Pontaine Ordinis noſtri Profeſſorum, quorum mandatum ſpeciala pro Generali Capitulo celebrando habui. Fr. L. dù Mas. Fr. Ludovicus Maſſe. Fr. B. Ambert. Fr. Paulus Villat nomine meo, & R. P. Amabilis Santiguat, cujus Procuratorium mandatũ pro Generali Capitulo celebrando habui. Fr. I. Chaſtain nomine meo, & Venerabilium Fratrum Hilarii Guiard, Petri Marband, Joannis Palem, & Jacobi Bellin Presbyterorum, a quibus procuratoria mandata accepi pro celebratione Capituli Generalis, Fr. Aleaius Ravacol. Fr. Ludovicus Cherenci. Fr. Mareus Corveſi. Fr. Paulus Tiſſot. Fr. A. Coccon. Fr. A. Guilhaumeau. Fr. J. B. Carolois. Fr. A. Sant Ange. Fr. Anſelmus Buffet. F. B. dù Mund. Fr. Athanaſius de Codevill. Fr. Dionyſius Guyot, & ego Fr. Claudius Allard ejuſdem Ordinis, & Congregationis Presbyter Religioſus Profeſſus, & Generalis Capituli, a quo approbatæ, & receptæ fuerunt præſentes Conſtitutiones Secretarius, tam meo, quam Venerabilium Fratrum Stephani Goyt, & Fabiani de Laſtieh, necnon Fratris Antonii Chalumni nominibus eorum procuratorio munitus mandato de die 13. Kalendas Octobris anni currentis ſub ſigillo Præceptoriæ S. Antonii Pariſienſis, eorumque Chirographis, his præſentibus Conſtitutionibus ſubſcribo, licet altera, ſive alterius manu deſcriptis. Actum die, menſe, & anno prænotatis.

Fr. C. Allart Secretarius.

Idem Abbas haſce Conſtitutiones Apoſtolica confirmatione petit roborari.

§.3. Cum autem, ſicut dictus Abbas Nobis nuper exponi fecit, ipſe pro dictarum Conſtitut. obſervatione eas apoſtolicæ noſtræ confirmationis robore communiri ſummopere deſideret; Nobis propterea humiliter ſupplicari fecit, ut deſuper opportune providere de benignitate apoſtolica dignaremur.

Annuit Urbanus.

§.4. Nos igitur dictum Abbatem ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuiſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium negotiis Regularium præpoſitorum conſilio, Conſtitutiones præinſertas, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illiſque inviolabilis apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus: ac omnes, & ſingulos tam juris, quam facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint in eiſdem, ſupplemus. Decernentes illas, necnon præſentes literas validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus, ad quos ſpectat, & in futurum quomodolibet ſpectabit, ſemper, & perpetuo obſervari.

Clauſulas neceſſarias apponit.

§.5. Et ita per quoſcumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Obſtantia tollit.

§.6. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Ordinis, & Congregationis hujuſmodi, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 8. Aprilis 1634. An. XI.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die 8. Aprilis 1634. Pontificatus noſtri Anno XI.

CDLIV.

Ex Regeſt. in Secret. Brevium.

Prorogatio Subſidii quadringentorum, & viginti millium ducatorum ſuper fructibus Eccleſiaſticis Hiſpaniarum, & Sardiniæ pro Rege Catholico.

Chariſſimo in Chriſto filio noſtro Philippo Hiſpaniarum Regi Catholico.

URBANUS PAPA VIII.

Chariſſime in Chriſto fili noſter ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Prorogatio ſubſidii ad quinquennium.

§.1. MAgnis cauſis adducti conceſſionem ſubſidii annui quadringentorum, & viginti millium ducatorum ex fructibus, & redditibus eccleſiaſticis Civitatum, & Locorum Regnorum univerſarum Hiſpaniarum, ac etiam Sardiniæ claræ me. Philippo II. avo, ac Philippo III. genitori tuis Hiſpaniarum Regibus Catholicis a fe. re. Pio V. ad certum tunc expreſſum tempus factam, & deinde pluries etiam a Gregorio XIII. Sixto V. Gregorio XIV. Clemente VIII. & Paulo V. Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris eidem Philippo avo, & Philippo genitori tuis Regibus per diverſas eorum, & præſertim dicti Clementis ſub dat. die nona Februarii 1692. Pont. ſui anno primo, & die 17. Junii 1600. Pontificatus item ſui anno nono, & die 30. Octobris 1603. Pontificatus ſimiliter ſui Anno XII. & dicti Pauli ſub dat. die 22. Junii 1605. Pontificatus ſui anno primo, ac die 7. Septembris 1611. Pontificatus pariter ſui anno ſeptimo, & die 12. Novembris 1615. Pontificatus item ſui Anno XI. & die

& die 21. Octobris 1619. Pontificatus etiam ſui Anno XV. ac noviſſime a Nobis die 26. Martii 1624. Pontificatus noſtri an. primo per noſtras hujoſmodi in forma Brev. expeditas Literas ad quinquennium prorogatam, literaſque omnes deſuper confectas, quarum tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus; Motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ad aliud quinquennium a fine ultimi dicti quinquennii, ut præſertur, prorogati numerandum extendimus, & prorogamus. Et nihilominus Majeſtati tuæ illud ipſum annuum ſubſidium quadringentorum, & viginti millium ducatorum cum omnibus, & quibuſcumque Indultis, facultatibus, conceſſionibus, extenſionibus, clauſulis, & Decretis in aliis tam Pii, quam Gregorii XIII. Sixti V. Gregorii XIV. Clementis VIII. ac Pauli V. prædeceſſorum prædictorum Literis, ut præfertur, contentis, ad primum quinquennium a fine quinque annorum ultimo conceſſorum, ut præſertur, apoſtolica auctoritate tenore præſentium concedimus, & aſſignamus.

Facultates quoque Exactoribus prorogatæ, & conceſſæ,

§.2. Ac propterea Ven. Fratribus Laurentio Epiſcopo Senogallien moderno, & pro tempore exiſtenti noſtro, & Sedis Apoſtolicæ apud Majeſtatem tuam Nuntio, Antonio Archiepiſcopo Damaſceno jam ejuſdem ſubſidii Exactoribus, & Commiſſariis generalibus apoſtolica auctoritate deputatis, & eorum cuilibet plenam, & liberam in præmiſſis facultatem, & auctoritatem tribuimus per ſe, vel alium, ſeu alios, quos ad id idoneos duxerint ad exequutionem præmiſſorum, ac aliàs juxta facultates per dictos Prædeceſſores aliis Commiſſariis, & Exequutoribus, ac ipſis conceſſas omni, & quacumque appellatione poſtpoſita procedendi, aliaque faciendi, & exequendi, quæ in præmiſſis, & circa ea neceſſaria fuerint, ſeu quomodolibet opportuna.

Derogatio cōtrariorum.

§.3. Non obſtantibus præmiſſis, nec non omnibus aliis, quæ dicti Prædeceſſores in ſuis Literis prædictis voluerunt non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptis danda fides.

§.4. Ut autem præſentes literæ, cum opus fuerit, facilius ad omnium notitiam deduci poſſint, decernimus, ut earumdem tranſumptis, etiam impreſſis manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ alicujus in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ obſignatis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. 3. Maii 1634. An. XI.

Datum in Arce Gandulphi Albanen. Diœceſ. ſub Annulo Piſcatoris die 3. Maii 1634. Pont. Noſtri Anno XI.

CDLV.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Nonnullæ Ordinationes, & Statuta facta pro bono regimine Civitatis Ferrarien,

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Rationes hec condendi ſtatuta.

§.1. Volentes Nos pro eo, quo Civitatem noſtram Ferrarien. proſequimur, præcipuo paternæ charitatis affectu, proſperæ ejus Conſilii, & Magiſtratus ordinationi, atque gubernio, quantum cum Domino poſſumus, conſulere, utque ſublatis abuſibus, qui in ipſius Conſilii, & Magiſtratus electione hactenus irrepſerunt, & de cætero irrepere poſſunt; Civitas ipſa fæliciter gubernetur, & ad majora in dies in pacis, & Juſtitiæ cultu incrementa dirigatur, providere.

Qui ab Officio Judicis ſapientum ſint excludendi.

§.2. Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, hac perpetuo valitura Conſtitutione noſtra ſtatuimus, atque ordinamus, ad Conſilium, & Magiſtratum, præſertim officii judicis ſapientum ejuſdem Civitatis nullo modo in poſterum quempiam eligi, ſeu aſſumi poſſe, qui alienigena, ſive forenſis ſit; Incolæ vero, & ex privilegio cives non poſſint eligi, niſi poſtquam domicilium per habitationem veram, actualem, & decennalem continuam in eadem Civitate contraxerint ad Conſilium tamen recipi poſſint.

Vel à munere Conſiliarii, & ad alios Magiſtratus.

§.3. Indigenæ autem, & cives etiam originarii, qui actu alicujus Principis ſecularis, aut Reipublicæ miniſtri, ſive officiales, vel familiares, aut alias in aliquo ejus ſervitio extiterint, non poſſint eligi ad Conſilium, nec ad aliquem magiſtratum, niſi poſtquam penitus receſſerint a ſervitio præfato, & poſtea per quinquennium in eadem Civitate habitaverint; in Conſilio tamen poſtquam vere per annum a receſſu ſervitii habitaverint, recipi poſſint. Qui vero magiſtratus, ſive officii ſui tempus abſolverit, rationem tamen adminiſtrationis ſuæ infra bimeſtre coram Legato, & cum interventu Commiſſarii Cameræ inibi reſiden. non reddiderit, & Civitati integrè non ſatisfecerit, nec ad magiſtratum ſapientum, & judicis illorum eligi, & recipi, nec in Conſilio ad votandum admitti poſſit. Qui autem ejuſdem Civitatis in aliquo, & ex quacumque cauſa debitor extiterit, donec integre non ſatisfecerit, eligi, & admitti non poſſit ad aliquod officium magiſtratus, nec ad aliqua munia publicum ſervitium concernentia, nec ad Conſilium.

Modus faciendarum electionum.

§.4. Ut autem omnes electiones ſint liberę volumus illas fieri per vota ſecreta coram Legato, vel alio Superiore, itaut unus non poſſit dare alteri votum ſuum, ſeu ut vulgo dicitur, pillam ſuā ſub privationis loci Conſilii per decenniū, aliiſq; pęnis arbitrio Legati incurrendis. Et quando in Conſilio tractabitur intereſſe alicujus conſanguinei,

guinei, vel affinis in primo, vel ſecundo gradu conjuncti, tunc conſiliarii, qui ſint tali conſanguinitatis, vel affinitatis gradu conjuncti, a tractatu, & voto præſtando, ac etiam a Conſilio excludi debeant, excepto tantum caſu, quo de Oratore apud nos, & Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem deputando tractabitur.

Arma in Conſilio nullimode deferenda. §.5. Et ad evitanda ſcandala prohibemus omnibus, & ſingulis Conſiliariis, Officialibus, & miniſtris ne in Conſilio arma cujuslibet generis etiam defenſiva deferre audeant.

De expeditione Mandatorum de pecuniis ſolvendis. §.6. Volumus etiam, quod deinceps omnia, & ſingula mandata, & ordines de pecuniis ſolvendis ſubſcribi debeant a Judice ſapientum, & duobus ſapientum ſenioribus, alias ſolutio nulla ſit.

Munus Conſiliariorũ contradicentium. §.7. Quodque in cujuslibet Conſilii initio ſorte extrahantur duo Conſiliarii, qui munus contradicentium ſingulis propoſitionibus in eodem Conſilio faciendis exerceant, non tamen in electionibus magiſtratuum, & aliorum officialium.

Clauſula. §.8. Decernentes, præſentes Literas de ſubreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel alio quopiam defectu notari, impugnari, invalidari, in jus, vel controverſiam revocari nullatenus poſſe, ſed illas ſemper validas, firmas, & efficaces exiſtere, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & pro tempore quomodolibet ſpectabit, inviolabiliter obſervari debere: ſicque, & non aliter per quoſcumque judices ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, quicquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Obſtantium derogatio. §.9. Non obſtantibus quibuſvis Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, Cancellariæque Apoſtolicæ Regulis, & præſertim illa de non tollendo jure quæſito, ac dictæ Civitatis Ferrarien. etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis apoſtolicis in contrariorum præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris ad effectum præmiſſum ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 8. Junii 1634. An. XI. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 8. Junii 1634. Pontificatus noſtri Anno XI.

CDLVI.

Nonnullæ declarationes circa controverſias inter Collectorem, & Commiſſarium Cruciatæ Portugalliæ vertentes. Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Venerabili Fratri Laurentio Epiſcopo Hieracen. moderno, & pro tempore exiſtente jurium, & ſpoliorum Cameræ Apoſtolicæ in Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis debitorum Collectori Generali.

URBANUS PAPA VIII.

Venerabilis Frater ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Facti ſeries. ALias per Nos accepto, quod in controverſiis inter te, & pro tempore exiſtentem jurium, & ſpoliorum Cameræ Apoſtolicæ debitorum in Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis Collectorem Generalem ex una, ac dilectum filium Antonium Maſcaregnas Indulgentiarum, & gratiarum ſpiritualium, & temporalium Cruciatæ in eiſdem Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis ab hac Sancta Sede conceſſarum Commiſſarium Generalem apoſtolica auctoritate deputatum ex altera partibus ortis, Venerabiles Fratres noſtri S. R. E. Cardinales ſuper hoc a Nobis ſpecialiter deputati cum interventu etiam Prælatorum a Nobis pariter ad hoc deputatorum negotio maturo examinato, partibuſque hinc inde informantibus pluries auditis declaraverant, & reſolverant, prædictum Antonium Commiſſarium non potuiſſe, nec in futurum poſſe vigore Literarum Apoſtolicarum ejuſdem Cruciatæ concedere licentiam celebrandi nec audiendi Miſſas in Oratoriis privatis, ſeu domeſticis, & ideo licentias eatenus per ipſum Antonium Commiſſarium conceſſas, & de cætero forſan concedendas fuiſſe, & eſſe, ac fore nullas, & invalidas: ac inſuper quod quando idem Antonius Commiſſarius procedebat uti merus exequutor dictarum Literarum Cruciatæ, nec egrediebatur limites ſuæ Comiſſionis ab exequutione earumdem Literarum Cruciatæ non dari appellationem, nec ad effectum devolutivum, nec ſuſpenſivum, ſed quando excedebat limites ſuæ commiſſionis, aut gravabat partes, poſſe ſaltem per viam querelæ recurſum haberi ad Collectorem uti Superiorem, qui poſſet ſervatis ſacris Canonibus inhibere, & poſtea cognito plene de gravamine, vel exceſſu, illud ſeu illum emendare, & providere, prout Juſtitia exigebat, idemque poſſe dictas partes facere, quando Commiſſarius procedebat uti Judex aut mixtus exequutor: verum in caſibus, in quibus jus commune expreſſe concedit appellationem, poſſe partes appellare, & Collectorem appellationem ad utrumque effectum recipere, & modo ſuperius dicto inhibere. Cumque poſtea ſuper declarationibus, vel reſolutionibus prædictis exorta fuiſſent ſequentia dubia videlicet primum. Ad quem ſpectaret cognoſcere, an Commiſſarius Cruciatæ gravaſſet partes,

vel

vel exceſſiſſet limites ſuæ facultatis, aut proceſſiſſet uti mixtus eſequutor, vel an appellationes fuiſſent interpoſitæ in caſibus in quibus jus commune eapreſſe illas permittit. Secundarie vero cenſeretur Commiſſarius procedere, uti merus, vel mixtus exequutor, ac demum an Commiſſarius prędictus, & Notarius Cruciatæ poſſint cogi ad tradendum acta ad effectom, ut Collector de præmiſſis cognoſceret, & an idem Commiſſarius parere teneretur inihibitionibus deſuper ſibi a Collectore ſactis ſive faciendis; iidem Cardinales una cum Prælatia prædictis articulis hujuſmodi exacte diſcuſſis, ad primum dubium reſponderaut, prædictam cognitionem ſpectaſſe, & pro tempore ſpectare ad Collectorem uti Superiorem Commiſſarii Cruciatæ. Ad ſecundum vero tunc eumdem Commiſſarium procedere uti merum exequutorem, qnando abſq; Judiciali cognitione exequeretur purum, & nudum ſactum ſuper rebus espreſſia in eiſdem Literis Cruciatæ: Mixtum vero exequutorem dici, quando aſſumeret Judicialem cognitionem ſuper re prius non eognita, aut quando ſe opponeret aliquis legitimus contradictor. Ad tertium denique, poſſe eumdem Commiſſarium, & ejus Notarium cogi a Collectore ad traden. acta, & quemadmodum Collector, poſtquam cępiſſet cognoſcere de gravaminibus, ſeu esceſſibus ſupradictis, aut an appellationes eſſent admittendæ, poſſet canonice inhibere eidem Commiſſario, ita Commiſſarius teneretur hujuſmodi inhibitioni parere; interim autem quo acta tranſportarentur coram Collectore, poiſet idem Collector concedere ſuperſeſſorias ad tempus, ſive acta denegarentur, ſive malitioſe eorum tranſportatio differretur, ſive aliæ extarent qualitates, & circumſtantiæ, ex quibus in aliia caſibus idem facien. foret: & licet dictus Antonius Commiſſarius ſe declarationibus, ſeu reſolutionibus prædictorum Cardinalium pariturum promiſiſſet, nihilominus propriæ ſalutis immemor declarationes, ſeu reſolutiones eaſdem parvipendens, iis non ſolum cum effectu parere recuſaverat, verum etiam dictas Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium in privatis Oratoriis, ot præfertur, celebrandi licentias concedere, & ad hunc effectum Literas Apoſtolicas ſuper conceſſione gratiarum ſpiritualium, & temporaliom d. Cruciatæ emanatas alterare, in iiſque, quod licentias hujuſmodi concedere poterat, adjungere, eaſque Litetas ſic alteratas, ſive earum exempla, etiam impreſſa publicari ſacere præſumpſerat, aliaque quamplurima in auctoritatis hujus Sanctæ Sedis præjudicium, & coutemptum, ac contra declarationes, ſeu reſolutiones hujuſmodi facere, dicere, & gerere non erubuerat.

Confirmatio declarationũ, de quibus in Rubrica.

§.2. Nos præmiſſis pro muneris noſtri debito, quantum cum Domino poſſumus, oppurtune providere volentes, motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, omnes, & ſingulas declarationes, ſeu reſolotiones ſupra eapreſſas hujuſmodi cum omnibus in eis contentis, & inde ſequutis quibuſcumqne apoſtolica anctoritate approbavimus, & confirmavimus, ac omnes, & ſingulos tam juris, quam facti, & quoſvis alios etiam quamtumvis ſubſtantiales deſectus, ſi qui in præmiſſis quomodolibet intervenerint, ſupplevimus, prout in noſtris deſuper in ſimili forma Brevis expeditis Literis, quarum tenores præſentibus pro eapreſſis haberi volumus, plenius continetur.

Nuncio Apoſtolico committitur earum exequutio.

§.3. Cum autem hodie ſupplicationibus chariſſimi in Chriſto filii noſtri Philippi Portugalliæ, & Algarbiorum Regis Catholici Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, dilectum filium Antonium de Mendoza Canonicum Doctoralem Eccleſiæ Portalegren. in Commiſſarium Generalem Indulgentiarum, & gratiarum ſpiritualium, & temporalium ejuſdem Cruciatæ in locum dilecti filii Michaelis de Caſtro ad Eccleſiam Viſen. promovendi cum omnibus, & ſingulis ſacultatibus, privilegiis, & indultis eidem Machaeli conceſſis, juxta tamen declarationes prædictas, ſobſtituerimus, & ſubrogaverimus;

Nos volentes eaſdem declarationes debitæ, ut par eſt exequutioni demandari, & a dicto Antonio de Mendoza moderno, & pro tempore exiſtenti dictæ Cruciatæ Commiſſario, cæteriſque omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat inviolabiliter obſervari; Motu, ſcientia, & deliberatioue ſimilibus tibi per præſentes committimus, & mandamus, ut eidem Antonio de Mendoza moderno, & pro tempore eaiſtenti gratiarum dictæ Crociatæ in eiſdem Regnis Commiſſario, ſub excommunicationis majoris latæ ſententiæ, ac privationis beneficiorum, dignitatum, & officiorum quorumcumque, etiam ſpeciali nota, & expreſſione dignorum, inhabilitatiſque ad illa, & alia in poſterum obtinen. pœnis, eo ipſo abſque olla declaratione incurrendis, auctoritate noſtra præcipias, & mandes, ne licentias Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium in privatis Domorum Oratoriis celebrandi, ſeu reſpective celebrare ſaciendi quibuſvis perſonis cujuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, Ordinis, & conditionis eaiſtentibos quavis ex cauſa, vel quæſito colore, aut prætextu concedere, nec Literarum apoſtolicarum ſuper conceſſione dictæ Cruciatæ confectarum, ut præfertur, ſummaria, vel exempla Literis conceſſionis prædictæ Cruciatæ non conſormia imprimere, ſeu publicare, aut imprimi, ſeu publicari ſacere audeant, ſeu præſumant, niſi prins eadem ſummaria, vel exempla a te, ſeu de tuo mandato per perſonas ad hoc idoneas a te deputan. reviſa, & ſi opus fuerit, correcta, & emandata, & cum eiſdem Literis diligeoter collata fuerint, nec quiſquam contra earumdem declarationum formam, coutinentiam, & ten. innovare, ſeu attentare audeat, vel præſumant.

Clauſulæ.

§.4. Decernentes præſentes Literas, & in eis conteota quęcumque quovis prætextu, cauſa, vel quæſito colore, de ſubreptionis,

vel

vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel alio quocumque defectu notari, impugnari, redargui, infringi, vel retractari, in jus, vel controverſiam vocari, aut adverſus eas quodcumque juris, gratiæ, vel facti remedium intentari, ſeu impetrari, aut ſic impetrato, vel conceſſo quempiam illo uti, ſeu ſe juvare in judicio, vel extra ullo unquam tempore poſſe, ſed illas, ac omnia, & ſingula in eis contenta ſemper, & perpetuo valida, firma, & efficacia exiſtere, & fore ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, atque a prædicto Antonio moderno, & pro tempore exiſtente gratiarum Cruciatæ hujuſmodi Commiſſario, ac aliis, ad quos ſpectat, & in futurum quomodolibet ſpectabit, inviolabiliter obſervari: ſicque, & non aliter per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac ejuſdem S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, & Nuncios quavis auctoritate fungentes in quavis cauſa, & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, ac definiri debere, ac irritum, & inane, ſi quid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio obſtantium.

§.5. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, ac quibuſvis ſtatutis, & conſuetudinibus etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, & Literis apoſtolicis eidem Commiſſario, ac quibuſvis aliis perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, aliiſque decretis in genere, vel in ſpecie, ac alias in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etſi pro ſufficienti eorum derogatione de illis, eorumque totis ten. ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, aut quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum omnium, & ſingulorum ten., ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 10. Junii 1634. An.XI.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris die 10. Junii 1634. Pontificatus noſtri Anno XI.

DCLVII.

Confirmatio Statutorum Societatis Exaltationis Sanctæ Crucis extra muros Civitatis Pariſienſis erectæ.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Licet omnia Chriſti fidelium vota, quæ ad animarum ſalutem, divinique cultus augmentum in dies magis promovendum facere intelligimus, ad exauditionis gratiam libenter admittamus, ea tamen præcipuo paternæ charitatis affectu complectimur, quæ in peculiarem Sanctæ Crucis venerationem tendere dignoſcuntur. Unigenitus enim Dei filius homo factus, in illa humani generis ſalutem operatus, ac inſons pro ſontibus hoſtia factus eſt, & effuſo pro injuſtis ſanguine, juſtus mortis ſervitutem ſuſcepit, ut Nobis vitæ æternæ tribueret libertatem: unde merito militantis Eccleſiæ præconio concinitur, Beata cujus brachiis ſecli pependit pretium.

Extra muros Civitatis Pariſien. Societas Exaltationis S. Crucis inſtituitur.

§.1. Cum itaque, ſicut nonnulli Chriſtifideles Civitatis Pariſien. Nobis nuper exponi fecerunt. una pia. & devota utriuſque ſexus Chriſtifidelium Societas ſub invocatione exaltationis Sanctæ Crucis ordinaria auctoritate, ad procurandam Hæreticorum converſionem, in Eccleſia Domus Fratrum Ordinis Minorum Sancti Fraciſci Cappuccinorum nuncupatorum prope, & extra muros Civitatis Pariſien. canonice erecta, & inſtituta, & pro felici illius regimine, & gubernio nonulla ſtatuta, ſive Capitula edita, ſtatuta vero ſive Capitula hujuſmodi de mandato noſtro correcta, & emendata fuerint, tenoris ſequentis videlicet.

Quæ ſua condit Statuta.

Regula, & Statutæ Societatis exaltationis Sanctiſſimæ Crucis inſtitutæ ejuſdem Feſtu die 14. Septembris anno ſalutis 1632. in Cœnobio PP. Cappucinorum, quod eſt Lutetiæ Pariſiorum in Suburbio S. Honoti per admodum R. P. F. Hyacinthum Pariſium Concionatorem Cappuccinorum, & Apoſtolicum Miſſionarium.

De Inſtitutione, ac fine Societatis Cap.I.

Fuit hæc Societas Lutetiæ Pariſiorum in Suburbio Sancti Honorati intra Cœnobii PP. Cappuccinorum ſepta, a pio quorumdam catholicæ Religionis propagandæ ſtudio inſtituta, ut ejus ſodales pro ſuo quiſque modulo in Hæreticorum ad veram, catholicamque religionem converſionem incumbere, & qua ſpiritualibus, qua temporalibus collatis ſubſidiis iis opem ferre, atque eos in ſuſcepta religione confirmare poſſent; Ideo ad hunc finem aſſequendum cujuſcumque ſortis homines amplectimur, puta eccleſiaſticos, ſeculares, Principes, viros doctos, ac mediocris ſortis homines, ut quiſque Deo adjuvante ſuæ conditionis hominibus ferre opem, atque facili negotio, qua congreſſibus, qua hortationibus, qua integer-

Digitized by Google

tegerrimæ vitæ exemplis, ad veram fidei ſemitam reducere, ae reſtituere poſſit.

Hoe vero nomioe Exaltatioois Sanctiſſimæ Crueis hane Societatem viſom eſt inſignire non modo, quia eodem Feſto die ejuſdem Saoctiſſimæ Crueis, ac Crucifixi ope ſumpſit esordium, verum etiam quia ad ejuſdem exaltationem, non minua facere videtur Hæretieorum ad verum Crueis cultum, & Religionem revocatio.

Quam verum ſublime, & Deo gratum hoe ſit ioſtitutum, vel inde lieet cognoſcere, quod Dionyſio Areopagita teſte, a quo noſtræ Religionis eaordium ſumpſimus, divinorum omnium diviniſſimū eſt eooperari Deo in ſalotem aoimarum, & ſi Apoſtolo prædieante inimicorum Crueis Chriſti finem interitum futorum non ambigimus, eur ejuſdem Crueis amicorum, qui oempe pro virili ejos diſſemioandæ gloriæ ſunt amantes, æteroam vitam fioem futurum oon dicemus!

De Sodalibus in hanc Societatem cooptandis. Cap. II.

Si porro ſunt in hane Societatem admittendi, qui idonei ad fioem Soeietatis aſſequeodum eognoſcantur, & de quibus ſpes ſit, eos ſerio ad tam ſoblime opus animum appulſuros. Ne vero ex nimia ſodalium frequentia aliqua oriatur confuſio, ac pettorbatio, ſodales numerum vigioti quinque noo exeedeot, oiſi forte aliquis per dignitatem, vel opes in Hæreticorum eonverſione impeodendas, vel ob aliud eaecllum Dei dooum ad dictum opus maaime aptus videretur: tune enim etiam oltra numerum, iu Sueietatem ingreſſus ooo eſt deoegandus.

Antequam aliquis in Soeietatem admittatur, Societatis totius toganda eſt ſententia: ob quod in tempore abſentes, qui facile poterunt, eertiores fient, ut in primo conſenſu adeſſe, & ſuam ſenteotiam ferre poſſint. Quod ſi duæ tertiæ ſodalium partes admittendum non eenſuerint, oullo pacto admittatur.

Admitteodus vero eſt oemo, cujus ſpectata vita, & mores probati oon ſint, vel de eujus doctrina oulla umquam ſuſpicio esorta ſit: quio imo ſi qois antea in Societate virtute eonſpicuus, (quod Deus avertat) flagitiis, ſceleribuſque ſe implicaret, adeo ut perdita vita, ae moribus Societati, cæteriſque malo eſſet eaemplo, & bis, terve admonitus ioecepto perſiſteret, per eertos homioes huie muneri deſtinatos illi palam fiat, eum diutius io hae Soeietate, ubi vitæ morumque integritate præfulgere quiſque debet, non poſſe perſiſtete, & ſatios eſſe, ſi ipſe ſibi conſolat, ſeque ab ipſa Societate removeat.

Miniſtri Hæretieorom in Soeietatem non admittantur, oiſi quinquenoio ab eorum converſione elapſo, dummodo per id tempus, in Chriſtianis moribus, & Catholica Religione perſtiterint.

lo Soeiorum delectu maxime eſt Societati iuvigilandum, oam ut plurimum es Lutetia, ejuſque Suburbiis ex omoi hominom genere, & grado ſunt ſeligendi, ut quiſque, quemadmodum ioitio dieebatur, ſuæ ſortis hominibus Hæreticis, eum quibos agere ſæpius eontigerit, opem ferre poſſit, unde eos ſibi ſtudebit aggregare, quos ad ſolam Dei gloriam, Hæreticorum eooverſiooem aptos exiſtimabit. Curabit quoque Societas duos, vel plures Soeios in controverſiis, linguiſque hebraica, & græca optime verſatos habere, qui eos, qoos oportuerit poſſint inſtruere.

Adſeribantur Soeietati Sacerdotes ſeculares, & regulares idonei, de ſoorum tameo Superiorum licentia, qui ab his, ad quos ſpectat, habeaot facultatem abſolvendi ab hæreſi, ſchiſmate, & apoſtaſia a fide, legendi iis libros probibitos, Apoſtolica Sede, vel ejus Nuntio.

De Congregationibus in Societate habendis. Cap. III.

Coogregatio nee ſæpius, quam bis io hebdomada habeatur, nee ultra quindeeim dies protrahatur, ſatius vero eſſet, ſi ſemel io hebdomada haberetut non in domioicis, vel aliis ſolemoitatibus Domioi ooſtri, Beatiſſimæ Virginis, aliiſque diebus feſtis eſt cogeoda.

Si vero hoc in Congregatiooibos ſolemne, ut quiſque quid ab ultima Congregatione eirca Hæretieorum converſionem egerit referat, quos ſeilicet ad fidem reduxerit, quoquomodo affectus alios habeat, quibus relationibus ab oooqooque peractis, Societas quid agendum ſit deliberabit.

lo fine tandem eujuſque Congregationis dies, hora, & loeus, quo erit conveniendum, deſtinabitur, atque de negotio pertractando, qui præſentes fueriot, abſentes admonebont.

De Sociorum diſſidiis, quæ forte orientur componendis. Cap. IV.

Si forte, (qood abſit) diſſentiones, ac diſſidia aliquot ſodales inter orientur pro viribus Societas euret ea componere, eoſque in priſtinam animorum concordiam revocare, qnod ſi nihil precibus, ae hortationibus profecerit, donee de eorum reconeiliatione conſtiterit, eos ut a Congregatione abſtineaot admonebit.

Si quis vero deſſideotium Societatis arbittio, ſe ſubiiciat, eum Societas amplectetur, alii vero adhue diſſideotes, ſi infra quindeeim dies diſſentionem, atque animi duritiem non poluerint, in Soeietatem iterum ſioe duarum tertiarum partium conſenſo non ſunt admitteodi.

Quod ſi omoes litem, & controverſiam Societatis arbitrio examioandam, & componendam ſubiieiant, Soeietas, rationibus hine inde exeoſſis, ad Dei gloriam, qood magis videbitur expedire, quodque æquius erit, deliberabit.

De

Digitized by Google

De his, quæ circa eorum curam, qui de novo ad fidem converſi ſunt Societas præſtare debet. Cap.V.

Haud ſegnior quidem Societatis cura eſſe debet in his confirmandis, quos ad fidem revocavit, quam in revocandis fuit. Unde ne ſuſceptæ eos Religionis pœniteat, ſæpius inviſere, blandiri, & qua ſpiritualibus, & qua temporalibus collatis ſubſidiis eorum indigentiis occurrere oportebit.

Hinc paratam ſemper Domum ad eos recipien., qui ad profitendam Catholicam Religionem ſua Domo exceſſerunt, atque undecumque tandem acceſſerint Hoſpitio ſunt excipiendi, atque humaniter tractandi, advertendum vero maxime eſt, ut qui tali Domo, & Hoſpitio præeſt, is ſit, ut vitæ, ac morum innocentia, ac chriſtiana charitate eos alliciat, & traditis veræ pietatis exemplis, in Catholica Religione magis magiſque confirmet. Propterea notæ ſanctitatis, ac pietatis eſſe debet, & ſi fieri poſſit, ea Societate ipſa eligendus, qui, & temporalibus neceſſitatibus conſulat, multoque magis ſpiritualibus collatis ſubſidiis inſtituat, ad veræ, & Catholicę Religionis ſtudium; obſervet quoque eorum mores, & Societati referat, ut ipſa tempori, ſi quid eſſet opus, providere poſſit.

Peregrinæ Virgines, ac Mulieres, ab honeſta aliqua Muliere ſunt excipiendæ, ejuſque curæ tradendæ, cujus erit non modo de his, quæ ad vitam neceſſaria ſunt providere, ſed pro ejus captu in ſuſcepta religione, qua verbis, qua exemplis confirmare. Ad exactiorem vero earum in Doctrina Chriſtiana, ac fide inſtructionem religioſi, ac graves viri ſaltem quinquagenarii ſunt ſubſtituendi, qui id in Eccleſia, & in aliorum præſentia præſtabunt. Pro expenſis vero, quæ ad harum exceptionem, & ſubſtentationem neceſſariæ erunt ipſa Societas providebit.

Si forte aliquis ex his, de novo converſis in morbum incideret, atque ob ſuam egeſtatem unde ſuo morbo, ac miſeriæ conſulere poſſit non haberet, curabit pro virili Societas, ut viri in Xenodochio Societatis charitatis excipiantur. Mulieres vero apud ejuſdem Societatis Virgines, vel alium in locum, ubi chriſtiana pietate eorum cura geri poſſit excipiantur.

Reliquis vero aſſidua febre laborantibus, nec pecunia, nec medicorum, pharmacopolarum, aut aliorum opera opem ferat Societas, niſi prius peccata expiaverint, & ſacro pane ſe refecerint, quod Societati per confeſſarii fidem, vel alterius e Societate, qui forte adfuiſſet, conſtabit; quæ fides per ejuſdem Secretarium adnotetur.

Curabit quoque Societas, ut de novo converſi alicui arti, vel ſervituti addicantur, ad quod etiam omnem feret opem, ut ſibi victum comparare, atque honeſte vivere poſſint: iis vero, qui laborem reſpuentes otio ſe dedere volent, ne anſa eis in ea vita perſiſtendi præbeatur, nihil omnino præbebitur, niſi fortaſſe certis de cauſis aliud Societati videretur.

Pueri vero, dum per ætatem licet, ad aliquam artem addiſcendam, ad quam aptiores videbuntur, applicentur, vel ſaltem ad ſerviendum aliquo in loco, ubi Deo inſervire, & victum ſibi parare queant. Quod ſi aliquis ingenio polleat, & de eo ſpes ſit, ut in liberalibus ſtudiis, ac diſciplinis ſit profecturus; in Collegio eum admitti Societas curabit, & tam de his quam de illis, donec ſolidioris ſint ætatis, & nullius ad vivendum auxilio indigeant, Societas in eorum cura vices patris geret, ut ejuſdem Societatis filii merito poſſint nuncupari.

Cum quis de nuper converſis pecunia indiguerit ad ejus inopiam ſublevandam mutuo detur: quam tamen ad libitum ejus e Sociis, cui ſe obſtringet, ſpondebit reddere. Advertatur vero, quod ſi ſumma mutuo data duos aureos non excedat, apoca privata ſufficiet; ſecus vero ſi excedat: nam præter eam Tabellionis publici fides exigetur.

Haud vero ſchæda obligationis prætermittatur, qua acceptam referat Societati eam ſummam, vel Gubernatori, vel Adminiſtratoribus, nulla facta apochæ, & fidei Tabellionum mentione, quæ deinde in libros relata, pro ejuſdem Gubernatoris, & Adminiſtratorum cautione inſerviet.

Tandem Sacerdos, qui abſolutionem ab hæreſi nuper converſo impenderit, eum ſerio moneat, curetque, ut eligat approbatum aliquem Confeſſarium, cui peccata deinceps aperiat, niſi forte ſibi, a quo fuit abſolutus, aperire vellet: atque eidem converſo pecuniam pro ejus ſuſtentatione, ſi quando exigeret, Societas non tribuat, niſi ejus Confeſſarius teſtatum faciat, eum ſemel in menſe peccata aperire ſolitum eſſe, ac niſi forte eidem Societati ad Dei gloriam juſtis de cauſis aliud videatur.

De Officialibus, ac muneribus in Societate obeundis. Cap VI.

Erunt omnes, quibus hæc ſunt obeunda, octo præter alios minores puta Director, Gubernator, quatuor Adminiſtratores, rationum collator, qui vulgo controllator dicitur, & Secretarius, atque de his omnibus, deque eorum muneribus ſingulatim dicetur in ſequentibus. Hi vero præter Directorem, (qui Sacerdos eſſe debet) ex eccleſiaſticis Sacris initiatis eligi non poterunt, licet ipſi in electione ſuffragium ferant.

Quoad tempus vero, quo cuique ſuum munus eſt exercendum, Director tribus annis, Gubernator duobus, reliqui vero tantum anno in munere perſiſtent, niſi forte Gubernatorem, vel Adminiſtratorem iterum confirmare urgenti cauſâ Societati videretur. Ex quatuor vero Adminiſtratoribus duo ſemper confirmari debent, qui cum duobus de novo electis adminiſtrabunt.

At vero quivis, qui huic Societati erit adſcriptus, atque in ea, vel Officialis, vel in aliquo obeundo munere ſuam navat ope-

ram, ac laborem, nullam mercedem, vel humanam remunerationem intendat, ſed ad ſolam Dei gloriam, & Hæreticorum converſionem ſe, ſuaque omnia dirigat. Æquum tamen Societati videtur, ut nonnulli nempe Gubernator, Adminiſtratores, Controllator, & Secretarius, qui aliquid in ratione ſumptuaria reddenda, atque aliis ſcriptis exarandis de ſuo impendunt, mercedem aliquam ex eleemoſynis de novo converſorum conſequantur.

De Officialium Societatis electione. Cap. VII.

Ut electio ad Dei gloriam cadat, nec ſine divina implorata ope efficiatur, pridieque electio fiat, quæ ſemper in Feſto Exaltationis Sanctæ Crucis hora octava matutina eſt facienda. Sacerdotes omnes (ſi licebit tamen) Sacra de Spiritu Sancto facere: qui vero Sacerdotes non ſont, ipſo Exaltationis Feſto die peccata confiteri, & ſacro pane ſe reficere optimum eſſet.

Inde congregatis omnibus in loco jam ante quindecim dies deſtinato Director incipiat Hymnum: *Veni Creator*; quo cum reliquis precibus abſoluto ad electionem procedatur: nulli autem catero in electione adeſſe fas erit. Electio vero hoc modo fiet: quiſque ſcriptum in ſchedula nomen illius, vel eorum, quibus ſuffragium ſuum ferre voluerit, in loco, ubi, nec adverti oculis, vel aliquo modo cognoſci poſſit, collocabit.

Director vero arculam circumgeſtabit, cui ſchedulæ commendentur, inde ad ſedem ſuam reverſus alta voce electorum in ſchedula nomina perleget ſingillatim, Secretario ſingula reſcribente: quibus perlectis videbitur, in quemnam electio cecidit: quod ſi in prima electione nemini ſuffragia, quæ ad id munus requiruntur, lata fuere, nempe duæ tertiæ ſuffragiorum partes, uſque ad tertiam procedatur. Quod ſi neque in tertia peragetur, qui duo plura ſuffragia habuerint, eligantur, atque iis ſolummodo iterum ſuffragia ferentur, & qui plura habuerit, erit electus; ſi vero paria erunt uniuſcujuſque ſuffragia, res ad ſortem renovabitur.

Electione peracta; *Te Deum laudamus*, & reliquæ preces ad gratiarum actionem recitabuntur; poſtridie vero Sacerdotes Sacra facientes debitas Deo gratias agere tenebuntur, ſimulque Divinam Majeſtatem orare, ut novos Officiales dirigat ad ea peragenda, quæ ad ejus gloriam, & bonum Societatis cedant.

De directione Societatis; Cap. VIII.

Directorem igitur ſemper habebit Societas, a quo regetur, quique Sacerdos erit; dummodo reſidentia alicujus Eccleſiæ extra Lutetiam, vel animarum cura, vel publico alio munere non ſit impeditus, eius erit Societatem dirigere, ac ad ſuum finem aſſequendum promovere. Tribus annis in eo munere permanebit, niſi forte ſponte pro bono Societatis, accedente duarum tertiarum partium conſenſu, ſe ſubtrahere vellet; quibus confectis, non poterit in directorem iterum eligi, niſi tribus aliis elapſis annis. Quod ſi aliqua ea cauſa pluſquam triginta diebus a dicta Societate Directori abeſſe contigerit, proponet idem Director aliquem ea Societate, qui ſuas vices gerat, quem tamen aptum eadem Societas cenſeat, & dicetur Subdirector, ac durabit in eodem munere uſque ad reditum Directoris, & non ultra.

Idem Director Conſtitutiones haſce Archiepiſcopo Pariſienſi pro tempore exiſtenti oſtendat, ut in illarum obſervantia, atque exequutione invigilare poſſit.

Poterit, prout neceſſarium Societati exiſtimaverit, tam in generali, quam in particulari ſocios ad monere. Curet etiam in primis, ut ſocii inter ſe concordes mutuo ſe amore foveant, & complectantur. Converſis item de novo, ſeu divites, ſeu pauperes ſint, in quibuſcumque fortunæ caſibus præſto eſſe debebit: ægrotantes autem ſaltem ſemel in hebdomada adire, atque inviſere optimum eſſet: Societati deinde referet morbum, & remedia, quæ ipſe pro corporis, animæque ſalute opportuna judicabit.

Ante omnia autem curet, ut de novo converſi bonis moribus, & catholicæ religionis præceptis inſtituantur. Quod ſi hoc per ſe præſtare non poterit, doctorum hominum opera utetur, ne forte horum omnium inſcitia ad priſtinos mores relabantur.

Advenas autem, qui fidei amplectendæ cauſa venerint, non ſolum inviſere, & fortiores ſuſcepta religione reddere debebit, ſed curabit inſuper, ut ab hæreſi non abſolvantur, niſi prius conſtet, eos non ficte hanc abſolutionem exquirere, ac tam Societas, quam ille, qui eos hoſpitio excepit, ſuper hoc ſententiam ſuam ferant; puerorum autem curam geret, quos Societas, vel ad literarum ſtudia, vel ad artes deſtinavit, ac in ſuo munere bene ſe gerant nec ne, cognoſcet, & ſuis præceptoribus commendabit; ac ſi quid illis deſit patris vicem geret.

Si aliqua nuper converſum urgeret neceſſitas, ut ſtatutus congregationis dies ad ſublevandam ejus inopiam expectari non poſſit, poterit Director præcipere, ut quod congruum ipſi videbitur, tribuatur. Tenebuntur vero Gubernator, Adminiſtratores, & rationum Collator Directoris præſcriptum exequi, dummodo ea una ad alteram Congregationem duorum aureorum ſumma pro quolibet non excedatur: Inde in proxima Congregatione Societatem de ſoluta pecunia certiorem faciet: ab iis vero, quibus pecunia collata eſt, ſchedam obligationis, ſeu apocam fieri curabit, Subdirector autem nonniſi unicam libram Turonenſem conferendi facultatem habebit pro quolibet, niſi forte majorem illi Societas tribui debere facultatem extimaret.

Si quando Societatis officiales conveni-

re

re expedierit, poterit Director extra Ordinem convocare, eoſque conſulere de iis rebus, de quibus totius Societatis ſententiam rogare non eſt neceſſe.

Tandem ſi tam Director, quam Subdirector a Societate pluribus diebus, vel hebdomadis abeſſent, Gubernator eorum vicem geret, ac de quibus illi potuiſſent decernere, & ipſe poterit.

De Gubernatore, & reliquis. Cap. IX.

Gubernatoris munus (cui nihil ſine communi omnium ſenſu, conſenſuque peragere licebit) erit pecuniæ mutuo datæ apochas, & ſchedas obligationis omnes perlegere, atque examinare, eas vero illorum, qui ab Adminiſtratoribus aliquid acceperunt, ſua manu ſubſcribet: inde in acta Notarii, ſeu Secretarii Societatis referre curabit, ſimulque quidquid ab Adminiſtratoribus, & rationum Collatore acceptum, vel expenſum fuerit. Conferentur deinde rationes cum Notarii commentario, quod vulgo regiſtrum dicitur: quæ ſi inter ſe paria erunt, computa ſubſignabit, & penes ſe habebit exemplar collatum cum originali, extractumque Commentarii, ſeu regiſtri Notarii, in quo tam acceptum, quam expenſum contineatur.

Si Gubernatori ultra tres menſes a Societate abeſſe contingeret, eligendus eſt alius, qui vicem Gubernatoris gerat.

Poſt Gubernatorem erunt quatuor Adminiſtratores, & unus rationum Collator, ſeu Controllator, quorum erit recipere deſtinatos, donatos, & legatos nummos pro noviter converſis, aliiſque Societatis miniſteriis; de quibus ipſi proprio, ac privato nomine tenebuntur, & tam dati, quam accepti ab ipſis rationem Gubernatori, vel Vice Gubernatori, & Societati, ac aliis quibus de jure, & conſuetudine, reddent, & niſi perfectam hanc rationem reddiderint, ſciant ſe obligatione, qua obſtricti ſunt, nunquam abſolvendos, quæ abſolutio nonniſi ab ipſa Societate poterit impertiri.

Rationum Collatoris, ſeu Controllatoris munus erit præter id, quod dictum eſt, conſerre apochas, tam accepti, quam expenſi, quod tamen aureum excedat: cumque illi a Gubernatore, vel Adminiſtratoribus, aliiſve tradentur, ſua manu ſubſcribet.

Secretarius tandem, ſeu Societatis Notarius debebit conficere, & apud ſe retinere, & cuſtodire commentarium, ſeu regiſtrum nominum illorum, qui Societatis opera ad catholicam fidem fuerint converſi: promiſſionum inſuper, & rationum accepti, & expenſi: cujuſcumque item rei, quæ quomodolibet Societati addicta, aut donata fuerit ad pauperum converſorum beneficium; tandem Societatis decreta, & Gubernatoris, Adminiſtratorum, & Controllatoris confectas rationes.

Curet præterea, ut Societatis primordia, & progreſſus, & res egregie a Societatis hominibus geſtæ ſcriptis mandentur, confectaque commentaria cuſtodiat, ut ad majorem Dei gloriam, & poſterorum exemplum futuris temporibus, quid Deus per ſuos dignatus eſt efficere, relegatur.

Relapſorum etiam a fide notam deſcribet. Tandem ſcripta omnia, & Societatis monimenta omni cura ſervabit. Elapſo vero anno ſui muneris, inventarium eorum omnium, quæ apud ſe habebit, conficiet, quod Directori, & Societati oſtendet, & retento apud ſe ejuſdem inventarii exemplari una cum reliquis ſcriptis ſucceſſori tradet.

Poterit etiam Secretarius ſecum adjutorem habere, ſi neceſſarium duxerit, & ipſe par labori non ſit, qui adjutor ex ipſa Societate eſt aſſumendus.

Jam vero his omnibus, qui Officiales ſunt nihil dare licebit, ſine Societatis, Directoris, vel Subdirectoris, aut etiam Gubernatoris conſenſu, ut ſupra dictum eſt.

De impreſſione librorum ab hominibus Societatis. Cap. X.

In edendis in lucem libris ab aliquo ex Sodalibus compoſitis, præſertim ſi materiam controverſiarum contineant, ultra Superiorum, ad quos ſpectat licentiam, etiam Societatis aſſenſus requiratur, ut nihil quod reprehendi poſſit ab ipſius Societatis Sodalibus publici juris fiat. Quamobtem Societas unum, aut plures deſtinabit, qui edenda ſcripta legant, relegantque, & ſi commode fieri poterit, coram ipſa Societate, dummodo in qualibet Congregatione in hujuſmodi lectione non plus quam dimidiata hora inſumatur: quæ vero ſcripta luce digna videbuntur, Societas eorum editioni conſenſum præſtabit.

De harum Conſtitutionum obſervantia. Cap. XI.

Non modo, qui huic Societati nomen dedit, in harum regularum obſervantiam invigilare debet, ſed pro virili etiam curare, ne his aliquid unquam detrahatur, vel addatur, nedum aliquid de novo mutetur.

Unde cum Societas has leges obſervare promiſerit, licet nullo peccati vinculo ad earum obſervantiam obſtringatur, ad illarum tandem cuſtodiam ſuper omnia debet inſudare.

Conſtitutiones Societatis Exaltationis Sanctæ Crucis ultimo emendatæ juxta nonnullas notas Reverendiſſimi Domini Paulutii.

Franciſcus Implus Secretarius.
Franciſcus Paulutius &c.

§. 2. Nos inviolabili erectionis, & inſtitutionis prædictarum, ac Capitulorum, ſive Statutorum hujuſmodi firmitati, atque obſervationi, quantum cum Domino poſſumus, conſulere, dictoſque exponentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine, qua- Urbanus ea confirmat.

vis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes,& abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium negotio Propagandæ in univerſo mundo Fidei præpoſitorum conſilio, erectionem, & inſtitutionem dictæ Societatis, ut præfertur, factas, nec non præinſerta Statuta, ſive Capitula hujuſmodi apoſtolica auctoritate, tenore præſentium ſine cujuſquam præjudicio approbamus, & confirmamus, illiſque inviolabilis apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes, & ſingulos, tam juris, quam facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus.

Clauſulas apponit.

§.3. Decernentes præſentes literas, ac omnia, & ſingula in eis contenta valida, firma, & efficacia eſſe, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & pro tempore quomodolibet ſpectabit inviolabiliter obſervari debere: irritumque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contraria tollit.

§.4. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 18. Junii 1634. An.XI.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die decimaoctava Junii 1634. Pontificatus noſtri Anno XI.

CDLIX.

Declaratio, ac confirmatio Decretorum editorum circa Imagines defunctorum nondum a Sede Apoſtolica canonizatorum cum ſplendoribus, aut laureolis non proponendas, & proceſſus pro eorum Beatificatione, aut Canonizatione conficiendos.

Decreta hic enunciata habes in Conſt.CXVIII. Sanctiſſimus. *Tom.V. Par.V. fol.*318.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Proœmium.

Cœleſtis Hieruſalem Cives, quorum glorioſis natalitiis ſancta lætatur mater Eccleſia, ſicut hujus Sanctæ Sedis Apoſtolicæ miniſterio a piis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus venerantur in terris, ita Romanum decet Pontificem militantis Eccleſiæ regimini divina providentia præpoſitum, pro ſuo præcipuo honoris Domus Dei zelo invigilare, ne quid in perſonarum cum ſanctitatis, aut martyrii fama, vel opinione defunctarum memoriam, ſive cultum, inconſulta Sancta Sede prædicta innovetur.

Refert decreta alias edita ſuper imaginibus defunctorum nondum a Sede Apoſtolica canonizatorum.

§.1. Aliàs ſiquidem Nos ſolicite animadvertentes abuſus, qui irrepſerant, & irrepere non ceſſabant in colendis quibuſdam cum ſanctitatis, aut martyrii fama, vel opinione defunctis, qui, etſi neque Canonizationis, neque Beatificationis honore inſigniti eſſent ab eadem Sede, eorum tamen Imagines in Oratoriis, atque in Eccleſiis, aliiſque locis publicis, atque etiam privatis, cum laureolis, aut radiis, ſeu ſplendoribus proponebantur, miracula, & revelationes, aliaque beneficia a Deo per eorum interceſſiones accepta in libris rerum ab ipſis geſtarum enarrabantur, & ad illorum ſepulchra tabellæ, imagines, & res aliæ ad beneficia accepta teſtificanda, & lampades, & alia lumina apponebantur: Volenteſque proinde hujuſmodi abuſibus pro debito officii paſtoralis occurrere, re etiam cum Venerabilibus Fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus contra hæreticam pravitatem in univerſa Republica Chriſtiana generalibus Inquiſitoribus ab eadem Sede ſpecialiter deputatis, communicata, & mature conſiderata, ac diſcuſſa, de eorumdem Cardinalium conſilio ſub die 13. Martii 1625. declaravimus, ſtatuimus, & decrevimus, ne quorumvis hominum cum ſanctitatis, ſeu martyrii fama (quantacumque illa eſſet) defunctorum imagines, aliaque præfata, & quodcumque aliud venerationem, & cultum præſeferens, & indicans, in Oratoriis, aut locis publicis, ſeu privatis, vel Eccleſiis, tam ſecularibus, quam regularibus, cujuſcumque Religionis, Ordinis, Inſtituti, Congregationis, aut Societatis apponerentur, antequam ab Apoſtolica Sede canonizarentur, aut Beati declararentur, & (ſi quæ appoſitæ eſſent) amoverentur, prout eas ſtatim amoveri mandavimus. Ac pariter imprimi de cætero inhibuimus libros eorumdem hominum, qui ſanctitatis, ſive martyrii fama, vel opinione, ut præfertur, celebres e vita migraviſſent, geſta miracula, vel revelationes, ſeu quæcumque beneficia, tamquam eorum interceſſionibus a Deo accepta continentes, ſine recognitione, aut approbatione Ordinarii, qui in iis recognoſcendis Theologos, alioſque pios, ac doctos viros in conſilium adhiberet: & ne deinde fraus, aut error, aut aliquid novum, & inordinatum in re tam gravi committeretur, negotium inſtructum ad Sedem Apoſtolicam tranſmitteret, ejuſque reſponſum expectaret: Revelationes vero, & miracula, aliaque beneficia ſupradicta, quæ in libris horum hominum vitam, geſtaque continen. eatenus ſine recognitione, atque approbatione hujuſmodi impreſſa erant, nullo modo approbata cenſeri voluimus, mandavimuſque. Ad horum hominum ſepulchra vetuimus etiam, ac inhibuimus tabellas, atque imagines ex cera, aut argento, ſeu ex alia quacumque materia, tam pictas, quam fictas, atque exculptas appendi, ſeu affigi, & lampades, ſive alia quæcumque lumina accendi, ſine recognitione ab Ordinario omnino, prout ſupra, facienda, Sedique Apoſtolicæ refenda, ac probanda. Declarantes, quod per ſupraſcripta præjudicare in aliquo noluimus, neque intendimus iis, qui aut per communem Eccleſiæ conſenſum, vel immemo-

Digitized by Google

memorábilem temporis curſum, aut per Patrum, Virorumque Sanctorum ſcripta, vel longiſſimi temporis ſcientia, ac tolerantia præfatæ Sedis Apoſtolicæ, vel Ordinarii celebrantur. Cumque poſtea die ſecunda Octobris ejuſdem anni 1625. a quibuſdam revocari in dubium accepiſſemus, an tabellas, & imagines, quas impoſterum offerri contingeret, recipere, & antea oblatas conſervare liceret: Nos, qui tantummodo voluimus occurrendo abuſibus, qui irrepere videbantur, certiorem parare viam ad eorum in terris gloriam, quorum ſanctimoniam divinæ clementiæ placuerit admirandis operibus illuſtrare; re prius cum eiſdem Cardinalibus communicata, de ſimili eorum conſilio declaravimus, quod ſicut nunquam prohibuimus, nec intentionis noſtræ fuit prohibere oblationem, receptionemque tabellarum, & imaginum hujuſmodi, ita, ut deinceps nulli dubitationi locus relinqueretur, ſtatuimus, & decrevimus, ut quoties ad aliquam Eccleſiam, aut Oratorium, locumve alium publicum ſecularem, ſeu regularem tabellas, & imagines, aliudve ſimile quiſpiam deferret, ac interceſſione hominum inter Sanctos, vel Beatos non adſcriptorum, quamvis cum martyrii, aut ſanctitatis fama demortuorum, optata ſe impetraviſſe diceret, liceret Eccleſiaſticis perſonis Eccleſiarum, locorumve prædictorum curæ præpoſitis tabellas, & imagines, ſive pictas, ſive ea quavis materia fictas, atque alia quæcumque collatæ gratiæ fidem facientia ſimul cum deferentis, aliorumque, qui conſcii fuiſſent, atteſtationibus recipere, atque approbantibus Ordinariis, ad quos referre ſtatim omnia tenerentur, in ſecreto aliquo ſeorſim ab Eccleſia loco cuſtodire, ibidemque jam amota collocare, & aſſervare, ut ſi quando Dominus talium virorum merita Beatificationis, ſeu Canonizationis honore in terris decorare voluiſſet, extarent hujuſmodi ſanctitatis qualeſcumque probationes Apoſtolicæ Sedis judicio tunc examinandæ. Demum vero, ut ejuſmodi decreta obſervarentur indubie, ac omnimodam ſortirentur exequutionem, cum eiſdem Cardinalibus re pariter communicata, deque eorumdem conſilio præmiſſis addidimus, ſtatuimus, decrevimus, atque declaravimus, ne ex tunc deinceps quiſpiam Ordinariorum, aut ab Apoſtolica Sede ad hoc ſpecialiter delegatorum, ſuper alicujus utriuſque ſexus cum ſanctitatis, aut martyrii fama, vel opinione defuncti miraculis, revelationibus, aliiſve ejuſmodi ſanctitatem redolen. ex integro informationes quoquo modo reciperet, aut proceſſum inſtrueret, vel huc uſque receptas informationes, inſtructumve proceſſum ulterius proſequeretur, niſi poſtulator prius per legitimas juridice ſuſceptas probationes circa perſonam ejus, de cujus miraculis, revelationibus, aliiſve rebus geſtis ſanctitatem præſeferentibus ageretur, præſcriptam in præfato noſtro decreto formam omnino ſervatam extitiſſe docuerit; & niſi poſtea ſucceſſive idem Ordinarius, aut ab Apoſtolica Sede ad hoc ſpecialiter delegatus, diligenti præhabita diſquiſitione circa eamdem perſonam, ſupradicto decreto nullatenus contraventum eſſe, rite pronunciaverit: Utque id inviolabiliter obſervetur, ſtatuimus inſuper, ac decrevimus, ne tranſmiſſi ad Urbem undecumque hujuſmodi proceſſus a Congregationis Sacror. Rituum Secretario, minuſve Sanctæ Fidei Promotore quomodolibet aperiantur, niſi prius in ipſa Sacrorum Rituum Congregatione, alio ſejunctim oblato authentico proceſſu, ex eo Ordinarium, aut ab Apoſtolica Sede ſpecialiter delegatum rite, ac recte, ut præmittitur, cognoviſſe, ac pronuntiaſſe prælibato decreto nequaquam contrarium eſſe, plene conſtiterit, ac deinde a Nobis judicialiter aperiendi eos proceſſus facultas indulta fuiſſet. Inſuper longiſſimum tempus, illiuſve immemorabilem curſum, de quo in prædicto decreto, intelligi declaravimus eſſe, tempus centum annorum metam excedens: Deque his, atque infraſcriptis omnibus, quæ in his decretis diſpoſita, & ordinata ſunt, aliqua ſuboriente difficultate, Ordinariis locorum, & Delegatis Apoſtolicis quibuslibet omnem omnino interpretandi facultatem ademimus, utque Sedem Apoſtolicam deſuper conſulerent, ab eaque reſponſum expectarent, mandavimus eiſdem, & alias prout in decretis deſuper editis plenius continetur.

§.2. Quare inviolabili decretorum prædictorum obſervationi, quantum cum Domino poſſumus, conſulere volentes, Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac mera deliberatione noſtris, deque apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, decreta prædicta cum omnibus, & ſingulis in eis contentis, tenore præſentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illiſque inviolabilis apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus: omniaque, & ſingula decreta hujuſmodi ab omnibus, ad quos ſpectat, & in futurum quomodolibet ſpectabit, obſervari omnino præcipimus, ſub pœna nullitatis quarumcumque informationum, proceſſuum, ac interpretationis aliter, quam prævia ſupraſcripta præcognitione inſtructorum, eorumque admiſſionis, publicationis, aut interpretationis; itaut earumdem informationum receptiones, proceſſuumve inſtructiones, necnon eorum admiſſiones, ac publicationes, & interpretationes habeantur pro non receptis, non inſtructis, non admiſſis, non publicatis, non interpretatis, eorumque amplius ratio aliqua nullatenus alicubi umquam haberi debeat.

* Modo illud confirmat, & declarat.

§.3. Decernentes præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod quicumque in præmiſſis, ſeu eorum aliquo intereſſe habentes, ſeu quomodolibet habere prætendentes, ad præmiſſa vocati, & auditi, minuſque cauſæ, propter quas eædem præſentes emanarint, adductæ, verificatæ, ſeu alias ſufficienter, aut etiam nullatenus juſtificatæ fuerint, nullo umquam tempore de ſubreptionis, obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, ſeu intentio-

Clauſulas præſervativas addit.

Digitized by Google

tionis noſtræ, aut alio quovis defectu, etiam quantumvis magno, inexcogitato, & ſubſtantiali, ſive etiam ex eo, quod in præmiſſis, ſeu eorum aliquo ſolemnitatea, & quævis alia ſervanda, & adimplenda ſervata, & adimpleta non fuerint; aut ex quovis alio capite a jure, vel facto, aut ſtatuto, vel conſuetudine aliqua reſultante, ſeu etiam enormis, enormiſſimæ, & totalis læſionis, aut quocumque alio colore, etiam in corpore juris clauſo, ſeu occaſione, vel cauſa, etiam quantumvis juſta, rationabili, & privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmiſſorum neceſſario exprimenda foret; aut quod de voluntate noſtra hujuſmodi, & aliis ſuperius expreſſis, ſeu relatis nihil ullibi appareret, ſeu aliter probari poſſet, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controverſiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adverſus illas reſtitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, aut aliud quodcumque juris, facti, gratiæ, vel juſtitiæ remedium impetrari, ſeu quomodolibet concedi, aut impetrato, vel conceſſo quempiam uti, ſeu ſe juvare in judicio, vel extra poſſe; neque ipſas præſentes ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus pro tempore quomodolibet faciendis comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas, perpetuoque validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac per omnes, & ſingulos, ad quos ſpectat, & quomodolibet ſpectabit in futurum, inviolabiliter obſervari.

Ita judicari ſtatuit.

§.4. Sicque, & non aliter in præmiſſis omnibus, & ſingulis, per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, & Nuntios, & alios quavis auctoritate, & poteſtate fungentes, in quavis cauſa, & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & definiri debere: irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Exequutores deputat, ac mandat puniri tranſgreſſores.

§.5. Quocirca Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis locorum Ordinariis, necnon dilectis filiis noſtris, & Apoſtolicæ Sedis Nuntiis, ac hæreticæ pravitatis Inquiſitoribus ubilibet exiſtentibus, per apoſtolica ſcripta mandamus, ut ſtatim atque præſentes literæ ad eorum, & cujuslibet eorum notitiam pervenerint, in ſua quiſque reſpective Diœceſi, vel Provincia ſedulo pervigilet, ne ſine approbationibus prædictis imagines cum memoratis ſignis exponantur, aut miracula, revelationes, ac beneficia prædicta publicentur, aliave contra ſuperius diſpoſita fiant: tranſgreſſores vero ſi regulares fuerint, privationis ſuorum officiorum, ac vocis activæ, & paſſivæ, nec non ſuſpenſionis a divinis: ſi vero Clerici ſeculares, privationis pariter ſuorum officiorum, ſuſpenſionis a divinis, & ab adminiſtratione Sacramentorum, exequutioneque ſuorum ordinum reſpective, aliiſque arbitrio prædictorum Ordinariorum, ſeu Inquiſitorum pro modo culpæ infligendis pœnis plectendo: Qui autem Libros impreſſerint, aut imagines pinxerint, ſculpſerint, ſeu quoquo modo affixerint, vel formaverint, cæterique artifices circa præmiſſa qualitercumque delinquentes, prædicta omnia amittant, & inſuper pecuniariis, aliiſque etiam corporalibus pœnis juxta criminis gravitatem, eorumdem Ordinariorum, ſeu Inquiſitorum arbitrio afficiantur. Contradictores quoslibet, & rebelles, ac præmiſſis non parentes, per ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, omni, & quacumque appellatione, recurſu, & reclamatione remotis compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis.

Contraria tollit.

§.6. Non obſtantibus, quatenus opus ſit, rec. mem. Bonifacii Papæ VIII. etiam Prædeceſſoris noſtri, de una, & in Concilio generali edita de duabus dictis, cæteriſque in contrarium facien. quibuſcumque.

Publicationem in Urbe omnes afficere decernit.

§.7. Ut autem præſentes, & in eis contenta quæcumque ad omnium notitiam deducantur, & ne aliquis de eis ignorantiam prætendere poſſit, volumus pariter, & mandamus, quod eædem præſentes per aliquem, ſeu aliquos ex Curſoribus noſtris ad Eccleſiæ Lateranen., & Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, necnon Cancellariæ Apoſtolicæ valvas, ac in acie Campi Floræ affigantur, & publicentur, & cum inde amovebuntur, earumdem exempla in eiſdem locis affixa dimittantur: quæ ſic publicatæ, & affixæ poſt duos menſes a die publicationis computandos, omnes, & ſingulos, quos concernunt, perinde afficiant, & arctent, ac ſi unicuique illorum perſonaliter intimatæ, & notificatæ fuiſſent.

Tranſumptis credi mandat.

§.8. Quodque illarum tranſumptis impreſſis, ſigillo alicujus perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, & manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 12. Julii 1634. An.XI.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris die 5. Julii 1634. Pontificatus noſtri Anno XI.

Anno 1634. Indictione ſecunda Pontificatus SS. D. N. D. Urbani divina providentia Papæ VIII. die vero 5. Septembris ſupradictæ Literæ, ſive Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Baſilicarum Sancti Joannis in Laterano, & Principis Apoſtolorum Urbis, ac in acie Campi Floræ, ut moris eſt, per me Alexandrum Latinum prælibati SS. D. N. Papæ Curſ.

Pro D. Mag. Curſ. Dominicus Mang. Curſ.

INDEX

Digitized by Google

INDEX

NOMINUM, ET RERUM PRÆCIPUARUM;

Quæ in hoc Volumine continentur.

Numerus paginam indicat, A primam columnam, B ſecundam deſignant.

A

ÆThiopibus Chriſtianis Jubilæum conceſſum. *pag.* 80. *a.*
Alexander Card. Bichius. 374. *a.*
Alexander Card. Farneſius Avenionenſis Legatus. 134. *a.*
Alexander Card. Montaltus. 188. *a.* Ei commiſſa reformatio Monaſterii Sancti Salvatoris Majoris. *ibid.*
Aloyſius Dux de Eſpernon nonnulla attentat contra Archiepiſcop. Burdegalenſem. 374. *a.*
Aloyſius Trottus Magiſter peditum Italorum Exercitus Hiſpanici. 92. *a.* Fortalitia Vallis Tellinæ a Torquato de Comitibus Papæ delegato Hiſpaniarum Regis nomine recipit. *ibid.*
Andreas du Val Doctor Pariſienſis. 26. *a.*
S. Antonii de Sancto Antonio Ordo. 21. *b.* Nuncius Apoſtolicus in Regno Neapolis deputatur perpetuus Præceptoriæ extra Portam Capuanam Conſervator. *ibid.* Abbati Generali Ordinis data facultas Conſtitutiones edendi. 384. *b.* Quæ editæ a Pontifice confirmantur. 403. *a.*
Antonius Card. Barberinus delegatur ad Urbini Ducatus capiendam poſſeſſionem. 19. *a.* Aliæ facultates hanc ad rem eidem conceſſæ. 61. *a.* Ei commiſſa viſitatio Eccleſiarum, & piorum locorum Urbis. 140. *a.* Domum pro Fratribus Ordinis Cappuccinorum Romæ erigit. 275. *a.* Conceſſa ei facultas modum Officiorum, Magiſtratuumque Ducatus Urbini mutandi. 278. *b.*
Antonius de Paula M. Magiſter Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani. 111. *b.*
Antonius Fernandez de Toledo Alvæ Dux Regni Neapolitani Pro-Rex. 171. *b.*
Antonius Maſcaregnas Commiſſarius Cruciatæ in Regno Portugalliæ. 405. *b.*
Antonius Torniellus utriuſque Signaturæ Referendarius. 245. *a.*
Armandus Jo: Card. de Richelieu. 171. *a.* Ei poteſtas facta hæreticos Galliarum abſolvendi. *ibid.*
Aſtrologi judiciarii quibus pœnis coercendi. 268. *b.*
Auguſtinus Maſcardus Rhetoricæ profeſſor in publico Urbis Gymnaſio. 121. *b.*

B

SAncti Benedicti dies feſtus in locis, in quibus exiſtunt Monaſteria Ordinis ab eo inſtituti Congregationis Hiſpaniarum, tamquam de præcepto celebrandus. 316. *a.*
Benedictini. *Vide*: Ordines Regulares. *ſuo loco.*
S. Bonaventuræ Eccleſia de Urbe Lucanis conceſſa. 275. *b.*
Brittinorienſis Eccleſia. 34. *a.* Nonnulla Caſtra ei aſſerta. *ibid.*
Burſfeldenſis Congregatio. *Vide*: Ordo Caſſinenſis.

C

VEn. Cajetanus Thienæus. 200. *b.* Congregationem Clericorum Regularium inſtituit. *ibid.* Cauſa ejus Beatificationis in S. Rotæ Auditorio agitur. *ibid.* Beatorum Albo adſcribitur. 201. *a.*
Camaldulenſium Congregatio. 24. *a.* Statuta pro ſatisfactione onerum Miſſarum in Eccleſia Sancti Gregorii de Urbe. *ibid.* Prior hujuſce Monaſterii cenſetur Procurator Gen. totius Congregationis. 25. *a.*
Canonicus ab Epiſcopo pro viſitanda Diœceſi electus fructus ſuæ Præbendæ percipere poteſt: amiſſis tamen diſtributionibus quotidianis. 149. *b.*
Cardinales fruuntur Indulto conferendi Beneficia S. Sedi affecta illarum Eccleſiarum, quibus præſunt. 12. *b.* & *ſeqq.* Atque etiam Penſiones transferendi. 267. *b.*
Cariatenſe Seminarium erectum. 132. *a.*
Carolus Archidux Auſtriæ Collegium Societatis Jeſu in Oppido Niſſæ cum Univerſitate Studii Generalis erigit. *p.* 14. *a.*
Carolus Barberini pontificiarum copiarum Gubernator generalis. 7. *b.*
Carolus Lotharingiæ Dux. 125. *b.*
Carthuſiani. *Vide*: Ordines Regulares. *ſuo loc.*
Catharina a Lotharingia Abbatiſſa Monaſterii de Romaricomonte. 125. *b.*
Catechumenorum Eccleſia, & Domus in Urbe. 3. *b.* Deputati ad ejus regimen poſſunt Notarios cogere ad aperienda, & oſtendenda Teſtamenta. *ibid.*

Cœle-

Cœleſtini. *Vide*: Ordines Regulares. *ſuo loco*.
Chriſtierna a Lotharingia M. Hetruriæ Duciſſa. 44. *a*.
Congregatio Cœleſtinorum. 196. *a*. Quibus diebus Abbates Baldacchino poſſint uti. *ibid.*
Collegium Illyricorum Laureti inſtitutum. 46. *a*. Ex quibus Provinciis, ac Diœceſibus alumni ſint ſeligendi. 47. *a*. Eorum privilegia. 48. *a*.
Colonienſis Univerſitas. 8. *b*. Seminarium pro Monachis Congreg. Burſfeldenſis in ea erectum. *ibid.*
Communionis Hierarchiæ plenitudinis ætatis Jeſu Chriſti Confraternitas in Hungaria erecta. 31. *b*. In Archiconfraternitatem erigitur. *ibid*. Indulgentiæ Confratribus conceſſæ. 32. *a*.
Confeſſarius ab Epiſcopo approbatus poteſt a Succeſſore examinari. 18. *b*.
Congregatio Caſſinenſis Sanctæ Juſtinæ de Padua. 126. *a*. Definitores quomodo ſint eligendi, & quoto tempore officium gerere debeant. 126. *b*. Dieta quale jus habeat ſuper Abbates. *ibid.* Quibus diebus Abbates Baldacchino uti queant. 177. *b*.
Congregatio Clericorum Regularium Miniſtrantium infirmis. 124. *b*. Præfectus Generalis, & Conſultores quomodo ſint eligendi. *ibid.*
Congregatio Clericorum Regularium Minorum in duas dividitur Provincias, *p*. 33. *b*.
Congregationis Clericorum Regolarium Matris Dei Religioſi a Proceſſionibus, aliiſque publicis Actis ſunt exempti. *p*. 174. *b*. Scholæ ſub nomine *Scholarum Piarum* nonniſi ab ipſis erigendæ. 227. *a*.
Congregatio Clericorum Regularium de Somaſca. 331. *b*. Ei conceſſum Indultum in propriis Domibus, Orphanotrophiis, Seminariis &c. privata erigendi Oratoria. *ibid.*
Congregatio Fratrum Joannis Dei. 122. *b*. Presbyteris quæ officia committi queant. 123. *a*. Nonniſi poſt decimum ab emiſſa profeſſione annum ſacris poteſt quis initiari. *ibid.*
Congregatio Olivetana, 169. *a*. Quibus diebus Abbates uti poſſint Baldachino. *p*. 169. *b*.
Congregatio Oratorii Neapolitana. 223. *b*. Domus nonniſi in inſignioribus Civitatibus erigendæ. *ibid*. In iiſque ſaltem decem alendi Sacerdotes. *ibid*,
Congregatio ſuper confinibus Status Eccleſiaſtici ab Urbano Octavo inſtituta. 85. *a* Cauſæ ab ea cognoſcendæ. *ibid.*
Cremonenſis Clerus cum nonnullis emphyteutis concordiam init ſuper ſolutione livellorum eccleſiaſticorum. 1. *b*.
Cyrillus Lucaris Pſeudo-Patriarca Coſtantinopolitanus. 137. *a*. Multorum criminum reus. *ibid*. Cardinalibus Millino, & Cremonenſi demandatur, ut contra eum procedant. 137. *b*.

D

DAtaria Apoſtolica. 36. *b*. Officium Præfecti Computorum ſuppreſſum. *ibid.* Officiumque Receptoris reſtitutum. *p* 37. *b*.
Deſiderius Arigonius Camaldulenſium Procurator Generalis. 325. *a*.

E

ECcleſiæ præcepto in Paſchate non ſatiſfacit, qui in ſua Parochia Communionem non ſumit. 18. *b*.
Eliſabetha Bavariæ Duciſſa. 125. *b*.
Epiſcopus Confeſſarios a ſuo prædeceſſore approbatos poteſt iterum examinare. *p*. 18. *b*. Duoſque Cathedralis Eccleſiæ Canonicos pro Diœceſis viſitatione aſſumere. 149. *b*.
Erneſtus Adalbertus Cardinalis ab Harrach. 180. *a*. Facta ei poteſtas tranſigendi cum Ferdinando Imperat. ſuper bonis Eccleſiaſticis, quæ olim in Bohemiæ Regno hæretici occuparunt. 180. *a*.
Exaltationis S. Crucis Societas extra muros Civitatis Pariſienſis erecta. 407. *b*. Statuta pro ejus regimine edita. *ibid*. Confirmantur ab Urbano Papa. 412. *a*.

F

FAbrica S. Petri jus habet Notarios compellendi ad oſtendenda teſtamenta. 3. *a*.
Fabritius Card. Veroſpius. 319. *a*.
Fauſtus Polius Ap. Palatio Præfectus. 276. *a*.
Ferdinandus II. Imperator. 180. *a*. Hæreticorum expulſioni ex Bohemiæ Regno ſtudet. *ibidem*. Partem vectigalis ſalis in eodem Regno Eccleſiaſticis addicit. 345. *a*.
Ferdinandus Medices M. Hetruriæ Dux. *p*. 44. *a*.
Ferrarienſi Magiſtratui data facultas ſalis, & olei vectigal imponendi, montemque non vacabilem ſuper ejus fructibus erigendi. 231. *b*. Qui ab officio Judicis Sapientum ſint excludendi. 404. *b*. Quæ methodus ſervanda ſit in electionibus. *ibid.*
Franciſcus a Lotharingia Comes Vadimontanus. 125. *b*.
Franciſcus Card. a Balneo. 210. *b*. Data ei facultas Rothomagenſem Archiepiſcopum a cenſuris abſolvendi. *ibid.*
Franciſcus Card. Barberinus Sedis Apoſtolicæ in Galliam Legatus. 25. *b*. Angliæ & Scotiæ Protector. 217. *a*. Facultates ei conceſſæ pro bono catholicæ religionis iis in Regnis. *ibid*. Atque etiam regimen Ducatus Urbini ad formam Status Eccleſiaſtici redigendi. 332. *b*.
Franciſcus Card. de Clermont Avenionenſis Legatus. 334. *a*.
Franciſcus Fernandez de Alburquerque Siciliæ Pro Rex. 138. *b*.

Fran-

Franciſcus Maria Urbini Dux juribus Sedis Apoſtolicæ ſuper illo Ducatu conſulit. 78. a.
Franciſcus Philibertus Ferrerius Fliſcus Maſſerani Princeps. 170. a.
Franciſcus Rothomagenſis Archiepiſcopus nonnulla contra Sedis Apoſtolicæ auctoritatem ſcribit. 210. b. Sed poſtea ea revocat. ibid.
Franciſcus Tuntulus Procurator Generalis Congr. de Somaſca. 331. b.
Fridericus Card. Borromæus Archiepiſcopus Mediolanenſis. 245. a.
Fuldenſe Collegium a Gregorio XIII. erectum. 157. b. Et ab Urbano VIII. reſtitutum. 158. a. Juramentum ab Alumnis præſtandum. ibid. Regimini Patrum Soc. Jeſu creditum. 158. b. Alumnorum admiſſionis modus. 159. a. Eorum privilegia. 159. b.

G

Gaſpar Card. Borgia nonnulla contra Pontificis auctoritatem oblaterat. 313. a. & ſeqq.
Genuenſis Reipublicæ Dux, & Gubernator cenſuria irretiti, quia pro munitione Arcis S. Laurentii glebis ad Saonenſem, & Nauleuſem Eccleſias ſpectantibus uſi ſunt. 166. a. Ab iiſdem cenſuris abſolvuntur. ibid. Archiepiſcopo data facultas in Reipublicæ rebelles inquirendi. 311. b.
Gregorius XV. Fortalitia Vallis Tellinæ, aliaq; loca depoſiti nomine recipit. 8. a.
Guido Card. Bentivolus. 322. b.
Gymnaſium publicum Romanum. 121. b. Rhetoricæ Cathedra in eo inſtituta. p. 122. a.

H

Henricus Card. Cajetanus S. R. E. Camerarius. 304. a.
Henricus Malleacenſis Epiſcopus catholicæ religionis exercitium in valle Pragella reſtituit. 215. a.
Horatius Ludoviſius Fiani Dux. 98. a. Fortalitia Vallis Tellinæ, & Clavennæ nomine S. Sedis depoſiti loco recipit. ibidem.
Hypatius Pociey Ruthenorum Metropolita. 337. a. Collegium Ruthenorum erigi curat, & Torokanii Villam ei addicit. ibid.

I

Sancti Jacobi Hiſpanorum Eccleſia de Urbe. 295. b. Indultum celebrandi in ea Feſtum Conceptionis B. M. Virginis ſub ritu duplicis primæ claſſis, etiamſi in ſecunda Adventus Dominica occurrerit. ibid.
Jacobus Criſpus Epiſcop. Maceraten. 170. a. Maſſerani Principatus Gubernator ab Urbano VIII. conſtituitur. ibid.
Indiarum Occidentalium Epiſcopi fruuntur indulto conferendi gradus, & lauream doctoralem, certis ſervatis legibus. 29. a
Inquiſitionis Tribunal contra hæreticam pravitatem. 293. b. Conſtitutione Apoſtolicæ pro eo editæ etiam regulares exemptos comprehendunt, niſi ſpecialiter excipiantur. ibid.
Joannes Baptiſta Beſutius Canonicus Mediolanenſis. 245. a.
Joannes Baptiſta Cardinalis Pallottus in Ducatu Ferrarienſi Sedis Apoſtolicæ Legatus. 281. b. Data ei facultas obſides recipiendi juxta fœdus inter Imperatorem, ac Galliarum Regem Cheraſchi initum. ibid. Imperatum poſtea, ut eos reſtituat. 291. b.
Joannes Baptiſta Vives ſuas Ædes, bonaque ſua pro erigendo Collegio de Propaganda Fide dono dat. 68. b.
Ven. Joannes Dei Congregationis hujus nominis fundator. 239. b. In Beatorum numerum adſcribitur. 240. a.
Joannes Garzia Card. Millinus. 137. a. Ei commiſſum, ut contra Cyrillum Pſeudo Patriarcham C. P. inquirat. ibid.
S. Joannis Hieroſolymitani Militia. 16. a. Obtinentes dignitates Linguæ Anglicæ ſuffragium in electione M. Magiſtri non habent, niſi fuerint ex Anglia oriundi. ibid. Helvetii admitti poſſunt in Lingua Alemaniæ, dummodo nonnullis præditi ſint qualitatibus. 23. a. Hæc Militia jus habet Judices ſibi Conſervatores eligendi. 112. a. Quæ methodus in M. Magiſtri electione ſervanda ſit. 129. a. Locationes bonorum ad Præceptorias, Prioratus &c. ſpectantium nullæ ſunt, ſi abſque Magni Magiſtri licentia fiant. 166. a. Commendæ nonnullæ linguæ Franciæ invicem unitæ. 370. b.
Joſeph Velaminus Rutski Collegium Vilnæ Ruthenorum erigi curat. 337. b.
Jubilæum univerſale ab Urbano Papa VIII. indictum. 118. b. 120. b. 202. a.
Judex reum accuſatum alicujus furti, de aliis etiam poteſt interrogare. 1. a
Julio Buratto poteſtas facta Fortalitium, quod *Forte Urbano* nuncupatur, conſtruendi. 146. a.

L

Laurentius Card. Magalottus. 21. b.
Liparenſis Eccleſia a jure metropolitico Meſſanenſis eximitur. 98. a. Ac Sedi Apoſtolicæ immediate ſubjicitur. 98. b.
Ludovicus Apparicius Procurator Generalis Fratrum B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum. 150. b.
Ludovicus Card. Ludoviſius Caſſinenſium Protector. 127. a.
Ludovicus XIII. Francorum Rex.
—— Data ei facultas ſtatuta pro regimine Militiæ S. Spiritus edendi. 292. b. Exteroſque ad eam admittendi. 293. a. Atque etiam ætate minores. 338. a.
Ludovicus Serriſtorius Inquiſitor Melitenſis. 224. b.

M

Maria Magdalena Auſtriæ Archiduciſſa. 44. a.

B. Maria Magdalena de Pazzis Ordinem Carmelitarum profeſſa. 44. a. Indultum recitandi de ea Officium. 44. b.

Sanctæ Mariæ ad Martyres de Urbe Eccleſia. 105. a. Quale jus habeat ſuper plateam circa eam poſitam. ibid.

S. Mariæ de Bonneſaigoe Lemovicenſe Monaſterium. 354. a. Apoſtolico in Galliis Nuncio demandatum, ut Viſitatorem pro eo deſignet. ibid.

Martinus Aliforus utriuſque Signaturæ Referendarius. 245. a.

Martius Card. Ginnettus. 319. b.

Maſſerani Principatus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Feudum. 170. a.

Matrimonia inter domicilium transferentes quo pacto contrahi debeant. 79. b.

Maximilianus Bavariæ Dux. 125. b.

Mendus de Motha Philippi Portugalliæ Regis Conſiliarius. 219. b.

Metropolitanis Suffraganeorum Eccleſias viſitare non licet, niſi juxta præſcriptum Concilii Tridentini. 277. b.

Michael Adolphus Comes de Althann Confraternitatem *Communionis Hierarchiæ plenitudinis* ætatis Jeſu Chriſti erigit. 31. b.

Michael Soarez Pereira Regni Portugalliæ in Romana Curia Agens. 219. b.

Monetarii, etiamſi Eccleſiaſtici ſint, pœnis a Conſtitutione Pii Papæ V. ſtatutis coercendi. 95. a.

N

Nicolaus ex Comitibus Guidobaldi Marchio Montisbelli. 92. a. Propugnacula Vallium Tellinæ, & Chiavennæ nomine S. Sedis depoſiti loco recipit. ibid. Poteſtas ei fit Urbini Ducatum poſt Franciſci Ducis obitum nomine S. Sedis recipiendi, armataque tuendi manu. 149. a.

Niſſæ Collegium Soc. Jeſu, & Studiorum Univerſitas a Carolo Auſtriaco erecta. 14. a.

Notarii extra Urbem creati, antequam ſuum officium adoriantur exercere, examini ſe debent ſubjicere ſub pœna nullitatis, & falſi. 301. a.

O

Octavius Pierleoni Pauperum Advocatus. 327. b.

Oſnaburgenſis Academia per Franciſcum Gulielmum Epiſcopum inſtituta. 182. a. Cæterarum Academiarum privilegia ab Urbano Papa conceſſa. 183. a.

Ordo S. Benedicti Congreg. Anglicæ. 4. a. Statuta nonnulla ſuper Præſidis auctoritate, Miſſionariorumque munere. 6. b. Congregationi S. Mauri in Gallia unitur. 91. a. Nonnulla Statuta pro hujuſmodi Congregatione edita. 101. a.

Ordo Fratrum Eremitarum S. Auguſtini Diſcalceatorum. 5. a. Congregatio Italiæ in quatuor dividitur Provincias. ibid. Vicarius Generalis poteſtatem habet alium cum omnimoda ſua juriſdictione delegandi. 5. b. Congregationi Hiſpaniarum nonnullæ addicuntur domus, quæ in Indiis Occidentalibus ad Calceatos pertinebant. 181. a. Qui in Indiis degunt, a quocumque catholico Epiſcopo non ſervatis interſtitiis, Minores, Sacroſque Ordines ſuſcipere poſſunt. 359. a.

Ordo Fratrum Eremitarum S. Auguſtini Calceatorum. 22. a. Aſſiſtentes ultramontani Prioris Generalis peracto officio ſuas ad Provincias redire debent. p. 22. b. Toti Ordini conceſſum indultum Miſſam celebrandi de B. Rita de Caſſia. 87. b. Alternativa in electione Provincialium Provinciæ Mechoacanæ ſervanda. 110. b. Quibus ſuffragii jus competat in Capitulis Provincialibus. 143. b. Domus pro Novitiatu in Congregatione Lombardiæ deſignatæ. 353. a.

Ordo Cartuſienſium. 29. b. Ditiora Monaſteria pecunias pauperioribus ad cenſum debent dare. ibid.

Ordo Cappuccinorum a vera S. Franciſci Regula promanat. 59. b. Indultum celebrandi Miſſam de B. Felice a Cantalicio. 125. b. Ad laxiorem Ordinem Fratres tranſire nequeunt abſque Romani Pontificis licentia. & ad Carthuſienſem ſine licentia Miniſtri Generalis. 136. b. Laici profeſſi præcedunt Clericis non profeſſis. 275. a. Fratres hujus Ordinis Romam ſine Superiorum Generalium licentia nequeunt accedere. 286. a.

Ordo B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum. 62. a. Calceati a Diſcalceatis ſejunguntur. ibid. Concordia inter eoſdem inita. ibid. Diſcalceati negocio Redemptionis ſe nequeunt immiſcere. ibid. Datur tamen eis facultas Hoſpitium pro nonnullis Fratribus in Africa erigendi. 88. b. Ad Calceatos tamen abſque Romani Pontificis expreſſa licentia tranſire non poſſunt. p. 100. a. Eis conceſſum Hoſpitium, & Eccleſia S. Mariæ in S. Joannino de Urbe. 139. b. Privilegia huic Ordini conceſſa, & confirmata. 150. b. Magiſter Generalis Calceatorum electum Vicarium Generalem Diſcalceatorum infra quindecim dies confirmare debet. 243. b. Fratres tranſire non poſſunt ad ſtatum laicalem. 314. a.

Ordo Fratrum Min. Conventualium. 127. b. Anno 1625. novæ Conſtitutiones pro ejus regimine editæ. ibid. Earumque obſervantia Miniſtro Generali demandata. 128. b. Collegiales S. Bonaventuræ in Domo SS. XII. Apoſtolorum de Urbe ſubjacent Guardiano ejuſdem Domus. 195. b.

Ordo Carmelitarum. 222. a. Ad illum non extenduntur Indulta Cruciatæ. ib. Fratribus Belgii, & Siciliæ Provinciarum vetitum habitum Diſcalceatorum geſtare. 328. b.

Ordo Ciſtercienſium. 244. b. Concordia inita inter Adminiſtratores Collegia-

tæ

tæ S. Ambroſii Mediolanen., & Monachos. *ibid.* Statuta pro regimine Congregationum Lombardiæ, & Tuſciæ edita, & confirmata. 262, *b.* Ac deinde declarata. 364. *b.*

Ordo SS.mæ Trinitatis Redemptionis Captivorum. 257. *b.* Congregatio Diſcalceatorum Reformatorum in Galliis inſtituta. *ibid.* Miniſtro tamen Generali Ordinis ſubjecta. 258. *b.* A quo etiam Provinciales ſunt confirmandi. 259. *b.* Alia ſimilis Congregatio in Hiſpania. 286. *b.* Ejus Fratres poſſunt eleemoſynas petere, & legata, aliaque ſubſidia pro Captiv. Redemptione recipere. *ibid.* Huic Congregationi communicata privilegia omnia Ordinum Regularium. 382. *a.* Quid agendum, ſi Miniſter Generalis non expleto officii ſui ſexennio obierit. *p.* 359. *b.*

Ordo Minimorum. 357. *b.* Correctori data facultas tenues ſupprimendi Conventus, eorumque bona cum oneribus ad majores transferendi. *ibid.*

Ordo S. Baſilii. 298. *a.* Collegium pro decem Monachis Romæ inſtitutum. *ibid.*

Ordo Camaldulenſium. 24. *a.* Indultum Abbatibus utendi Baldacchino, & Pontificalibus. 325. *a.* Quas leges ſervari oporteat pro ſatisfactione onerum Miſſarum in Eccleſia S. Gregorii de Urbe. 24. *b.* Prior autem hujuſce Monaſterii totius Ordinis Procurator Generalis cenſetur. 25. *a.*

Ordo S. Antonii de S. Antonio Viennenſis. *Vid.* S. Antonii de S. Antonio Ordo.

Ordo Caſſinenſis. 8. *b.* Congregatio Burſfeldenſis, ac Seminarium in Univerſitate Colonienſi erectum. *ibid.* Regulæ Monachis hujuſce Seminarii ſervandæ. *ibidem.* Confirmantur ab Urbano Octavo. 12. *a.*

Ordo Minorum S. Franciſci de Obſervantia. Ei conceſſum Indultum Miſſam celebrandi de viginti tribus Martyribus, *p.* 81. *a.* Lectores linguarum non ſunt exempti a juriſdictione ſuorum Superiorum quoad diſciplinam regularem. *p.* 161. *a.* Saxoniæ Provincia reſtituta. 179. *a.*

—— Reformatorum, ſeu Strictioris Obſervantiæ. 194. *a.* Provincia S. Salvatoris Hungariæ eis addicitur. 194. *a.* Reformatur Provincia Auſtriæ. 331. *a.* Reformatis commiſſa cura Monialium Monaſteriorum S. Claræ, & S. Mariæ Magdalenæ Neapolis. 333. *b.*

—— Diſcalceatorum. In Proceſſionibus eis competit præcedentia ſuper alios Ordines Mendicantes. 209. *a.* Quæ ſit Miniſtri Generalis totius Ordinis juriſdictio ſuper Provinciam S. Joannis Baptiſtæ Hiſpaniarum. 211. *b.*

—— Recollectorum. Caputium rotundum, ac largius Mozzetta ab eis deferenda. *p.* 352. *a.*

—— Tertii Ordinis de Pœnitentia. Quid præſtandum ſit, ut vota a Fratribus, & Monialibus emiſſa valida cenſeantur. 26. *b.*

P

PAcenſis Eccleſia. Sublatus abuſus ferocem Taurum in Eccleſiam immittendi in pervigilio, ac feſto die S. Bartholomæi. 31. *a.*

Parochus diebus feſtis poteſt ad populum prædicare ea ipſa hora, qua Epiſcopus prædicat. 284. *a.*

Petrus Epiſcopus Paphienſis. 197. *a.* Eccleſiæ Regni Cypri ejus adminiſtrationi traditæ. *ibid.*

Pauperum Advocati Officium in Romana Curia inſtitutum. 327. *b.*

Philippo IV. Hiſpaniarum Regi facultas conceſſa ſubſidium ab Eccleſiaſticis Regni Sardiniæ accipiendi. 15. *a.* 355. *b.* 403. *b.* Atque etiam pro parandis triremibus contra pyratas. 156. *a.* Eadem facultas quoad Eccleſiaſticos Regni Valentiæ. 57. *b.* A cenſuris abſolvitur, in quas incurrerat ob exactum ab Eccleſiaſticis Regnorum Caſtellæ, & Legionis quoddam ſubſidium. 175. *b.* Concordiam hac ſuper re cum ipſis init. 234. *a.* Decima ſuper omnibus Beneficiis Eccleſiaſticis ei conceſſa ad 600. mill. duc. reducitur. 308. *a.* & *ſeqq.*

Portogalliæ Regni Eccleſiaſtici cum Philippo Rege conveniunt. 219. *a.*

Pragenſe Collegium pro Germanis Adoleſcentibus alendis erectum. 52. *b.* Qualis Alumnorum numerus eſſe debeat. *p.* 53. *a.* Presbyteris Soc. Jeſu commiſſum. 53. *b.* Alumnorum quæ ſint Privilegia. 54. *b.*

R

REgulares animarum curam exercentes Epiſcopi juriſdictioni, viſitationi, & correctioni ſubſunt. 43. *a.* Laicorum Confeſſiones ſine Ordinariorum licentia audire nequeunt. 142. *a.* Si novitiatum extra loca a Conſtitutionibus Apoſtolicis deſignata fecerint profeſſionem debent renovare. 271. *a.* Conſtitutionibus Apoſt. pro Tribunali Sac. Inquiſitionis editis comprehenduntur, niſi ſpecialiter excipiantur. 293. *b.* De earum obſervantia ſæpe ſunt luis a Superioribus admonendi. 362. *b.* Non poſſunt impediri, quominus defunctorum Cadavera aſſocientur. 358. *a.*

Reus, qui aliquod furtum confeſſus eſt, de aliis etiam, quorum non fuerit accuſatus, poteſt a Judice interrogari. 1. *a.*

Ripolenſis Monaſterii Monachi tenentur quotidie Officium B. M. V., & Defunctorum legere. 28. *b.*

B. Rita de Caſſia. 87. *b.* Indultum celebrandi de ea Miſſam. *ibid.*

Robertus Card. Ubaldinus Monachorum Ciſtercienſium Protector. 245. *a.*

Rodericus Gomez de Sylva Hiſpaniar. Regis apud Sedem Apoſt. Orator. 99. *b.*

Sancti

S

SAncti Salvatoris majoris Monaſterium de Urbe. 188. a. Congreg. Caſſinenſi unitur. *ibid.* Supprimitur in eo regularitas, 188. b. Prioratus ab eo dependentes in Vicarias pro Presbyteris ſecularibus eriguntur. 190. a.
Sardiniæ Eccleſiaſticis Indultum conceditur ſubſidium Regi perſolvendi. 15. a. 155. a. 256. b. 355. b.
Sarſinatenſis Eccleſia. 330. a. Ab ea diſmembratæ ſulphuris fodinæ, quæ Cameræ Apoſtolicæ addicuntur. *ibid.*
Scipio Card. Burgheſius Abbatiæ S. Gregorii de Urbe Abbas Commendatarius. 25. a.
Seminarium Romanum. 184. b. Taxa penſionis eidem ab iis, qui eccleſiaſtica obtinent Beneficia, perſolvendæ. *ibid.*
Seraphinus Leviſellus Procurator Generalis Congreg. FF. Jo: Dei. 97. a. 250. b.
Siciliæ Eccleſiaſticis poteſtas facta ſubſidium Regi pecuniariū ſubminiſtrandi. 138. a.
Sigiſmundus III. Poloniæ Rex bellum contra hæreticos Pruſſiæ parat. 92. b.
Societas Jeſu. Collegium Niſſæ cum Studiorum Univerſitate erectum. 14. a. Preſbyteris Societatis conceſſum Indultum celebrandi Miſſam de tribus Martyribus Japoniæ. 81. b. Soc. Religioſi non poſſunt uti Indultis Cruciatæ. 168. b. Votorum, quæ ab eis emitti ſolent, diſpenſatio ſoli Rom. Pontifici reſervata. 307. a. In voto de non acceptandis dignitatibus ex omnes comprehendun tur dignitates, & officia, quæ annexam habent juriſdictionem. 307. b.
S. Spiritus Militia. 292. b. Exteri in eam admitti poſſunt. 293. a. Atque etiam ætate minores. 338. a.
Stephanus Duratius Cameræ Apoſt. Theſaurarius Generalis. 208. a.

T

THeodorus Card. Trivultius. 245. a.
Tiberius Card. Mutus Tit. S. Priſcæ. 97. a.
Torquatus de Comitibus delegatur ad Fortalitia, ac Propugnacula Vallis Tellinæ S. Sedis nomine recipienda. 7. b. Eadem Propugnacula Aloyſio Trotto pro Rege Catholico reſtituit. 92. a.

V

VAlentiæ Eccleſiaſticis permiſſum ſubſidiū Philippo Regi ſubminiſtrandi. 17. b.
Vaticana Baſilica. 3. a. Pœnitentiarius pro lingua græca in ea inſtitutus. *ibid.* Decem mil. duc. aurei ex redditibus Cruciatæ Portugalliæ annuatim ei addicti. 257. a.
Viennenſe in Auſtria Collegium reſtitutum ab Urbano VIII. 56. a. Ejus cura Preſbyteris Soc. Jeſu demandata. 57. a. Modus in admittendis Alumnis ſervandus. 57. b. Eorumdē privilegia. 58. a.
Urbanum Collegium de Propaganda Fide nuncupatum erigitur. 68. b. A Jo: Baptiſta Vives dotatum. *ibid.* Ejus privilegia. 71. a. & b.
Urbanus PP. VIII. Pœnitentiarium in Baſilica Vaticana pro lingua græca inſtituit. 3. a. Torquatum de Comitibus delegat, ut nomine S. Sedis Fortalitia, & propugnacula Vallis Tellinæ recipiat. 7. b. Poteſtatem facit quoddam Regi ſubſidium perſolvendi Eccleſiaſticis Sardiniæ. 15. a. Atque etiam Regni Valentiæ. 17. b. Antonium Card. Barberinum deputat ad Ducatus Urbini poſſeſſionem capiendam. 19. a. Indiarum Præſulibus leges præſcribit gradus Doctoratus conferendi. 29. a. Abuſum immittendi ferocem Taurum in Eccleſiam Pacenſem die feſto S. Marci abolet. 31. a. Suppreſſo Præfecti Computorum Datariæ Apoſt. officio Receptoris ſufficit. 36. b. V. Mariam Magdalenam de Pazzis Beatorum Albo adſcribit. 44. b. Illyricorum Collegium Laureti inſtituit. 46. a. Atque etiam Pragenſe pro Germanis. 52. b. Viennenſe. 56. a. Modum ſervandum præſcribit in Proceſſibus Inquiſitionis in qualitates promovendorum ad Cathedrales Eccleſias &c. 73. a. Sigiſmundo III. Poloniæ Regi, ac Militibus cum eo contra hæreticos Pruſſiæ profecturis Indulgentiam impertitur. 92. b. Pii V. Conſtit. contra Monetarios innovat. 95. a. Et ad Eccleſiaſticus quoque extendit. *ibid.* Conſtit. Clem. VIII. contra non promotos ad Presbyteratus ordinem, qui ſacris operantur, vel Confeſſiones audiunt, editā ampliat. 113. a. Jubilæum univerſale indicit. 118. b. 282. a. 296. a. 379. a. In Urbis Gymnaſio Rhetoricæ Cathedram inſtituit. 121. b. Contra Cyrillum Pſeudo-Patriarcham C. P. inquiri curat. 137. b. Alveum Rheni Fluminis expurgare curat. 153. a. Montem Vacabilem *ſubſidii* nuncupatum erigit. 206. b. Libertati Capituli in Hoſpitali S. Jo: Hieroſolymitani habendi conſulit. 224. b. *& ſeq.* Decimas nonnullas ſuper omnibus Italiæ eccleſiaſticis fructibus imponit in bellum Germanicum contra hæreticos erogandas. 252. b.
Urbini Ducatus ad Cameram Apoſtolicam devolutus. 332. b.

Finis Tomi Sexti Partis Primæ.

598084